54-149

[illegible]

Est. 12. Tab. 6.ª Num. 23.

de la libreria de S. Pablo de Cordova.

~~Num 28 Tab 6 5~~

# Didaci deza archiepiſcopi hiſpalēſis no
# uarum defenſionum doctrine āgeli-
# ci doctoris beati Thome de a-
# quino ſuper quarto libro
# ſententiarum q̄ſtio-
# nes profundiſſi
# me ac vtiliſſi
# me felicit᷑
# incipi
# unt.

# Didaci deza archiepī hiſpalenſis nouarū defenſionū doctrine angelici doctoris btī Thome de aquino ſuꝑ quarto libro ſniarū q̄ſtiones ꝓfundiſſime ac vtiliſſime feliciter incipiunt.

Circa p̄mam diſtinctionem quarti libri ſentētiarū queritur vtrū in ſacramentis noue legis ſit aliqua virtus gratie cauſatiua et arguitur ꝙ non. quia idē non pōt eſſe in diuerſis. ſed ad ſacramenta concurrūt diuerſa. ſ. res ⁊ verba. vniꝰ aūt ſacramenti non poteſt eſſe niſi vna virtus. ergo videt̄ ꝙ in ſacramētis nulla ſit virtꝰ. ¶ Jn oppoſitū arguitur. qꝛ dicit Auguſtinus ſuꝑ Joānem. que tāta eſt vis aque vt corpꝰ tangat ⁊ coꝛ abluat. Et Beda dicit ꝙ dn̄s tactu ſue mundiſſime carnis: vim regeneratiuā contulit aquis. ¶ Jn hac queſtione erunt quattuoꝛ articuli vt ſupra in tribus libris.

Quantuȝ ad primū articulū ſit prima ꝯcluſio ꝙ diffinitio ſacramenti quā ponit magiſter. ſ. ſacramentū eſt inuiſibilis gratie viſibilis foꝛma ita vt eius imaginē gerat ⁊ cauſa exiſtat: eſt bene aſſignata. Hanc cōcluſionē tenet. S. Tho. in hac p̄ma diſtictione lectione prima. ar. p̄º ſub. ar. 3. ¶ Secunda cōcluſio eſt ꝙ ſacramēta noue legis cōſiſtunt in rebus ⁊ verbis. Hāc cōcluſionē tenet S. Tho. vbi ſupra. ar. 3. Et. 3ª. p. q. 60. articulis 4. et. 5. et. 6. et. 7. ¶ Tertia concluſio eſt ꝙ ſacramēta noue legis ſunt cauſa gratie nō ſolum ſine qua nō: ſed ⁊ cauſa per quā. Hanc cōcluſionē tenet. S. Tho. vbi ſupra in hac diſ. ar. 4. ſub. ar. p̄º. Et. 3ª. p. q. 62. ar. p̄º. Jtē de veri. q. 27. arti. 4. ¶ Quarta cōcluſio eſt ꝙ in ſacramētis noue legis eſt aliqua virtus gratie cauſatiua. Hāc cōcluſionē tenet. S. Tho. in hac diſ. loco ꝓxime allegato ſub. ar. 2. Et. 3ª. p. q. ꝓxime allegata. ar. 3. Et in de veritate loco proxime allegato.

Quantum ad articulū ſecundū arguendum ē cōtra cōcluſiones. Et quidē cōtra primā arguit Durandus ꝓbando ꝙ ad ſacramentum noue legis non requirant̄ tres cōdiciones poſite in pꝛobatione cōcluſionis. qꝛ vt dicit in ſacramēto matrimonij nulla pꝛedictarū triū condicionū repitur. ſufficiunt enim ad matrimoniū verum ſola verba expꝛimētia conſenſum in quibꝰ ille tres cōdiciones reperiri nō poſſunt. ¶ Jtem de neceſſitate ſacramēti oꝛdinis non eſt cōſecratio materie nec in ſe nec in ſuo ſimili ſaltē q̄tum ad quattuoꝛ minoꝛes oꝛdines et q̄mᵐ ad ſubdiaconatuȝ et tamē ſunt ſacramēta. ¶ Jtem tertia cōdicio. ſ. ꝙ ſacramēta contineāt inuiſibilem gratiā ſm̄ hugonē vel ꝙ ſint cauſa gratie ſm̄ magiſtruȝ: calūniā hēt apud multos. vnde diffinitio data a magiſtro non videt̄ bona. nec ſimiliter diffinitio hūgonis qua dicit̄: ſacramentū eſt materiale elemētum exterius oculis ſuppoſitū ex inſtitutione diuina ſignans ex ſimilitudine repꝛeſentās ex ſanctificatione inuiſibilē gratiā continēs. ſed diffinitio Auguſtini qua dicit̄: ſacramentuȝ eſt in quo ſub tegumēto rerū viſibiliū virtus diuina ſalutē noſtram ſecretiꝰ operatur: videtur ceteris pꝛeferēda vt puta q̄ nullam patit̄ calūniam. ¶ Contra ſecundam cōcluſionē arguit idē Durādus dicēs ꝙ matrimoniū pōt cōtrahi ſine verbis puta per litteras inter abſentes vel per nutus ⁊ ſigna inter mutos vel verecundos pꝛeſuppoſito interiori conſenſu ⁊ eſt eque verum ſacramētū ſicut matrimoniū per verba contractū. quod pꝛo tanto eſt qꝛ matrimoniū fuit in veteri lege ſicut et ī noua: nec aliquid reale additū eſt ad matrimoniū in noua lege ſupꝛa illud quod erat ō ratione eiꝰ in veteri niſi foꝛte īdiuiſibilitas. et ideo ſicut tūc poterat contrahi ſine verbis: ita ⁊ nūc. Nec valet quod ab aliquibꝰ dicit̄ ꝙ matrimoniū ſm̄ ꝙ eſt ſacramētum in diſpēſatione miniſtroꝛū conſiſtens: requirit aliqua verba. ſ. benedictioneȝ ab eccleſia inſtitutā. quia benedictio nubentium nō eſt de eſſentia matrimonij ſed ſolum de ſolemni

tate. nec omne matrimoniū benedicitur ſed ſo-
lum primū: et tamē ſecundum eſt ſacramentum
ſicut ⁊ primum. nec eccleſia pōt ſtatuere aliqua q̄
ſint eſſentialia ſacramento et cˀ. ¶ Item ꝙ non
omnia ſacramenta noue legis conſiſtant in ver-
bis ⁊ rebus ſed ſolum quedam patet. ſacramētū
enim matrimonij ſm̄ ſuum potiſſimū eſſe conſi-
ſtit in verbis exprimentibus conſenſum de p̄ſen
ti. ſacramentū etiam penitētie prout eſt ſacramē
tum noue legis hoc eſt ꝓut includit confeſſionē
penitentis ⁊ abſolutionē ſacerdotis: conſiſtit in
ſolis verbis. nec requirit̄ in aliquo predictorum
ſacramentorū aliqua res preter verba. ergo pre
dicta ſacramenta nō conſiſtunt in verbis ⁊ rebꝰ.
Et ſi dicat̄ ꝙ in matrimonio verba vnius coniu-
gum tenent locum forme ⁊ verba alterius tenēt
locū materie: in penitentia verba ſacerdotis ab
ſoluentis tenent locū forme ⁊ verba penitentis
tenent locū materie: non valet. qꝛ nos non dici-
mus quī in quolibet ſacramēto ſit aliquid ꝓ for
ma et aliquid pro materia: q̄uis in matrimonio
ſit difficile aſſignare hoc qꝛ quilibet coniugum
de pari ſe habet ad matrimoniū: et ideo verba
vnius cēſenda ſunt ſicut verba alteriꝰ. ſed que-
rimus an omnia ſacramenta noue legis cōſiſtāt
in verbis ⁊ rebus: et conſtat ꝙ non q̄ꝫm ad predi
cta duo ſacramenta. qꝛ cū dicitur ſacramentū cō
ſtare ex verbis ⁊ rebus: res ⁊ verba ſunt duo ſe-
parata ita ꝙ nec verba poſſunt accipi pro rebus
nec res pro verbis ſi illud dictum debeat verifica
ri. et ideo q̄uis in matrimonio ⁊ penitentia ſint
verba: non eſt ꝓpter hoc dicēdū ꝙ conſiſtant in
rebꝰ ⁊ verb̄. nec pſone ꝯcurrētes ad matrimoni-
um aut ad ſacramētū penitentie poſſunt dici res
prout nunc loquimur. qꝛ ſuſcipientes ſacramētū
non ſunt de intrinſeca rōne ſacramenti. et ſic pa-
tet ꝙ non omnia ſacramēta noue legis conſiſtūt
in rebꝰ ⁊ verbis ſaltē penitentia ⁊ matrimoniū.
hec durandus. ¶ Cōtra tertiam ꝯcluſionē argu
it idem Durandus ꝓbando ꝙ preter gratiā non
debeat poni diſpoſitio aut ornatꝰ cauſatus ī ani
ma per ſacramenta. conſtat enim inquit ꝙ ſine
diſpoſitione vel ornatu quem ponis: poteſt ha-
beri gratia vt in illis qui ſanctificantur in vtero:
vel in adultis qui iuſtificantur ante ſuſceptionē
baptiſmi: et in illis qui vere conteruntur ante cō
feſſionem et abſolutionem. gratia etiam habita
ſine illis ſufficientiſſime ornat animaꝫ. quare po
nere talem diſpoſitionem vel ornatum: videtur
eſſe pura adinuentio ad palliandum ꝙ ſacramē
ta aliquid cauſant in anima. de nullo enim alio
ſeruit predicta diſpoſitio vel ornatus. vel dicas
de quo et non erit facile fingere. hic autem nō in-
cludimus characterem quia de illo fiet inferius
mentio ſpecialis. ¶ Item matrimonium verum
⁊ ratum poteſt contrahi inter abſentes quātum-
cumq̄ꝫ diſtantes. ſi ergo per tale matrimonium
conferretur ꝯtrahentibus bene diſpoſitis gratia
que eſt a ſolo deo qui eſt preſens omnibus q̄tū-
cumq̄ꝫ inter ſe diſtantibus: qualiter tamen ꝑ ver
ba matrimonij prolata in hiſpania poteſt cōfer-
ri alteri coniugum exiſtenti in francia aliquis or
natus vel diſpoſitio ad gratiam non apparet ꝓ-
babile. ¶ Item vere contritus habet gratiam
anteq̄ꝫ confiteatur vel abſoluatur. ſi ergo per ſa
cramentalem abſolutionem cauſatur aliq̄s or-
natus in eo: ille nō poterit eſſe diſpoſitio ad gra
tiam que preceſſit nec ad augmentum gratie. qꝛ
ſicut dicit ſe oſtendiſſe libro primo diſtin. 17. for-
ma augmentabilis poteſt augeri ex parte ſolius
agentis ſine noua diſpoſitione ſubiecti. igitur nul
la neceſſitas eſt ꝙ per ſacramentuꝫ imprimatur
talis diſpoſitio vel ornatus. nec apparet vtilitas
quare nec probabilitas. ¶ Item per ſacramen-
ta que dicuntur characterem imprimere non po
nitur cauſari talis diſpoſitio vel ornatus. chara-
cter ergo excludit neceſſitatem ⁊ etiam congrui-
tatem cuiuſcūq̄ꝫ alterius diſpoſitionis ad grām.
cum ergo baptiſmus confirmatio ⁊ ordo dican-
tur imprimere characterem indelibilem: ſequi-
tur vt videtur ꝙ baptizatis confirmatis ⁊ ordi-
natis recipientibus alia ſacramenta: non impri-
matur per ea aliqua diſpoſitio vel ornatus: ⁊ ſic
illa ſacramenta nihil cauſabunt. Et ſi dicatur ꝙ
character baptiſmi non excludit neceſſitateꝫ nec
congruitatem alterius diſpoſitionis ad gratiam
abſolute ſed ſolum reſpectu gratie baptiſmalis:
et conſimiliter eſt de charactere confirmationis
⁊ ordinis: non valet. quia eadem eſt gratia ſm̄
ſpeciem per quam in baptiſmo tollitur culpa ori
ginalis ⁊ in penitentia culpa actualis ⁊ per quaꝫ
meritorie exercemꝰ actus ad quos deputamur
per confirmationem et ordinem et alia ſacramē
ta. et ideo ſi character tollit neceſſitatem vel cō-
gruitatem diſpoſitionis vel ornatus reſpectu v-
nius: tollit etiam reſpectu cuiuſcūq̄ꝫ alterius. et
ſic non videtur ꝙ ſit ponenda talis diſpoſitio vł
ornatus. hec durandus in forma. ¶ Contra ean
dem concluſionem arguit Scotus probando ꝙ
nullum ſacramentum etiam in virtute dei attin-
gat ad characterem vel diſpoſitionem ad grati-
am vel ornatum effectiue inducendo. Primo
ſic. creatura non poteſt agere inſtrumentaliter
ad terminum creationis ſm̄ te. et hoc vt tu di-

cis alibi maxime eſt verum de ſubſtantia corpo-
rea cuiuſmodi eſt ſacramentum. diſpoſitio aũt p̄
ma vel preuia ad gratiam qualem ponis: eſt ter
minus creationis. ergo et cetera. hoc probatur.
quia illa diſpoſitio eſt forma ſimpliciter superna
turalis: et quelibet talis eſt eque ineducibilis de
potentia naturali ſubiecti recipientis. eque etiaꝫ
ſubiectum eſt in potentia obediẽtiali ad quam-
cumqꝫ talem formam. ❡2°. quia iſta diſpoſitio
cum ſm̄ te ſit neceſſitas reſpectu gratie: quando
non eſt impedimentum in ſuſcipiente: ſequitur
ꝙ ſimul fiant in anima non indiſpoſita iſta diſpo
ſitio et gratia. igitur fit in inſtanti ſicut ⁊ gratia.
quia non eſt ſucceſſio in inductione alicuius for-
me: niſi penes partes mobilis vel forme. neutrũ
autem eſt hic. non primum quia ſubiectum eſt in
diuiſibile. non ſecundum quia tunc gradus for-
me non poſſent eſſe niſi talis diſpoſitio continue
fieret maior et maior. ſed poſſibile eſt in aliquo
ſuſcipiente ſacramentum minimam diſpoſitionẽ
induci ſicut ⁊ minimam gratiam infundi. ad illaꝫ
autem gratiam non requiritur niſi minima diſpo
ſitio. non eſt igitur ibi ſucceſſio penes gradus ſm̄
quos diſpoſitio ſucceſſiue inducatur. patet etiaꝫ
tertio illa propoſitio. quia inſtrumentuꝫ non a-
git niſi in virtute principalis agentis. igitur ſi in-
ſtrumentum poteſt agere in tempore ad illã diſ-
poſitionẽ: ſequitur ꝙ deus agat in tempore vel
ſucceſſiue ad eandem. conſequens videtur incõ-
ueniens. tum propter infinitatem potentie agẽ-
tis. tum propter ſũmam capacitatem ſuſcipien-
tis non habentis contrarium. ſic ergo ſupponitur
ex iſtis tribus rationibus ꝙ illa diſpoſitio preuia
ad gratiam quam tu ponis: inducatur vel indu-
ci poſſit in inſtanti. ſacramenta autem cõmuni-
ter non poſſunt habere actionem ſuam in inſtã-
ti. primo quia cõmuniter in ſacramentis requi-
runtur multa verba. illa autem non poſſunt ha-
bere eſſe in inſtanti: igitur in tempore. quare nec
agere actione ſua naturali: igitur nec ſupernatu-
rali. quia ſm̄ te quando inſtrumentum habet a-
ctionem excedentem ſuam virtutem: habet etiã
actionem propriam. ſi etiam fingatur vna illarũ
ſyllabarum totius orationis ſacramentalis ha-
bere eſſe in inſtanti quod ideo fictio eſt quia for-
matio huius ſyllabe eſt cum motu locali aeris et
motus non eſt in inſtanti: adhuc non ſaluatur
propoſitum. quia aut illa eſſet prima ſyllaba aut
vltima aut intermedia. quecũqꝫ ponatur ex quo
hẽt actionẽ ad illã diſpoſitionẽ q̃ cauſatur in iſtã
ti et nulla alia: ſequitur ꝙ illa ſola ſufficeret ⁊ illa
ſola inter alias haberet rationẽ ſacramẽti: q̃r om
nes alie preter illam nec inſtrumentaliter nec q̃-
cunqꝫ modo agunt illam diſpoſitionem preuiaꝫ
quod eſt inconueniens. quia in tali oratione ſa-
cramentali vna: non illa ſyllaba ponitur ſacra-
mentum ſed tota oratio. ꝙ ſi vltra fingas vlti-
mam ſyllabam eſſe ſacramentum completiue et
habere actioneꝫ que attribuitur ſacramento nõ
in virtute propria ſed in virtute omnium prece-
dentium ſicut vltima gutta in virtute omnium p̄
cedentium cauat lapidem. 8° phyſicoꝝ: hoc ni-
hil eſt. numq̃ꝫ enim in talibus vltimum comple-
tiue cauſat effectum in virtute precedentium: ni
ſi quia precedentia dereliquerunt aliquam diſ-
poſitionem preuiam ad illum terminum. hee au-
tem ſyllabe precedentes nullam taleꝫ diſpoſitio
nem derelinquũt ante vltimam. igitur ⁊ cetera.
❡3°. quia in aliquo ſacramento. ſ. in euchariſtia
non videtur iſta cauſalitas eſſe poſſibilis. et hoc
ſiue loquamur de ſacramento pleno ſiue eucha-
riſtia iam conſecrata: vel de ipſa conſecratione
ſacramentali que eſt via ad ſacramentum. nam
primo modo loquendo: illa ſpecies panis non vi
detur eſſe cauſa inſtrumentalis attingendo effe
ctum. ſ. exiſtentiam realem corporis chriſti hic.
neqꝫ etiam aliquam diſpoſitionem ad illum effe
ctum. De conſecratione etiam patet ꝙ illa ver-
ba prolata non attingunt tranſubſtantiationeꝫ
que eſt terminus principalis illius conſecratio-
nis: cum illa tranſubſtantiatio non fiat niſi virtu
te dei infinita quod eque vel magis patet q̃ꝫ de
creatione. neqꝫ attingit aliquam diſpoſitionem
preuiam ad illam tranſubſtantiationem: quia
aut illa diſpoſitio eſſet ĩ pane aut in corpore chri
ſti. neutruꝫ poteſt dici. non enim in corpore chri
ſti: quia iam non eſſet diſpoſitio. nec in pane: q̃r
cum illa diſpoſitio eſſet neceſſitas ad tranſubſtã
tiationem: in eodem inſtanti cum tranſubſtan-
tiatione eſſet. et tunc in illo inſtanti eſſet panis.
quia quando eſt diſpoſitio: eſt eius ſubiectum. ſic
ergo panis in illo eodem inſtanti eſt in quo eſt il
la diſpoſitio et tranſubſtantiatio quod includit
contradictionem. Similiter pura fictio videtur
ꝙ per iſta verba hoc eſt corpus meum magis al
teretur panis q̃ꝫ per alia verba prolata puta iſte
panis eſt panis et huiuſmodi: cum ſonus non ha
beat virtutem actiuam ad cauſandum realeꝫ al
terationem vt apparet in pane. Poteſt etiaꝫ ar-
gui hic vt prius. quia illa verba ſacramẽtalia ha
bent eſſe in tempore: igitur ⁊ actionem ſuam in
tempore. illa autem diſpoſitio ad euchariſtiam
ſi fingatur: non poteſt cauſari in tempore ꝓpter
ea que ſupra dicta ſunt. In propoſito etiam eſt

ratio ſpecialis quare verba cõſecrationis hoſtie
non poſſunt habere actionem reſpectu tranſub=
ſtantiationis ſeu diſpoſitionis neceſſarie ad illã
tranſubſtantiationem. quia non prius agũt cir=
ca paſſum q̃ tãgãt illud ſm te ꝛ ſm phm̃. 2. phi
ſicorum de ſimultate agentis ꝛ paſſi. nec autem
in inſtanti complete prolationis nondũ ſpecies
huiuſmodi obiecti verborum tangunt ſpẽm pa=
nis. quia multiplicatio ſoni non fit niſi in tempo
re ſm phm̃ in de ſenſu et ſenſato obiectione pe=
nultima. igitur per tempus poſt vltimum inſtãs
complete prolationis: nondum tranſubſtantia=
tio facta eſt nec diſpoſitio preuia ad ipſaꝫ. igitur
panis per totum illud tempus permanet quod
eſt contra cõmunem opinionem de eucharistia.
¶ 4°. arguitur. quia iſta opinio ponit pluralita=
tem ſine neceſſitate quod eſt contra doctrinam
philoſophorum vt patet pͥmo phy. de opinione
melliſi ꝛ eius cõmentatorꝫ contra anaxagoram.
et. 7°. phy. et. 3°. de anima. quia natura nihil fa=
cit fruſtra. ſemper enĩ paucitas ſi ſufficiat ad ſal=
uandum apparentiam: eſt magis ponẽda. ſed ta
lem diſpoſitionem fieri vniuerſaliter in ſacramẽ
tis: omnino videtur ſuperfluum. nec huiuſmodi
pluralitatis videtur eſſe aliqua neceſſitas vt pa
tet in eucharistia. quia fictio puriſſima videt̃ eſſe
ponere aliquam diſpoſitionem precedentẽ vel
inter ſpecies panis que ſunt ſacramentum et in
ter exiſtẽtiã corporis chriſti que eſt res ſignata.
in aliis etiam ſacramentis hoc probatur. nam in
illis que non imprimunt characterem: nulla ne=
ceſſitas videtur ponendi talem diſpoſitionem q̃
dicitur ornatus ſm te imo hoc videtur cõtra cõ=
munem doctrinam theologorum. in quibuſcũqꝫ
enim ſacramentis imprimitur diſpoſitio ad effe
ctum principalem ſi propter obicem in ſuſcipien
te non cauſatur tunc effectus finalis: ceſſante o=
bice ſufficit diſpoſitio ad illum effectuꝫ principa
lem. apparet etiam in ſacramentis imprimenti=
bus characterem que propter hoc ſunt initerabi
lia. ſed in ficte penitente ceſſante fictione: nihil ẽ
quod ſufficiat ad effectum vere penitentie alio=
quin non oporteret talem ficte confeſſum de eiſ
dem peccatis iterum confiteri. alias igitur in tali
ſacramẽto nulla imprimitur diſpoſitio que ſit diſ
poſitio neceſſitans ad effectum ſacramenti. hec
Scotus in forma. ¶ Contra eandem concluſio=
nem arguit Aureolus multipliciter. Primo ſic.
ſi ſacramentum haberet talem efficaciam et vir=
tutem: hoc deberet poni in ſacramento digniſſi=
mo puta eucharistie. ſed talem efficaciam ꝛ vir=
tutem impoſſibile eſt poni in ſacramento eucha
riſtie. igitur non oportet ponere in aliis ad ſaluã
dum eorum dignitatem. hoc probatur. quia trã=
ſubſtantiatio eſt actio incomprehenſibilis intel=
lectui creato. puta ꝙ aliquid tranſeat in aliud et
nihil ponat in eo nec maneat in ſe nec annihile=
tur. hoc videtur incõprehenſibile omni creato in
tellectui. et ratio eſt quia paſſio in ſecũdo modo
dicendi per ſe hic ſeparatur a ſubiecto: cũ tamen
ſubiectum in natura ſua determinet ſibi hãc paſ=
ſionẽ. Dicetur forte ꝙ iſtã tranſubſtãtiationẽ du
pliciter poſſumus cõſiderare. ſ. q̃tum ad termi=
num ad quẽ. ſ. corpus xpi et terminũ a quo puta
ſubam panis. licet ergo ſacrm̃ non habeat effica
ciam circa terminũ ad quem: habet tamen circa
terminũ a quo. omnia aũt illa miracula ſunt cir=
ca terminum ad quẽ. Cõtra iſtã reſpõſionẽ argu
itur ſic. qꝛ non intelligo ꝙ iſta opinio velit dicere
ꝙ virtute trãſubſtantiationis fiat aliquid in pa=
ne puta diſpoſitio aliqua ſicut aliq̃ mollicies vel
aliqua alia qualitas vel reſpectꝰ quo panis aptiꝰ
tranſeat in corpus xpi. ſi enĩ mille tales qualita
tes fiãt: non ꝑpter hoc apparet panis magis ap=
tus ad tranſubſtantiationẽ in corpus xpi. ¶ 2°.
quia illa qualitas ꝛ diſpoſitio induceretur in pa=
ne in vltimo inſtanti ꝓlationis verborꝫ ſacramẽ
talium. ſed in vltimo inſtãti ꝓlationis verborũ
panis non eſt ſed deſinit eſſe. et ſic illa diſpoſitio
ꝛ qualitas fieret in nõ ente. ſic igit̃ intelligo iſtaꝫ
reſponſionẽ non ꝙ ſacramẽta ſic agant in trãſitũ
panis in corpus xpi: quia ſic agerent in termino
ad quem: ſed quia agunt in panem non poſitiue
cauſando diſpoſitionem aliquam in pane ſed pͥ=
uatiue agendo in deſitionem panis ita ꝙ virtu=
te eorum deſinit eſſe panis. et ſi opinio ſic intelli=
gatur: arguitur contra eam ꝛ probo ꝙ ſi ſacramẽ
ta agunt ad deſitionem panis: neceſſario agunt
ad tranſitum in corpus chriſti et arguitur ſic. Ea
dem actione ꝛ motu quo quis recedit a termino
a quo: accedit ad terminum ad quem. nam nihil
aliud eſt receſſus ab hoc: q̃ acceſſus ad hoc. per
hoc enim ꝙ accedo ad hoc: recedo ab hoc. ſed
per te virtute verborum fit receſſus a ſubſtantia
panis: igitur virtute eorum fit acceſſus ad corpꝰ
chriſti. ¶ 2°. quia ſi verba ſacramentalia agunt
ad deſitionem panis: igitur actio eorum erit an=
nihilatiua. ſed impoſſibile eſt ꝙ annihilare con=
ueniat alicui creature. tum etiaꝫ quia per hoc do
ctores euadunt ꝙ panis in tranſubſtantiatione
non annihilatur quia tranſubſtantiatio non ter
minatur ad non eſſe panis ſed ad eſſe corpꝰ chri
ſti. quia panis non deſinit eſſe ſed conuertitur in
corpus chriſti. ¶ 3°. quia deſitio eſſe panis: nihil

aliud eſt q̃ ſubtractio influxus de ineſſe panis.
igitur agere ad hoc eſt agere ad hoc ꝙ deus ſub=
trahat influxum reſpectu panis. et tunc ſi illa vir
tus poteſt agere ad hoc ꝙ deus ſubtrahat influ=
xum reſpectu panis: ita et poſſet agere ad hoc ꝙ
ſubtrahet influxuꝫ reſpectu alterius creature. er=
go illud ſacramētum nō poteſt agere ad deſitio
nem panis. ¶ Confirmat̃ quia panis ſic deſinit eſſe
ꝙ totum eſſe panis. ſ. materia ꝛ forma deſinit eē.
tunc ſic. impoſſibile eſt aliquam creaturam ſic a=
gere ad deſitionem alicuius. igitur ꝛc̃. aſſumptū
probatur. qꝛ nullum accidens primo agit ad de=
ſitionem ſui ſubiecti. omnis auteꝫ actio creature
eſt accidens habens creaturā pro ſubiecto. ergo
nullius creature actio eſt primo ad deſitionē ma
terie. ¶ 4°. ſic ſuppoſito p̄mo ꝙ omnis actio crea
ture eſt accidens: ſecundo ſuppoſito ꝙ in tranſub
ſtantiatione ſunt duo ſigna. primuꝫ eſt non enti=
tas panis: ſecundū eſt corpis xp̄i entitas. quero
igitur de actione verborū ſacramētalium in quo
eſt ſubiectiue: aut in primo ſigno ſubſtantie ipſi⁹
panis aut in ſigno ſubſtantie corporis xp̄i aut eſt
actio ſine ſubiecto ſubſiſtens. nō poteſt dici p̄mū
quia in illo ſigno eſt nō entitas panis. probat̃ qꝛ
in inſtanti in quo eſt tranſubſtātiatio: primo nō
eſt panis qꝛ tunc primo conuerſus eſt in corpus
xp̄i. nec pōt dici ſecundū quia per te actio proce=
dens virtute illorum verborū: non attingit ter=
minum ad quem. relinquit̃ igitur tertius modus
ꝙ actio illa ſit ſubſiſtēs: vel oportet dicere ꝙ ta=
lis actio eſt impoſſibilis. Dices ꝙ actio illa eſt in
ſubſtantia panis que deſinit eſſe. ſubſtantia eniꝫ
panis eſt in aliquo ~~vltimo in~~ toto tempore p̄ce=
dente cōuerſionem: ꝛ actio eſt in pane pro inſtā=
ti deſitionis ad quod imediate ſequitur totū tē=
pus in quo panis habet non eſſe. Contra iſtā reſ
ponſionē arguitur ſic. ſuppoſito ꝙ panis non deſi
nit eſſe per motū ſed in inſtanti complete prola=
tionis verborum in quo primo ē actio diuina reſ
pectu termini ad quem tūc ſic. aut actio illoꝝ ver
boruꝫ eſt in eodē inſtanti in quo eſt actio diuina
ꝛ tunc cum actio illa per te ſit ſubiectiue in pane:
habeo ꝙ in eodem inſtanti erit ibi ſubſtantia pa=
nis ꝛ eſſe corporis chriſti. aut actio diuina ꝛ actio
verborum eſt in alio et alio inſtanti: et tunc vel
inter illa duo inſtantia eſt tempus mediū: et tūc
cadit medium inter eſſe panis ꝛ eſſe corpis chri=
ſti ita ꝙ eſt tempus in quo nec ē ibi panis nec cor
pus chriſti. vel inter illa duo inſtantia non cadit
tempus medium: et ſic erunt duo inſtantia imme
diata. igitur oportet dicere ꝙ actio illorum ver=
borum ſit in inſtanti in quo eſt actio diuina circa
corpus chriſti: et per conſequens quando panis
primo non eſt. et ſic nō eſt ſubiectiue in pane. igi=
tur vel eſt ſubiectiue in termino ad quem. ſ. ī cor
pore chriſti vel eſt ſubſiſtens. vtrūq; autem eſt
impoſſibile. ſic igitur patet ꝙ in ſacramento eu=
chariſtie non poteſt eſſe aliqua actiuitas reſpe=
ctu cuiuſcūq; diſpoſitionis in pane nec reſpectu
deſitionis panis nec reſpectu termini ad quem.
quia tunc actio creature haberet in termino ad
quem multa miracula que ſunt poſſibilia ſoli di=
uine virtuti. ¶ 2°. principaliter arguit ſic. ad ſal=
uandum veram efficaciam ſacramentorum reſ=
pectu gratie ꝛ ſanctificationis quam attribuunt
eis ſancti: non oportet ponere talem virtutem
inherentem per quam attingant ad aliquaꝫ diſ=
poſitionem preuiam ad gratiam puta characte=
rem vel ornatum. igitur concluſio falſa. cōſequē=
tia tenet ſed aſſumptum probatur. quia illi de a=
lia opinione ita bene ſaluant efficaciam et acti=
uitatem ſacramentorum ſicut tu. quod proba=
tur duplici ratione. prima eſt quia quando due
diſpoſitiones ita ſe habent ad aliquam formam
ſic ꝙ vna non eſt magis diſpoſitio vel neceſſitas
ex natura rei q̃ alia imo neutra eſt diſpoſitio ex
natura rei ſed vtraq; eſt diſpoſitio tm̄modo per
voluntatem agentis: eque bene ſaluat cauſalita
tem diſpoſitiuam qui ponit ꝙ inducitur tm̄mo=
do per ſecundam diſpoſitionem ſicut ille qui po=
nit ꝙ inducitur per primam. probatio iſtius eſt.
nam per te cauſalitas ſacramentorum non ē ni=
ſi diſpoſitiua per hoc ꝙ inducunt diſpoſitionem
ad gratiam. ſi igitur hoc quod tu ponis non eſt
magis diſpoſitio ex natura rei q̃ illud quod po=
nitur ab alijs ſed vtrūq; eſt diſpoſitio quia pla=
cet principali agenti: ſequitur ꝙ ita bene agit ali
quid inducendo aliam diſpoſitionem quecunq;
ſit illa: ſicut agit inducens preuiam diſpoſitioneꝫ
quam tu ponis. ſed character vel ornatus q̄ per
te ponitur diſpoſitio ad gratiam in anima non ē
magis diſpoſitio vel neceſſitas ex natura rei q̃
ſit illa extrinſeca operatio naturalis ſacramenti
puta ablutio vel aliquid huiuſmodi imo vtrūq;
eſt diſpoſitio quia placet diuine volūtati: ꝛ eque
bene placet diuine voluntati ꝙ ſola ablutio ſit
diſpoſitio ſicut ponunt alij ſicut character vel or
natus quem tu ponis. ergo non magis tua poſi=
tio ſaluat efficaciam ſacramentorum q̃ illi qui
ponunt in ſacramentis tantum naturalem ope=
rationem exterioreꝫ. maior nota eſt. minor pro=
batur. ſ. ꝙ character non eſt magis diſpoſitio ad
gratiā ex natura rei q̃ ſit naturalis operatio ex=
trinſeca ſacramentorum. primo quia dato oppo=

ſito ſequitur ꝙ habens ſummã gratiam: deberet
habere ſummũ characterem. probat̃ quia habẽs
formam aliquam in ſummo: neceſſario habet diſ
poſitionem que neceſſitat ad illam formã in ſum
mo. verbi gratia habens formã ignis in ſummo
habet diſpoſitionem que ad illã neceſſitat in ſũ=
mo. ſed conſequens eſt falſum quia in chriſto fu=
it gratia in ſummo quia non eſt ei datus ſpiritus
ad menſuram: et tamen xp̃s non habuit chara=
cterem quia character eſt ſpiritualis poteſtas a
xp̃o determinata. hec autez poteſtas ſpũalis nõ
eſt in xp̃o. ¶ 2°. ad idem quando aliquid eſt diſ=
poſitio ex natura rei: vbicũqꝫ eſt forma ibi eſt diſ
poſitio. ſi igitur character eſſet diſpoſitio ad gra=
tiam ex natura rei: tũc eſſet character in quocũqꝫ
eſſet gratia. ſed conſequens eſt falſuz nam in an
tiquis patribus puta Abrahã et alijs non eſt du
bium quin fuit gratia: et tamen in eis nullus po=
nitur ornatus aut character. ¶ 3°. ad idem quia
gratia precedit characterem. nulla autem forma
precedit ſuam diſpoſitionem. aſſumptum patet
quia in cathetizato adulto contrito eſt gratia: ⁊
tamen non eſt character niſi poſtq̃ eſt baptiza=
tus. tamen quia cõmuniter tenetur ꝙ ex contri=
tione cordis diminuatur culpa: ergo tunc datur
gratia quia de facto nullus eſt ſine culpa niſi ſit
in gratia. et tamen character non datur ei ex ſo=
la contritione ſed poſt ſuſceptionem ſacramen=
ti. ¶ 4°. ad idem. eque imediate anima eſt ſuſce
ptiua gratie ſicut glorie. ſed anima ſm ſolam eſ=
ſentiam ſuam eſt ſuſceptiua glorie ſm Auguſti=
num. eo enim anima eſt capax beatitudinis quo
eſt imago trinitatis. ergo ſimiliter ſm ſuam ſub=
ſtantiam eſt capax glorie. ¶ Confirmatur. quia
quãdiu manet diſpoſitio que ẽ neceſſitas ad for=
mam: manet forma. ſed non tãdiu manet gratia
q̃diu manet character. patet de malo ſacerdote
quo cadente in peccatum mortale: manet chara
cter non tamẽ manet gratia. ſic igitur apparet ꝙ
character non eſt diſpoſitio ad gratiam niſi ſola
diuina voluntate quia placet deo. ſed eque bene
ſola ablutio vel quecũqꝫ alia operatio naturalis
ſacramenti poteſt eſſe diſpoſitio. vt puta ſi place
ret deo ꝙ cuicũqꝫ fuerit talis op̃atio applicata de
tur gratia. igitur non magis ſacramenta erũt cau
ſa diſpoſitiua gratie per hoc ꝙ fuerint actiua reſ=
pectu characteris: q̃ꝫ hoc ꝙ habẽt proprias ope=
rationes naturales. ¶ Secũda ratio ꝓ p̃ncipali
aſſumpto eſt talis. ille modus qui ſaluat efficaci=
am ſacramentorum cum pluribus pactis et plu=
ribus inconuenientibus: non ſaluat eque bene ef
ficaciam ſacramentorum ſicut ille modus qui ſal

uat cum paucioribus pactis et nullis inconueniẽ
tibus. ſed ponentes ſacramenta agere tales cha
racteres et ornatus preuios ad gratiam per vir=
tutes infuſas: ponunt plura et ſuperflua pacta.
quod probatur. nam adminus oportet ꝙ ponãt
quattuor pacta. primum eſt de infuſione virtu=
tis puta ꝙ deus accedente verbo ad elementuz
pepigerit infundere huiuſmodi virtutem. ſecun=
dum pactum eſt in electione. nam ſi ſacerdos ha
beat tres hoſtias coram ſe et proferat verba ſa=
cramentalia dirigendo actionem ſuam ad vnaz
illarum: illa ſola conuertitur in corpus chriſti. er=
go oportet ꝙ hic ſit nouum pactum vt deus pe=
pigerit ꝙ virtus quam infundit verbis non agat
niſi in illud ad quod dirigitur intentio proferen=
tis. tertium pactum eſt in expectatione. nam in
ſacramento baptiſmi quod integratur ex ablu=
tione ⁊ verbo: non oportet ꝙ idem inſtans ſit fi
nis ablutionis ⁊ prolationis verborum. igitur ſi
prius finiantur q̃ꝫ ablutio: oportet ꝙ deus pepi=
gerit quod expectabit quouſqꝫ ſit facta ablutio ⁊
finita. vel ſi prius ſacerdos ablueret puerum q̃ꝫ
verba finiãtur ſi finita ablutione puer habet cha
racterem: igitur nihil faciunt vlterius verba illa.
ſi vero nondum habet characterem et gr̃am xp̃i
igitur deus expectat ita ꝙ pepigit ꝙ nõ dabit gra
tiam quouſqꝫ verba finiantur. quartum pactum
eſt quia deus pepigit ꝙ habenti characterem da
bit gratiam: quod pactum aliud eſt a predictis.
iſte modus ſimiliter ponit multa inconuenientia
que ſuperius ſunt adducta. ¶ Confirmatur. q2
aut illa verba cauſant characterem ad prolatio=
nem vltime ſyllabe: aut per omnes ſimul. non ſe
cundum quia impoſſibile eſt ꝙ omnes ſyllabe ſi
mul proferantur. nihil autem cauſat quando nõ
eſt. nec primum poteſt dari quia tunc prime fue=
runt ſuperflue nec fuerunt digne. et ſi non per pri
mam: eadem ratione nec per vltimam. ꝙ ſi dicas
ꝙ per vltimam in virtute precedentium: iam ve
nis ad aliud pactum quia oportet te dicere ꝙ ſic
eſt quia deus ſic ſtatuit. cur igitur deus non poſ=
ſet ſic ſtatuere ꝙ cui fuerit applicata exterior ablu
tio imediate conferat ei gratiam. ¶ Confirma=
tur adhuc. quia non apparet ſi ponatur talis vir=
tus in verbis: vbi ſit ſubiectiue. non enim in voce
aut ſono quia eſt quedam qualitas: qualitas au=
tem non eſt ſubiectum qualitatis. nec in aere fra
cto vel gutture aut toto ſpacio: quia omnia iſta
ſonant in quandam inconuenientiã. non igitur
iſta ſacramenta plus faciunt per virtutem infu=
ſam q̃ꝫ per ſolam ablutionẽ exteriorem. ¶ 3°. p̃n
cipaliter arguit probando ꝙ diſtinctio facta de

cauſa principali ⁊ inſtrumentali non iuuet. quia
inſtrumenta non aliter agunt niſi quia recipiunt
primū effectū ipſius agentis principalis qui non
eſt alius q̄ motus localis. nec habent aliquā vir
tutem impreſſam a principali agente ſed ſolum
motuꝫ localē. ponere autē ſacramēta illo modo
agere eſt inconueniens. aſſumptū probatur quia
ſicut eſt in alijs motibꝰ: ſic ſuo modo in motu lo
cali. ſed in alijs motibus puta in motu ad formā
agens actiue expellit formam per ſe ⁊ per ſuum
principium intrinſecuꝫ. forma autem inducta ab
agente: non expellit illam formam actiue: ſed a=
ctio agentis terminatur ad inductionem albedi
nis qua inducta propter incompoſſibilitatem ſe
quitur non eſſe nigredinis quod quideꝫ ē ab agē
te effectiue: formaliter vero ab ipſa albedine. er
go ſic eſt in motu locali ꝙ per illud quod mouet̃
ad vbi non expellitur aliud corpus actiue ſed tm̄
ꝓpter incompoſſibilitatem ſubiectiuam qua im
poſſibile eſt eundem ſitum numero eſſe in duabꝰ
dimēſionibus. actiue autem expellit̃ per mouen=
tes tale mobile. imaginandū eſt eniꝫ ꝙ in omni
actione artis per inſtrumentū: primꝰ effectꝰ agē=
tis eſt motus localis ordinatꝰ ad vlteriorem ef=
fectum. iſte autē motus localis recipit̃ in inſtru=
mento ꝑ quem acquirit̃ inſtrumento aliquis ſitꝰ
⁊ ex conſequenti excluditur ab eodem ſitu aliud
corpus eodem modo quo acquiſita aliqua for=
ma alicui ſubiecto: ex conſequenti fit excluſio ef=
fectus formalis alterius forme ab illo ſubiecto. ⁊
ſic per hoc in corpore fit alius et alius ſitus ⁊ per
conſequens alia ⁊ alia figura. quia alietas figure
ſequitur ad alietatem ſitus partium. quia figura
non eſt aliud q̄ terminatio q̄titatis. terminatio
vero variatur ad variationem ſitualem partiuꝫ
q̄titatis. et quia partes variant ſitum actiue ab
agente ex quadam autem repugnantia et incom
poſſibilitate ſubiectiua ab inſtrumento quod pri
mo recipit motum localem ab agente: ideo alia
⁊ alia variatio ſitus partium exigit aliud et aliud
inſtrumentum. cum ergo ſacramenta non agant
ſicut inſtrumenta artificialia per hoc ꝙ recipiunt
motum localem et cauſant ex quadam incōpoſ=
ſibilitate alium et alium ſitum: nec per modū in=
ſtrumentorum naturalium: nam talia non ſunt
aliud q̄ qualitates complexionales facientes cō
ſimiles qualitates ad quas neceſſario ſequit̃ for
ma ſubſtantialis: non ſic autem poteſt poni de ſa
cramentis: ſequitur ꝙ improprie dictum eſt ꝙ a=
gant ad gratiam inſtrumentaliter. ſed ſi agant:
hoc eſt applicando actiua paſſiuis. hec Aureolus
in forma. ¶ Contra quartam arguit Durandus
probando ꝙ nec in rebus nec in verbis ſacramē=
talibus ſit ponēda aliqua virtꝰ ſpiritualis a deo
influxa que cauſet inſtrumentaliter diſpoſitionē
vel ornatum in anima. ꝙ enim inquit in rebus
ſpiritualibus ſicut eſt anima rationalis cum ſuis
potentijs ſeparabilibus poſſit eſſe diſpoſitio ſpi=
ritualis: conſonum eſt rationi. ſed ꝙ in rebus pu
re corporalibus quales ſunt res ſacramentales
poſſit eſſe virtus ſeu qualitas ſpiritualis: non vi=
detur conſonum rōni. non enim quodlibet acci=
dens natū eſt eſſe in quolibet ſubiecto: ſed deter
minatū in determinato. actus eniꝫ actiuoꝝ ſunt
in patiente diſpoſito. ſubiectū autem receptiuuꝫ
virtutis ſpūalis non eſt res corporalis ſicut ſubꝫ
receptiuum accidētis corporalis nō eſt res ſpūa
lis. vnde ſicut angelus non pōt eſſe ſubm quanti
tatis corporalis vel coloris: ſic res corporales ſi
cut ſunt res ſacramentales nō ſunt ſuſceptiue a=
ctiuitatis ſeu virtutis ſpūalis. Ad hoc dicūt q̄daꝫ
ꝙ licet res ſpiritualis vt angelus non poſſet eſſe
ſubm quantitatis vel albedinis vel alteriꝰ quali
tatis corporalis: denominatur tamē a condicio=
ne corꝑali rōne effectus quē facit in corpore. dici
mus enim angelū eſſe in loco ratione effectꝰ quē
facit circa corpꝰ exiſtēs in loco. et ſimiliter vt di=
cunt q̄uis virtus q̄ eſt in ſacramēto nō ſit ſpūalis
ꝑ eſſentiā nec rōne ſubi: pōt tm̄ dici ſpūalis rōne
effectus quem facit in anima que eſt ſpiritualis ſi
cut etiā herba dicitur ſana ratione ſanitatis quā
facit. ſed hoc non valet. quia rōni bene conſonat
ꝙ corpus agat in corpus et ſpūs in corpus et ꝙ
denominent̃ ab effectu quē faciūt. ſed nō ꝯſonat
rōni ꝙ corpus agat in ſpūm nec per conſequens
habet ibi locū denominatio ab effectu. ¶ 2°. ar=
guit. quia q̄ ratione eſſet aliq̄ virtꝰ in verbis: ea=
dem ratione eſſet in alijs rebꝰ ſacr̄alibus ⁊ in mi=
niſtro quia hec omnia ſunt de neceſſitate ſacri. ſ;
hoc non pōt eſſe vt ꝓbat̃. igit̃ et cetera. ꝓbatio
minoris. q2 ſi in quolibet predictoꝝ ſit aliq̄ virtꝰ
tunc multiplicabunt̃ virtutes ſm̄ multiplicatio=
nē eoꝝ. hoc aūt non videt̃ cōueniēs quia in gene
re cauſe efficientis plura non occurrūt imediate
ad vnū effectū niſi ꝓpter imꝑfectionē cuiuſlibet
eoꝝ. ſupplent enī omnia vicē vniꝰ ꝑfecti agentis.
ſi ergo ſunt plures virtutes ſm̄ pluralitateꝫ eoꝝ
que concurrunt ad neceſſitatem ſacramēti: ſequi
tur ꝙ quelibet ſit imperfecta et de ſe inſufficiens
ad ꝓducendū effectū ſacramenti. et ſic deus da=
ret plures virtutes rebus ſacr̄alibus q2 nō poſſꝫ
eſſe vnica que totuꝫ produceret quod ē ficticiū.
vel ſi poſſet eſſe aliqua vna talis: melius eſſet ꝙ
illa daretur ſacramētis q̄ ꝙ alie imperfecte mul=

tiplicarentur. ¶3°. arguitur ſic ꝙ nec in ipſis verbis videtur eſſe talis virtus. quia cum oratio ſit quantitas diſcreta: impoſſibile eſt vnam virtutē numero eſſe in tota oratione. oportet igitꝰ ꝙ vel ſint tot virtutes quod ſunt ſyllabe in oratione: vel ꝙ ſolum in vltima ſyllaba ſit virtus illa. non poteſt dici ꝙ in qualibet ſyllaba ſit ſpecialis virtus: quia cum ſacramenta non habeāt efficaciaꝫ ſuam niſi in vltimo inſtāti quo verba complentꝰ ante quod inſtans precedentes ſyllabe deſierūt eſſe et per conſequens virtutes exiſtentes in eis ſequitur ꝙ ille virtutes nihil faciunt ad effectuꝫ ſacramenti: nec in inducendo ipſum quia tūc nō ſunt. nec in diſponendo ſicut dicitur ď guttis precedentibus cauationē lapidis que diſponunt ad illud quod vltima perficit qꝛ ante characterem vel ornatum quē ſacramenta efficiunt: nulla diſpoſitio precedit in anima que fiat per ſacramenta. Item nec talis virtus eſt ſolum in vltima ſyllaba quia per eandē rationem virtus q̄ eſt in aq̄ baptiſmi: eſſet ſolum in vltima parte aque q̄ tangit corpus baptizati quod ſatis aſſimilatꝰ fictitio ¶4°. arguitur ſic. nullū inſtrumentū agit in virtute alterius circa aliquam materiā niſi exercendo circa eandem ſuā propriā actionem. licet enī deus poſſet īmediate facere lectum: ſi tamen fiat mediante dolabra vt inſtrumento: neceſſe eſt ꝙ dolabra ſuam propriā actionē exerceat circa materiam de qua fit lectus. ſed res ſacramētales cū ſint corporales ſuam propriā actionem non poſſunt habere circa animā in qua recipitur effectus ſacramenti vt ꝓbat Auguſtinꝰ. 6°. muſice. igitur impoſſibile eſt ꝙ res ſacramentales agant aliq̄d in anima noſtra in virtute alterius. Ad hoc reſpondent aliqui ꝙ res ſacramētales agūt de ſe circa totum compoſitum ſicut aqua baptiſmi corpꝰ animatū abluit ⁊ oleum vngit ⁊ per conſequens agūt in qualibet partem. ꝓpter quod vt inſtrumentū dici poſſunt agere in animā que eſt pars totius compoſiti. ſed iſtud non valet. quia illud quod agit in totū compoſitum: non pōt agere in qualibet partē niſi q̄tuꝫ ad id in quo partes ſibi inuicem cōmunicant in cōpoſito qꝛ actio ⁊ paſſio cōmunis requirūt aliquā cauſam cōmunem. ſed anima vt eſt ſuſceptiua gratie vel characteris vꝰ alterius diſpoſitionis cauſate per ſacrm: in nullo cōmunicat cum corpore q̄m ad aliquā condicionem pertinentem ad compoſitū. igitur res ſacramētalis q̄ agit in totū cōpoſitum: non ꝓpter hoc agit in animā vt eſt ſuſceptiua gratie vel alteriꝰ ſpūalis effectus et ſic idē quod prius. ¶5°. arguit contra illud qđ dicitur ꝙ omne inſtrumentum

dū mouetur a principali agente: recipit ab eo aliquam virtutem. aduertendū eſt inquit ꝙ inſtrumentuꝫ vocatur aliq̄d dupliciter. vno modo id quod non agit niſi motū localiter ſicut eſt inſtrumentū artis vt dolabra vel ſecuris reſpectu artificis: et in talibꝰ recipitur proprie nomē inſtrumenti: ⁊ tale inſtrumentū nō agit niſi motum et per virtutem receptā a principali agēte vocādo virtutē receptam motū localē in eo cauſatum et non aliq̄d aliud: quia per motū localē nulla forma fit in mobili vt dicitꝰ. 8°. phy. ipſe tamē motꝰ localis poteſt dici virtꝰ qꝛ motus localis vniꝰ eſt ratio mouendi aliud ſicut motus localis baculi ē cauſa motus localis lapidis vel aeris. et qꝛ pura forma artificialis vt ē forma domus vel ſcāni poteſt acq̄ri per ſolū motū localeꝫ cum nō ſit aliud q̄ꝫ ordo vel cōpoſitio: in talibus inſtrumētū agit motū localiter ⁊ per virtutē receptaꝫ que eſt ipſemet motꝰ localis. nec eſt q̄renda alia rōne iam dicta. virtus autē q̄ eſt motus localis vel per talem motū acquiſita: nō eſt ſacramentis a deo influxa. qꝛ omnis motus localis qui eſt in rebꝰ ſacramētalibꝰ fit preciſe a virtute pure naturali ipſius miniſtri. alio modo capitꝰ inſtrumentū minꝰ proꝑe pro agēte ſecūdario ſiue cōiuncto ſicut calor naturalis dicitur inſtrumentum anime ⁊ omnis qualitas actiua naturalis dicitur eſſe inſtrumentū forme ſubſtantialis ſiue ſeparate ſicut agentia naturalia inferiora dicuntur inſtrumenta ſuperioꝝ agentiū a quibus habēt formas ſuas et virtutes operādi. inſtrumentū autem coniunctū vt calor anime nō mouetur localiter a principali agente vt de ſe patet nec recipit ab eo aliquaꝫ virtutem. quia eadē ratione virtus illa reciperet quandā aliaꝫ ad hoc vt attingeret ad eductionē forme ſubſtātialis cū ipſa ſit accidens ſicut ⁊ prima nec agat vltra ſuā ſpeciem niſi virtute alteriꝰ et ſic eſſet proceſſus in infinitū in virtutibus receptis quod eſt inconueniēs. dicitur igitur iſtud inſtrumentū agere in virtute alterius: quatenus eſt ei coniunctū ⁊ actio eius ordinatur ſub actione principalis agentis vt diſponens. inſtrumentum autem ſeparatuꝫ quod eſt ſecundariū agēs recipit a principali agente formā ⁊ virtutē operandi: non tamē oportet ꝙ quando agit ď nouo ꝙ recipiat nouam virtutē ſed agit per virtutem prius receptam ſm curſuꝫ nature. et per hoc nō poteſt dici ꝙ res ſacramētales recipiant aliquaꝫ virtutē a deo quādo applicantꝰ ad vſum. nō tñ eſt negādū qui deꝰ poſſit eis aliquā virtutē influere illam dūtaxat cuiꝰ a natura ſunt capaces. ſed nulla neceſſitas aut ꝯgruitas aparet ꝙ ita ſit ď facto

¶6°.arguit ſic.ſacramēta noue legis dicunť eſſe
ſigna ⁊ cauſe. et ꝙ ſint ſigna nō habet calūniam
ſed de cauſalitate ⁊ modo cauſalitatis: dubita=
tur.arguiť igitur ſic.ſicut rebus ſacramentalibus
cōpetit ratio ſigni:ſic ⁊ ratio cauſe ⁊ nō plus. ſed
res ſacramētales nō ſunt ſigna gratie niſi ex pa-
ctione ordinatione ſeu inſtitutione ⁊ nō per ali-
quā virtutē eis inherētem vel in eis exiſtentem.
¶7°.ſic.ſm omnes circūciſio in veteri lege con=
ferebat grām. ſed hoc fuit ſolum ex quadam pa=
ctione diuine ordinationis ſicut habeť Gene.17
hoc eſt pactū meū quod obſeruabitis. circūcide
tur in vobis omne maſculū. ⁊ ibidē. maſculus cu
ius caro preputij circunciſa non fuerit: delebitur
anima eius de populo ſuo qꝛ pactū meū irritū fe
cit.et ſimiliter videť ꝙ in alijs ſacramētis nō con
feratur gratia niſi ex pactione diuina. ¶Confir=
matur ꝑ Bedā qui dicit in homelia de circūciſio
ne dñi ꝙ idē ſalutifere curationis auxiliū circunci
ſio in lege cōtra originalis peccati vulnꝰ agebat
quod nūc baptiſmus agere reuelate gratie tem
pore cōſueuit. ecce ꝙ etiā ſimilez actionē attribu
it circūciſioni ⁊ baptiſmo.ſi ergo circunciſio nihil
agebat niſi ex pacto ⁊ vt cauſa ſine qua nō: ſequi
tur ꝙ nec baptiſmꝰ nec alia ſacramēta. ¶8°.ſic.
ſicut ſe habet lex vetus ad legē nouā:ſic ſacramē
ta noue legis ad ſacramēta veteris legis. ſed lex
vetus ſic ſe habet ad nouā legē ꝙ illud quod ꝓ=
mitebať in lege veteri:ſoluitur in noua nō ꝑ legē
ſed a deo in lege. igitur ſimiliter eſt in ſacramen=
tis ꝙ gratia in ſacramētis veteris legis promiſſa
vel figurata exhibetur in ſacramētis noue legis
non quidem per ipſa ſ; a deo in ipſis.et in hoc ſuf
ficienter excellunt ſacramēta noue legis ſacramē
ta veteris legis ſicut lex noua legem veterē. nec
eſt querenda maior excellentia quia iſta ſufficit.
¶9°.quia ratio in qua videtur potiſſime funda
ri contraria opinio eſt qꝛ.ſ.cauſa ſine qua non ſi
nihil faciat ad effectum inducendo diſponendo
vel meliorando q̄ꝫ[m] ad rationem cauſandi:nihil
habet ſupra cauſas per accidēs.ſicut albedo do=
mificatoris non eſt cauſa domus niſi per accidēs
nec pactio dat aliquid de ratione cauſe ſed ſolū
de ratione ſigni vt patet in exemplo de denario
plumbeo. quod autem eſt per accidēs omititur
ab arte nec ponitur in diffinitione vt diciť in. 6°
metha. vnde videtur ꝙ ſi ſacramēta non eſſent
niſi cauſa ſine qua non:in diffinitione ſacramenti
non poneretur iſta cauſalitas:nec ſancti fuiſſent
ita ſoliciti ponere iſtam cauſalitatem in diffini=
tione ſacramenti.ſed hoc non valet quia nullus
ſanctus poſuit in diffinitione ſacramenti ꝙ eſſet
cauſa gratie:ſed ſolum magiſter ſententiarum q̄
accepit ab Auguſtino ex.2°. libro Auguſtini de
doctrina chriſtiana ꝙ ſacramentum eſt inuiſibi=
lis gratie viſibilis forma. et addidit de ſuo illud
quod ſequitur.ſ.vt eius imaginem gerat ⁊ cauſa
exiſtat. nullus autez poteſt melius exponere ma
giſtrum q̄ꝫ ipſe ſemetipſum. ipſe autem exponit
ſeipſum in littera dicens ꝙ homo non querit ſa=
lutem in ſacramentis quaſi ab eis: ſed per illa a
deo.nec videtur valere illud quod aliqui dicunt
ꝙ in illis verbis magiſtri hec prepoſitio.a. deno
tat principale agens ſed hec prepoſitio. per.de=
notat cauſam inſtrumentalem. quia talis cauſa
inſtrumentalis accipienda eſt de cauſa ſine q̄ nō
ſm deſcriptionem beati Auguſtini dicentis ꝙ ſa
cramentū eſt in quo ſub tegumento rerum viſibi
lium diuina virtus ſalutem nr̄am ſecretius ope=
ratur. quod autem additur ꝙ illud quod eſt per
accidens dimittitur ab arte nec debet poni in diſ
finitione vel deſcriptione:dicenduz eſt ꝙ duplex
eſt accidens. vnum accidens per accidens quod
eſt ſeparabile et nihil penitus facit nec ad opera
tionem rei nec ad eius notificationem ſicut eſt ď
albedine reſpectu edificatoris ď quo accidente
procedit argumentum.aliud eſt accidens propꝰ=
um vel ex natura rei ſicut riſibile eſt propriū ho=
mini. vel ex ordinatione humana ſicut denarius
plumbeus accipit rationem ſigni ⁊ cauſe ſine qua
non reſpectu elemoſine regis. vel ex ordinatio=
ne diuina ſicut res naturales accipiunt rationez
ſigni ⁊ cauſe ſine qua non reſpectu gratie. et tale
accidens multum facit ad notificationem rei. et
ideo debet poni in deſcriptione notificante rem
precipue q̄ꝫ[m] ad quid nominis ſicut eſt deſcriptio
ſacramenti.¶10.quia auctoritas Auguſtini vel
Bede in qua fundatur contraria opinio non iu=
uat. non quidem Auguſtini quia non eſt eius in=
tentio ꝙ in aqua baptiſmi ſit aliqua virtus inhe=
rens ei:ſed ꝙ ibi eſt ſola virtus diuina aſſiſtens ſi
cut ipſe dicit in notificatione ſacramenti dicēs ꝙ
ſacramentum eſt in quo ſub tegumento rerū ſen
ſibilium virtus diuina ſalutem noſtram ſecretiꝰ
operatur. vnde verba ſua ſunt iſta. vnde eſt hec
tanta vis aque vt corpus tangat et cor abluat?
niſi faciente verbo non quia dicitur ſed quia cre=
ditur. ecce ꝙ non dicit aliquam virtutem eſſe in
aqua niſi quam facit fides verbi quo baptiſmus
confertur hoc eſt fides qua credimus patrem et
filium et ſpiritum ſanctū in cuius inuocatione cō
fertur baptiſmꝰ remittere peccata in baptiſmo. ⁊
ſic dicitur eſſe virtus in aqua per verbuz quia ve
re credimus ꝙ virtus patris ⁊ filij et ſpiritus ſan=

cti inuocata per verbum: ſanctificat baptizatum
in aqua. nec oportet imponere aliam virtutem
inherentem nec vnq̄ȝ hoc intellexit Auguſtinus.
Item auctoritas Bede non iuuat quia eſt con=
tra tenētes aliam opinionem. dicunt enim ꝙ illa
virtus eſt a deo ſicut a principali agente ⁊ a paſ=
ſione xp̄i ſicut a cauſa meritoria ⁊ ex fide eccleſie
ſicut ex continuāte inſtrumētum principali agen
ti. ſed caro xp̄i vel eius contact⁹: neutrum predi
ctorum eſt. igit̄ ex contactu cū aquis in ſuo bap=
tiſmo nulla vis data eſt aquis. Itē ſi ex tactu car
nis xp̄i eſſet data aliqua vis aquis: eſſet data tūc
⁊ illis aquis quas caro xp̄i tetigit. ⁊ tūc ille aque
habuiſſent in ſe talem virtutē: quod iterū eſt cō
tra eos quia dicūt ꝙ illa virtus nō eſt in ſacramē
tis niſi quando applicant̄ per vſum ad illum qui
recipit ſacramentū. et ideo dicendū eſt ꝙ Beda
non intelligit ꝙ aliqua virtus inheſerit aquis ex
contactu carnis xp̄i cum ipſe expreſſe dicat ꝙ idē
agebat circuncisio quod nūc agit baptiſmus: et
tamē nullus tenet ꝙ circuncisio haberet aliquaȝ
virtutem inherentē. ſed intelligit ꝙ baptiſmus
xp̄i in quo caro xp̄i aquā tetigit: fuit ſignū ⁊ repre
ſentatio ꝙ per xp̄m effectiue inq̄ȝm deus ⁊ meri=
torie inq̄ȝm homo: baptiſmus per ip̄m inſtitutus
eſſet ſacramentū regenerationis ſp̄ualis que fit
per aquā ſub preſcripta forma verboruȝ tanq̄ȝ ꝑ
ſacramentū ⁊ per ſolū deum tanq̄ȝ ꝑ cauſam im=
mediate efficiētem quicq̄d ad ſp̄ualem regenera
tionē ꝑtinet. Et iſtud ſatis inſinuatur Ioan. 3°.
vbi xp̄s loquēs ď baptiſmo dicit. Niſi quis rena
tus fuerit ex aqua ⁊ ſp̄u ſancto: nō p̄ōt intrare re
gnum dei. vbi poſtq̄ȝ fecit mētionē de aqua bap=
tiſmi nomine aque: poſtea totā eius efficaciā at=
tribuit ſpiritui ſancto ⁊ nullā aque dicens. quod
natū eſt ex carne caro eſt: ⁊ quod natū eſt ex ſpi=
ritu ſp̄ūs eſt. hec Durandus in forma. ¶ Contra
eandem cōcluſionē arguit Scotus ꝓbādo ꝙ nul
la virtus ſupnaturalis ſit in ſacramento. Primo
ſic. quia ſi illa virtus ſupnaturalis eſt in ſacramē
to aut eſt ibi indiuiſibiliter aut diuiſibiliter ideſt
tota in toto ⁊ in qualibet parte: aut tota in toto
⁊ pars in parte. nō primo modo quia inter om=
nes formas perficientes materiam corporalem
ſola intellectiua ponitur talis. nec ſecundo mo=
do quia tunc extenderetur per accidens in ſub=
iecto quod eſt contra rationeȝ virtutis ſp̄ualis.
¶ 2°. quia in ſacramentis requirunt̄ multa ver
ba. vel ergo in qualibet ſyllaba eſſet eadem vir=
tus omnino: vel in alia ⁊ alia ſyllaba eſſet alia et
alia virtus. ſi primo modo: tunc oportet dicere
ꝙ idem accidens migraret et remaneret poſtq̄ȝ
ſubiectum deſinit. ſi ſecundo modo: ſequit̄ ꝙ ſa=
cramentum conſiſtēs in tota oratione non habe
ret aliquam virtutē vnam. et ſi dicas ꝙ habet a=
liquam virtutē aggregatam ex multis virtutib⁹
partium: hoc non valet. quia non eſſet dare que
iſtarum eſſet principium cauſandi illum effectuȝ
ſpiritualem in anima. nec videtur ꝓbabile ꝙ ſa=
cramentū vnum formaliter cum huiuſmodi for=
malis ratio ſit ex ratione: habeat tot virtutes ſu
pernaturales aggregatas. ¶ 3°. q̄ro q̄n iſta vir=
tus ſupnaturalis cauſatur in iſto ſenſibili pertinē
te ad ſacramentum. aut enim ante applicationē
eius ad actuȝ ſiue vſum: aut in ipſa applicatione.
ſi ante: igitur eius creatio eſt pure miraculoſa q̄r
eſt per actum diuinum ⁊ non per aliquā pactio=
nem ꝑpetuam cū eccleſia. nam non ſequitur ad
aliquid propter quod poſſit dici quaſi cōſequēs
naturaliter ſine miraculo ſicut eſt de animatione
hominis. ſi vero cauſetur in applicatiōe ad vſum
ſequitur inconueniēs. nullum enim inſtrumentū
ideo eſt formaliter aptum ad vſum: quia aliquis
vtitur eo vt inſtrumento. patet inductione ⁊ ra
tione. nam idoneitas inſtrumenti precedit natu
raliter vſum inſtrumenti vt inſtrumētuȝ eſt. igit̄
non quia immergo puerū ſiue vtor aliquo ſenſi=
bili ad actum ſacramenti: ideo recipit illam virtu
tem ſp̄ualem. non eſt ergo dare quādo recipiat.
¶ 4°. quia hic ponitur pluralitas ſine neceſſita=
te. non enim patet neceſſitas talis virtutis que
fingitur in ſacramento. neq̄ȝ ſm̄ rationem natu=
ralem manifeſtum eſt neq̄ȝ ſm̄ fidem. quia ſicut
ſequendo rationē naturalem nō ſunt ponenda
plura niſi que ratio naturalis cōcludit: ita ſequē
do fidem non ſunt plura ponenda q̄ȝ veritas fi=
dei requirat. veritas autē fidei nō requirit pone=
re talem virtutem ſupernaturalem in aqua vel
in verbis: nec aliq̄ ratio cogit ad huiuſmodi plu=
ralitatem. preſertim quia ſi poneretur talis vir=
tus: ipſa non crearetur regulariter niſi ex pactio
ne diuina cum eccleſia. et ita ſine tot ſuperfluis in
aqua et anima intermediis: poteſt ſaluari ꝙ pa=
ctio diuina ſit immediata cauſa reſpectu effect⁹
conferendi recipienti ſacramēta. ¶ 5°. quia exē=
pla que adducuntur de virtute recepta in inſtru
mento non concludunt. non quidem illud exē=
plum de ſenſibili ſermone nam accipit manifeſte
falſum. nam ſermo audibilis non habet formali=
ter in ſe aliquam intentionem anime. quod pro=
batur quia ſermo nō īpoſitus ad ſignificādū: nul
lam talem formā habet in ſe. patet omnib⁹. ꝑ im
poſitionem autem non recipit aliquam abſolu=
tam formam nec relationem niſi forte rationis.

¶5°.etiam probatur aliter. qꝛ eodem exiſtente
agente principali et inſtrumento ſufficienti: ſeq
tur eadem actio.ſed ſi latinus proferat verba la
tina greco:idem eſt agens principale ⁊ inſtrumē
tum:quod eſſet ſi loqueretur alicui latino. et ta=
men effectus non ſequitur. quia nullus concep=
tus cauſatur in greco audiente.igitur ſermo non
racter eſt diſpoſitio directe ad grām ſacꝛalem ⁊ hec nūꝗ̄ precedit characterē: ꝗ̄uis poſſit illum precedere grā abſolute gratum faciens. ¶ Ad quartā dicitur ad minorē ꝙ ſi intelligatur excluſiua ſolā: ita vt excludat quācumqꝫ diſpoſitionē ad gloꝛiā: falſa eſt. nā vt Apoſtolꝰ dicit. Ro. 6°. grā dei vita eterna. licet enim anima in eo ꝙ eſt imago trinitatis ſit capax beatitudinis: indiget tamē grā ad illā optinēdā: quoniā eſt eiꝰ capax grā adiuuāte ⁊ diſponente. queadmodum licet homo ſit naturaliter capax diſcipline: non ideo ſequitur ꝙ illā abſqꝫ doctrina doctoꝛis vel alio auxilio conſequi poſſit. ¶ Ad confirmationē dicitur ꝙ maioꝛ hēt veritatē quādo diſpoſitio eſt neceſſitās adequate ⁊ conuertibiliter ad foꝛmā et ꝗ̄$^{m}$ ad fieri ⁊ ꝗ̄$^{m}$ ad eſſe. ſed character non eſt diſpoſitio ad gratiā ex neceſſitate ſed per quandā congruitatis dignitatē pꝛout. S. Tho. dicit ītra diſ. 4. q. p$^{a}$. ar°. p°. ad. 5$^{m}$. Itē neqꝫ eſt diſpoſitio ad gratiā ꝗ̄$^{m}$ ad eſſe. vnde obiectio nō militat in pꝛopoſito. Patet igitur ex ꝑmiſſis ꝙ non eque bene ſola ablutio vel quecunqꝫ operatio naturalis ſacramēti poteſt eē diſpoſitio ad grāz ſicut character ⁊ oꝛnatus ſacramētalis. ac ꝑ hoc ꝙ ſacra noue legis magis ſunt cauſa diſpoſitiua ad gratiā per hoc ꝙ ſunt cauſatiua characteris ⁊ oꝛnatus: ꝗ̄ per hoc ꝙ hūt pꝛopꝛias operationes naturales ſine illis. Neqꝫ valet ſecunda ratio ad pꝛobādum idē aſſumptum. pꝛimo qꝛ maioꝛ hēt veritatē tunc ꝓaiſe quādo cum paucioꝛibus pactis ſeruatur tāta ⁊ tā ꝑfecta efficacia ſacramētoꝛum qḋ tñ non eſt in ꝓpoſito. nā maioꝛ ⁊ perfectioꝛ efficacia ſacroꝛum eſt eoꝛum q̄ per virtutez quā continēt cauſant effectus ſacꝛales ⁊ diſponūt ad gratiā: ꝗ̄ illoꝛum ſacroꝛum q̄ nec virtutē nec cauſalitatē effectiuā hūt ad effectus ſacꝛales ſed ſunt tātūmodo ſigna. ꝑfectioꝛ ſiquidē eſt efficacia eius quod eſt et ſignuz ⁊ cauſa alicuius: ꝗ̄ eius quod eſt ſignum tātūmodo. Secundo qꝛ eque plura pacta requiruntur ſi ſacra non habeāt virtutem ⁊ cauſalitatē reſpectu grē vt arguens ponit: ꝗ̄ ſi illā habeāt vt nos ponimus. pꝛimum pactum eſt ꝙ verbo accedēte ad elemētum: diuina virtus aſſiſtat ad effectum ſacramēti cauſandum. ſecundum pactum eſt ꝙ in caſu de tribus hoſtijs poſitis coꝛā ſacerdote: diuina virtus cauſet ſacꝛalē effectum circa hoſtiā quā ſacerdos intēdit ⁊ non circa aliā quaſi deus pepigerit intētionem ſacerdotis verba pꝛoferētis ſequi. tertium pactum eſt quod ipſe arguēs contra nos adducit. quartum pactum eſt ꝙ ad ablutionem aque in baptiſmo diuina virtus cōferat gratiā. patet igitur ꝙ eque multa pacta ſequūtur ad opinionē arguētis queadmoduz ad noſtrā poſitionē. Inconueniētia aūt nulla ſequūtur ex nr̄a poſitione vt partim ſupꝛa declaratuz eſt ⁊ magis infra apparebit. ex opinione vero arguētis plura ſequuntur inconuenientia contra dignitatez ⁊ efficaciā ſacramētoꝛum noue legis q̄ ex dictis. S. Tho. colligi pñt in pꝛobatione cōcluſionis. ¶ Ad pꝛimā confirmationē dicitur ſicut ibi reſponſum eſt ꝙ ꝑ vltimā ſyllabā virtute pꝛecedētium. et cum arguēs infert ꝙ tunc iā venitur ad aliud pactum: reſpondemus ꝙ vana ⁊ puerilis eſt talis querela: quādo tota virtus et efficacia ſacramētoꝛum noue legis pꝛouenit ex voluntate ⁊ inſtitutione diuina ac ꝑ hoc ex pacto diuine pꝛouidētie beneplacito. neqꝫ minus eſt puerilis queſtio qua arguēs querit cur igit̄ deus non poſſet ſic ſtatuere ⁊c̄. dicimus ſane ꝙ poſſet deꝰ ſi voluiſſet. ſed ſicut colligitur ex auctoꝛitatibꝰ ſctōꝛum doctoꝛum noluit ad dignitatem ⁊ excellētiā inſinuādā ſacramētoꝛum noue legis. Ut enim. S. Tho. reſpondet in hoc ꝓpoſito de veri. q. 27. ar. 4. ad. 16$^{m}$. deus nō vtitur inſtrumētis vel cauſis medijs in ſua actione pꝛopter ſui indigentiā: ſed pꝛopter effectuū cōueniētiā. conueniēs enim eſt vt nobis diuina remedia exhibeātur ſēm moduz nr̄m. i. per ſenſibilia vt dicit Dioniſius. p°. ca°. eccleſ. hierar. ¶ Ad ſecundā confirmationē dicit̄ ꝙ virtꝰ illa ē in verbis ſubiectiue. ⁊ ad huius impꝛobationē dicimꝰ ꝙ licet vnū accidēs vel vna q̄litas non poſſit eē ꝑ ſe ſolum ſubm̄ alterius dās ei complete ſuſtētamētum: pōt tñ eſſe īmediatum ſubm̄ alterius virtute ſub̄e que vtrumqꝫ ſuſtētat. quemadmodum ſuperficies eſt ſubm̄ coloꝛis ⁊ potētia anime eſt ſubiectum virtutis. ſic etiam verba ratione pꝛimi ſubiecti vel pꝛoferētis verba vl' lingue vel gutturis vel aeris pōt eſſe īmediatum ſubiectum virtutis ſacꝛalis. ¶ Ad. 3$^{m}$. pꝛincipale dicitur ꝙ aſſumptum eſt falſum. ⁊ ad eius pꝛobationē dicitur ꝙ argumētum magis ē ad nr̄m ꝓpoſitum ꝗ̄ ad oppoſitū. nā ſicut in alijs motibus licet foꝛma inducta per agēs in paſſum expellat foꝛmā contrariā foꝛmaliter ⁊ pꝛopter incōpoſſibilitatē: virtus tñ agētis q̄ talē foꝛmā inducit in paſſum: effectiue ſe hēt ſicut ⁊ agēs ad talē effectum. et pari modo ꝗ̄uis id quod mouetur ad vbi expellat aliud coꝛpus pꝛopter incompoſſibilitatē vtriuſqꝫ in eodē vbi: virtus tamē ipſius agētis mouētis vnū coꝛpus ad vbi alteriꝰ effectiue ſe hēt ad talez effectum ſicut ⁊ ipſum agēs ⁊ mouens: non ſicut qḋ ſed ſicut quo. ex quo ſe=

quitur in propoſito noſtro ꝙ licet oꝛnatus vel
character aut grā foꝛmaliter ⁊ ꝑ incompoſſibili
tatē expellat a ſuſcipiēte ſacramētum foꝛmā vel
diſpoſitionē contrariā: virtus tñ ſacramēti deri=
uata a deo pꝛincipali agēte effectiue ſe habet ſi=
ue attingēdo ſiue diſponēdo ad ſacrālē effectū.
vnde arguēs videtur falli putās ꝙ idē numero
ſit virtus agētis vel pꝛincipalis vel inſtrumēta=
lis cum foꝛma inducta in paſſum quod verum
non ē. non enim virtus exiſtēs in ſemine eſt idē
numero cum foꝛma vel diſpoſitione cauſata in
fetu. nec caloꝛ ignis quo agit in lignum: eſt ipſe
caloꝛ numero quē ligno ignis immitit. ¶ Ad ar
gumēta durādi contra qrtā concluſionē: ad pꝛi
mum reſpōdet. S. Tho. in hac diſ. lec. $p^{a}$. ar. 4.
ſub. ar. 2. ad. $4^{m}$. ꝙ in re coꝛpoꝛali non pōt eſſe
virtus ſpiritualis ſm eſſe completum: pōt tñ ibi
eſſe ꝑ moduꝫ intētionis ſicut in inſtrumētis mo
tis ab artifice eſt virtus artis. ⁊ ſermo audibilis
exiſtēs cauſa diſcipline vt dicitur in libro ꝺ ſen=
ſu ⁊ ſenſato: continet intētiones anime quodaꝫ
modo. in motu ēt eſt virtus ſubē ſeparate mo=
uētis ſm philoſophos. ⁊ ſemē agit virtute ani=
me vt dicitur in. 16. de animalibus. Idē in ſentē
tia reſpondet. 3. ꝑ. q. 62. ar. 4. ad. $p^{m}$. Et in de
veri. q. 27. ar. 4. ad. $4^{m}$. Et in reſponſione ad
$5^{m}$. dicit ꝙ virtus illa nec pōt dici coꝛpoꝛea nec
incoꝛpoꝛea pꝛopꝛie loquēdo. coꝛpoꝛeum enim
⁊ incoꝛpoꝛeum ſunt differentie entis completi.
ſed pꝛopꝛie dicitur virtus ad incoꝛpoꝛeuꝫ. ſicut
etiam motus magis dicitur ad ens ꝙꝫ ens. obie=
ctio autē pꝛocedit ac ſi iſta virtus eſſet comple=
ta foꝛma. ¶ Ad. $2^{m}$. reſpondet Sāctus Tho.
in hac diſ. loco pꝛoxime allegato ad. $5^{m}$. ꝙ ſicut
virtus abſoluta nō eſt complete in quolibet cō
gregatoꝛum ad vnā actionē quaꝫ nullus per ſe
ꝑficere poteſt ſicut eſt de tractu nauis ſed eſt in
omnibus ſimul inqꝫtum ſunt omnes loco vnı⁹
agētis ⁊ ſic virtus in eis exiſtēs ſuā retinet vnita
tē: ita etiā eſt de inſtrumētis quādo vnum non
ſufficit. ⁊ ſic etiam eſt in alijs multis q̄ exiguntur
ad ſacramētum qꝛ in omnibus ſimul acceptis ē
illa virtus complete: in ſingulis autē incomple
te. Idē in ſententia reſpondet. $3^{a}$. ꝑ. loco pꝛoxi=
me allegato ad. $4^{m}$. ¶ Ad. $3^{m}$. patet ſolutio ſu
pꝛa ex reſponſione ad. $2^{m}$. ſcoti contra tertiā cō
cluſionem. cum autē arguēs dicit ꝙ ante chara=
cterē vel oꝛnatum nulla diſpoſitio ꝓcedit in ani
ma que atribuatur ſyllabis vel partibus oꝛatio
nis pꝛecedētibus vltimā quēadmodum fit aliq̄
diſpoſitio in lapide ex guttis pꝛecedentibus vl=
timā: dicitur ꝙ eſt falſum. quoniaꝫ immo ꝓcedit

ſcilicet diſpoſitio ad complemētum oꝛationis ⁊
ſignificationis verboꝛum quā faciunt ſyllabe et
dictiones ex ipſo oꝛdine ſucceſſionis quā ſigni=
ficationē virtus ſacrālis conſequitur. hāc auteꝫ
diſpoſitionē vltima ſyllaba non hꝛēt ſine pꝛece=
dētibus. naꝫ vt Sāctus Tho. inquit infra diſ. 8.
q. 2. ar. 3. ad. $6^{m}$. de verbis ſacrālibus euchari=
ſtie: virtus conuerſiua q̄ eſt in verbis cum ſit ſa=
cramentalis: ſequitur ſignificationē. ſignificatio
autē exiſtētis conuerſionis cum impoꝛtet oꝛdi=
nem vnius ad alterum: non poteſt fieri ꝑ dictio
nē ſed opoꝛtet ꝙ per oꝛationem fiat cuius par=
tes ꝙꝫuis ſucceſiue pꝛoferātur: tñ ſignificatio eſt
tota ſimul quod tūc complet vltima oꝛationis
particula. Cum autē arguēs vltimo infert ꝙ ꝑ
eādē rationē virtus ſacrālis eſſet in vltima par=
te aque q̄ tāgit coꝛpus baptizati: reſpondemus
dupliciter. pꝛimo ꝙ non eſt ſimile ꝺ aqua que ē
res permanēs ꝙꝫ$^{m}$ ad omnes ſui partes in quib⁹
omnibus ſimul pōt recipi ⁊ ſtare virtus: ⁊ ꝺ ver
bis ſacramētalibus que conſiſtūt in ſucceſſione
quoꝛū partes vt dictiones vel ſyllabe ſimul ſta=
re non poſſunt ſed ſibi inuicem ſuccedunt: ita ꝙ
eadeꝫ foꝛma vel virtus in omnibus ſimul recipi
non poſſit. Reſpondemus ſecundo ꝙ nullum
inconueniēs nobis eſt ꝙ virtus in ſacramēto ba
ptiſmi ſit in illa tātum aq̄ parte q̄ tangit coꝛpus
baptizati. immo multū rationabile id putamus
¶ Ad. $4^{m}$. dicitur ꝙ minoꝛ ē falſa loquēdo diſ=
poſitiue ⁊ inſtrumētaliter. ⁊ de hoc latius dictū
eſt ſupꝛa in reſponſione ad $p^{m}$ contra hāc quar=
tam concluſionem ⁊ in fine ſexti notabilis. Au=
guſtin⁹ autē loquitur de actione rei coꝛpoꝛalis
quā hēt ex ſua natura non vt inſtrumētum alte
rius pꝛincipalis agētis. Reſponſione autē quā
arguēs introducit non ē opus nobis. ¶ Ad. $5^{m}$
dicitur ꝙ ſicut deductū fuit in ſexto notabili ar=
gumētum pꝛocedit ex falſa imaginatione argu
entis q̄ſi. ſ. qꝛ inſtrumētum non agit niſi motuꝫ
a pꝛincipali agēte: ideo nō recipit ab eo aliā vir=
tutē vel foꝛmā niſi tātūmodo motum. hoc autē
falſum eſt ſicut ibi patuit. neqꝫ ideo erit ꝓceſſus
in infinitum qꝛ ſtādum eſt in virtute pꝛincipalis
agētis a q̄ virtus quedaꝫ participata deriuatur
ad inſtrumentum. ita ꝙ inſtrumentum agit per
hanc virtutem ſibi communicatā. hec auteꝫ vir=
tus agit per virtutem agentis pꝛincipalis a qua
deriuatur. virtus autem pꝛincipalis agētis agit
non per aliam ſed ex ſui natura. ¶ Ad. $6^{m}$. dici=
tur ꝙ conſequētia quā arguens infert ex mino=
re pꝛopoſitione nulla eſt. non enim ſequitur ex
pꝛemiſſis. nam plus requiritur ad rationē cauſe

q̄ ad rationem ſigni. vnde ſacramenta licet non habeant virtutem illis inherentem inq̄tū ſunt ſigna: habēt tamē illam inq̄tū ſunt cauſe. ¶ Ad $7^{m}$. dicitur q̄ ſimilitudo non valet. quia circunciſio in veteri lege non cōferebat gratiam ex opere operato quemadmodum eam conferunt ſacramenta noue legis. et de hoc latius dicetur in queſtione ſequente. ¶ Ad. $8^{m}$. dicitur q̄ minor ē falſa in eo q̄ dicit promiſſa in lege veteri ſolui in noua: non per legem nouā ſed a deo in lege. nā vt de ceteris taceamus: iuſtificatio hominis ad vitam eternam quam lex vetus non dabat ſed promitebat: non ſolum eſt a deo data in noua lege: ſed ꝛ per legem nouam. nam datur per grām per quam homines iuſtificātur ſm illud Ro. 3°. iuſtificati gratis per gratiam. gratia autem gratum faciens eſt proprie et principaliter ipſa lex noua prout Sanctꝰ Doc. pulchre deducit prima $2^{e}$. q. 106. arti. pmo. et arti. 2° probat q̄ ipſa lex noua iuſtificet homines ad differentiam legis veteris que non iuſtificabat. vnde Auguſtinus in libro de ſpiritu ꝛ littera exponens illud Hiere. 31. dabo leges meas in mentes eorū ꝛ in corda eorum ſuperſcribam eas: que ſunt inquit leges dei ab ipſo deo ſcripte in cordibus: niſi ipa preſentia ſpiritus ſancti que. ſ. eſt per gratiam. ¶ Ad. $9^{m}$. dicitur primo q̄ concluſio noſtra non fundatur potiſſime in ratione quam arguens recitat q̄uis et illa ſatis eā probet: ſed fundatur in auctoritatibus ſanctorum doctorum. ait enim Auguſtinꝰ ſuper illud Joan. 15. iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. vnde iſta tanta virtus aque vt corpus tangat ꝛ cor abluat niſi faciente verbo: non quia dicitur ſed qꝛ creditur. nam ꝛ in ipſo verbo aliud eſt ſonus trāſiens aliud virtus manens. hec ille. in quibus verbis expreſſe dicitur q̄ in aqua baptiſmi eſt virtꝰ que cor abluit. item q̄ in verbis ſacramentalibꝰ baptiſmi eſt virtus manens. Item in de baptiſmo paruulorum. paruuli inquit baptizati inter credentes reputantur per ſacramenti virtutem. Item Ambroſius de ſacramentis. aliud inq̄t eſt elementum aliud cōſecratio. non ſanat aqua niſi ſpiritus ſanctus deſcendat in eam. Item Chriſoſtomus ſuper illud Joan. 5°. angelus autem domini deſcendebat ſm tempus ait. ſicut enim et in baptizatis non ſimpliciter aqua operatur: ſed cum ſpiritus ſancti acceperit gratiam: tūc omnia ſoluit peccata. et multe alie ſanctorum auctoritates adduci poſſent. vnde licet ſācti doctores diffinientes ſacramentum non ita expreſſe hāc virtutem tetigerint: id tamen fecerunt ſepe loquentes de ſacramentis noue legis. ex quorum dictis magiſter ſententiarum collegit diffinitionem in qua expreſſe poſuit ſacramenta noue legis cauſam eſſe gratie. Diſtinctio autem arguētis de accidente proprio et ſeparabili: friuola eſt et ad fugam cōficta. nam vt clare patet recte intelligentibus: diffinitio poſita a magiſtro non ad hoc eſt introducta vt quid nominis preciſe notificet. nō enim circa quid nominis ſacramenti fuiſſet magiſter tam ſolicitus tractans de ſacramentis eccleſie prout curationi adhibentur contra originalis et actualis peccati vulnera vt ipſe in prefatione huiꝰ quarti libri premittit. ¶ Ad. $10^{m}$. dicitur q̄ arguens aſſumit falſum imo vtraq̄ auctoritas multum iuuat. et ad aſſumpti probationē dicitur q̄ gloſa quam dat verbis Auguſtini eſt cōficta. non enim propter ſolam aſſiſtentiam diuine virtutis Auguſtinus diceret vim eſſe aque vt corpus tangat et cor abluat. eſſet enim non tam improprie q̄ falſe dictum. nam cauſe per accidēs vel ſine qua non: non vere attribuitur q̄ ſua vi effectum cauſet. Nec obſtat quod ſequitur: niſi faciente verbo non quia dicitur ſed quia credit̄: nam huius dicti ſenſus verus eſt q̄ verbum. ſ. ſacramentale non habet vim cor abluēdi propter exteriorem ſonum quo a baptizante profertur: ſed quia creditur quia. ſ. ad predictum effectum requiritur fides in baptizato vel propria vt in adultis vel interpretatiua vt in īfantibus que eſt fides parentum vel eccleſie: pro eo q̄ per fidem huiuſcemodi: ſacramēta continuant̄ ſicut inſtrumenta principali agenti. ſ. deo tanq̄ efficiēti cauſe: et paſſioni xp̄i tanq̄ meritorie, put. S. Doc. ait in hac diſ. lec. $p^{a}$. ar. 4. ſub. ar. 3. Et huic vero ſenſui conſonat quod in auctoritate Auguſtini ſequitur cum dicit. nam et in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens: aliud virtus permanens. vbi etiam dicit virtutem in verbo permanentē. Huic etiam vero ſenſui fauet auctoritas ſupra poſita Auguſtini in de baptiſmo paruulorum cum dicit. paruuli baptizati inter credentes reputantur per ſacramenti virtutem et offerentis reſponſionem. ſ. fidei. vbi vtrūq̄ tangitur. ſ. virtus ſacramenti exiſtens in verbis: et fides offerentiū que per eorum reſponſionem inoteſcit. Quod autē arguens adducit ex auctoritate Bede cōtra noſtram opinionem: dictum eſt puerile. nā licet caro xp̄i vel eius cōtactus nō ſit principale agēs. ſ. deus nec ſit ipſa paſſio xp̄i: certum tamē eſt q̄ diuinitas xp̄i per eius carnem operata eſt nr̄am ſalutem. et paſſio chriſti ad idipſum vi habuit quia erat paſſio carnis chriſti. ita q̄ virtus et efficacia

paſſionis: carni chriſti tanq̃ inſtrumento coniũ-
cto aſcribẽda eſt. vnde Damaſcenus dicit in ter-
tio libro q̄ humana natura in chriſto erat velut
organum diuinitatis. et ideo vt Sanctus Tho-
mas notat in de veritate. q. 27. arti. 4. in cor-
pore: ſicut humana natura in chriſto cõmunica-
bat diuine virtuti inſtrumentaliter in corporali-
bus effectibus: ita etiam in ſpiritualibus. vnde
ſanguis chriſti pro nobis effuſus habuit vim a-
blutiuam peccatorum ſm illud Apocalipſis pri-
mo. lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo
Et Romanorũ. 3°. iuſtificati in ſanguine ipſius.
ſic igitur humanitas xp̄i eſt inſtrumentalis cauſa
iuſtificationis nr̄e. que quidem cauſa nobis appli
catur ſpũaliter per fidem: ⁊ corporaliter per ſa-
cramẽta. vnde illud eſt perfectiſſimũ ſacramẽtũ
in quo xp̄i corpus realiter cõtinet̃. ſ. euchariſtia ⁊
eſt omnium alioꝝ conſeruatiuũ vt Dioniſius di-
cit in eccleſiaſtica hierarchia. alia vero ſacramen
ta participant aliquid de virtute illa qua huma-
nitas xp̄i inſtrumẽtaliter ad iuſtificationẽ opera
tur. ratione cuiꝰ baptiſmus ſanguine xp̄i ſanctifi-
catus dicitur ab apoſtolo Hebre. 10. vnde ⁊ paſ-
ſio xp̄i in ſacramentis noue legis dicitur operari.
hec. S. Tho. patet igit̃ ex dictis q̃ irrationabili-
ter et minus docte arguens dixerit auctoritatē
Bede ſentẽtie Sãcti Tho. repugnare. Cũ aũt
arguens obijcit q̄ ſi ex tactu carnis xp̄i eſſet data
aliqua vis aquis: tunc data eſſet ⁊ illis aquis q̃s
xp̄s tetigit: et tunc ille aque habuiſſent in ſe talẽ
virtutem quod iterũ eſt contra eos qui dicũt q̄
illa virtus nõ eſt in ſacramentis niſi quãdo appli
cantur p̄ vſum ad illum q̄ recipit ſacramentũ: reſ
pondet. S. Tho. in hac diſ. lec. pª. ar. 4. ſub. arti.
2. ad. 2m. q̄ inſtrumẽto datur virtus agẽdi iſtru
mentaliter dupliciter. vno modo quaſi inchoati
ue quando inſtituitur in ſpecie inſtrumenti. alio
modo dat̃ complete quãdo actu mouetur a prin
cipali agẽte ſicut quãdo carpẽtarius vtitur ſerra.
et ſimiliter cõplete dat̃ virtus ſacramẽtis in ipſo
ſacramẽtoꝝ vſu. hec ille. vbi quod dicit inchoati-
ue: congrue intelligitur quaſi deputatiue. nã quã
do dolabra vel ſerra cum tali materia et ſub ta-
li figura cõſtituitur: propter ſui aptitudinẽ qua-
ſi deputatur vt ſit inſtrumentum artificis. et con
ſimili modo aqua ſm ſpeciem ſuam fuit deputa-
ta baptiſmali ablutiõi ex tactu carnis chriſti quã
do baptizatus eſt. in vſu tamen baptiſmi quan-
do. ſ. accedit verbum ad elementum: accipit cõ-
plete ideſt actu virtutem regeneratiuam. Et ex
his patet q̄ ſenſus quem ipſe arguens dat dictis
Bede ſit fictitius: cum ipſe dicat aperte q̄ chri-
ſtus vim regeneratiuam contulit aquis. hoc cer-
te non eſt idem dictu q̄ dicere tactum aque p̄ car
nem chriſti eſſe ſignum tantũmodo regeneratio
nis fiende per dei virtutem aquis aſſiſtentem. ta
lis enim ſenſus nimis extortus et confictus eſt.
Quod autem arguẽs vltimo adducit ex verbis
chriſti. Joan. 3°. niſi quis renatus fuerit ex aqua
⁊ ſpiritu ſancto et cetera: pro nobis facit cum ex-
preſſe ibi dicatur renatus ex aqua ſimul ⁊ ſpiritu
ſancto. ex quo ſequitur q̄ aqua vim habeat rege
neratiuam. Neq̧ obſtat quod poſtmodum mẽ-
tionem de aqua baptiſmi non fecerit ſed de ſpiri-
tu ſancto: tum quia ſufficiebat illud in eodem cõ
textu littere iam dixiſſe: tum etiam ad ſignifican
dam differentiam efficiendi inter aquam ⁊ ſpiri-
tum ſanctum ſicut inter cauſam principalem ⁊ in
ſtrumentalem. ¶ Ad argumenta Scoti contra
eandem concluſionem ad primum dicitur q̄ illa
virtus ſupernaturalis eſt in ſacramento indiui-
ſibiliter ideſt tota in toto ⁊ tota in qualibet eius
parte. neq̧ valet huiꝰ improbatio. quia aſſump-
tum habet veritatem de formis perficientibꝰ ma
teriam ſm eſſe reale ratum ⁊ permanens. virtꝰ
autem ſacramẽtalis non habet tale eſſe in ſacra
mentis ſed eſſe intentionale. et ideo argumentũ
non eſt ad propoſitum. ¶ Ad. 2m dicimus q̄ ſi-
cut dictum eſt ſupra: virtus verborum ſacramẽ-
talium eſt ſubiectiue in vltima ſyllaba in ordine
tamen ad precedentes. vnde diuiſio arguentis
eſt inſufficiens. nam neq̧ eſt actu eadem virtus
in omnibus ſyllabis: neq̧ eſt alia et alia in alia ⁊
alia ſyllaba: ſed eſt tota in vltima ſyllaba prout
dictum eſt et ſic ceſſat obiectio. ¶ Ad. 3m dicitur
q̄ iſta virtus ſupernaturalis actu et complete ẽ
in ipſa applicatione ad vſum et non ante. habet
tamen quandam aptitudinem ſaltē deputatio
nis ex inſtitutione ſacramenti quod alias dicitur
eſſe inchoatiue. et ſic ceſſat impugnatio huiꝰ par
tis. nam ſicut inſtrumentuꝫ anteq̃ applicetur ad
vſum eſt aptum ad illum: ita ex ipſa ſacramento
rum inſtitutione ſacramenta habent quandam
velut aptitudinē ad vſum ſacramentalē. ¶ Ad
4m. dicitur q̄ licet talis pluralitas non habeat
abſolutam neceſſitatem: habet tamẽ congruita-
tem multum rationabilem propter dignitatem
ſacramentorum noue legis vt non tm̄ ſint ſig-
na effectus ſacramentalis quemadmodum ſa-
cramenta veteris legis: ſed et ſint quodãmodo
cauſe. vnde falſum eſt q̄ veritas fidei non requi
rat ponere talẽ virtutem ſupernaturalem. non
tanq̃ ſit abſolute neceſſariũ: ſed quia congruum
eſt ⁊ multum rationabile. et cum arguens infert

ꝙ talis virtus nō crearetur regulariter niſi ex pa
ctione diuina: dr̄ ꝙ eſt verū ⁊ tamē ideo nō ſup=
fluit vt arguens obijcit. q2 licet pactio diuina po=
tuerit eſſe īmediata cauſa effectus ſacramētalis
noluit tamen deus ꝓpter rationes ſepe aſſigna
tas. ¶ Ad. $5^{m}$. dicit̄ ꝙ aſſumptū eſt falſum. neqꝫ
valet ꝓbatio cōtra exēplum ꝺ ſenſibili ſermone
qm̄ iterū arguēs aſſumit falſum. et ad eius ꝓba=
tionē primā dicitur ꝙ ſermo nō ſolūꝫ habet vim
ſpūalem excitādi ⁊ edocendi audientes a prima
impoſitione ad ſignificandum: ſed etiā et magis
quādo profertur a dicēte ad inſtruendū audien
tem circa aliquē conceptum ipſius proferentis.
¶ Ad ſecundā probationē dicitur ꝙ ſermo audi
bilis non eſt per ſe ſolum inſtrumētum ſufficiens
ad cauſandū anime cōceptū in audiente: ſed re=
quiritur in ipſo aliqua terminorū noticia p quaꝫ
deueniat in cognitionē eorum que ſenſibili ſmo=
ne illi proponuntur. et propter defectū huiꝰ no=
ticie ſi latinus proferat verba latina greco igno=
ranti latinum: nō cauſat in eo animi ſui concep=
tum. nō quia in tali ſermone nō ſit vis cauſatiua
conceptus: ſed quia audiens nō eſt diſpoſitꝰ ad
illam recipiendā. quia actꝰ actiuorū ſunt in patiē
te diſpoſito. et ꝺ hoc ſatis dictū fuit in vltimo no
tabili. Neqꝫ valet improbatio ſecundi exempli
nam falſuꝫ eſt quod aſſumit nec arguēs probat.
vt eniꝫ. S. Tho. dicit in hac diſ. lec. $p^{a}$. ar. 4. ſub
ar. 2. ad. $3^{m}$. nullū inconueniēs eſt ſi virtus que
motui ꝓportionatur: datur rei ſtati vel poſt mo
dicū deſiture. Neqꝫ valet improbatio tertij. qm̄
et ſi motus localis celi nō poſſit eſſe formale pri=
cipium ſubaꝝ inferioꝝ ſub ratione qua talis mo
tus eſt: pōt tamē eſſe cauſa ratione virtutis cele=
ſtis q̄ per motum localē defluit ⁊ deriuat̄ ad iſta
inferiora. et pari modo dicimꝰ ꝙ ratione virtu=
tis collate in vſu ſacramētoꝝ: pōt cauſari effectꝰ
ſacramētalis. ¶ Ad. $6^{m}$. dicit̄ ꝙ aſſumptū eſt fal=
ſum ſi inſtrumēta capiātur ꝓut mota ſunt a prin
cipali agente. et ad eiꝰ ꝓbationem dicit̄ ꝙ q̄uis
ſerra vel aliud inſtrumētum nō habeat actiuita=
tem vel cauſalitatē ad artificiū conſtruenduꝫ ex
quantitate vel figura vel motu locali: habet ta=
men illam ex virtute principalis agentis. ſ. ex ar
te ſibi per motum intētionaliter cōmunicata. vn̄
totus proceſſus argumēti ſupuacuꝰ eſt eo ꝙ fun=
datur in hoc ꝙ inſtrumēta non hn̄t actiuitatē ad
effectū principalis agētis per formas ſibi ꝓprias
⁊ cōnaturales quod ⁊ nos concedimus: ſed dici=
mus ꝙ habēt illā vim ex ſuperiori forma. ſ. agen=
tis principalis. ¶ Ad. $7^{m}$. negatur aſſumptum.
et ad eius probationem dicimus ꝙ loquendo ꝺ

ſacramēto matrimonij noue legis: virtus illa in=
fuſa eſt in verbis aut in ſignis vel actibus equi=
polentibus. et in caſu arguentis ꝺ copula carna=
li cum verbis de futuro: dicimus ꝙ ipſa virtꝰ da=
tur vel in eorum conſenſu qui tunc repetitur: vl̄
in aliquo alio ſigno equipolente verbis. Et cum
vltimo arguens querit quid cauſabit talis virtꝰ:
dicimus ꝙ diſpoſitionem ad gratiam que dicitur
ornatus: et poteſtatem vtēdi corpore coniugis
ac fidem ſeruandi et ſi qui alij ſunt effectus ſacra
mentales matrimonij. ¶ Ad argumentum ante
oppoſitum reſpōdet Sanctꝰ Thomas in hac di=
ſtinctione lectione prima arti. 4. ſub. arti. 2. ad
$5^{m}$. ꝙ ſicut virtus abſoluta non eſt complete in
quolibet congregatorum ad vnam actionē quā
nullus per ſe perficere poteſt ſicut eſt ꝺ tractu na
uis: ſed eſt in omnibus ſimul inq̄ꝫm ſunt omnes
loco vnius agentis et ſic virtus in eis exiſtens ſu
am retinet vnitatem: ita etiam eſt de inſtrumen
tis quando vnum non ſufficit. et ſic etiam eſt in
alijs multis que exiguntur ad ſacramētum. quia
in omnibus eſt illa virtus complete ſimul accep
tis: in ſingulis autem incomplete. Et in hoc arti
culus terminatur.

ITeruz cir
ca eandeꝫ diſtinctio=
nem queritur vtrum
ſacramēta veteris le
gis cauſent gratiam
et arguitur ꝙ ſic. quia
dicit Beda in home
lia circumciſionis. idē
ſalutifere curationis
auxilium circumciſio in lege contra originalis pec
cati vulnus agebat: quod baptiſmus agere reue
late gratie tempore conſueuit. ſed baptiſmꝰ nūc
cōfert gratiam. ergo et circumciſio gratiam con=
ferebat. et pari ratione alia ſacramenta legalia.
quia ſicut baptiſmus eſt ianua ſacramentorū no
ue legis: ita circumciſio erat ianua ſacramentoꝝ
veteris legis. propter quod apoſtolus dicit Ga
la. 5. teſtificor omni circumcidenti ſe qm̄ debitor
eſt vniuerſe legis faciēde. ¶ In oppoſitum argu=
itur quia dicit Gala. 4. conuertimini iterum ad
infirma elementa ⁊ egena. Gloſa. i. ad legeꝫ que
dicitur infirma quia non perfecte iuſtificat. ergo
ſacramenta veteris legis non conferebant gra=
tiam. ¶ In hac queſtione erunt quattuor articu
li vt ſupra.

QUantum ad p̄=
mū articulum ſit prima concluſio ꝙ ſacramēta veterꝭ legis gratiam nō cōferebāt ex aliqua virtute in eis exiſtente: queādmodum ſacramēta noue legis illam cōferunt. Hanc concluſionē tenet. S. Tho. in hac diſ. lec. pª. arti. 5. Et. 3ª. p. q. 62. arti. 6. ¶ Secunda concluſio eſt ꝙ in ſacramento veteri circūciſionis nō conferebatur gratia ex opere operato. Hanc concluſionem tenet. S. Tho. in hac diſ. lec. 2ª. arti. 4. ſub. arti. 3. Et. 3ª. p. q. 70. arti. 4.

QUantum ad articulum ſecundum arguitur contra concluſiones. Et quidē contra primam arguit Aureolus ꝓbando ꝙ differentia inter ſacramenta veteris ⁊ noue legis inconuenienter aſſignetur per hoc ꝙ ſacramēta noue legis cauſāt gratiam per virtutē eis inherentem alia vero non. Primo ſic. nobilitas inſtrumēti ⁊ cuiuſlibet ordinati in finem ſumitur ex rōne vtilitatis: qm̄ q̄to inſtrumentum eſt vtilius tanto eſt nobilius. ſed tāte vtilitatis eſſet circūciſio ſicut ē baptiſmus ſi ꝑ vtrūq; dat̄ gr̄a in eq̄li q̄tūcunq; det̄ alio ⁊ alio modo: ſiue ꝑ vnū ſacr̄m det̄ gr̄a ꝑ virtutē inherētem et ꝑ aliud ex ſolo pacto diuino: ſiue ꝑ vnum detur principaliter ⁊ per aliud ex cōſequēti. q̄tūcūq; enī fiat variatio de modo dū tn̄ vtrobiq; detur eq̄lis gr̄a in eodē gradu erūt eque vtilia. igit̄ ſacr̄a noue legis ⁊ veteris erūt eq̄lis nobilitatis ſi tm̄modo differāt vt tu ponis. ꝓbat̄ minor duplicit̄. p̄mo īductione ſecūdo rōne. p̄mo ſic. dato ꝙ in circūciſione nulla ſit virt⁹ īfuſa: in baptiſmo aūt ſit vt⁹ infuſa deīde gr̄a cōferat̄ vtrobiq; in eodē gradu: q̄d ad me de tali virtute inherēte. verbi gr̄a in ſimili ſi iſta medicina cōferat mihi ſanitatem in eodem gradu et eque faciliter ſicut illa: quid ad egrū vel medicū ſi iſta medicina non agit ꝑ aliquā virtutē a tota ſpecie ſicut alia ſed aliunde. vndecūq; veniat talis oꝑatio equalis vtilitatis iudicabunt̄. Ratione ꝓbat̄ ſic idē. nobilitas illi⁹ q̄d nullā habet appetibilitatē ꝓpter ſe ſed ꝓpter aliud: debet pēſari ex nobilitate illius a quo habet totā ſuā appetibilitatē. ſed tota appetibilitas ſacramētoꝝ eſt ex rōne effect⁹. ſ. gr̄e quā cōferūt. ergo ſi ꝯferāt gr̄am in eq̄li gradu dato ꝙ eam cōferāt differēter q̄ꝫm ad modū puta ꝙ vnū ꝑ virtutē infuſaꝫ aliud ex pacto: vnū p̄ncipaliter aliud ex cōſequēti: erūt eq̄lis nobilitatis in rōne inſtrumēti. Cōfirmat̄ qꝛ vbi vnū ꝓpter alterum: vtrobiq; tm̄ vnū. 2°. Topi. ſed nobilitas ſacramenti eſt propter nobilitatem effectus. igitur et cetera. Confirmatur quia virtus infuſa nō eſt ponibilis in ſacramentis. ſi etiam ponatur talis virtus: illa nō eſt propter ſe diligibilis. nō enī ſacramenta diligo propter virtutem: ſed ꝓpter effectum. et ſi eoꝝ effectus eſt equalis: nobilitas erit equalis. non ergo ꝑ hoc ſaluatur differentia ſacramētoꝝ veteris et noue legis q̄ꝫm ad eorum dignitatē. Dicetur forte ꝙ differunt quia ſacr̄a noue legis conferunt gr̄aꝫ in maiori gradu puta baptiſmus q̄ꝫ circuncīſio: contra qꝛ hoc non ſufficit. quia maior debet poni differentia inter baptiſmum ⁊ circuncīſionē: q̄ꝫ inter baptiſmū ⁊ baptiſmum. ſed inter baptiſmum ⁊ baptiſmum ē differentia maioris ⁊ minoris gradus a parte effectus. ſ. gratie ⁊ aliarū virtutum in baptiſmo infuſarum. probatio. quis enim dubitat quī Paulus receperit maiorem gr̄am ⁊ virtutem habundantius quando baptizatus fuit: q̄ꝫ vnus paruulus quādo baptizatur. ¶ 2°. quia in illis que ſunt alterius rationis in ſanctificando: oportet aſſignare effectus alterius rationis. ſed ſacramenta veteris ⁊ noue legis ſunt alterius rationis in ſanctificando. igitur eis correſpondet effectus alteri⁹ rōnis in ſanctificādo. ſed gr̄e maioris ⁊ minoris gradus nō ſunt alteri⁹ rationis. magis enī ⁊ minus nō diuerſificāt ſpēm. igit̄ ⁊c. hec Aureolus in forma. ¶ Cōtra ſecūdā cōcluſionē arguit Scot⁹ probando ꝙ de potentia dei abſoluta poſſibile eſt culpam originalem deleri ſine gratie infuſione cuius cōtrariū innuitur in ꝓbatione dicte cōcluſionis. p̄mo ſic. quecūq; ſibi inuicē repugnant circa aliquod ſubm̄: mutuo ſe excludūt circa illō. ergo cui repugnant plura circa aliq̄d ſubm̄: illud pōt per quodlibet illoꝝ expelli vel excludi ab illo ſubiecto. ſed culpe originali repugnat rectitudo in puris naturalibus etiā ſine gr̄a. patet d̄ facto ſm̄ magiſtrū ponentē hoīem a deo ſic conditum. patet etiā de poſſibili ꝑ rationē. qꝛ ſi nō poſſet natura fieri recta rectitudīe naturali ſine gr̄a tunc gratia eſſet naturalis licet non nature lapſe tn̄ nature in ſua ꝓpria rectitudine inſtitute. illud enim eſt naturale quod conſequit̄ naturā ſm̄ ſe. ergo ſequitur ꝙ per ſolam rectitudinē naturalē ⁊ ſine gratia poteſt culpa expelli. Si dicat̄ ꝙ rectitudo abſolute potuit eſſe in natura abſq; gr̄a tn̄ poſt culpam non pōt reſtitui abſq; gr̄a collata. ¶ Contra illud ⁊ ſimul ad principale arguit̄. forma nō hn̄s eſſe alteri⁹ rōnis: nō hēt aliā irreparabilitatē a quocūq;. qꝛ enī eſt talis forma et

tale eſſe habēs: ideo eſt reparabilis vel irrepara
bilis a quocūq;. ſed forma non habet eſſe alteri⁹
rationis in ſubiecto ex hoc ꝙ eius oppoſitum pre
ceſſit in eo vt patet ḋ frigore ⁊ calore circa aquā.
ergo forma non habet aliam irreparabilitateӡ a
quocūq; per hoc ꝙ eius oppoſitum preceſſit i ſub
iecto vt patet. ſed rectitudo naturalis ſi nō pre-
ceſſiſſet ſuū oppoſitū: poſſet reparari per te. ergo
⁊c. ¶ 3° ſic. qualēcūq; ſm formam abſolutā pōt
deus hominem creare: et ſm talem formam ab-
ſolutam pōt poſt culpaӡ reparare. ſed in pura re
ctitudine naturali pōt deus hominē creare: igit̄
et cetera. maior patet quia culpa non facit natu
ram in ſe eſſe aliā nec quin ſit capax illius cui⁹ pri
us fuit capax. agens aūt diuinum pōt illi impri-
mere quodcūq; cuius eſt capax ⁊ hoc ſine alio q̊-
cūq; qḋ non includitur in ratione illius impreſſi.
ſed gr̄a eſt huiuſmodi reſpectu iuſticie vel rectitu
dinis naturalis. ergo ⁊c. Sed ſi inſtet̄ contra ma
iorem qr deus non poteſt de non virgine facere
virginem ſm Hieronimū et tamē a principio po
teſt creare hominē virginem: nō valet inſtantia.
quia in maiori dictū eſt qualēcūq; ſm formā ab-
ſolutam: et ſic nō eſt inſtantia. qr quodcūq; abſo
lutuӡ importatū per virginitatē ſiue ſit perfectio
in mēte ſiue diſpoſitio in carne: totū pōt deus re-
parare. ſed vltra iſta virginitas dicit quandā ne
gationē actus preteriti vt. ſ. nūq; cecidiſſe mēte
vel carne in peccatū carnis. ex quo aūt actus ꝑ-
terijt: non pōt de⁹ facere quin preterierit. vnde
phs. 6. ethi. capi. 3°. cōmendat dictū agathonis
dicentis. hoc ſolo priuatur de⁹: ingenita facere q̄
facta ſunt. et ratio eſt quia nulla factio pōt eē nō
entis vel de non aliquo ente. qr maxime exten
dendo factionem quelibet eſt vel entis de non
ente vel nō entis de ente vt in ānihilatione. pre
teritum aūt non eſt ens et ipſum non preteriſſe
eſt aliud non ens. ergo nō poteſt ex preterito fie
ri nō preteritū. ¶ 4°. quia gr̄a non opponit̄ for-
maliter peccato originali nec modo dimittit̄ il-
lud peccatū per collationē gratie niſi quia gr̄a in
cludit equiualēter vel ꝓncipaliter in acceptatio
ne diuina iuſticiā originalem que formaliter op
ponitur peccato originali. hec Scot⁹ in forma.
¶ Contra eandem arguit Aureolus ſic. quādo-
cūq; aliquod ſubiectū eſt tale ꝙ ipſum eſt ſuſcep
tiuum oppoſitorum et medij inter illa oppoſita
non imediata: non videtur repugnantia quin a-
liquod agens poſſit illud reducere de vno extre
mo oppoſito ad medium reducendo ipſum ad
aliud extremum. ſed ſtatus purorū naturalium
eſt ſtatus medius inter culpam ⁊ gratiam quia
alias gratia eſſet ex puris naturalibus et ſequere
tur error Pelagij vel peccatum ineſſet ex puris
naturalibus ⁊ ſequitur error Manichei. ergo cū
anima ſit ſuſceptiua culpe ⁊ gratie et ſimiliter ſta
tus medij: ſequitur ꝙ non eſt repugnantia ꝙ de⁹
omnipotens faciat animam trāſire de ſtatu cul-
pe ad ſtatum naturalē non deducēdo ipſam ad
gr̄am. ¶ 2°. arguit probando ꝙ baptiſmus ⁊ cir
cunciſio nō differant penes hoc ꝙ baptiſm⁹ pri-
us delet culpam ⁊ circūciſio pri⁹ remittit obliga-
tionem ad penā. Primo quia vbi vnū ſequitur
⁊ ineſt propter aliud vt propter cauſam ꝓpriaӡ
non cōuenienter aufertur ſecūdū nō ablato pri-
mo. verbi gratia medicus volens curare morbū
conatur preſcindere prius cauſam. nec poſſibile
eſt morbum curari cauſa relicta. ſed culpa in ha-
bente originale erat cauſa obligationis ad carē-
tiam viſionis. ergo deus qui eſt medicus ordina
tiſſime ſanans animam: prius curat cauſam mor
bi. ergo prius delet culpam. ¶ 2°. quia ſi circun-
ciſio prius deleret obligationem q̄; culpam: ſeq̄-
tur ꝙ in aliquo inſtanti rationis eſſet aliquis dig
nus viſione et in peccato originali. per te enim q̊
dam ordine rationis eſt prius abſolutus ab obli
gatione ad carentiam viſionis q̄; ſit deleta cul-
pa originalis. et tunc in inſtanti quo culpa eſſet:
ineſſet ſimul vtrūq;. ſ. culpa ⁊ ſpes diuine viſiōis
quod eſt impoſſibile. igitur ⁊ cetera. ¶ Contra
eandem concluſionem potiſſime contra aliqua
contenta in probatione arguit Durandus. Pri
mo quia vt dicit culpa originalis vel actualis nō
eſt priuatio gratie formaliter ⁊ directe ſed ſolum
meritorie. quia propter meritum culpe vel po-
tius demeritum: deus aufert gratiam ſi peccans
eam prius habeat. propter demeritum etiaӡ ade
deus abſtulit gratiam ab omnibus de ſtirpe eius
deſcendentibus per viam naturalis generatio-
nis. quam gratiam deus omnibus illis infudiſſet
ſi adam non peccaſſet. ſed ipſa culpa originalis
vel actualis non eſt formaliter priuatio gratie
vt tua ratio aſſumit. ¶ Preterea priuatiue oppo
ſitoꝝ alterum neceſſe eſt ineſſe ſubiecto apto na
to. ſed deus poſſet facere ꝙ aliquis eſſet ſine cul-
pa originali et actuali et ſine gratia. ſicut ſi quis
miraculoſe formaretur de limo terre vt adam: ta
lis enim non haberet culpam originaleӡ neq; a-
ctualem neq; eſſet neceſſe ꝙ deus daret ei grati-
am quod etiam aliqui eſtimauerunt in ſua crea-
tione. gratia ergo ⁊ culpa originalis vel actualis
non opponuntur priuatiue vt neceſſe ſit ſemper
alterum ineſſe ſubiecto. hec ille.

QUantū ad ter-
tium articulum primo notādū
eſt prout. S. Tho. deducit pˢma
pte. q. 5. ar. 5. Et de veri. q. 21.
ar. 6. Et. pª 2ᵉ. q. 85. ar. 4. ꝙ ra
tio boni creati in tribus conſiſtit. ſ. in modo ⁊ ſpe
cie ⁊ ordine. eſt enim ratio boni inq̃ꝫm huiuſmo-
di ratio perfectiui. perfectiuum autem cum ſit ali
quid natum perficere: preſupponit eſſe perfectū.
vnūquodq; vero ꝑfectū eſt pˢmo ꝑ ſuam formā
ꝑ quam res in ſpecie conſtituitur. ſecundo per ſu
um eſſe. eſt enim vnūquodq; ꝑfectum ſm ꝙ hēt
eſſe actu ex cuius diuerſitate diuerſus modus ꝑ-
fectionis accipitur. tertio per ordinem vel incli-
natione ad propriam opationem ⁊ finem. ex tri
bus predictis accipi debet diuerſus gradus boni
tatis in rebus creatis. vnde Auguſtinꝰ dicit in li-
bro de natura boni. hec tria modus ſpecies ⁊ or
do tanq̃ generalia bona ſunt in rebus a deo fa-
ctis. ⁊ hec tria vbi magna ſunt: magna bona ſūt.
vbi parua: parua bona ſunt. vbi nulla: nullū bo-
num eſt. ¶ Ex qbus inferimus ꝙ q̃uis plura aut
diuerſa bona ſiue honeſta ſiue vtilia aut delecta-
bilia ordinem habeant ad vnum finem: nō ideo
ſequitur ꝙ ſint omnino eiuſdem gradus in boni
tate ⁊ perfectione. nam poterunt ſeinuicē prece-
dere ſm gradus bonitatis que ſumitur ex ſpecie
⁊ modo ⁊ iterum ex ipſo ordine. nam ad vnū fi
nem quedam ordinant̃ per ſe ⁊ quedam per ac-
cidens aut ex conſequenti. et quedam directe et
quedam indirecte. et quedam imediate vel de ꝓ
pinquo ⁊ quedā mediate et a remotis. et quoli-
bet iſtorum modorū contingit ſm magis et mi-
nus. vnde in propoſito noſtro q̃uis ſacramenta
veteris legis vtilia eſſent ad eundē effectum et
ad eundem finem ad quem vtilia ſunt ſacramē-
ta noue legis: non inde ſatis ꝓbatur ꝙ ſacramē-
ta veteris legis ſint omnino equalis bonitatis ⁊
perfectionis quēadmodū ſacramēta noue legis
etiā ſm rōnē q̃ inſtrumēta ſunt diuine potentie
⁊ virtutis ⁊ ſunt nobis vtilia. nam etiam poſito
q̃uis non cōceſſo ꝙ equalis grā in vtriſq; daret̃
⁊ tamē ſacramēta noue legis ꝑfectiora ſunt ſacra
mētis veteris legis. Ad quod ſciēdū eſt ꝙ ſacra-
mēta cōſiderari poſſunt ⁊ inq̃ꝫm ſigna ⁊ inq̃ꝫm ſa-
cramēta ⁊ inq̃ꝫm inſtrumēta diuine virtutis et in-
q̃ꝫm ſunt medicine quedam. et ſm oēs has cō-
ſiderationes ſacramēta noue legis p̄cellūt vete-
ris legis ſacramēta. pˢmo quidē inq̃ꝫm ſigna. tū qꝛ
ſacramēta veteris legis ſigna fuerūt futurorum.
ſacramēta vero noue legis ſigna ſunt iā factorū.

quāobrē ſigna dicunt̃ ⁊ rememoratiua ⁊ demon-
ſtratiua ꝓut. S. Tho. notat in hac diſ. lec. pª. ar.
pº ſub. ar. pº. ad. 4m. et ideo ꝯparātur hec ſacra
mēta ad illa ſicut veritas ad vmbrā ⁊ figuram. ſꝫ
quod dr̃ Joā. pº. gratia ⁊ veritas ꝑ Jeſum xp̄m
facta eſt. omnia enim vt apoſtolus inquit. pª Co
rin. 10. in figura cōtingebant illis. ſ. patribus ve-
teris teſtamēti. et Hebre. 11º. vmbrā habēs lex fu
turorū bonorum. tum etiam qꝛ ſacramenta no-
ue legis ſunt ſigna magis determinata ⁊ expreſ-
ſius ſignificantia q̃ ſacramenta veteris legis. ſa-
cramēta nāq; quedam fidei ꝓteſtationes ſunt.
vnde ſicut maior determinatio ⁊ explicatio arti
culorum fidei facta eſt poſt aduentū xp̄i in noua
lege q̃ in veteri: ſic ⁊ ſacramentoꝝ maior ⁊ expꝛ̄ſ
ſior eſt ſignificatio in noua lege q̃ in veteri. ꝓp-
ter quod Gregorius dicit ꝙ q̃to ſācti patres vi-
ciniores aduentui ſaluatoris fuerūt: tanto ſacra
menta ſalutis plenius perceperunt. Huic conſo-
nat quod apoſtolus dicit Hebre. 11º. iuxta fidē de
functi ſunt omnes iſti. ſ. antiqui patres nō accep-
tis repromiſſionibus ſed alōge eas aſpicientes
⁊ ſalutātes. q̃to autē aliquid alonge videtur: tā
to minus diſtincte ⁊ expreſſe videt̃. vnde prout
S. Tho. inquit in hac diſ. lec. pª. ar. 3. in cor. ſpe-
ciale fuit in ſacramentis noue legis ꝙ rebus ver-
ba adderent̃. quia non ſunt ſigna futurorū quē-
admodū ſacramēta veteris legis: ſed preſentiū
⁊ preteritoꝝ q̃ ⁊ certius cognoſcuntur ⁊ expreſ-
ſius ſignificari poſſunt. verba aūt inter homines
principatū optinēt ſignificādi ꝓut Auguſtinꝰ di-
cit in. 2º de doctrina xp̄iana. ¶ Itē ⁊ inq̃ꝫm ſacra
menta preeminēt ſacramēta noue legis veteris
legis ſacramētis. vt eni. S. Tho. dicit in hac diſ.
lec. pª. ar. pº ſub. ar. pº. ſacrꝫ ſꝫ ꝓꝓetatē vocabuli
importat ſanctitatē actiue. vt dicat̃ ſacr̃m q̃ ali-
quid ſacrat̃ ſicut ornamētū quo aliq̃d ornat̃. ſa-
cramēta aūt noue legis ꝑfectiꝰ participāt rōnem
ſanctificādi q̃ veteris legis ſacramēta. vt eni. S.
Tho. deducit in hac diſ. lec. pª. ar. 5. ad pˢmū. ſan
ctificatio quādoq; iportat emūdationē ⁊ ꝯſecra
tionē ſpūalē q̃ fit per grām. et ſic ſacramenta ve-
teris legis non dicebant̃ ſacra niſi q̃ſi ſigna ſacra
mentoꝝ ſanctificātiū. ſ. noue legis quoꝝ ē ꝑ grāꝫ
quā cauſant: ſpūaliter ſctificare. alio modo ſan-
ctificatio iportat mācipationē ⁊ deputationē ali
cuiꝰ ad aliquod ſacrū: et ſic ſacramēta veteris le
gis dicebant̃ ſacra ⁊ quaſi ſanctificātia: quia ꝑ ea
fiebat quedā idoneitas ad ſacros vſus et in tem
plo et in vaſis et in populo et in miniſtris. tanto
ergo verius ⁊ ꝑfectiꝰ ſacramēta noue legis dicū-
tur ſacra q̃ ſacramēta veteris legis: quāto veriꝰ

et perfectiꝰ homines ſanctificāt ſanctitate ſpūa-
li q̃ꝫm ad animas que vere et proprie ſanctitatis
ſuſceptiue ſunt. vnde aplus hebre. 9°. vtrorūqꝫ
ſacramētoꝝ ſanctificationem tangens inquit. ſi
enim ſanguis hircoꝝ ⁊ taurorū ⁊ cinis vitule aſp
ſus inquinatos ſanctificat ad emūdationem car
nis: quāto magis ſanguis xpi qui ꝑ ſpūm ſanctū
ſemetipſum obtulit imaculatū deo emūdabit cō
ſcientias vr̃as ab operibꝰ malis ad ſeruiēdū deo
viuenti. ¶ Rurſus et inq̃ꝫm inſtrumēta diuine vir
tutis ac potentie: ſacramēta noue legis p̄cellunt
legis veteris ſacramenta. inſtrumētuꝫ nāqꝫ q̃ꝫto
magis participat virtutem ⁊ efficaciā principa-
lis agētis: tanto ꝑfectiori modo rationeꝫ habet
inſtrumēti. vnde cū virtus dei principalis agen-
tis ad cauſandū effectus ſacramētales ſit ⁊ cōti-
neatur ſuo modo in ſacramentis noue legis non
ſolū vt eis aſſiſtēs ſed vt vim cauſatiuam ⁊ opa-
tiuā illis tribuēs ꝓut in precedēte queſtione fuit
determinatū: in ſacramētis autem veteris legis
erat tm̄ vt aſſiſtens nullā vim opatiuā illis acco-
modās ꝓpter quod apoſtolus Gala. 4. vocat
ea infirma ⁊ egena elemēta: conſequens eſt ꝙ ꝑ-
fectiora ⁊ nobiliora inſtrumenta diuine potentie
ſint ſacramenta noue legis q̃ꝫ veteris legis ſacra
menta. vnde ⁊ ſm doctrinā cōmunē ſacramēta
noue legis gr̃am cōferunt ex ope opato. i. ex vir-
tute in eis exiſtēte. ſacramenta aūt veteris legis
vel gr̃am nō conferebāt: vel ſi in aliquibꝰ gr̃a cō-
ferebatur vt in circūciſione: id non erat ex opere
operato. i. ex vi circūciſionis ſed ex virtute fidei
paſſionis xpi cuiꝰ ſignum erat. vnde ⁊ apoſtolus
dicit. Ro. 4. ꝙ abraā accepit ſignū circūciſionis
ſignaculum iuſticie fidei. q. ſ. iuſticia erat ex fide
ſignificata non ex circunciſione ſignificāte prout
S. Tho. exponit. 3a. p. q. 70. ar. 4. ¶ Deniqꝫ et
inq̃ꝫm ſacramenta ſunt medicine quedā: ſacramē
ta noue legis ſunt potiora ⁊ ꝑfectiora q̃ꝫ ſacramē
ta veteris legis. illa enim medicamenta potiora
ſunt: que ꝑfectiorē ſanitatē afferunt. huiuſcemo-
di aūt ſunt ſacramēta noue legis q̄ morbos pec-
catorū ⁊ penalitatū ⁊ reatuū qui ex peccatis re-
linquūtur directe ſanāt per gr̃am quaꝫ ex opere
opato cōferunt. ſacramēta aūt veteris legis nō
ſic peccatorum morbos ~~non~~ curabant ſed a qui
buſdam carnalibus imundicijs ⁊ irregularitati-
bus emundabant.

¶ Secundo Notandum eſt ꝙ vt
pōt accipi ex pluribus
locis doctrine. S. Tho. preſertiꝫ. pa 2e. q. 86. et
87. et. q. 109. ar. 7. Itē. 4. ſen. diſ. 18. q. pa. ar. 2.
in tribus ſubarticulis. Et de veri. q. 28. ar. 2. in
peccato mortali primo conſiderandus eſt ipſe
actus peccati qui etiam vocatur culpa inq̃ꝫm vo-
luntarius eſt ⁊ culpabilis. ſecundo auerſio mētis
creature ab incōmutabili bono quod deꝰ eſt. ter
tio conuerſio ad cōmutabile bonū. quarto p̄ua-
tio gratie. quinto macula anime ex gratie priua-
tione cauſata. ſexto offenſa dei. ſeptimo reatꝰ pe
ne. Cum aūt querit̃ vtrū peccatū mortale remit
ti poſſit abſqꝫ gratie infuſione: queſtio nō intelli-
gitur de ipſo actu peccati qui factus trāſijt et per
nullam virtutē aut potētiam fieri pōt vt non trā
ſierit. hoc enim ſolo deꝰ priuat̃ vt philoſophꝰ di
cit. 6. ethi. que facta ſunt: infecta facere. implicat
enim cōtradictionē. queſtio ergo referenda ē ad
alia q̄ circa peccatū conſiderant̃ vt dictuꝫ eſt. Et
vt plenius ꝓcedamus: de ſingulis prenotatis q̄
in peccato cōcurrunt: queramꝰ an ſine gratia gra
tum faciente remitti vel auferri poſſint. et quidē
de auerſione mētis ab incōmutabili bono q̄ fit ꝑ
peccatum mortale: dicendū videtur ꝙ abſqꝫ gra
tia dei remitti aut deleri non pōt. qm̄ talis auer-
ſio nō dicit priuationem qualiſcūqꝫ cōuerſionis
ad deū: ſed cōuerſionis ad deū quā peccatū mor
tale abſtulit. huiuſcemodi autē conuerſio erat ꝑ
gratiam gratū facientem. ergo ipſaꝫ peccati mor
talis auerſionem a deo deleri vel remitti: nō po
teſt intelligi niſi reſtituta conuerſione mentis ad
deum per peccatum ſublata. hec aūt ſicut dictuꝫ
eſt: fuit ꝑ gratiam gratū facientē qua mens amo
re ⁊ cognitione ferebatur in deū. ergo peccatuꝫ
mortale q̃ꝫm ad auerſionem a deo remitti nō po
teſt ſine gratia. ¶ De peccato vero q̃ꝫm ad tertiū
in ordine ſupra poſito. ſ. q̃ꝫm ad conuerſionem in
bonum cōmutabile: videtur dicendum ꝙ abſqꝫ
gratia habituali remitti aut deleri pōt ſm viam
S. Tho. nam vt ipſe deducit li. 2. diſ. 28. ar. 2.
Et. pa 2e. q. 109. articul. 7. et. 8. Et d̄ veri. q. 24.
ar. 12. homo exiſtens in peccato mortali poteſt
abſqꝫ gr̃a vitare ſingula peccata mortalia ſm a-
liquod tempus ⁊ pōt ceſſare ab actu peccati cō-
miſſi. hoc autem eſt retrahi a conuerſione ad cō-
mutabile bonū ſm quā peccauerat. Et preterea
pa 2e. q. 113. ar. 2. ad. 3m. expreſſe dicit ꝙ cum ali
quis a peccato vnius vitij tranſit in peccatuꝫ vi-
tij contrarij ſicut ab illiberalitate in ꝓdigalitatē
deſinit quidem habere actum preteriti vitij licet
non deſinat habere reatum. huiuſcemodi autem
deſitio: eſt deſinere conuerti ad cōmutabile bo
num in quod homo fuerat conuerſus. ex quo pa
tet ꝙ conuerſio ad cōmutabile bonum que fuit
in peccato cōmiſſo: pōt ceſſare vl̄ remitti aut d̄le
ri non ſolū abſqꝫ gratia: ſed et per aliud pctūm.

¶De peccato aūt q̄tū ad quartū qđ eſt ꝓuatio gratie: manifeſtū eſt ꝙ remiti aut deleri non pōt abſq̄ grē infuſione. implicat eni cōtradictionem ꝙ ſine poſita gratia: remittatur vel auferaᵗ ꝓuatio gratie. ſicut implicat cōtradictionem ꝙ abſq̄ virtute viſiua: auferatur ab oculo cecitas vel priuatio viſus. et ratio ē quia habitᵘ ⁊ priuatio ſunt oppoſita imediata quorum vno poſito: alterum āmouetur ⁊ ecōtra in ſubiecto apto nato. ¶De peccato q̄ᵐ ad quītū qđ eſt macula ex priuatione gratie conſecuta: pari ratione dicendū eſt ꝙ abſq̄ gratia deleri nō pōt. vt enim. S. Tho. dicit. pᵃ 2ᵉ. q. 86. ar. pᵒ. et. 2. macula anime eſt priuatio quedam nitoris ſeu fulgoris luminis grē. vnde remiti aut deleri nō poteſt niſi appoſitione fulgoris gratie. hoc eni generaliter verū eſt ꝙ remotio habitus fieri non pōt niſi per eiᵘ ꝓuationem: nec ecōtra āmotio priuationis fieri pōt niſi per habitᵘ poſitionē. ¶De peccato vero q̄ᵐ ad ſextū quod eſt offenſa dei: videᵗ dicendū iuxta mentē. S. Doc. ꝙ ſiue accipiaᵗ offenſa ex parte pecatoris ſiue ex parte dei ſm̄ ꝙ eſt peccatori offenſus: remiti nō poteſt abſq̄ gratia loquendo de potentia dei ordinata. cuiᵘ ratio eſt q2 vt. S. Tho. notanter dicat infra diſ. 15. q. pᵃ ar. 2. ī cor. et. ar. 3. ſub. ar. pᵒ in cor. et ad. 2ᵐ. vbi eſt offenſa nō ſolum eſt inequalitas iuſticie oppoſita ſ3 etiā amicitie. inequalitas aūt huiuſmodi: non tolliᵗ niſi per oppoſitā equalitatē amicitie. oportet ergo ad hoc ꝙ offenſa ꝑ peccatum mortale cōmiſſa tollatur: ꝙ fiat reſtitutio amicitie hominis ad deum ⁊ ecōtra. huiuſcemodi aūt amicitia fieri nō pōt niſi per grām ⁊ charitatē q̄ nos deo affectu cōiungit ꝑut Auguſtinᵘ dicit in libro de moribᵘ eccleſie. et ſuper illud: vt exilaret faciem in oleo pſalmo. 103. dicit gloſa Auguſ. ꝙ grā eſt nitor anime ſanctū cōcilians amorē. ¶Et preterea offenſa dei qua offenſus eſt peccatori: cauſat odiū dei ⁊ indignationem ſm̄ illud pſalmi odiſti omnes q̄ operanᵗ iniq̄tatē. non odio quod opponitur amori quo diligit omnia: ſic eni nihil odit eorum q̄ fecit vt dicaᵗ Sapiē. 11. ſed odio qđ opponitur amori quo diligit ſanctos ad vitā eternam. oportet ergo ꝙ per huiuſmodi amorē ⁊ benignitatem dei: ipſa dei offenſa tollatur. dilectio autē ⁊ beniuolentia dei ſm̄ cōmunē curſū ordinationis diuine ſemper cauſat in homine dilecto donū gratie dei ꝑut. S. Tho. deducit pᵃ 2ᵉ. q. 110. ar. pᵒ et. 2. et. q. 113. ar. 2. ad. 2ᵐ. Et multū expreſſe de veri. q. 28. ar. 2. ad. 6ᵐ. ¶Rurſus de peccato q̄ᵐ ad ſeptimū quod eſt reatus pene diſtinguendū eſt. nam remiſſio vel ablatio reatus pene dupliciter poteſt ītelligi. vno modo ex mera dei liberalitate nulla precedente ſatiſfactione et ſic deus de potentia abſoluta abſq̄ infuſione grē poſſet peccatori reatū pene remitere. ſecus ē de potentia dei ordinata. nā vt. S. Tho. dicit pᵃ 2ᵉ. q. 113. ar. 2. ad. 2ᵐ. ſicut dilectio dei nō ſolū cōſiſtit in actu volūtatis diuine ſed etiā importat quendā gratie effectū: ita etiam et hoc quod eſt deū nō imputare peccatū homini: importat quendā effectū in ipſo cui peccatū non imputaᵗ. ꝙ enim alicui nō imputeᵗ peccatū a deo: ex diuina dilectione ꝓcedit. Idem dicit de veri. q. 28. ar. 2. ad. 6ᵐ. vbi illum effectū dicit eſſe gratiam Alio modo reatus pene ablatio vel remiſſio poteſt intelligi per ſatiſfactionē condignā. et q2 ſatiſfactio condigna fieri nō poteſt deo ꝓ peccatis cōmiſſis abſq̄ gratia ꝑ quā actᵘ ſatiſfactorij ſunt deo accepti ex qua acceptatione vim habēt ſatiſfaciendi: ideo iſto modo reatus pene remiti vel tolli non pōt abſq̄ gratia. ꝑſertī q2 vt. S. Tho. deducit de veri. q. 28. ar. 2. in cor. reatᵘ pene tolli vel remiti nō poteſt iſto modo: niſi detur homini vnde poſſit ad eternā gloriā ꝑuenire quā reatus pene dāni priuabat. id aūt eſt gratia q2 gratia dei ē vita eterna ꝑut apoſtolus dicit. Ro. 6. ¶Et preterea priuatio gratie poſtq̄ ſemel fuit culpabilis ꝓpter peccatū cōmiſſum: ſemper eſt culpabilis quādiu eſt. nec poſſibile eſt ꝙ deſinat eſſe culpabilis: niſi omnino deſinat eſſe. quia qđ factum eſt: infectū eſſe non pōt. deſinere aūt eſſe niſi per gratie infuſionem fieri non pōt: ſicut nec generaliter priuationis ablatio eſſe poteſt niſi ꝑ habitus poſitionem ⁊ econtra.

¶Tertio Notādū eſt ꝙ aliqua ſunt que ſ3 ꝓprias rationes formaliter nō opponūtur: que tamē ſunt formaliᵗ oppoſita q̄ᵐ ad ꝓprios effectus. vitia eni carnalia non opponūtur directe ⁊ formaliter dono intellectus: ⁊ tamē formalē habēt oppoſitionē q̄tū ad ꝓprios effectus. nam effectus carnaliū vitiorū ſicut gule ⁊ luxurie: eſt cecitas mentis que formaliter ⁊ priuatiue opponitur mētis illuſtrationi que eſt effectᵘ proprius doni intellectus. Et ſimili modo culpa vel peccatū mortale ⁊ gratia ſm̄ proprias rationes nō opponunᵗ formaliᵗ et directe ſicut habitus ⁊ priuatio. tum q2 nō ſunt circa idem ſubiectū ꝓrimū. tum etiā q2 ſe habēt ſicut actus ⁊ habitus. opponiᵗ tamē peccatū gratie demeritorie. ex eo enim homo meretur gratia priuari: quia peccat mortaliter. verūtamen q̄ᵐ ad quoſdā effectᵘ qui ex peccato mortali cōſequuntur: peccatū mortale priuatiue opponitur gratie.

gratie. hi autez effect⁹ vel magis proprie defect⁹ ſunt ſicut priuatio gratie q̄ formaliter gratie opponitur priuatiue: ⁊ macula anime q̄ vt in precedenti notabili dictũ fuit eſt priuatio nitoris ſeu fulgoris luminis gratie. item effect⁹ peccati mortalis eſt auerſio et ſeparatio hominis a deo q̄ priuatiue opponitur cõuerſioni et coniũctioni hominis ad deum q̄ fit ꝑ gratiam. peccatũ etiam mortale facit hominem deo inimicũ et odioſuz: gratia vero facit hominem deo amicũ et charũ. rurſus peccatũ mortale dei offenſam parit: gratia vero honorem ⁊ reuerentiã deo tribuit. qui effectus ſicut habitus et priuatio opponũtur. deniqꝫ peccatum mortale reatum inducit pene eterne: gratia vero vite eterne meritũ cauſat. et in q̄buſdam alijs effectibus vtriuſqꝫ aſſignari poteſt dicta oppoſitio priuatiua. Ex quib⁹ inferimus ꝙ et ſi non ſequatur formali conſequentia ꝙ vel culpa mortalis vel gratia gratum faciens ſemꝑ inſit anime conſideratis earuz formalibus rationibus: id tamen conſequitur conſideratis effectibus vtriuſqꝫ. nam neceſſaria conſequẽtia ſequit̃ ꝙ vbi non eſt priuatio gratie ꝙ ſit gratia et econtra. et vbi non eſt priuatio fulgoris gratie: ſequit̃ ꝙ lumen gratie inſit et ſic de ceteris que ſicut habitus et priuatio opponunt̃. cum ergo. S. Tho. dicit ꝙ quia peccatũ mortale ⁊ gratia priuatiue opponuntur ideo alterũ illorum neceſſario anime ineſt: debet intelligi q̄ꝫ$^{m}$ ad illorum effect⁹ nõ ſm rationes vtriuſqꝫ formales.

Quantum ad articulum quartũ reſpondendum eſt obiectionibus cõtra concluſiones. Et quidem ad primum Aureoli contra ꝑmaz concluſionem dicit̃ ꝙ minor eſt falſa. et ad eius ꝓbationez primã per inductionẽ: dicit̃ ꝙ q̄ꝫuis nihil ad illuz ſit de tali virtute inherente: nõ ideo ſacramẽtuz baptiſmi non erit nobilior circũciſione cum habeat in ſe virtutẽ quã nõ habet circũciſio. ſicut et in exẽplo arguẽtis ſi medicina amara et abominabilis infirmo cauſet ſanitatẽ non minus q̄ꝫ medicina dulcis ⁊ ſuauis: non inde ſequitur ꝙ medicina dulcis non ſit melior et eligibilior. Ad ꝓbationem ꝑ rationem dicit̃ ꝙ minor eſt falſa. nã vt in primo notabili deductũ fuit: ſicut quelibet res ita ⁊ ſacramẽta nõ ſolũ habẽt bonitatẽ ex ordine ad finẽ ſm quẽ dicuntur vtilia: ſed etiã ex ꝓpria ſpecie ⁊ modo in quib⁹ ſacramenta noue legis ꝑcellunt veteris legis ſacramẽta. imo ⁊ q̄ꝫ$^{m}$ ad ipz ordinem in finẽ ꝑut in primo notabili latius fuit deductũ. Et ꝑ hec patet reſponſio ad primã confirmationem. naz ſecunda ꝓpoſitio non eſt vera ſimpliciter. Ad ſecundã confirmationẽ dicitur ꝙ aſſumptũ eſt falſum. et cũ vlterius arguit ſi ponatur talis virt⁹ infuſa: dicit̃ ꝙ prima ꝓpoſitio ẽ falſa. et ad eius ꝓbationẽ dicim⁹ ꝙ licet arguẽs non diligat ſacramẽta propter virtutem in eis exiſtẽtem cũ illam ipſe neget: nõ ideo ſequit̃ ꝙ ipſa non ſint ꝓpter talẽ virtutẽ magis diligibilia q̄ꝫ ſacramẽta in quib⁹ virtus ipſa non exiſtit nã propter noſtruz velle ſicut nec ꝓpter nr̃m affirmare vel negare nihil mutatur in re. Solutio autez quã arguens inducit: ſuſtineri põt ſed illa nõ indigem⁹ cũ ſufficiant q̄ dicta ſunt preſertiz in primo notabili. ¶ Ad. 2$^{m}$. dicit̃ ꝙ procedit ex falſo ſuppoſito .ſ. ꝙ effectus ſacramẽtorũ noue legis nõ differãt a ſacramentis veteris legis niſi ſm maiorẽ ⁊ minorẽ gradũ gratie. hoc aũt falſum eſt imo differunt in pluribus alijs q̄ arguunt vtraqꝫ ſacramẽta eſſe alterius ⁊ alteri⁹ rationis ꝑut latius deductũ eſt in ꝑmo notabili. ¶ Ad argumenta Scoti cõtra ſecundã concluſionẽ: ad primũ dicitur ꝙ ꝑma propoſitio non habet veritatẽ niſi quando ſibi inuicẽ ex toto repugnant: et tunc ad minorem dicitur ꝙ rectitudo in puris naturalibus ſine gratia: repugnat culpe originali non q̄ꝫ$^{m}$ ad totũ qđ culpa originalis implicat et cauſat et ad illaz cõſequitur. ſolum enim illi repugnat directe ſecluſa gratia q̄ꝫ$^{m}$ ad obliquitatem viriuz anime et ad inuicem ⁊ ad deũ. ſed ſunt multa alia quibus rectitudo in puris naturalib⁹ non directe ⁊ ꝑ ſe repugnat. ſicut illa vel illorum multa que in ſecundo notabili poſita ſunt tanq̄ꝫ peccati mortalis ſequela. vnde nõ dicim⁹ ꝙ rectitudo naturalis eſſe non poteſt abſqꝫ gratia: ſed dicimus ꝙ nõ poteſt peccatuz mortale expellere ſine gratia pro eo ꝙ abſqꝫ gratia non habet repugnantiaz ad totũ id quod eſt in peccato ⁊ ex peccato cauſatur ⁊ derelinquitur. vnde reſpõſio ibi data bona eſt. Et ad eius impugnationẽ que eſt ſecundũ argumentũ dicim⁹ ꝙ maior ꝓpoſitio eſt falſa quãdo irreparabilitas vel reparabilitas prouenit non ex parte ipſius forme ſm ſe aut ſm eſſe quod habet in ſubiecto: ſed ex parte diſpoſitionis ſubiecti ſicut eſt in ꝓpoſito. per hoc enim ꝙ peccatũ originale vel mortale preceſſit in ſubiecto ex quo tales diſpoſitiones ⁊ egritudines ac inhabilitates cauſate ſunt in anima: rectitudo naturalis efficitur irreparabilis niſi per gratiam. ¶ Ad. 3$^{m}$. dicitur ꝙ maior prout iacet eſt falſa. et ad eius probationem negatur aſſumptuz in q̄ꝫ$^{m}$ dicit ꝙ culpa mortalis non facit naturã incapacem illius cuius ſu-

it prius capax loquendo de capacitate proxima imo hoc eſt vnũ precipue cauſatum in anima ex culpa mortali ꝙ abſq; auxilio gratie nec poteſt a caſu peccati reſurgere nec operationes habe=re aut bona conſequi que poterat prius. ¶Ad 4m. dicitur ꝙ quãuis gratia ſm ſe et propriã ratio nem non opponaꝛ formaliter peccato originali: opponitur tamẽ illi q̃m ad plures eius effectꝰ, p=ut dictum fuit in tertio notabili. et talis oppoſitio ſufficit ad hoc ꝙ peccatum originale vel etiã a=ctuale remitti aut expelli abſq; gratia non poſſit ¶Ad argumenta Aureoli cõtra eandẽ conclu=ſionem: ad primũ reſpondet. S. Tho. in de veri. q.28. arti.2. ad.4m. ꝙ nihil prohibet aliqua cõ traria eſſe mediata reſpectu alicuiꝰ ſubiecti: que ſunt imediata q̃m ad tempus determinatum. ſi=cut cecum ⁊ videns ſunt mediata in cane: non tñ poſt nonũ diem. ſimiliter ⁊ homini reſpectu ſtatꝰ nature condite gratia ⁊ culpa cõparantur vt cõ=traria mediata: ſed poſt illud tempus quo adã gratiam accepit vel accipere potuit ita ꝙ etiam in omnes eius poſteros tranſierit; nullus caret gratia niſi per culpam originalem vel actualem. ¶Ad.2m. dicitur ꝙ arguens non habuit mentẽ S. Tho. in verbis illis. mens enim. S. Tho. fuit oſtendere id quod per prius ⁊ magis appropria=te circunciſio ſignificabat prout in membro gene rationis fiebat. ex hoc enim ſignificabatur ꝙ cir=cunciſio ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiſcentie que precipue in membris illis vi=get prout. S. Tho. inquit. 3a. p. q.70. ar.3°. ad p̃mum. non autem fuit eius intentio ordinem po=nere in reali cauſalitate vel inter effectus circun=ciſionis q̃m ad eorum fieri et eſſe. vnde ⁊ differẽ tia quam tangit de baptiſmo q̃m ad ipſam ſigni=ficationem attenditur pro eo ꝙ ablutio exterior que fit in baptiſmo ſignificat ablationẽ culpe ac per hoc dicitur illam plus deſtruere. Et ꝙ iſta fue rit mens. S. Doc. patet ex eo ꝙ articulo ſequen=ti.ſ.5°. ſub.ar.p̃°. in cor. aſſignans differentiã cir=cunciſionis ad baptiſmũ ſicut imperfecti ad per=fectũ: dicit ꝙ differt primo q̃m ad ſignificationẽ. quia circunciſio nõ ita ſignificabat expreſſe emũ=dationẽ totius hominis ab imundicia totius cul pe origialis ſicut ablutio baptiſmi. hec ille. quod dicit quia circunciſio fiebat particulariter in vno membro corporis: ablutio vero baptiſmi fit ĩ toto corpore. et tamẽ certũ eſt ꝙ in effectu tota cul pa originalis auferebaꝛ in circunciſione ſicut ⁊ in baptiſmo. Et p hec patet ſolutio ad illõ qd ſecũ do inducit quod pcedit ex eodẽ falſo fundamẽ=to. ¶Ad argumenta Durãdi cõtra eandẽ cõclu=ſionẽ patet reſponſio per ea q̃ dicta ſunt in tertio notabili. ¶Ad argumẽtũ ante oppoſitũ reſpon=det. S. Tho. 3a. p. q.62. ar. 6°. ad.3m. et. q.70. ar.4. in cor. ꝙ inter ſacramẽta veteris legis cir=cunciſio cõferebat grãm et q̃m ad effectus poſiti=uos et q̃tũ ad effectꝰ priuatiuos et q̃m ad repreſ ſionẽ concupiſcẽtie. verũtamẽ nõ cõferebat gra=tiam ex opere operato. i. p virtutẽ in ipſo circun=ciſionis ſacramẽto contentã: ſed ex opere opan=te. i. ex fide paſſionis xp̃i future cuius circunciſio erat ſignũ. ſm illud Ro.4. Abraã accepit ſignũ circunciſionis ſignaculũ iuſticie fidei. homo enĩ accipiens circunciſionẽ vt adultus pro ſe vel aliꝰ pro paruulis: profitebatur ſe ſuſcipere talẽ fidẽ. Et in hoc articulus terminatur.

TErtiũ circa primã diſtinctionẽ quarti ſentẽtiarum ⁊ duas ſequentes queritur vtrũ ſacramẽta veteris legis poſſint poſt paſſionẽ chriſti ſine peccato mortali obſeruari et arguitur ꝙ ſic. non enim credẽdum eſt ꝙ apoſtoli poſt acceptionẽ ſpũſſancti mortaliter peccauerunt. eius enim plenitudine ſunt induti virtute ex alto vt dicitur Luce vltimo. ſed apoſtoli poſt aduentũ ſpũſſancti legalia obſeruauerũt. dicitur enĩ Actuũ 12. ꝙ Paulus circuncidit Thimoteũ. et Actuũ 21. ꝙ Paulus ſm cõſiliũ Jacobi aſſumptis viris purificatus eſt: cũ eis intrauit tẽplum annuncians expletionẽ dierũ purificationis donec offerretur pro vnoquoq; eorũ oblatio. ergo ſine peccato mortali poſſunt poſt xp̃i paſſionem legalia ſacramenta obſeruari. ¶In oppoſitũ arguitur qr dicit ap̄lus Gala.5°. ſi circuncidimini xp̃s nihil vobis pderit. ſed nihil excludit fructũ xp̃i niſi peccatũ mortale. igitur circũcidi et alia ſacramenta legalia obſeruare poſt xp̃i paſſionẽ eſt peccatũ mortale. ¶In hac q̃ſtione erunt q̃ttuor articuli vt ſupra.

QUantum ad articulum p̃mũ ſit p̃ma cõcluſio ꝙ ſacramẽta veteris legis ⁊ alie cerimonie legales ceſſauerũt ſtatĩ poſt paſſionẽ xp̃i ⁊ quo ad vim obligãdi ⁊ q̃ ad eorũ vtilitatẽ. hãc cõcluſionẽ tenet. S. T. in hac diſ. p̃a. lec.2. ar.5. ſub. ar. p̃°. ⁊.2.

et.3.Item pᵃ2ᵉ.q.103.ar.3.et.4. ¶Secunda cōcluſio eſt ꝙ ſacra veteris legis pro nunc obſeruari non poſſunt ſine peccato mortali. Hanc cōcluſionē tenet.S.Tho.vbi ſupra. ¶Tertia concluſio eſt ꝙ baptiſmꝰ non cadebat ſub precepto ſed ſub cōſilio ante paſſionē xp̄i. Hanc cōcluſionē tenet.S.Tho.in hac diſ.2.q.pᵃ.ar.4.ſub.ar.3. Et.3ᵃ.p.q.66.ar.2. ¶Quarta concluſio eſt ꝙ gratia ſacramētalis eſt alterius rationis a gratia virtutū ⁊ donoꝝ. Hāc cōcluſionē tenet.S.Tho. in hoc.4ᵒ.diſtictiōe pᵐa lec.pᵃ.ar.4.ſub.ar.5. Et.3ᵃ.parte.q.62.articulo.2.

Quantum ad ſecūdū articulū arguitur cōtra cōcluſiones. Et quidē cōtra pᵐaꝫ ⁊ ſecundaꝫ concluſiones arguit Scotus. ipſe nāqꝫ primo vult ꝓbare ꝙ circuncīſio nō aliter obligauit poſt mortem xp̄i ꝙ̄ ante: ⁊ ꝙ iudei nō aliter tenebanꝰ vel non tenebanꝰ vſqꝫ poſt xp̄i aſcēſionē. Primo qꝛ nullus aliter ſe habet ad aliquā legē niſi qꝛ eſt ſibi aliter ꝓmulgata. ſed poſt paſſionē xp̄i anteꝙ̄ apoſtoli p̄dicaſſent baptiſmū: nō fuit baptiſmus aliter ꝓmulgatꝰ ꝙ̄ ante. ergo ꝑ conſequēs nō habuerūt ſe aliꝰ ad circūciſioneꝫ ꝙ̄ ante. ¶2ᵒ. quia ab eodē habēt precepta vim obligādi et medendi et curādi. patet ꝑ Bedā ſup illud Joā.3. et ponitur in littera diſ. pᵐa. niſi quis renatꝰ fuerit ⁊c. qui eni nūc ꝑ euāgeliū ſuū terribiliter ac ſalubriter clamat niſi quis renatꝰ fuerit et c. terribiliter dicitur propter arctam obligationem: ſalubriter ꝓpter efficacem medelam: ille duduꝫ clamabat ꝑ legem: maſculus cuiꝰ caro preputij circūciſa nō fuerit peribit anima eiꝰ de populo ſuo. ſed circūciſio habuit vim medēdi vſqꝫ ad eius reuocationem: ſed ꝑ ſolā xp̄i mortē non eſt aliter reuocata ꝙ̄ prius. patet ex ratione p̄cedenti quia non erat aliter ꝓmulgata. ¶3ᵒ. poſt mortē xp̄i vſqꝫ ad tēpus ꝓmulgationis: iudei tenebanꝰ circuncidere paruulos ſuos quia nullo modo cōſtabat eis de reuocatione circūciſionis. nō autē cōtulit eaꝫ paruulo niſi vt vtile ⁊ neceſſariū ad ſalutē: quia tenebantur ponere ſpem in ea ſicut prius tenebantur neceſſario habere firmam opinionem de circunciſione. quod nihil eſt dictu quia deꝰ nullum decipit nec obligat neceſſario ad decipiendū. ¶4ᵒ. nūꝙ̄ fuit homo relictꝰ ſine remedio certo de quo eſſet certꝰ ꝙ erat remediū certū. ſed illo tp̄e poſt paſſionē ante publicationē euangelij nullum fuit certū remediū iudeis datū de nouo quia nec publicatū. ergo remāſit idem quod p̄us eque certuꝫ remediū ſicut priꝰ. hec Scotus. ¶Ulterꝰ vult ꝓbare directe cōtra ſecundā ꝯcluſionē ꝙ poſt publicationē euāgelij poterant ſine peccato legalia obſeruari. quia Actu.21. legiꝰ de Paulo ꝙ aſcendit in hieruſalē et ibi de conſilio Jacobi et alioꝝ fratrū poſt quartā ſinodū habitaꝫ hieroſolymis purificatus ſm legē aſcēdit templū et obtulit ſacrificiū pro ſe. ꝙ aūt eſſet ibi ſolēniter euangeliuꝫ publicatū patet Actuum.21. dixit Jacobus vide quot milia hominū in iudea crediderūt ⁊ omnes emulatores ſunt legis. ergo ſtante tāta publicatione euangelij ibi et ipſo Paulo ⁊ iudeis cōuerſis approbaꝰ obſeruatio legis. et ipſe Paulus ibi inter tot chriſtianos opus legis impleuit. ꝙ̄ autē tempore fuerit iſta Pauli cōuerſio purificatio et oblatio ſm legē: cōuinci poteſt partim ex ꝓceſſu actuū: partim ex magiſtro hiſtoriaꝝ. iſtud eni fuit ante captionem Pauli per ſex dies ſicut patet Actu.21. iſta aūt captio fuit circa principiū regis Neronis: quia tertio āno neronis venit romam ſm magiſtrū hiſtoriarū. Nero aūt incepit regnare circa vigeſſimū annū poſt paſſionē xp̄i. in tanto aūt tempore videꝰ euangeliū ſatis publicatū vbi tamen Paulus maxime ſeruauit legalia. hec Scotus. ¶Cōtra tertiā cōcluſionē arguit Scotus ꝓbando ꝙ ſi ante paſſioneꝫ xp̄i baptiſmꝰ fuit ſub ꝯſilio: tūc circūciſio nō fuit ſub precepto. Primo quia ſi vnū preceptū impoſitū reuocat totaliter aliud: cōſiliū ſeu monitio de vno facit aliud nō neceſſariū quia cuiꝰ actꝰ preceptū eſt alterius ꝓhibitio eiuſdē actꝰ cōſiliū eſt licentia de nō obſeruando reliquū. ergo ſi preceptū de baptiſmo erat ꝓhibitio circunciſionis quantū ad fructū: ſequitur ꝙ conſiliū de baptiſmo erat reddens circunciſionem nō neceſſariā. ¶2ᵒ. quia ſi ante paſſionem aliquis iudeꝰ ad predicationē xp̄i vlꝰ Petri paruulū baptizaſſet ⁊ nō circuncidiſſet: ſi paruulus fuiſſet mortuꝰ fuiſſet ſaluatꝰ quia recepiſſet gratiam in baptiſmo. a prima enim inſtitutione baptiſmus cōtulit gratiam. ſi dicatur ꝙ paruulo ſuffeciſſet baptiſmus ſed pater peccaſſet non circuncidēdo illum: contra pater ante octauū dieꝫ potuit paruulum ſuū baptizare: et ex quo ille habuit remediū cōtra originale et hoc pater crediſſet nam credidit baptiſmū efficacē ad hoc: tūc videtur ꝙ nō tenebaꝰ neceſſario ꝓuidere paruulo de alio remedio. hec Scotus in forma. ¶Cōtra quartā cōcluſionē arguiꝰ a nōnullis quoꝝ dicta recitat Petrus d̄ palude ſic primo. ſicut ſe habet ſanitas per artem reſtituta ad ſanitatem per naturam: ſic gratia ſacramentalis ad virtutes qꝛ ſacramenta ſunt quedam medicine. ſed illa ē ea-

dem.7°.methaphiſice. ergo et cetera. ¶2°.per
idem tollitur malum inquātū priuat bonuꝫ op-
poſitum et inq̃ꝫm ledit ſubiectū diminuendo ha-
bilitatē ad aliud. vnde ⁊ viſus miraculoſe reſtitu
tus qui tollit cecitatem ⁊ indiſpoſitionē: eſt vnꝰ
et idem cū viſu naturali. ſed peccatū vnū ⁊ idem
eſt quod ꝑuat grām ⁊ corrūpit potentias anime
per maculā. ergo eodē tolleret̃ formaliter quātū
ad vtrūqꝫ. ¶3°. quia eodē tollit̃ defectus poten
tie ⁊ ꝑficit̃ potētia. cū enī defectꝰ potētie dicat pu
ram priuationē ꝑfectionis primo quidē ex parte
materie: ſecūdo ꝑficiet̃ potētia. ſicut eodē lumine
expellitur tenebra ⁊ illuminat̃ aer. ¶4°. qꝛ licet
vni ſm̄ diuerſa opponant̃ plura vt equali maius
et minus. 10. metha. tamē ſicut vnū eſt peccatuꝫ
quod habet inordinationē actꝰ et imperficit po-
tentias anime: ita vna eſt virtus que habentem
perficit ⁊ opus eiꝰ bonum reddit. ¶5°. quia per
idē recedit aliquid ab vno termino et tendit ad
oppoſitū vt per leuitatem a centro ſurſuꝫ. nec va
let ſolutio qua dicit̃ ꝙ vt opponit̃ virtuti ⁊ vt vul
nerat. quia ſi oppoſitio ad virtuteꝫ eſſet formalit̃
per aliud ꝙ̃ per vulnus: bene requireret̃ aliud ⁊
aliud remediū. ſicut in vulnerato qui cū hoc ha-
bet febrē duplex requirit̃ ſanitas. ſed qn̄ vtrūqꝫ
eſt per idem: vtrūqꝫ tollitur ꝑ idem. verbi gratia
aer eſt tenebroſus per abſentiā luminoſi ⁊ per in
terpoſitionē opaci. vnde requirit̃ lux formaliter
expellēs tenebrā ⁊ remouens opacum interpoſi-
tum quod cauſat inhabilitatē ad lucē. ſed ſi ſola
abſentia lucis cauſat tenebram: ſola reſtitutio
eius tollet vmbrā quātū ad omnē eiꝰ effectum.
et ſic eſt in ꝓpoſito quia peccatū non corrumpit
potentiā anime ꝑ habitū aliquē vel priuationeꝫ
differentes ab habitu ⁊ priuatione oppoſitis vir-
tuti. et ideo ſola virtus reſtituta ſufficit quo ad
vtrūqꝫ et c̄. Nec valet quod dicit̃ ꝙ grā ſacramē
talis non erat neceſſaria in ſtatu innocentie ſed
gratia virtutū tunc erat neceſſaria: et ſic videtur
ꝙ nō ſint idē. quia licet grā ſacramētoꝝ et virtu-
tum ſit vna: tamen fuit neceſſaria hec ⁊ nō illa in
ſtatu innocētie inq̃ꝫm huiuſmodi: ſm̄ tamē id qđ
in vtraqꝫ fuit neceſſariū. ſicut ſanitas per medici
nam reſtituta non eſt neceſſaria ei qui nūqꝫ fuit
infirmus: eſt tamen neceſſaria infirmo: et tamen
non differt a naturali niſi penes cauſam extrinſe
cam et accidentalem. vel dicendum ꝙ gratia ſa-
cramentalis non fuit neceſſaria in ſtatu innocen
tie inq̃ꝫm confertur per ſacramenta nec inq̃ꝫm or-
dinatur ad ſananduꝫ: ſed inq̃ꝫm ordinatur ad be-
ne operandum fuit neceſſaria. Nec obſtat ſecū-
do illud quod dicitur ꝙ .ſ. non contritus recipit
gratiam ſacramentalem ſi non fictus accedat. nō
contritus autem non habet virtutem penitentie
nec per conſequens alias virtutes et ſic videtur
ꝙ non ſunt idem. quia licet nullus adultus reci-
piat gratiaꝫ niſi non fictus: tamen non fictus po
teſt carere gratia ⁊ virtutibus vt ſi ſit attritus et
non contritus nec tunc erit ſine peccato et gra-
tia imo erit in peccato mortali ſed virtute ſacra
menti attritio mutabitur in cōtritionem et ſuſci-
piet grām virtutū et ſacramēti. ſic enim dicit fra-
ter Tho. ſuper. 4. ſenten. diſtin. 6. arti. 3. q. pri-
ma in vltimo argumento ꝙ ſufficit attritio pre-
cedens ad excludendum fictionem. ſi autem ſit
contritꝰ tunc ſuſcipiet grām ſacramentalem nō
per infuſionē noue gratie ſed per augmentū pre
exiſtentis: ſicut in illo qui bis vere penituit de eo-
dem peccato. nam in ſecunda ſuſceptione ſacra-
menti conſtat ꝙ nulla gratia noua ſibi infundit̃
ſed ſola preexiſtēs auget̃: quia nouiter infuſa eſſꝫ
eiuſdeꝫ rationis cum prima. Nec valet quod ter
tio dicitur ꝙ virtutes ſunt cōnexe ſed gratie ſa-
cramentales non: ergo non ſunt idem quia non
eſt ſimile. virtutes enim habēt cōnexionem quia
fluunt ab vna gratia que ſine eis eſſe non poteſt
ſed ſacramenta non fluunt a gratia que ſine eis
eſſe poteſt. Nec valet quod quarto cōſueuit ar-
gui quia diuerſorum effectuū ſunt diuerſe cauſe.
ſed effectus ſacramētales ſunt diuerſi. ergo a di-
uerſis gratijs et ſic non eſt vna. et dicenduꝫ ꝙ di-
uerſa ſacramēta habent diuerſos effectus q̄ ſunt
characteres vel ornatus: non autē gratie. vel di
cendum ꝙ diuerſitatem cauſarū formaliū ſequit̃
diuerſitas effectus: nō autē ad diuerſitatē efficiē-
tium maxime inſtrumentalium. ſicut enim vna ē
ſanitas que diuerſis infirmitatibus poteſt tolli ⁊
ſic diuerſis medicinis reparari: ita vna eſt gratia
que diuerſis peccatis tollitur et diuerſis ſacramē
tis reparatur. hec ille Petrus recitans dicta con
trarie opinionis.

QUantum ad ar
ticulū tertiū primo notandū eſt
ꝙ ſicut ex verbis apoſtoli Gala.
4°. accipitur: in aduentu xp̄i lex
vetus et obſeruantia legis fineꝫ
habuit. ait enim apoſtolus. at vbi venit plenitu
do temporis miſit deus filium ſuum factū ex mu
liere factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant re
dimeret. redempti autem ſunt per hoc ꝙ a legis
onere ſunt abſoluti veteri lege ceſſante. quo au-
tem tempore poſt aduentum chriſti lex vetꝰ cuꝫ
obſeruantijs ſuis finem habuerit: ipſe apoſtolus

determinat Hebreorum.9°.dicẽs.ideo noui te=
ſtamenti mediator eſt ſcilicet chriſtus vt morte
intercedente in redemptionem earum preuari=
cationum que erant ſub priori teſtamẽto repro=
miſſionem accipiant qui vocati ſunt eterne here
ditatis.vbi enim teſtamentum eſt:mors neceſſe
eſt intercedat teſtatoris. teſtamentum enim in
mortuis confirmatum eſt: alioquin nondũ va=
let dum viuit qui teſtatus eſt. ex quib⁹ verbis ap
paret ꝙ nouum teſtamentũ ideſt lex noua chri=
ſti vim et robur habuit morte chriſti interueniẽ=
te et non prius.nouo autẽ teſtamento firmato:
teſtamentum vetus deletum eſt.vnde Apoſto=
lus.8°.capitulo eiuſdem epiſtole dum cõmemo=
raſſet verbum domini Hieremie.31.dicentis.ec=
ce dies veniunt dicit dominus ⁊ conſumabo ſup
domum iſrael et ſuper domũ iuda teſtamentum
nouum non ſm teſtamentum quod feci patrib⁹
eorum:ſubiungit.dicendo autẽ nouum:vetera=
uit prius.quod autem antiquatur et ſeneſcit:ꝓ=
pe interitum eſt.ex quibus concluditur ꝙ virtus
noui teſtamenti cepit poſt paſſionem et mortẽ
chriſti et virtus et obligatio legis veteris ex tũc
ceſſauit.¶Sed conſiderandum eſt ꝙ ad virtutẽ
⁊ efficaciam legis non ſolum requirit ipſius inſti
tutio per legiſlatorem:ſed exigitur cum hoc ⁊ le=
gis promulgatio. Et enĩ Sãctus Thomas de=
ducit ꝑma ſecũde q̃ſtione.90.articulo.4..lex i=
ponitur aliquibus per modum regule ⁊ menſure
que tunc intelligitur imponi rebus mẽſuratis qñ
illis applicatur.lex igitur tunc imponitur his qui
ſub lege ſunt virtutem habens obligandi:quan=
do illis applicatur.huiuſcemodi autem applicatio
fit per hoc ꝙ in noticiam eorum deuenit quadaꝫ
legis promulgatione. Unde ad hoc ꝙ lex impo
ſita vim ⁊ robur habeat:neceſſario requiritur le=
gis promulgatio.inquit enim Auguſtinus libro
de vera religione.leges inſtituũtur cum promul
gantur. quod intelligendũ eſt de inſtitutione ef
ficaci ideſt vim coactiuam ⁊ obligatoriã haben=
te.non de inſtitutione tantũmodo ordinatiua ⁊
directiua qua leges inſtituuntur quando primo
a legiſlatore conduntur. ad deſtitutionem autem
ſeu abrogationem legis min⁹ requiritur. ſufficit
enim ad id:legis reuocatio per eum qui poteſt.
neqꝫ exigitur ad legis deſtructionem vel ad tol=
lendam legis virtutem ac eius vim obligatoriaꝫ
ꝙ reuocatio promulgetur quemadmodum exi=
gitur ad legis virtutem atqꝫ vim coactiuam: ei⁹
inſtitutionis promulgatio.plura enim requirun=
tur ad rei conſtitutionem q̃ȝ ad eius deſtitutio=
nem.¶Ex quibus inferimus ꝙ quãuis lex noua
non habuerit vim obligandi ita vt illam non ob
ſeruantes tranſgreſſores legis cenſeãtur vſqꝫ ad
ipſius promulgationem per apoſtolorum predi
cationem factam ſm Auguſtini ſententiam con
tra Hieronimũ quã cõmuniter ſequũtur theolo
gi:et tamen lex vetus mox vt per chriſti paſſionẽ
et mortem reuocata fuit iuxta apoſtoli documẽ=
ta ſupra poſita: virtutem ſuam et obligandi vim
amiſit: ita vt ex tunc nec vim preceptiuam nec
virtutem ſalutiferam aut alicuius vtilitatis effi=
caciam habuerit. vnde et ſtatim paſſione chriſti
parata ad ipſius mortem: lex ipſa vetus mortua
eſſe dicitur nihil virtutis aut vite amplius reti=
nens.vnde ex tunc iudei neqꝫ circumciſionem re=
cipere nec alias legis veteris obſeruantias tene
bantur ſeruare q̃ȝ eſt ex ipſius legis et obſeruan
tiarum vi: quicquid fuerit ex iudeorum erronea
cõſcientia qua forte putabant legem veterẽ ad=
huc durare ⁊ vim preceptiuam ac obligatoriam
pro tunc habere.conſcientia nãqꝫ erronea ligat
vt Sanctus Thomas deducit ꝑma ſecũde q̃ſtio
ne.19.articulo.5.

¶Secundo Notandum eſt ꝙ de inſtitutione ſacramẽ
ti baptiſmi non omnino idẽ videtur ſentire Sã=
ct⁹ Thomas in ꝑmo opere et in ſecundo.nam in
ꝑmo opere infra diſtictione.3.articulo.5.ſub ar=
ticulo.2.dicit ꝙ ſacramẽtum baptiſmi primo fu=
it inſtitutum q̃ȝ ad materiam in baptiſmo chri=
ſti. tunc enĩ vim regeneratiuam contulit aquis.
q̃ȝ ad formam vero fuit tunc quodã modo pre
figurata per preſentiam trium perſonarum in ſig
no viſibili. apparuit enim pater in voce. filius in
carne.ſpiritusſanctus in columba. fructus etiam
baptiſmi ibi fuit prefiguratus quando celi aper=
ti ſunt ſuper eum in ſignum ꝙ per ſacramentum
baptiſmi ianua celeſtis patrie aperienda foret.
neceſſitas autem ſuſcipiendi baptiſmum declara
ta fuit quãuis non impoſita Joan.3°. vbi domi=
nus dicit. niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiri=
tu ſancto et cetera. efficaciam autem habuit ex
paſſione chriſti quantũ ad vltimũ effectum qui
eſt apertio ianue.ſed diuulgatio eius q̃ȝ ad om=
nes nationes precepta fuit Mathei vltimo. Et
ſub articulo.3.in corpore inquit.ante paſſionem
nullus obligabatur ad baptiſmum quia tunc nõ
erat inſtitutus ad obligandum ſed ad exercitan
dum. poſt paſſionem vero obligatorium fuit qñ
circumciſio mortua fuit quantũ ad omnes ad q̃s
inſtitutio potuit peruenire. hec Sanctus Tho.
in primo ope. In ſecundo vero opere tertia par
te queſtione.66.articulo.2.in corpore tenet ꝙ

baptiſmus q̃ꝫm ad ipſum ſacramentum vere fuit inſtitutus quando chriſtus baptizatus eſt. et qꝛ ſacramenta ex ſui inſtitutione habent ꝙ conferunt gratiam et accipiunt virtutem ad cauſandū effectum ſuum: ideo baptiſmi ſacramentuꝫ ex ipſa inſtitutione a tempore baptiſmi chriſti habuit virtutem ad effectus baptiſmales. ſed neceſſitas vtendi hoc ſacramēto indita fuit hominib⁹ poſt chriſti paſſioneꝫ ⁊ reſurrectionem. Unde i duobus videtur ꝙ aliter fuerit locutus in ſecūdo opere q̃ꝫ in primo. vnum eſt circa inſtitutionē baptiſmi. nam in ſecundo opere ſimpliciter dicit ſacramentum baptiſmi inſtitutum fuiſſe in baptiſmo chriſti: non hoc limitans q̃ꝫm ad materiam ſicut in primo opere. nomine autem ſacramenti ⁊ materia et forma deſignari videtur. Aliud eſt circa effectum ſacramenti. nam in primo opere dicit ꝙ fructus baptiſmi prefiguratus fuit in baptiſmo chriſti. in ſecūdo vero opere expreſſe dicit ꝙ ſacramentum baptiſmi accepit virtutem producendi ſuum effectum quando chriſtus eſt baptizatus. Poſſumus tamen vtrūqꝫ dictum trahere ad concordiam. primuꝫ ſic ꝙ in primo opere Sā̄ctus Doctor locutus eſt de inſtitutione baptiſmi q̃ꝫm ad eius expreſſionem. fuit enim ibi materia baptiſmi expreſſa. ſ. aqua in ipſo carnis xpi cō̄tactu. non autem fuit forma verborum expreſſa ſed deſignata in apparitione trium perſonarum patris in voce filij in carne et ſpiritusſancti in columba. perficitur enim forma baptiſmi in nomine patris et filij et ſpiritusſancti. In ſecūdo vero opere locutus eſt de inſtitutione baptiſmi ſimpliciter abſqꝫ expreſſione materie ⁊ forme. Secundum dictum poteſt etiam ad concordiam trahi ſic ꝙ in primo opere Sanctus Doctor locut⁹ eſt de vltimo fructu baptiſmi ſcilicet de apertione ianue celeſtis. queꝫ effectū habuit baptiſmus poſt paſſionem chriſti prout parum infra ſubiungit. vnde ⁊ hunc fructum baptiſmi prefiguratum fuiſſe dicit in eo ꝙ celi aperti ſunt ſuper chriſtuꝫ. nō autem fuit mens eius ꝙ totus fructus vel effect⁹ baptiſmi fuerit prefiguratus et non inſtitutus ante paſſionem chriſti. nam ⁊ ſupra diſtinctione 2ª. articulo. 4°. ſub articulo. 3°. expreſſe dicit ꝙ a tempore predicationis chriſti vſqꝫ ad eius paſſionem ſacramenta noue legis ſimul currebāt cū legalibus et vtraqꝫ ad ſalutem operabantur et exemplificat de baptiſmo. In ſecūdo vero opere non diſtinguens inter effectus baptiſmi: ſimpliciter dicit ꝙ ſacramentum baptiſmi virtutem accepit ad cauſandū ſuum effectuꝫ quando chriſtus eſt baptizatus.

Tertio Notandum eſt prout Sanctus Thomas deducit tertia parte queſtione. 62. articulo. 6. ꝙ virtus paſſionis chriſti copulatur vel continuatur nobis et per fidem et per ſacramenta differenter tamen. nam continuatio que eſt per fidem fit per actum anime qui eſt credere. corde enim creditur ad iuſticiam vt apoſtolus dicit Romanorum. 10. continuatio autem que eſt per ſacramenta fit per vſum exteriorum rerum in quibus ſacramenta cō̄ſiſtunt. nihil auteꝫ prohibet id quod eſt poſteri⁹ tempore anteq̃ꝫ ſit actu in rerum natura mouere ẜm ꝙ precedit in actu anime. ſicut finis qui eſt poſterior tempore mouet agentem ẜm ꝙ eſt apprehenſus per intellectū et deſideratus ab ipſo. ſed illud quod nondum eſt in rerum natura: nō mouet per vſum exteriorum rerum ſcilicet exiſtē̄tium in rerum natura. vnde cauſa efficiens non poteſt eſſe poſterior effectu in eſſe ordine durationis quemadmodum eſt cauſa finalis. hinc ergo eſt ꝙ a paſſione chriſti que eſt cauſa humane iuſtificationis: deriuatur virt⁹ iuſtificatiua ad ſacramenta noue legis: non autem ad ſacramenta veteris legis. naꝫ quia paſſio chriſti fuit prior duratione q̃ꝫ ſacramenta noue legis que de latere chriſti fluxerunt dormientis in cruce: potuit efficaciam habere ſuper illa et effectiue ea mouere et ad ipſa deriuare ſeu tranſfundere virtutem iuſtificatiuam ẜm ꝙ in vſu ſunt exercita in rerū natura. ſacramenta autem veteris legis preceſſerūt duratione paſſionem chriſti et ideo ipſa chriſti paſſio exiſtens illis poſterior non potuit efficaciam ſeu effectiuam cauſalitatem habere ſuper illa nec illa mouere vel ad illa effectiue agere aut virtutem ſuam ad illa deriuare ẜm ꝙ erant in vſu exteriorum rerum. habuit tamen cauſalitatem per modum finis in ſuſcipientibus ſacramenta veteris legis per fidem qua credebāt chriſti paſſionem futuram in redemptioneꝫ generis humani quam proteſtabantur in ipſis veteribus ſacramentis que illam prefigurabant. vnde ſacramē̄ta veteris legis non ex ipſis aut per virtutem ad illa deriuatam ex paſſione chriſti iuſtificabant: ſ per fidem paſſionis chriſti quaꝫ accedē̄tes ad ſacramenta illa habebant: iuſtificabant. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ baptiſmus ⁊ alia ſacramē̄ta noue legis ante paſſionem ⁊ mortem chriſti nō habuerunt virtutem ⁊ efficaciam ad ſuos effectus a chriſti paſſione niſi per fidem ⁊ proteſtationeꝫ ipſius quemadmodum ſacramē̄ta veteris legis eo ꝙ paſſio chriſti nondum actu eſſet tunc in rerum natura ſed eſſet ipſis poſterior. veruntamē

ipſam virtutem et efficaciam quam ſacramenta noue legis nunc habent: tunc habuerunt. non ex paſſione chriſti propter dictaȝ rationem: ſed ex ipſo chriſto illa inſtituente et virtutem et efficaciam illis realiter et efficienter conferente. nam licet paſſio chriſti fuerit illis poſterior ſi qua exercita ſunt ante chriſti paſſionem: chriſtus tamen illa inſtituens: duratione in rerum natura illa p̄ceſſit. Et hec videtur fuiſſe mens Sancti Thome tertia parte queſtione. 66. articulo. 2. ad p̄mum cum diceret ꝙ etiam ante paſſionem chriſti baptiſmus habebat efficaciam a chriſti paſſione inq̄ꝫm eam prefigurabat: aliter tamen q̄ ſacramenta veteris legis. nam illa erant figure tm̄: baptiſmus autem ab ipſo chriſto virtuteȝ habebat iuſtificandi per cuius virtutem ipſa etiam paſſio ſalutifera fuit. hec ille. In quib⁹ verbis duo que annotauimus ſatis ipſe expreſſit. vnum eſt cum dicit baptiſmum ante paſſionem chriſti habuiſſe efficaciam a xp̄i paſſione inq̄ꝫm eam prefigurabat. vnde non dixit inq̄ꝫm ab ea virtutem habebat. ex quo accipitur ꝙ reſpectu paſſionis chriſti ſignum tātūmodo erat prefiguratiuum queadmodum ſacramenta veteris legis. Aliud eſt cuȝ dicit ꝙ baptiſmus tunc ab ipſo chriſto virtutem habebat iuſtificandi. vnde non dixit a paſſione chriſti que tunc futura erat: ſed a chriſto in reruȝ natura iam exiſtente et ipſum baptiſmum inſtituente. Et facit ad iſtum ſenſuȝ quod ſequitur. per cuius ſcilicet virtutem ipſa etiam paſſio ſalutifera fuit. quaſi reſpōderet Sanct⁹ Doctor tacite q̄ſtioni qua fortaſſe aliquis q̄reret quomodo baptiſmus tunc habuit virtutem iuſtificandi et non a paſſione chriſti. reſpondet ſiquidem ꝙ illam a chriſto potuit habere qui propria exiſtentia preſens erat. a quo etiam ipſa paſſio virtutem iuſtificandi habet.

Quarto Notādum eſt ꝙ tēpus diuulgationis euāgelij poſt quod ſm Auguſtinum et cōmuniter omnes doctores theologos legalia non ſoluȝ mortua ſunt ſed ꝛ mortifera: non eſt ſatis certuȝ cum de eo tēpore non fiat expſſa mentio in canone ſacre ſcripture nec numerus annoꝝ requiſitus ad euangelij publicationem nobis determinatus eſt nec in quanta orbis parte predicatio euangelij ſufficiat ad ipſius diuulgationē qua vim habeat ad ſui obſeruantiam omnes gentium nationes obligādi. nam viginti fere annorum tempus non videtur ſufficere cum legamus Actuū. 21. ꝙ viginti annis poſt paſſionem chriſti tranſactis in principio ſcilicet imperij Neronis ſm magiſtruȝ hiſtoriaꝝ credentes ex iudeis emulatores erant legis nō pauci ſed multa milia eorum prout Iacob⁹ epiſcopus hieroſolymitanus refert Paulo. quo tempore et ipſemet apoſtolus Paul⁹ aſſumptis q̄ttuor viris votum habentibus purificatus eſt more legali intrans in templum ſinagoge iudeoruȝ annuncians expletionem dierum purificationis donec offerretur pro vnoquoqꝫ eoꝝ oblatio ſm legis obſeruantiam. Duo tamē nobis certa ſunt. vnum eſt ꝙ poſt aliquantulam promulgationeȝ euangelij adhuc legalia non fuerunt mortifera. hoc patet ex imediate dictis. aliud certum eſt ꝙ diu iam preterierit tempus aptum et neceſſariuȝ ad legitimam euangelij publicationem poſt qđ legalia non ſolum mortua ſed ꝛ mortifera cēſenda ſunt. Aduertendum tamen ꝙ tempore intermedio a paſſione chriſti vſqꝫ ad diuulgationem euangelij circunciſio et cetera legalia ſimpliciter mortua fuerunt quia nec vim preceptiuam et obligatoriā neqꝫ aliquid virtutis aut efficacie tūc habebant. ita ꝙ illo tempore iudei nec tenebantur illa obſeruare niſi forte propter erroneam cōſcientiam nec obſeruantibus aliquid illa prodeſſe poterant. habuerunt tamen iudei ſicut et cetere omnes gentes pro tunc remedium contra originale peccatum ſcilicet baptiſmuȝ qui a paſſione chriſti habuit ſue inſtitutionis complementuȝ et virtutem iuſtificandi et vniuerſaliter effectus baptiſmales cauſandi. habuit preterea vim preceptiuaȝ ꝛ obligationis neceſſitatem ſaltē poſtq̄ chriſto reſurgente precepit diſcipulis ſuis dicēs. euntes docete omnes gentes baptizātes eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpiritusſancti Mathei vltimo. Unde opinio dicentium ꝙ tempore intermedio a paſſione chriſti vſqꝫ ad diuulgationem euangelij paruuli iudeorum ſaluabantur in ſola fide parentum abſqꝫ circunciſione que iam ceſſauerat et abſqꝫ baptiſmo qui nondum fuerat ſub precepto: tenenda non eſt. nam poſt inſtitutionem completam baptiſmi: ſolus baptiſmus fuit remedium a deo datum contra originale peccatum iuxta verbuȝ domini Ioannis. 3°. dicentis. niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnum dei. Neqꝫ obſtat ꝙ tempore illo ante diuulgationem euāgelij baptiſmus non fuerit de neceſſitate precepti cū tale preceptum nonduȝ eſſet diuulgatum. quoniā licet non fuiſſet tūc de neceſſitate precepti ita vt nouum peccatuȝ incurreret pro tranſgreſſione q̄ baptiſmum non ſuſciperet: fuit tamen de neceſſitate ſacramenti: quia ſine ipſo nullus pro tūc ſaluari poterat. non enim virtus paſſionis chriſti q̄

peccata delentur et homines iuſtificantur pote=
rat poſt chriſti paſſionem cõtinuari ac copulari
alicui ad ſalutem niſi ꝑ ſacramẽtum baptiſmi ad
quod erat inſtitutum ceſſante circunciſione cum
ceteris legalibus omnibꝰ. Neqꝫ iterũ obſtat ꝙ
iudei nondum euangelio diuulgato nõ crederẽt
aut ignorarẽt ſacramentum baptiſmi ad ſaluteʒ
hominũ et ad peccatũ delendũ fuiſſe inſtitutum.
nam illorum incredulitas vel ignorãtia virtuteʒ
baptiſmi et eius inſtitutionẽ ac neceſſitatem nõ
euacuaret. ſicut nec modo poſt euangeliũ per or
bem diffamatũ: iudeorꝫ et infideliũ incredulitas
aut ignorantia vim baptiſmi ⁊ eius neceſſitateʒ
non euacuat. neqꝫ ideo ſaluari poſſunt ſine bap=
tiſmo quia illud non credunt aut ignorant. nam
et quod plus eſt nec illi ad quos ſermo euange=
lij et neceſſitas baptiſmi nõ adhuc ꝑuenit: abſqꝫ
baptiſmo ⁊ fide euangelij ſaluari poſſunt. immo
vt. S. Tho. tenet. 6°. quolibet. ar. 4°. puer natꝰ
in deſerto vbi aqua ad illuʒ baptizandum habe=
ri nõ poteſt ſi moriatur ſine baptiſmo ſaluari nõ
poteſt: nec valeret ei ſine ſacramento baptiſmi fi
des parentum. et ratio eſt quia poſt paſſionem
xpi ex diuina inſtitutione remedium ſalutis hu=
mane ad ſolum baptiſmi ſacramentum eſt coar=
tatum. ita ꝙ ſine illo vel in re vel in voto ſuſcep=
to nemo poteſt fieri ſaluus iuxta verbuʒ domini
ſupra allegatum ex euangelio Joan. 3°.

Quantuʒ ad ar=
ticulum quartũ reſpondendum
eſt obiectionibus in contrariuʒ.
Et quidẽ ad primũ Scoti cõtra
primã cõcluſionẽ dicit̃ ꝙ prima
ꝓpoſitio non habet veritatem niſi de lege obſer
uanda ad cuius vim obligatoriam exigitur legis
promulgatio: que tamẽ non requirit̃ ad legẽ nõ
obſeruandam ꝓut deductũ fuit in primo notabi
li. et ideo nõ eſt idẽ iudiciũ de obſeruatione bap=
tiſmi et de ceſſatione vel nõ obſeruatione circun
ciſionis. quãobrem deficit argumentũ quia con=
cluſio de nõ ceſſatione circunciſionis non ſequi=
tur ex premiſſis probantibꝰ baptiſmi obſeruatio
nem. qm̃ vt ibi dictũ fuit: plus requiritur ad legis
obſeruationẽ q̃ꝫ ad legis ceſſationem vel obſer=
uationem. ¶ Ad. 2m. dicitur ꝙ quicquid ſit ꝺ ma
iori ꝓpoſitione nam nõ eſt vſqꝫquaqꝫ vera: ⁊ ta=
men minor ꝓpoſitio qua dicitur ꝙ per ſolaʒ xpi
mortẽ non aliter reuocata eſt circũciſio q̃ꝫ prius
eſt falſa. neqꝫ valet eius ꝓbatio. nam vt deductũ
fuit in primo notabili: ad legis reuocationẽ non
requiritur reuocationis ꝓmulgatio. ¶ Ad. 3m. di
citur ꝙ aſſumptũ non eſt verum. nec valet eius
probatio qm̃ vt dictũ eſt nõ exigit̃ niſi legis reuo
catio ad hoc ꝙ lex vim nõ habeat obligãdi. nec
ad id requirit̃ aut reuocationis promulgatio aut
ꝙ de ipſius reuocatione cõſtet. nec ideo circunci=
ſio erat vtilis et neceſſaria paruulis iudeoruʒ qꝛ
ipſi iudei id exiſtimabant: nam erat ipſorꝫ ꝓ tem
pore illo erronea cõſcientia. vnde nec tenebant̃
iudei pro tunc firmã opinionẽ tenere de circunci
ſione obſeruanda. nec tenebantur ſpẽ ſalutis in
ea ponere. neqꝫ in hoc deus illos decepit vt ar=
guẽs obijcit cum nõ obligaſſet eos ad circunciſio
nis obſeruãtiã niſi vſqꝫ ad mortẽ xpi. ¶ Ad. 4m
dicit̃ ꝙ maior ꝓpoſitio eſt vera q̃ꝫm ad primã ſui
partẽ. ſed eſt falſa q̃ꝫm ad ſecũdã qua dicit ꝙ nũq̃ꝫ
fuit homo relictus quin certꝰ eſſet ꝙ haberet cer
tum remediũ. hoc aũt falſuʒ eſt. nam etiã modo
in deſertis vel iſulis nõnullis ſunt multi ad quos
noticia euangelij nõdum ꝑuenit. qui quãuis ha=
beant remediũ ſue ſalutis: non tñ certi ſunt ꝙ fue
rit tale remediuʒ. vnde tẽpore a paſſione chriſti
vſqꝫ ad euãgelij diuulgationẽ: iudei omnes certũ
habuerũt remediũ ſue ſalutis. ſ. fidẽ xpi ⁊ fidei ſa
cramẽta q̃ omnibꝰ in ſalutẽ omniũ gentiũ et na=
tionũ data fuerunt a xpo. q̃ꝫq̃ꝫ non omnes ꝓ illo
tempore certã haberẽt noticiam de tali remedio
habito. vnde in omnibꝰ predictis obiectionibus
arguẽs deceptus eſt putãs ꝙ ad legis reuocatio=
nem ⁊ ceſſationem eſſet neceſſaria reuocationis
ꝓmulgatio ſicut ad legis obligationẽ ⁊ obſeruã=
tiam qꝺ falſum eſt. ¶ Poſſet autẽ ad omnia ſu=
pradicta non incõgrue reſpõderi ꝙ tẽpore mor=
tis xpi fuit corã multis gentibus ꝓmulgata legis
reuocatio cũ dñs diceret Joã. 19. cõſumatũ eſt.
ſiue intelligat̃ vetus teſtamentum quod ex tunc
cõſumatũ. i. finitũ eſt ⁊ terminatuʒ. ſiue intelliga
tur cõſumatũ nouũ teſtamentũ. i. perfecte et cõ=
plete diſpoſitũ iuxta ꝓphetiam Hiere. 31. prout
apoſtolus intellexit Hebre. 8°. nam vt ibidẽ apo
ſtolus arguit dicẽdo nouũ teſtamẽtum eſſe cõſu
matũ id eſt ꝑfecte diſpoſitũ et inſtitutum: priꝰ te
ſtamẽtũ. ſ. legis veterauit. quod autem veteraſ=
cit et ſeneſcit prope interitũ eſt. ¶ Ad argumen=
tum eiuſdẽ Scoti contra ſecũdã concluſionẽ pa=
tet reſponſio ex his que dicta ſunt in quarto no=
tabili. concedimus enim ꝙ non ſtatim poſt quã=
tãcumqꝫ euangelij publicationem legalia fuerũt
mortifera ac per hoc ꝙ pro tunc poterãt ſine pec
cato obſeruari: dumtamen obſeruantes non po
nerent ſpem in eis ita vt reputarẽt ea eſſe ſibi ne
ceſſaria ad ſalutem. ¶ Ad argumenta eiuſdem
Scoti contra tertiam concluſionem: ad primum

dicitꝰ q maior propoſitio non eſt vera niſi poſtq̄ vnum preceptum impoſituʒ reuocat alterū. ſed in propoſito noſtro tempore ante paſſioneʒ chriſti quando baptiſmus erat ſub conſilio: nondum circumciſio fuerat reuocata per preceptuʒ baptiſmi. vnde potuit pro tunc conſilium de baptiſmo non tollere aut infirmare vim preceptiuam et obligatoriam. ¶ Ad. 2$^{m}$. concedimus primā conſequentiam. et reſponſionem ibi poſitam admittimus. et ad eius impugnationem dicitur q in caſu illo non excuſabat patrem paruuli a precepti tranſgreſſione de circumciſione obſeruāda: q paruulo originale peccatum fuiſſet per baptiſmum amotum. nam preceptum de circumciſione obſeruanda non ſolum datum fuit propter originale peccatum delendum: ſed etiam in ſignum proteſtatiuum redemptionis fiende per chriſtum, ꝑut Sanctꝰ Thomas notat in hac diſtin. lec. 2$^{a}$. ar. primo ſub arti. primo. Et prima ſecūde. q. 103. ar. 3. ad. 4$^{m}$. vnde ⁊ abrahe cui preceptum circūciſionis datum eſt fuit dictum. in ſemine tuo benedicētur omnes gētes. in ſemine tuo. i. in chriſto, ꝑut apoſtolus exponit Galatarū. 3$^{o}$. quia ergo ante chriſti paſſionem adhuc redēptio futura erat ac fienda per xp̄ʒ: oportebat iudeis pro tunc ſigno circumciſionis proteſtari redemptionē eſſe fiedā per xp̄m. ¶ Ad argumenta cōtra quartam cōcluſionem ad primū dicitꝰ q maior eſt falſa. nō eniʒ eſt ſimile quod adducitur pro ſimili. quia grā ſacramentalis eſt medicinalis reſpectu quorundā morborum ⁊ defectuuʒ ad quos gratia virtutuʒ ex ſui ratione non ſe extendit. ars autē medicine et virtus naturalis ordinantur ad eandem ſanitatem. Unde ad hoc argumentum et ad omnia ſequentia eſt reſponſio q procedunt ex falſo ſuppoſito. ſ. q gratia gratum faciēs inq̄$^{m}$ huiuſmodi que dicitur gratia virtutum ⁊ donorum ex ſui ratione ordinatur ad omnes effectus cauſandos ⁊ ad omnes defectus reparandos qui vel ex defectu nature vel ex commiſſis peccatis proueniunt quod eſt falſum. nam gratia gratum faciēs ex ſui ratione non plus habet q̄ facere habentem deo gratum ⁊ acceptum amore quodam amicitie. et facere actus ſuos dignos ⁊ meritorios vite eterne. ac per hoc ⁊ ea que his effectibꝰ aduerſantur remouere. gratia autem ſacramentalis ordinatꝰ directe ⁊ per ſe ad quoſdam effectus inducēdos quibus homo perficitur non tam ad opera meritoria vite eterne q̄ ad quedam ſingularitꝰ pertinentia ad cultum dei. ſ. religioneʒ chriſtiane vite: ⁊ etiam in remedium contra defectus quoſdā ex peccatis prouenientibus ad quos gratia virtutum ⁊ donoruʒ non per ſe ordinatur. Qui autem ſint hi effectus ⁊ defectus: docet pulchre Sāctus Thomas melius q̄ alibi tertia parte q̄ſtione. 65. articulo primo. ¶ Nec valet obiectio arguentis contra id quod dictuʒ eſt de defectibus quos tollit gratia ſacramentalis qua arguēs ſupponit q peccatum nō corrumpit potentiam anime per habitum vel priuationem differentes ab habitu et priuatione oppoſitis virtuti. nā hoc ſuppoſitum eſt falſum. quoniam quidam defectꝰ huiuſcemodi ſunt qui per ſe non opponuntur virtutibus imo ſunt illis cōpoſſibiles. quemadmoduʒ reatus pene temporalis. difficultas quedam ad penitētie opera. ignorātia qua homo neſcit vas ſuum id eſt vxorem propriam poſſidere et ſic dē ſimilibus. Et preterea gratia ſacramentalis vt dictum eſt: non ſolum ſe extendit ad reparandos defectus: ſed ad cauſandos effectus quoſdā ſpeciales ad quos gratia gratuʒ faciens ex ſeipſa nō ſe extendit. Ad cuius intellectum ſcienduʒ eſt q ſicut dictum fuit in queſtione precedente: capiendo gratiam ſacramentalem non pro ipſo effectu ſacramēti ſed pro gratia que effectum ſacramēti cauſat: habet ſe ex additione ad gratiam gratum facientem ſicut ratio ſpeciei ad genus prout Sanctꝰ Thomas dicit tertia parte queſtione 62. articulo. 2. ad. 3$^{m}$. ita q gratia ſacramentalis eſt gratia gratum faciens habēs ex virtute ſacramenti efficaciam ad quoſdam effectus ad q̄s per ſeipſam ſine ſacramentoruʒ vſu regulariter non ſe extendit. Reſponſiones autem alie quas arguēs introducit non ſunt nobꝭ neceſſarie ideo eas non proſequimur. ¶ Ad argumentum ante oppoſitum reſpondet Sanctus Thomas in hac diſtinctione lectione ſecunda articulo. 5. ſub articulo tertio ad ſecundum. Et prima ſecunde q̄ſtione 103. articulo. 4$^{o}$. ad primum. q tempore illo quo apoſtoli quedam legalia obſeruauerūt: nondum erant mortifera quāuis eſſent mortua. et ita ſine peccato poterant obſeruari non ponēdo in eis ſpem ſalutis. poſt plenam tamen euangelij diuulgationem: abſq; peccato obſeruari nō poſſunt. Et in hoc articulus terminatur.

## ¶ Diſtinctio quarta.

Circa q̃rtam diſtinctionē queritur vtrum baptiſm⁹ imp̄mat aliquē characterem in anima et arguit̄ ꝙ non. qꝛ vt dicit phs ſecundo ethicorum omne quod eſt i anima vel eſt potentia vel habitus vel paſſio. ſed character non eſt potentia. quia potentie omnibus hominibus cōmunes ſunt. character autem non cum ſit ſignum diſtinctiuum ſicut ipſum nomen oſtendit. et preterea potentie ſunt a natura non autem character. nec iterum eſt paſſio qꝛ paſſiones anime contingunt cum aliqua trāſmutatione corporali vt dicitur. 4°. ethicorum. et ptinent ad ſenſitiuam partem vt dicitur. 7°. phyſicorum. nec iterum eſt habitus quia habitus ordinatur ad agendum vt patet per diffinitionē Auguſtini: habit⁹ eſt quo quis agit cum tempus fuerit. ergo character non eſt aliquid in anima. ꝛ ſic baptiſmus nullum characterem imprimit in anima. ¶ In oppoſitum arguitur. quia Damaſcen⁹ in diffinitione baptiſmi ponit ſigillum. ſed ſigillū impreſſuꝫ in aliquo eſt character quidaꝫ. ergo in baptiſmo imprimitur character. ¶ In hac queſtione erūt quattuor articuli vt ſupra.

Quantum ad articulum primū ſit prima concluſio ꝙ character q̃ᵐ ad id quod eſt eſt forma abſoluta et potentia quedaꝫ ſupernaturalis. Hanc concluſionem tenet Sanct⁹ Thomas in hac diſtinctione queſtione p̄ma articulo primo. Et tertia parte queſtione. 63. articulo. 2. ¶ Secunda concluſio eſt ꝙ aliquis character eſt potētia actiua vt character confirmationis et character ordinis. Hanc concluſionē tenet Sanct⁹ Thomas in hac diſtinctione queſtione prima articulo. 4. ſub articulo. 3. Et tertia parte loco ſupra allegato. et eadem queſtione articulo. 6. ¶ Tertia cōcluſio eſt ꝙ character eſt ſubiectiue nō imediate in eſſentia anime ſed in potētia eius intellectiua. Hanc cōcluſionē tenet. S. Tho. in hac diſtin. q. prima arti. 3. ſub articulis p̄mo. 2. et. 3. Et tertia parte. q. 63. articulo. 4. ¶ Quarta cōcluſio eſt ꝙ per ſacramētū baptiſmi imprimitur character ſuſcipiēti. Hanc cōcluſionē tenet. S. Tho. in hac diſti. q. p̄ma. ar. 4. ſub. ar. 3. Et. 3ª. p. q. 63. ar. 6.

Quantum ad ſecundum articulum arguendum eſt contra cōcluſiones. Et quidem contra primaꝫ arguit Scotus probando ꝙ character non ſit forma abſoluta. Primo quia ſi ſic: cōtradicis tibi ipſi. naꝫ ſm̄ te diffinitio characteris eſt talis. character eſt ſignum cōmunionis fidei ꝛ ordinationis datum a hierarcha. vel ꝙ eſt ſignum communionis diuinorum et ſacre ordinationis ſi delium. et quocūqꝫ modo ſic vel ſic diffiniatur: ſignum ponitur in diffinitione characteris tanq̄ genus. ex hoc arguitur ꝙ character non poteſt eſſe forma abſoluta. quia ad quidditatem forme abſolute non pertinet aliquis reſpectus: quia tunc illa q̄dditas eſſet ad ſe et non eſſet ad ſe. nec etiā poteſt dici ꝙ relatio ponatur ibi tanq̄ gen⁹ ꝛ nō ſit vere genus: quia hoc modo ponitur ſubiectū in diffinitione accidentis. patet enī ꝙ relatio nō eſt ſubiectum abſoluti nec etiam relatio eſt ſuſceptiua. ¶ 2°. quia ſicut non ſunt ponenda plura ſine neceſſitate: ita quando aliquid ponitur preciſe propter aliud: non eſt illud ponendum perfecti⁹ q̄ requiratur ad illud aliud vel q̄ poſſit ex illo alio concludi. nam illa perfectio vlterior que poneretur fruſtra poneretur. ſed propter omnia illa propter que ponit̄ character: non eſt neceſſe ꝙ ſit perfectio abſoluta. poſſunt enim omnia illa ſufficienter ſaluari ſi ponatur ꝙ ſit forma reſpectiua. ergo ſupflue ꝛ ſine cauſa ponit̄ eē pfectio abſoluta. ¶ 3°. qꝛ falſum accipit̄ ꝙ nulla relatio nouiter adueīat ſine nouitate abſoluti. huiuſmodi enī falſitas patet multipliciter. p̄mo ſic. illa non pōt magis intriſece aduenire fundamēto q̄ ꝙ neceſſario ſequit̄ ip̄ꝫ poſito termio. qꝛ omnino nō pōt ineſſe fundamento circūſcripto termino. qꝛ tunc nō eſſꝫ reſpect⁹ ſed forma abſoluta. ergo ſi aliqͣs reſpect⁹ pōt extriſec⁹ aduenire fundamēto: ſeqt̄ ꝙ nō neceſſario ſeqt̄ fūdamētū poſito termino. ergo iſte reſpect⁹ pōt eſſe nou⁹ ſine nouitate fundamēti vel termini. ergo ad ei⁹ eē nouū poteſt eē mutatio qꝛ nō eſt ad aliqđ abſolutū. Et ſi dicas aliquē reſpectū extrinſecū aduenire ſubiecto nō fundamēto: hoc nihil eſt. qꝛ relationes intriſece vtpote ſimilitudo q̄ ꝯſeqt̄ albedinē ꝛ huiuſmodi poſſunt extrinſecus aduenire ſubiecto qꝛ funda-

mẽtũ de nouo aduenit. ergo ſi ille ſunt intrinſece et alie ſunt extrinſece: erit differentia earum in comparatione ad fundamentum. Item agens naturale non poteſt de nouo agere niſi ponatur aliquid nouum in ipſo vel in paſſo vel habitudo noua illorum. hoc apparet. quia omnibus iſtis vniformiter ſe habentibus: vniformiter erit actio cum tale agens agat de neceſſitate nature. ergo ſi aliquod agens naturale habet nouam actionẽ vel eſt aliqua forma abſoluta ante illam actionẽ noua in agente: vel aliqua noua in paſſo vel noua habitudo agentis ad paſſum. ſed nec primuz nec ſecundum eſt neceſſarium. poteſt enim ignis de nouo agere in lignum abſqꝫ hoc ꝙ ante illam actionem ignis recipiat nouam formam vel lignum. quia prima forma abſoluta quam recipit lignum eſt per illam actionem. ergo ibi eſt noua habitudo ignis ad lignum abſqꝫ omni nouitate forme abſolute. Hoc etiam patet experimentaliter. quia actiuo eodem modo ſe habẽte ſm formã actiuã: et paſſiuo eodem modo ſe habẽte ſm potentiam paſſiuam proximam: ſi fuerit aliquod impedimentum etiam inter illa interpoſituz: nõ aget illud agens in paſſuz. amoto autem illo impedimẽto ſiue obſtaculo aget. ergo ibi noua habitudo agentis ad paſſum ſine noua forma abſoluta erit. Item hoc probatur ex intentione philoſophi. 5°. phiſicorum. quia licet neget motum eſſe in ad aliquid prout ad genus ad aliquid pertinent relationes intrinſecus aduenientes: non negat tamen motum vel mutationez eſſe in ad aliquid extrinſecus adueniens immo concedit. concedit enim in genere vbi eſſe motum proprie et tamen vbi non eſt niſi reſpectus quidam corporis circumſcripti ad locum vel corpus circumſcribens. ¶ 4°. principaliter arguit. quia vt dicit aliud falſum ibi aſſumitur ſcilicet ꝙ relatio non poſſit fundare relationem. quia ſm Euclidez. 5° geometrie in principio: proportionalitas duarũ proportionum eſt ſimilitudo. ergo ſuper ꝓportionem que dicit formaliter relationem vel ſup vnitatem eius fundatur ſimilitudo. Et ſi dicas ꝙ ſimilitudo eſt vnitas in q̃litate ſꝫ philoſophũ. 5° methaphiſice: nõ valet. quia et ſi vno modo q̃d appropriatur ſubſtantie et eodem modo idem ⁊ diuerſuz que conſequũtur aliquid in q̃ꝫ[m] quid fundatur in vnitate ſubſtantie et equale in vnitate quantitatis ſtricte accepte ⁊ ſimile in vnitate q̃litatis: tamen alio modo accipiendo quid ⁊ quale et ſimile in omni genere inuenitur quid accipiẽdo rationẽ alicuius generis preciſe ad ſe. et inuenitur quale accipiendo formam in illo genere in ratione forme. et inuenitur quantitas virtutis. ⁊ ſic in omni genere inuenitur vnum ſimile et equale. hoc modo enim poſſunt relationes vnius ſpeciei dici ſimiles ſm vnitatem illius relationis: ſicut habentes vnam formam ſubſtantialem ſunt ſimiles ſm ſubſtantiam. Item quod additur de relatione fundata in charactere ſcilicet ſigni: illa poteſt fundari in alia quod preter noticiam quã ſenſibus ingerit aliud in cognitionem venire facit. quod eſt verum non ſolum de ſigno ſenſibili: ſed etiam verum eſt de ſigno intelligibili accipiẽdo ſenſum generaliter pro quacũqꝫ potẽtia cognitiua. nihil autẽ eſt ex cuius cognitione non poſſit deueniri in cognitionem alterius ſaltez vt ex cognitione poſteriorum in prius. et ſic illud poſterius poteſt dici ſignuz prioris. et ſic cõceditur ꝙ ſuper aliquam relationem realem poteſt fundari relatio ſigni ad aliquid prius: ſed talis relatio non tantũ ducit in cognitionez ſui ſed alteriꝰ. et hoc modo ſi quis videret paternitatem in ſuo fundamento: poſſet eſſe ſignum rememoratiuũ actus generationis preterite. et illo modo in ꝓpoſito et maxime hic non eſt inconueniẽs: quia illa relatio ſigni non eſt niſi relatio rationis loquendo de ſigno inſtituto ad placitum cuiuſmodi eſt character reſpectu ſacramẽti ſuſcepti. Itẽ illud quod dicitur de relatione configurationis vel obligationis non valet. poteſt enim religioſus per votum religionis obligari ad ſeruienduz religioni. et qui facit homagium per actum faciendi homagium obligari domino ſuo. et vniuerſaliter in talibus per promiſſionem precedentez et tamen non eſt ibi aliqua forma abſoluta ſuper quam fundetur illa obligatio nec forte alia relatio niſi rationis. et ita bene poſſet ſaluari ratio obligationis. ſicut ſi poneretur relatio realis ſicut in filio poſſet eſſe relatio alicuius habitudinis ad patrem puta obligationis ad dilectionez naturalem: et ſi poſſibile eſſet filiationem eſſe ſolam. Nec valet probatio de proceſſu in infinituz in relationibus realibus: quia aliqua eſt vltima relatio realis in qua nõ poteſt fundari aliqua relatio realis. ſicut aliquod accidens eſt vltimum in entibus quod non poteſt vlteriꝰ eſſe ſubiectuz alicuius alterius accidentis. et ideo non ſequitur ſi accidens eſt in accidente: ꝙ in accidentibꝰ eſſet proceſſus in infinitum. de relationibus tamen rationis bene conceditur ꝙ ibi poteſt eſſe proceſſus in infinitum. quia quelibet relatio ſiue realis ſiue rõnis põt vlteriꝰ fundare aliã relationẽ. ergo et c. ¶ 5°. ꝑncipaliter. qꝛ aliud falſũ aſſumĩt in ꝓbationibꝰ. ſ. ꝙ character ſit potentia iſto

modo ꝙ habens characterē poſſit in aliquē actū
in quo ſine illo nō poſſet. nam baptizatus in nul
lum actum ſimpliciter poteſt in quē non poſſet
non baptizatus. et hoc ſiue loquendo de actu in
quem poteſt actiue: ſiue de actu quē quodā mo-
do ab alio recipit. ita enim poſſet nō baptizatus
vngi chriſmate ſicut baptizatus. et ita poſſet ꝯ-
bluere ſicut baptizatus. Si autem loquamur de
poteſtate miniſtri hoc eſt per quam fit conueni-
ens miniſter alicuius principalis agentis et ſine
illa poteſtate non eſſet conueniens miniſter ta-
lis principalis agentis: talis poteſtas non opor-
tet ꝙ ſit forma abſoluta: immo ſufficeret in mul-
tis ꝙ ſit tantūmodo relatio rationis. ꝓbatur ꝑ m
te. nam dicis epiſcopatum non eſſe ordinem vl-
tra ſacerdotium: et tamen epiſcopus habet talē
poteſtatem miniſterialem quam non habet nō
epiſcopus. eſt enim conueniens in aliquo actu
cui deus aſſiſtit vt in actu ordinandi: et non ſimi
liter aſſiſteret ſi aliquis non epiſcopus exequere-
tur ſimilem actum. conſimiliter cōſtitutus iudex
ſi ferat ſententiam: ſententia tenet. prius autem
non tenuiſſet: quia ſententia a non ſuo iudice la-
ta nulla eſt. nec tamen ille iudex ſed nec ille epiſ-
copus habet aliquam formā abſolutam realem
ſed reſpectiuam forte niſi rationis tm̄. per illam
enim relationem rationis qua ille a principe con
ſtituitur iudex voluntas principis ratificat ſentē
tiam ab eo latam et vult eam obſeruari. non au
tem vult ſeruari ſententiam alterius non conſti-
tuti iudicis nec ratificat illam. et ita iſte per ali-
quam habitudinem ad voluntatē principis: ha
bet poteſtatem miniſterialem reſpectu principis
et illius principalis agentis ad aliquem actū cō
uenienter exequi. et multo minus poſſet relatio
realis poni ſi ineſſē talis poteſtas miniſterialiter
exequendi conuenienter in domo patris quam
non habet non filius. et iterum nepos aliquē ali-
um actum ſed inferiorem. et poteſtas illa ſic vel
ſic in auctoritate precipiendi vel imperandi: nō
eſt niſi cognatio vel filiatio. ſic etiam apparet iſ-
tas poteſtates de quibus arguitur in ſpeciali. nā
poteſtas ordinati ꝛ confirmati ſi eſt actiua: non
eſt niſi ad miniſtrandum cōuenienter in tali actu
diuino vt ipſe ad talem actum miniſterialem aſ-
ſiſtat operanti principaliter eo modo quo non
aſſiſteret ſimiliter miniſterio exhibito ab alio. Si
autem character baptiſmalis ponatur potentia
paſſiua: neq; vt receptiua neq; vt ratio recipien
di poni poteſt. nihil enim poteſt abſolute recipe
re anima baptizati: quod nō poſſet recipere ani-
ma non baptizati. ſed eſt poteſtas quedā recep
tiua de congruo a principali agente diſponente
agere in paſſum habens talem formam et nō in
aliud paſſum. talis autem ratio receptiua de con
gruo reſpectu principalis agentis voluntarie: po-
teſt eſſe ſola relatio. ſicut aliquis diſponit aliqd
agere in aliquem quia filius vel conſanguineus:
nolens aliquid ſimile cauſare in non habente ta-
lem relationem. hec Scotus in forma. ¶ Cōtra
ſecundam concluſionem arguit Aureolus pro-
bando ꝙ character non ſit potentia actiua. Pri-
mo quia ſi ſic: huiuſmodi eſſet character ſacerdo
talis. ſed nulla potentia actiua poteſt eſſe in ſa-
cerdote reſpectu conſecrationis. non enim aliq
actio creata attingit terminum ad quem trāſu-
bſtantiationis vt etiam tu concedis: quoniā ibi
fiunt multa miracula ad que nullum ordinē po
teſt habere virtus creata. nec etiam aliqua virt⁹
que ſit in ſacerdote attingit ad terminum a quo
ſcilicet panem. vel enim attingeret diſponendo
vt tranſeat in corpus chriſti facilius: vel faciēdo
ad ipſius deſitionem. non primo modo: quia il-
la diſpoſitio īduceretur ī fine prolationis. pro il-
lo enim inſtanti eſt preciſe actio verborū. in illo
autem inſtanti: panis non eſt. et tunc illa diſpoſi
tio eſſet non entis. tum quia illa diſpoſitio cum
ſit creatura: eque diſtat ab illo tranſitu ſicut pa-
nis. tum quia non apparet qualis diſpoſitio eſ-
ſet illa vtrum rarefactio vel calefactio vel huiuſ
modi. ſimiliter nec ſecūdo modo. nulla enim a-
ctio creature eſt ſine ſubiecto nec etiam corrup-
tiua: quelibet enim requirit in quid agat. tunc q̄-
ro vbi eſſet illa actio que ageret ad deſitionem
panis. non poteſt dici ꝙ in pane quia panis non
eſt quando eſt illa actio. nec in corpore chriſti q2
corpus chriſti non eſt terminus illi⁹ actionis nec
ſubiectum cum ſit nobilius nec illa actio attingit
terminū ad quem. item actio illa eſſet abſq; ter
mino ad quem. ad ipſam enim ſequeretur non
eſſe panis ſimpliciter abſq; aliquo termino vltra
et ſic illa actio eſſet annihilatiua quod non po-
teſt competere creature. ¶ 2°. quia ſi deus infun
dit partem illius virtutis in anima et partem in
verbis vt tu dicis: quare oportet ꝙ illa que poni
tur in anima ſit permanens et non ſufficit ꝙ ſit
virtus quedam tranſiens. quare etiam ponitur
duplex talis virtus vna immanens alia tranſiēs.
Si dicas ꝙ propter nobilitatem ſacramenti con
tra. nobilitas nō ponitur ex aliquo inherēte ſed
ex termino nobiliori inducto ſicut patet de me-
dicina poſito ꝙ induceret ſanitatem non a tota
ſpecie ſicut alia: eq; nobilis eſſē ſi īduceret ſanita-
tē ſicut alia dūm eque pfectā ſanitatē induceret.

¶3°.quia illa qualitas in verbis et in anima aut eſt eiuſdem rationis aut alterius. ſi eiuſdem rõnis: cõtra ſi ſint eiuſdẽ rõnis ita ꝙ quelibet ſit im perfecta et ambe cõſtituãt vnam pfectã virtutẽ tunc altera poterit tantum intendi ꝙ ſufficeret ſine alia ad illam actionem. dices ꝙ hoc deus bene poſſet facere ſed non ordinauit ⁊ cetera: contra quia iam venis ad pactum. ¶4°.idem inqt aparet de poteſtate diaconi et ſubdiaconi. non enim oportet in eis ponere qualitatem a qua ꝓfluat operatio ſimpliciter quia ſufficit ad hoc intellectus dictans voluntas imperans et potentia exequens nec quia faciliori modo eliciatur operatio quia eque bene et faciliter leget epiſtolã non ſubdiaconus ſine manipulo. ſimiliter ꝓbatum eſt prius ꝙ nulla eſt diſpoſitio in baptiſmo reſpectu gratie que ſit diſpoſitio ex natura rei. ¶5°.quia ſi character baptiſmi eſſet potẽtia ſuſceptiua: non deberet dici potentia ſed impotentia. nam potentia facile patiendi que ponitur in ſecunda ſpecie qualitatis in predicamentis: eſt impotentia ad reſiſtendum. ¶6°.quia ſecundũ dicta ſanctorum character non eſt aliud ꝙ̃ quedam qualitas exiſtens in anima que eſt ſimilitudo et propria ſpecies anime chriſti ſic ꝙ nullius alterius eſſentie ſit ſimilitudo. quia enim chriſtꝰ eſt princeps et caput fidelium: placuit deo inſtituere characterem agni qui daretur omnibꝰ venientibus ad fraternitatem chriſti et familiam p quam appareant filij et coheredes agni. Aſſumptum probatur primo per apoſtolum Galatarꝫ 3°. omnes inquit q̃ in chriſto baptizati eſtis chriſtum induiſtis. aut ergo baptizatus dicitur chriſtum induere quia induit gratiam et virtutes q̃ in baptiſmo infunduntur: et hoc non videtur bene dictum eo ꝙ multi ſuſcipiunt ſacramentum q̃ non ſuſcipiunt rem ſacramenti. aut quia induit chriſtum eſſentialiter: et hoc eſt impoſſibile. ergo non ex alio videtur niſi quia induit ſimilitudinem anime ipſius chriſti. Item Romanorũ.8°. quos preſciuit hos et predeſtinauit conformes fieri imagini eius. ergo aliqua imago chriſti formatur in nobis ex diuina predeſtinatione. Itẽ ꝑma Corinthiorũ.15°. ſicut portauimus imaginem terreni: ſic portemus imaginẽ celeſtis. Itẽ Dioniſiꝰ ſecũdo ð eccleſiaſtica hierarchia vocat characterẽ lumẽ quo ſignamur. iſtud autẽ lumen non videtur eſſe aliud ꝙ̃ pulchritudo et aſſimilatio. ſimiliter ibidem vocat characterem ſigillum quoddaꝫ. Poteſt autem talis ratio ad hoc induci. ſicut omnes qui aſſumuntur ad familiam principis portant ſignum ⁊ arma militie vel politie principis ⁊ ciuitatis vt per hoc proteſtentur ſe eſſe de tali domino: ſic eſt rationabile ꝙ in eis q̃ aſſumuntur ad chriſti familiam: ſit ſignum ſiue qualitas conformans chriſto capiti. et ſicut ĩ politia exteriori quanto magis quis ꝓpinquat ad principem et dignitatem ſicut milites ⁊ barones ſignis ſpecialioribus diſtinguntur: ſic infra chriſti familiam milites cuiuſmodi ſunt qui receperunt ſacramentum confirmationis ac principes ſcilicet qui receperunt ſacramentum ordinis diuerſis ſimilitudinibus deſignantur. ac per hoc alius et alius character in ſacramentis infunditur. ergo character non eſt aliud ꝙ̃ ſpecies ⁊ imago predicta et ſignum diſtinctiuum familie chriſti. Hec aureolus in forma contra ſecundam cõcluſionem. ¶Contra eandem concluſionem arguit Durandus et primo contra hoc ꝙ cõcluſio ponit characterem eſſe potentiam actiuam: dicens ꝙ in miniſtro ſit aliqua virtus ſicut in verbis ⁊ rebus ſacramentalibus licet habeat aliquã ꝓbabilitatem ꝙ̃ᵐ ad characterẽ ordinis per quẽ ordinatus dicitur operari diuina per miniſteriũ. tamen nullã ꝓbabilitatẽ habet de charactere baptiſmi: quia per baptiſmum non efficitur aliquis miniſter ſacramentorum ſed ſolum receptiuꝰ eorum. vnde cum virtus que ponitur ab aliquibus in ſacramento ſit actiua ad producendum aliq̃d in altero: character qui ponitur ꝓportionaliter in miniſtro debet eſſe potentia actiua ad producendum aliquid in altero. quod non poteſt dici de charactere baptiſmali. De charactere autem ordinis qui ſm hanc poſitionem dicitur eſſe potentia actiua licet ſit maior probabilitas: tamen inſtantiã habet etiam ſuppoſita predicta opinione. quia virtus que ponitur in ſacramentis ſm poſitorẽs huius opinionis: non eſt permanens ſed tranſiens. ſolum enim ponitur eſſe in rebus ſacramentalibꝰ pro tempore actualis exhibitionis ſacramenti. ergo conſimiliter virtus que ponitur in miniſtro debet eſſe tranſiens et non permanens poſt exhibitionem ſacramenti. hoc aũt ſm eos non conuenit characteri ordinis quẽ dicunt indelibiliter permanere. Et cõfirmatur. qꝛ non baptizatus poteſt baptizare dumtaxẽ ſeruet ritum eccleſie et habeat intentionem faciendi quod facit eccleſia. et tamen non baptizatꝰ nõ habet aliquem characterem. aut ergo habet aliã virtutẽ ſibi pro tempore quo baptizat exhibitaꝫ: aut non. ſi non: ergo in miniſtro nõ requiritur aliqua virtus proportionaliter correſpondẽs virtuti quam dicunt eſſe in ſacramentis. ſi autem habet: cum illa non ſit character vt dictum eſt

ſequitur ꝙ virtus que in miniſtro correſpondet
virtuti exiſtenti in ſacramētis non eſt character
ſed alia trāſiens ſi tamen aliqua ſit. quod ꝓtāto
dico q2 non videt̃ ꝙ aliqua virtus tranſiens aut
permanēs actiua vel paſſiua ſit in miniſtro vel in
ſuſcipiente ſacramentum per moduꝫ quo iſti po
nunt. dicunt enim ꝙ ſicut gratia eſt principiū vi-
te ſpiritualis: ſic talis virtus vel potentia eſt pri-
cipiū oꝑationis ſpūalis. quia quādocūqꝫ in eodē
ſuppoſito ſunt formaliter principiū quo viuitur ⁊
principiū quo operatur opera vite ſiue manēs in
ipſo ſiue tranſiens in alterum: īpoſſibile eſt ꝙ cor
rupto principio quo viuitur formaliter remane-
at in ipſo principiū oꝑationis vitalis actiuū vel
paſſiuum. q̄uis enim in ſemine equi quod nō eſt
viuens ſit virtus inſtrumentalis vitalis oꝑatio-
nis puta generandi alium equuꝫ: tamen in equo
viuente ⁊ habente vim generatiuam alterius eq̄
impoſſibile eſt ꝙ corrupta anima per quaꝫ viuit
remaneat in eo potentia generatiua. et idem eſt
de potentia receptiua operationis vitalis vt eſt
viſus vel auditus. cum ergo ſm iſtos gratia per
quam homo viuit ſpiritualiter poſſit corrumpi ī
aliquo remanente in eo charactere ordinis vel
baptiſmi: impoſſibile eſt ꝙ gratia et character ſic
ſe habeant ſicut principiuꝫ vite ſpiritualis et pri
cipium ſpiritualis operationis. quia principiū vi
talis operationis non poteſt eſſe vbi non eſt vi-
ta ſi ſubiectum ſit capax vtriuſqꝫ. hec Durandus
in forma. ¶ Contra tertiam concluſionem argu
it Scotus probando ꝙ inconuēienter ponatur
character ſubiectiue in potentijs anime. Primo
quia diſpoſitio ad formā nūq̄ꝫ debet poni in po-
ſteriori ſuſceptiuo forme. patet diſcurrendo per
ſingulas formas et diſpoſitiones earum. ſed cha
racter eſt ſm te diſpoſitio ad gratiaꝫ ⁊ gr̃a per te
eſt in eſſentia anime. ergo character non poteſt
poni in aliquo ſuſceptiuo poſteriori q̄ꝫ eſſentia a-
nime ſicut eſt potētia quia eſt accidens eiꝰ. ¶ 2°
quia ratio tua non valet cum ſic arguis. gratia ē
in eſſentia anime: ergo potētia vel diſpoſitio ad
gratiam eſt in potētia anime. imo ſequitur oppo
ſitum. ſ. ꝙ vel ipſummet ſuſceptiuū gratie ſit ſuſ-
ceptiuū potentie vel diſpoſitionis. vel ſaltem ſi
eſt diſpoſitio: illa non poteſt eſſe in aliquo poſte
riori illo in quo eſt forma. hoc etiam patet in ali-
js. quia habitus ſupernaturalis non eſt in habitu
naturali ſed in potentia naturali in qua eſt habi
tus naturalis. et hoc ideo quia potentia natura-
lis eſt prior vtroqꝫ habitu. ¶ 3°. quia probatio q̄
probatur gratia eſſe in eſſentia anime non cōclu
dit. quia perfectio naturalis priꝰ ineſt alicui q̄ꝫ po
tentia ſupnaturalis. nam potentia naturalis et
intrinſeca ſtatim ſequit̃ naturā ſui perfectibilis.
potentia autē et ſi ſit accidens ſm te: tamē eſt ꝑ-
fectio intrinſeca ipſius anime. ergo prius natura
liter ineſt ſibi potentia q̄ꝫ gratia. et per cōſequēs
poſſe habere rationem ſubiecti receptiui. ¶ 4°.
quia illud quod additur de vita non concludit.
quia vita ſpiritualis primo ineſt anime vt eſt cō-
iungibilis deo. vnde ſm Auguſtinum de ciuitate
dei: deus propter hoc dicitur vita eſſe: quia ani-
me non ineſt vita niſi in coniunctione eiꝰ ad de-
um vt ad obiectum. anima autem non eſt coniū
gibilis deo in ratione obiecti niſi per potentiaꝫ.
¶ 5°. quia illud quod additur de voluntate ꝙ ip
ſa oritur ex intellectu non valet. quero eniꝫ aut
intellectus habet talem prioritatem ante volun
tatem generationis ſiue originis et ex hoc nō ꝓ
batur perfectio in intellectu reſpectu voluntatis
ſed imperfectio. vniuerſaliter enim imperfectio-
ra precedūt perfectiora ordine generationis. 9°
methaphiſice. ſi autem intelligis ꝙ intellectus ſit
prior vel radix voluntatis tanq̄ꝫ eminenter vel
virtualiter continens voluntatem: hoc impro-
batur ex dictis. quia ordinatum ad alterum vt p̄
us origine non continet ipſum virtualiter vł emi
nenter. actus autem intellectus ordinatur eſſen
tialiter ad actum voluntatis vt probabitur infe-
riꝰ. ¶ 6°. quia ſi character eſt ſignum vt funda-
mentum obligationis anime ad deum: rationa-
bile eſt ꝙ ponatur in illa potentia cuius eſt p̄mo
obligari vel eſſe rationem obligandi. talis auteꝫ
eſt voluntas quia precipue per eius actum aliq̄s
ſe obligat principaliter. illa enim que concurrūt
ex parte intellectus vel alterius potentie in ho-
mine: non ſunt niſi preambula ad futurum velle
vt quedam ſigna manifeſtantia illud eſſe futu-
rum. hec Scotus in forma. ¶ Contra eandem
concluſionem arguit Durandus probādo ꝙ cha
racter non ſit in potentia intellectiua tanq̄ꝫ ī ſub
iecto. quia illa virtus que non perficit hominem
q̄ꝫm ad cognoſcere nec q̄ꝫtum ad appetere ſed ſo-
lum q̄ꝫm ad operari non eſt ponenda in potentia
cognitiua nec appetitiua ſed ſolum in potentia
executiua. ſed character non perficit hominem
quantū ad cognoſcere vel appetere ſed ſoluꝫ or-
dinatur ad operari. ergo non poteſt poni in po-
tentia cognitiua vel appetitiua ſed in potētia exe
cutiua per quam miniſter applicat formam ⁊ ma
teriam ſacramenti ad ſuſcipienteꝫ. maior patet.
ars enim ponitur in potentia intellectiua q2 ꝑfi-
cit hominem ad veram cognitionem factibiliuꝫ.
et virtus moralis ponitur in appetitu q2 inclinat

ad appetendum ꝓut recta ratio determinat. ſed
potentia factiua eſt in manib⁹ artificis. minor de
ſe manifeſta ē. quia character nō perficit ad cog
noſcere nec ad appetere ſed ſolū ad adminiſtra=
tionē ſacramentoꝝ. vnde ꝯuenienti⁹ poneretur
eſſe in manibus ſacerdotis quibus tenet hoſtiā
conſecrādam et ad hoc conſecrate ſunt vel i ore
vel in lingua proferente verba conſecrationis ꝙ̄
in intellectu. vt ſic virtus que ponitur in verbis
τ virtus miniſtri que dicitur character ſimul vni=
te concurrent ad effectū ſacramenti. ¶ 2°. argu=
it. quia diſpoſitio τ forma ad quam diſponit: de=
bent eſſe in eodē ſubiecto. ſed ſm te character ē
diſpoſitio quedā ad grām. ergo debet eſſe in vno
ſubiecto cum grā et non in alio. ad hoc dicunt q̄=
dā ꝙ duplex eſt diſpoſitio. vna que diſponit ſub
iectum in cōparatione ad vlteriorem actum ſiue
ille actus ſit forma ſiue operatio: et talis diſpoſi=
tio eſt in eodem ſubiecto cum actu ad quē diſpo
nit. character autē non eſt talis diſpoſitio ad gra
tiam. alia eſt diſpoſitio cōgruitatis. ſicut ſi dicere
tur homo prudens diſpoſitus eſt diſpoſitione q̄=
dam congruitatis ꝙ cōmitatur ſibi regimē alioꝝ
et ſic eſt vt dicūt de charactere. quia cū per chara
cterem efficiat̄ aliquis diſpenſator ſacramento=
rum: congruū eſt ꝙ ſibi detur gratia ſine qua non
poſſet ea bene τ digne miniſtrare. et talis diſpoſi
tio non oportet ꝙ ſit in eodem ſubiecto cum eo
ad quod diſponit. Sed hoc non valet propter
duo. primū eſt quia dictū eorum τ exēplū ꝑ eos
adductum magis eſt ad oppoſitū ꝙ̄ ad propoſi=
tum. congruū enim eſt ꝙ digno det̄ poteſtas. et
quia per prudentiam efficitur aliquis diſpoſit⁹ et
dignus ad regendū alios: ideo prudentia eſt diſ
poſitio cōgruitatis ad regimē aliorum. qui vero
non eſt prudēs expectare debet ꝙ efficiatur pru=
dens vel bonus. cū ergo character ſit poteſtas
adminiſtrādi ſacramēta τ grā ſit aliquid ꝑ quod
digne adminiſtrantur: rationabile eſſet dicere ꝙ
gratia eſſet diſpoſitio congruitatis ad characte=
rem ſicut prudentia vel virtus eſt diſpoſitio con
gruitatis ad habendū regimē aliorum τ nō ecō=
uerſo. ſ. ꝙ character ſit diſpoſitio cōgruitatis ad
gratiam. ſicut non eſt dicendum ꝙ poteſtas vel
auctoritas regendi ſit diſpoſitio ad prudentiā.
Secundū eſt ꝙ iſti vident̄ diuertere a dicto ſuo
de cauſalitate ſacramentorum. dicunt enī ꝙ vir=
tus quā ponunt eſſe in ſacramētis attingit inſtru
mentaliter ad ꝓductionē characteris et hoc at=
tingit diſpoſitiue ad gratiā. ſicut virtus que eſt in
ſemine hominis attingit inſtrumētaliter ad ali=
quam diſpoſitionē corporis: et per conſequens
attingit diſpoſitiue ad formam fiendam in eodē
ſubiecto. igitur character vel quecūq; diſpoſitio
quam faciūt ſacramēta inſtrumētaliter in anima
ſi ſunt diſpoſitiones ad grām cauſandā: ſunt in
eodem ſubiecto aliter non valet eoꝝ ſimilitudo
ſeu comparatio. ¶ 3°. arguit ſic. ſicut numus ſor=
titur rationem precij τ merlus rationem ſigni ex
humana inſtitutione: ſic res naturales ſortiūtur
rationem ſacramēti τ homo rationē miniſtri ex
diuina inſtitutione. ſed numus efficitur preciū τ
merlus ſignū per ſolā relationem rationis huma
ne ſic inſtituentis. ergo res ſacramentales ſorti=
untur rationem ſacramēti et homo rationē mi=
niſtri per ſolā relationē rationis diuine ſic iſtitu=
entis. cū ergo character ſit aliquid quo homo ef=
ficitur miniſter ſacramētoꝝ vel ſuſceptiuus eoꝝ:
patet ꝙ character non eſt niſi relatio rationis ex
ordine vel pactione diuina. ¶ 4°. quia cū ſcrip=
tum ſit Eccle. 24. qui elucidāt me vitā eternā
habebunt: ad ea q̄ ſunt fidei cū ſint ſatis obſcura
de ſe: non eſt conueniens adducere vias obſcu=
ras et que plus habent obſcuritatis τ difficulta=
tis ꝙ̄ propoſitum principale. ſic autem eſt ꝺ vir=
tute que ponitur in ſacramentis τ de charactere
qui ponitur in miniſtro. dicere autem ꝙ res natu
rales habent rationem ſacramēti τ homo ratio=
nem miniſtri ex ſola inſtitutione et ordine dei q̄
ſolus dat gratiam τ omnem effectū ſpiritualem
quem recipit ſuſcipiens ſacramenta: nihil difficul
tatis continet apud fideles. ergo τ cetera. ¶ 5°.
quia beatus Dioniſius a quo prima traditio cha
racteris apud nos aduenit: videtur idem ſentire
cum eo quod dictum eſt ꝺ charactere. recitat enī
quendam ritum qui obſeruabatur in primitiua
eccleſia quando adulti baptizabantur. tunc enī
accedenti ad baptiſmū: hierarcha. i. pōtifex ma
num imponebat et ſignabat eum ſigno crucis et
precipiebat eum aſcribi inter nomina chriſtiano
rum vt de cetero cum alijs admitteretur ad diui
na. τ iſte ritus exterior cum baptiſmo erat chara
cterizatio ſua. nec de alio charactere locutus eſt
Dioniſius. hec Durandus in forma. ¶ Contra
quartam concluſionem arguit Scot⁹ probando
ꝙ baptiſmus non imprimat aliquam formam q̄
dicatur character. Primo quia ſicut ſequēdo ra=
tionem naturalem non ſunt ponēda plura quo=
rum neceſſitas non apparet ex notis ſm rationē
naturalem: ita de creditis vel de ſacramentis nō
ſunt ponenda plura quoꝝ neceſſitas nō apparet
ſm fidē. ſed neceſſitas talis forme impſſe nō ap=
paret etiā ſm ea q̄ credita ſunt ꝺ baptiſmo. ergo
τc. minor ꝓbat̄. q: nec ſcriptura ſacra illō exꝑmit

eſſe neceſſarium in baptiſmo nec ſancti explicite
nec ſequit̄ euidenter ex veritate baptiſmi credi=
ta. quia tota veritas baptiſmi conſiſtit in ſacra=
mēto viſibili ⁊ in effectu īuiſibili. ⁊ effectū īuiſibilē
Augꝰ cōmunit̄ vocat vbiqꝫ gratiā vbi illū ſpeci=
ficat. Hic reſpōdet̄ ꝙ ſancti ſatis tradūt de cha=
ractere ſm illum modū quo loquimur vt patet ꝺ
Dioniſio ⁊ de Damaſceno. ſed iſte auctoritates
videntur eſſe vocales ⁊ nō ad intentionē ſancto
rum. ſicut enī reſpiciendo trāſlationem et expoſi
tionem vercellenſis capituli ſecundi eccleſiaſtice
hierarchie in parte ſexta in libro quem vidi ſunt
iſta verba que allegant̄ vt dicit ſm iſtā tranſla=
tionē. in ſurſum actū diuina beatitudo ad ſui ipſi
us participationē recipit et de proprio lumine ſi
cut quodā ſigno ipſi tradit diuinū faciēs ⁊ cōmu=
nicatorē in deo manentiū. et ſequit̄ ibidem. ſan=
ctū ſignū a hierarcha accedēti data aſſignatio.
vbi adducūt aliqui de alia tranſlatione talia ver
ba ꝙ venienti ad baptiſmū donatur a ſummo ſa
cerdote ſacrū ſignaculū. Similiter de Damaſce=
no libro. 4°. caplo pᵒ ſic adducit̄ ꝙ ꝑ baptiſmum
dat̄ nobis regeneratio et ſigillū per ſigillū intelli
gitur ſm eos character. ibidē etiam dicitur ꝙ illꝺ
eſt ſigillū. Q̄ autē iſte auctoritates non adducū
tur ad intentionē doctorū patet ꝺ prima quia ſic
continet planū littere ⁊ vercellenſis exponit in p̄
ma parte caplo. 6°. ſecundo declarat de quodā
preambulo ad baptiſmū ſm ritū grecoꝝ. in p̄mi=
tiua enim eccleſia baptizandus p̄mo in eccleſia in
ducebatur: cui hierarcha manū capiti imponens
ſignabat eum p̄cipiens ſacerdotibꝰ ꝙ tam ipſum
q̄ꝫ eius ſuſceptionem deſcribant. illud aūt fiebat
lōge ante baptizationē ſicut apparet ex proceſſu
littere ibi qꝛ de actu baptizandi determinat̄ par
te illa ſub littera. p. vnde vel textus ille Dioniſij
ſm intētionē illiꝰ vercellenſis trūcate adducit̄. p̄
miſſo enī de ꝓprio lumine ſicut quodā ſigno ipſi
tradit ⁊ cōmunicationē in deo manētiū. et tū de
iſtis ſubdit quoꝝ eſt ſanctū ſignū a hierarcha ac=
cedēti data ſignatio ⁊ ſacri ſalutaris deſcriptio. q̊
rum inq̄ꝫ redde ſingula ſingulis. ſ. illuminationis
tradite ſctūm ſignū et a hierarcha data ſignatio
. ſ. impoſitio manuū in capite ꝙ ſit cōmunicator
diuinoꝝ ſignū ē ſacerdotū ſalutaris deſcriptio q̊
. ſ. deſcribūt eū ⁊ eius ſuſceptionē tanq̄ꝫ in cōmu=
nionē xp̄ianoꝝ receptū. illa aūt impoſitio manu
um ⁊ deſcriptio fiebat lōge ante baptizationem.
ergo nullo modo illa hic dicta poſſunt intelligi
de aliquo ſigno imp̄ſſo in baptiſmo. quare ⁊c̄. Si
militer auctoritas Damaſceni valde inepte ad=
ducitur. qꝛ pars vniꝰ orationis adiungit̄ cū p̄te
alterius ſequētis pretermiſſa ſentētia cōcipiēda
cū p̄te precedente. iacet enī ſic littera in Damaſ.
per baptiſmū p̄mitiua ſpūſſancti aſſumimꝰ et eſt
ibi verſus. et ſequit̄ alius verſus ⁊ principiū alte
rius vite fit in nobis regeneratio ⁊ tunc ſequitur
ſtati cuſtodia et ſigillū ⁊ illuminatio. ergo nullo
modo vult ipſe dicere ꝙ ꝑ baptiſmū fit in nobis
ſigillū: ſed ꝙ ꝑ baptiſmū ſumimꝰ primitiua ſpūs
ſancti in primo verſu. et in alia clauſula ꝙ regeñ
ratio eſt p̄ncipiū vite ⁊ ſigillū ⁊c̄. ergo ex illa au=
ctoritate non pōt haberi niſi ꝙ baptiſmꝰ ſiue re=
generatio ſit ſigillū: non aūt ꝙ per baptiſmū fiat
in nobis ſigillū. Alia aūt auctoritas Damaſceni
nihil valet. nam expreſſe ibi loquitur de cruce di
cens. illa nobis ſignatio in fronte data eſt quem=
admodum iſraeli circumciſio. per ipſam enim fi=
deles ab infidelibus diſtinguntur. et ſequitur de
eadem cruce. illa ſcutum eſt arma ⁊ tropheū ad
uerſus diabolum. illud eſt ſigillum vt non appro=
ximet nobis vaſtator. non plus dicere vult niſi
ꝙ impreſſum eſt nobis ſigillum contra inimicū
et cōſtat hoc non eſſe ad propoſitum. ¶ 2°. prin
cipaliter arguit. qꝛ Auguſtinꝰ qui tantū tractat
de intentione baptiſmi vt pote in libro ſexto de
baptiſmo cōtra donatiſtas: et in vno volumine
de baptiſmo paruulorū: et in tertio volumine ꝺ
vnico baptiſmo: ⁊ cū hoc multa ſuꝑ Joā. et in a=
liquibus caplis libri de fide ad petrū: non tacuiſ=
ſet de charactere ſi ipſe fuiſſet imediatus et neceſ
ſarius effectꝰ baptiſmi. Et ſi dicas ꝙ non negat:
dico ꝙ ad propoſitum ſufficit ꝙ non affirmet. qꝛ
tāte inueſtigationis ſupponitur ꝙ ſi character fuiſ
ſet res proxima baptiſmi: alicubi expreſſiſſet. nūc
autem in baptiſmo nō diſtinguit niſi ſacramētū
hoc eſt aliquid viſibile: et rem ſacramenti. ſ. gra=
tiam. nec vnq̄ꝫ dicit fictū recipere rem ſacramen=
ti. nec vnq̄ꝫ initerabilitatē baptiſmi oſtendit per
talem characterē impreſſum. ¶ Confirmatur.
quia de conſecratione diſti. 4ª. colligunt̄ aucto=
ritates ſanctorū de baptiſmo. nec videt̄ veriſſi=
mile ꝙ nullus eorū locutus eſſet de charactere ſi
ipſe fuiſſet neceſſarius effectꝰ baptiſmi. et quod
videtur magni ponderis magiſter ſententiarū
nunq̄ꝫ de illo charactere ſm illam intētionē locu=
tus eſt: cum tamē ipſe diligēter auctoritates ſan
ctorū de materijs quas tractat copilauerit. ¶ 3°
quia nihil fruſtra ponendū eſt in operibus dei qꝛ
deus et natura nihil faciūt fruſtra. ſed character
ſm illū intellectū poſitus fruſtra ponitur. quod
probat̄ dupliciter. primo comparando ad effe=
ctū principalem baptiſmi qui eſt gratia. ſecundo
ad illos effectꝰ qui attribuunt̄ characteri. ſ. aſſi=
milare

milare diſtinguere ⁊c. q̃ꝫtum ad primum argui-
tur ſic. ſi character requirit͛ vt diſpoſitio ad gra-
tiã: aut ergo ex parte ſuſceptiui aut ex parte a-
gẽtis. non ex parte ſuſceptiui qꝛ anima non ha-
bens actu peccatum eſt ſumme diſpoſita ad ſuſ-
cipiẽdum gratiã. nec ex parte agẽtis qꝛ agẽs eſt
infinite virtutis. Et ſi dicas ꝙ requiritur vt diſ-
poſitio ꝑmanẽs ad effectum inducẽdũ quãdoqꝫ
poſterius tempore qui non ſtatim inducitur vt
pote ad hoc ꝙ fictus baptizatus poſtea recipiat
effectum baptiſmi: contra hoc autem arguitur.
aut pro illo poſteriori quando recipit vltimum
effectuʒ baptiſmi requiritur character vt diſpo-
ſitio ex parte ſuſceptiui: aut ex parte agentis et
ſtat ratio vt prius. arguitur etiã hic ſpecialiter.
quia ſine tali ſigno poſſet deus aſſiſtere baptiza
to ad cauſandum effectum baptiſmi recedente
fictione ſicut aſtitiſſet in ipſo baptiſmo ſi non fu
iſſet prius fictus. ¶ Confirmatur. quia effectus
baptiſmi non datur illi qui ponitur habere cha-
racterem niſi peniteat vere. ſed per verã penitẽ
tiam ſine tali forma daretur gratia q̃ꝫtum ad a-
lios effectus. probatur propoſitum qꝛ ſine for-
ma inherẽte poſſet baptizatus aſſimilari bapti-
zato ⁊ diſtingui a non baptizato per hoc ꝙ reci
pit baptiſmum ſicut patet in multis alijs qꝛ pro
feſſus in aliqua religione aſſimilatur alteri pro-
feſſo ⁊ diſtinguitur ab altero non profeſſo non
per aliã formã ſibi inherentem poſt profeſſionẽ
ſed quia talem actuʒ habuit in preterito. Eodẽ
modo de tertio effectu qꝛ ponitur ſignum con-
figuratiuum chriſto ſiue obligatiuũ. poteſt eniʒ
aliquis eſſe obligatus alicui ⁊ ita configuratus
illi q̃ꝫtum ad obligationẽ configurãdi ſine om-
ni forma inherente. ſicut ille qui facit homagiuʒ
obligatur alteri ad fidelitatem ſeruandam ⁊ ita
ad quandam configurationem vel confedera-
tionem: ⁊ profeſſus ex profeſſione tenetur con-
formari ſeu configurari prelato ſuo: ⁊ tamẽ nec
faciens homagium nec profitens recipit aliquã
formã abſolutaʒ que ſit ſignum profitendi. De
quarto effectu ſcilicet ꝙ ponitur ſignum cõme-
moratiuum ipſius ſacramenti arguitur: qꝛ aut
reſpectu ſacramenti ponitur tale ſignum reme-
moratiuum propter excellentiaʒ ſacramẽti in ſe
aut propter aliquã habitudineʒ ad alios qui ex
ſigno cognoſcant ſignatum. non primo modo
quia excellentiora ſunt fides ⁊ charitas q̃ꝫ ſuſce
piſſe baptiſmum: ⁊ tamẽ illa non habẽt aliquod
ſignum rememoratiuum poſtq̃ꝫ fuerit. nec ſecũ
do modo: qꝛ vel in comparatione ad deum vel
ad proximum. non ad deum qꝛ deus ſine om-
ni ſigno inexiſtente cognoſceret illum ſuſcepiſ-
ſe ſacramentum. non ad proximuʒ: quia vel ad
baptizatum in gratia ad maiorem gloriã in ha-
bẽte ſignum: vel ad dãnatum in inferno ad ma-
iorem confuſionem habentis tale ſignum. neu-
trum eſt dare quia maior gloria eſt beato habu
iſſe actuʒ charitatis q̃ꝫ ſuſcepiſſe baptiſmũ: ⁊ ma
ior confuſio eſt dãnato cecidiſſe a charitate q̃ꝫ a
ſuſceptione baptiſmi: ⁊ tamẽ charitatis ſeu actꝰ
meritorij nullum ponitur ſignum rememorati-
uum in beato vel dãnato. Specialiter auteʒ ar-
guo de beatitudine. quia ſi illud ſignum eſſet in
habente ad excellentiã in gloria: ſequitur ꝙ ſo-
lus ſacerdos inter omnes chriſtianos poſſet ha
bere talem excellẽtiã in gloria quia ſolus ſacer-
dos habet omnes characteres. ſequeretur etiã
ꝙ chriſtus careret illa excellentia in gloria quia
ipſe non eſt ſic baptizatus baptiſmo chriſti. nec
baptiſmus Joannis impreſſit characterem. nec
fuit ordinatus ita vt confertur in ordine ſacer-
dotali: quia non fuit ab aliquo ordinatus pari
ratione nec confirmatus cõfirmatione ſacramẽ
tali. etiaʒ ꝙ ſancti patres ⁊ beata virgo non ha-
berent illã excellentiam in gloria. ¶. 4°. princi-
paliter arguit ſic. quia non videtur probabile ꝙ
alicui qui non tãtum eſt in peccato mortali ſed
etiã actu peccat mortaliter: deus conferat ſuuʒ
donum. ⁊ huiuſmodi probatio eſt quia dei per-
fecta ſunt opera Deutero. 32. et ideo nullũ cu-
rat quem non perfecte curat. impium enim eſt a
deo dimidiam ſperare ſalutem vel imperfectaʒ
veniã. nullum ergo donum ſuum dat alicui pec
cãti mortaliter. ſed fictus in ſuſcipiendo baptiſ-
mum peccat mortaliter quia facit irreuerentiaʒ
ſacramento. ſed deus ex virtute huiꝰ actus quo
peccat mortaliter: non dat ſibi aliquod donum
ſpeciale. ergo quia omne donum dei datum ho
mini aut eſt gratia gratum faciẽs vel actualiter
vł diſpoſitiue. quod breuius dici poteſt: qꝛ deꝰ
nullum donum dat homini niſi vel propter bo-
num eius vel propter bonum eccleſie cuiuſmo-
di eſt donum linguarum vel illa de qua loquit͛
apoſtolus. ꝑͣ. Corin. 9°. ſed talis character nõ
poteſt poni nec dici gr͂a gratis data propter bo
num eccleſie: quia illud nulli valet in eccleſia niſi
tãtum habenti. patet quia nullus effectus vti-
lis eccleſie ſequitur. ſed nec eſt donum gratum
faciens: quia per iſtud donum non conſtituitur
perſona in aliquo gradu acceptionis reſpectu
dei. nec etiam tale confertur ſine gratia ⁊ chari-
tate quia deus perfecte ſanat. ¶. 6. arguitur ex
modo ponendi characterem quia ſcilicet ponit͛

indelibilis ꝛ hoc ſic. nulla forma ieſt anime quã
non poſſit delere deus. quia minus eſt delere ꝙ̃
creare. ſaltem non includeret contradictionem
formã creatam in anima deleri ab anima. ergo ſi
character ſit indelibilis: nulla talis forma eſt in
anima baptizata. ¶ Confirmatur iſtud. quia ſi
character eſt indelibilis: ergo eadẽ ratione illa
virtus quam ponis in ſacramentis eſt indelibi-
lis quod tu negas. ¶ 7°. tu ponis ꝙ circũciſio
non imprimebat characterem. contra quia ſecũ
dum te circunciſio non erat cauſa gratie niſi qꝛ
imprimebat diſpoſitionem ad gratiam. illa au-
tem diſpoſitio videtur character. hec Scotus
in forma.

Quantũ ad ter-
tium articulum primo notãdũ
eſt prout Sãctus Thomas di-
cit. 3ª. p. q. 63. arti. 2. ad. 4m. ꝙ
character ꝗ̃tum ad id quod eſt
in ſe eſt potentia quedã ſeu poteſtas vel princi
pium actiuum vel paſſiuum ſecundũ diuerſas
ſpecies characteris. habet tamẽ rationem ſigni
per comparationẽ ad ſacramẽtum ſenſibile cũ
quo reputatur vt vnum ſacramẽtum. ſacramẽ-
tum enim ſignum eſt. ſignum autem vt Augu⁹
dicit in ſecundo de doctrina chriſtiana ſpeciem
ingerit ſenſibus. quod intelligẽdum eſt capien-
do proprie ſignum. improprie tamẽ ꝛ per quã-
dã ſimilitudinem: omne quod figurat aliquid vel
diſtinguit ab alio: dici poteſt ſignum etiã ſi non
ſit ſenſibile. et hoc modo character etiã ſine reſ-
pectu ad ſacramẽtum exterius ſenſibile: dici po
teſt ſignum inꝗ̃tum configurat habẽtẽ chriſto
ꝛ diſtinguit fideles ab infidelibus ꝛ ipſos etiã fi-
deles ſecundum rationem miniſterij. ¶ Ex qui
bus inferimus ꝙ nomen characteris rem abſo-
lutã ſignificat de principali ſignificato. conſigni
ficat autem vel magis cõnotat reſpectum quẽ-
dã prout dicitur ſignum. vnde character relati-
uum eſt ſecundum dici quẽadmodum virtus ꝛ
ſcientia. res autẽ abſoluta quã principaliter ſig-
nificat eſt potentia ſeu poteſtas ſupernaturalis
collata homini per virtutem ſacralẽ. ac per hoc
poteſtas inſtrumẽtalis eſt quẽadmodum ꝛ vir-
tus ſacramenti a qua depẽdet. huiuſcemodi au
tem poteſtas eſt qua homo poteſt vel recipere
vel efficere actiones quaſdã hierarchicas. cha-
racter nãq; baptiſmalis eſt poteſtas ſpiritualis
collata baptizato in ſacramento baptiſmi ꝑ quã
efficitur potens ſuſcipere cetera alia ſacramẽta.
ſine q̃ poteſtate nullum eorum poſſet recipere
ꝗ̃uis aliquãdo effectus ſacramẽti habere poſſit
diuina virtute que ſacramẽtis non eſt alligata.
poteſt enim cathecuminus publice ꝛ firmiter et
corã perſecutore nomen chriſti confiteri ꝛ pro
eius confeſſione ſupplicia perpeti: qui effectus ẽ
ſacramenti confirmationis. ipſum tamen ſacra-
mentũ confirmationis ſuſcipere non poteſt. ita
vt ſi epiſcopus frontem nõdum baptizati chriſ-
mate conſignaret: nihil eſſet actum ad ipſius ſa-
cramenti receptionem. quod ꝛ beatus dioniſi⁹
expreſſe dicit. 2°. ca°. eccle. hierar. quoddam in-
quit eſt principium ſanctiſſimorum mãdatorũ
ſacre actionis ſcilicet ſacramentum baptiſmi ad
aliorum diuinorum eloquiorum ꝛ ſacrarũ actio
num ſuſceptiuã oportunitatem. ꝛ infra. ſi enim
eſſe diuinitus eſt diuina generatio: nequaꝗ̃ ali
quãdo quid nouerit deo traditorũ neq; quidẽ
operatus ſit q̃ nec ſubſiſtere diuinitus habuit.

¶ Secundo Notandum eſt ꝙ qꝛ
character ẽ poteſtas
ſeu potentia vt predictum eſt: conſequẽs eſt ꝙ
ſit principium agendi vel patiẽdi ſimpliciter nõ
determinato modo ſcilicet vel bene vl' male aut
facile vel difficile quemadmodum habitus. vn-
de character ẽ quo habens illum potens eſt vel
recipere vel efficere aliquid quod non põt ſim-
pliciter characterem non habens. et quidem de
charactere baptiſmali ꝛ de charactere ſacerdo-
tali id manifeſtum eſt. baptizatus nãq; ſecundũ
formã eccleſie per poteſtatem characteris fit po
tens ſuſcipere alia ſacramenta quorum nullum
ſine baptiſmali charactere poſſet recipere ꝗ̃tũ
cunq; res et verba aliorum ſacramẽtorum etiã
per miniſtros eccleſie illi applicarentur. item ha-
bens characterem ſacerdotalem potens eſt ali-
quid efficere ſcilicet cõficere verum corpus do-
mini ꝛ abſoluere ꝛ ligare in foro penitẽtie. quos
act⁹ nullo modo efficere poteſt non habẽs cha-
racterem ſacerdotalem. veruntamen de chara-
ctere ſacramẽti confirmationis ꝛ aliorum ordi-
num a ſacerdotali: non eſt ita manifeſtum ꝙ ha
bentes huiuſcemodi characteres aliquid effice-
re poſſint quod nullo modo poſſint illos nõ ha
bentes. nã confiteri fidem chriſti conſtãter corã
perſecutore ꝛ pro fidei confeſſione etiã mortem
ſubire quod eſt effectus ſacramẽti confirmatio-
nis: poteſt homo nondũ confirmatus nec etiã
baptizatus ſicut chatecuminus prout legitur ĩ
quibuſdã in legendis ſanctorum. deniq; legere
epiſtolã in eccleſia ꝛ euãgelium et actus exerce-
re inferiorum ordinũ: videtur poſſe qui nullũ
ordinem habet vt mere laicus et aliquãdo me-

lius ac expeditius ꝗ̃ ordinatꝰ. ¶Propter quod
ſciendum eſt ꝙ neceſſitas characteris baptiſma
lis ⁊ characteris ſacerdotalis reſpectu proprio=
rum effectuuꝫ: magis abſoluta eſt ꝗ̃ neceſſitas
characteris confirmationis ⁊ characteris alioꝝ
ordinum a ſacerdotali. naꝫ vt premiſſum eſt nõ
habens characterem baptiſmalem nullo modo
habere poteſt proprium ipſius characteris effe
ctum qui eſt ſuſceptibilem eſſe aliorum ſacramẽ
torum. vnde ⁊ baptiſmus ianua dictus eſt om=
nium ſacramentoruꝫ eo q2 ſicut non eſt aditus
ad interiora domus niſi per ianuã: ita ad cetera
omnia ſacramenta nec ad illorum aliquod: adi
tus eſt niſi per baptiſmum. neq3 ẽ inſtãtia de ma
trimonio quod ante inſtitutioneꝫ baptiſmi fuit
⁊ nunc abſq3 baptiſmo eſt inter infideles: q2 tale
matrimonium licet ſit in officium: non tamẽ eſt
ſacramentum. ¶ Neceſſitas autem characteris
confirmationis et aliorum ordinum a ſacerdo=
tali: non eſt tã abſoluta ꝙ non habẽs iſtos cha=
racteres habere nõ poſſit eorum proprios effe=
ctus ſaltem ꝗ̃tum ad ſubſtantiam actus. ſed eſt
neceſſitas quodãmodo coartata ad rationem
debiti ex officio. ꝗ̃uis enim non habens chara=
cterem confirmationis poſſit conſtãter nomen
chriſti ⁊ fidem catholicã etiam coraꝫ perſecuto=
re confiteri ⁊ mortem pro ſua confeſſione ſuſti=
nere: non tamẽ id poteſt ex debito ſue profeſſio
nis ⁊ officij. conſtituitur nãq3 confirmatus ex ra
tione characteris confirmationis: debitor et in
officio poſitus fidem chriſti catholicã etiaꝫ cum
mortis periculo confiteri conſtãter non ſolum
pro ſalute anime ſue: ſed ⁊ pro aliorum fideliuꝫ
ſalute quãdo neceſſitas occurrerit illos confor=
tãdi et ad fidei confeſſionem cohortãdi. Unde
Sanctus Tho. infra. diſ. 7. q. 2. ar. p°. ſub. ar. 3.
ad. p^m. ad ea inquit que ſunt neceſſitatis: homo
admittitur etiã ſi hoc nõ competat ei ex officio.
ſicut patet ꝙ etiam non habẽs ordinem in caſu
neceſſitatis baptizare poteſt licite: ꝗ̃uis hoc nõ
competat ſibi ex officio. ſimiliter etiã quia con=
fiteri nomen chriſti vbi confeſſio exquiritur eſt
neceſſitatis: ideo etiam non baptizatis hoc com
petit ꝗ̃uis hoc non habeãt ex officio characte=
ris in ſacramento confirmationis ſuſcepti. hec il
le. Et ad iſta facit quod ſupra ſcripſit eadeꝫ. diſ.
q. p^a. ar°. 2°. ſub. ar°. 2°. in cor. ait enim. hoc ſa=
cramẽtum ſcilicet confirmationis initium ſump
ſit ab aduẽtu ſpiritusſancti in diſcipulos. qui ꝗ̃=
uis prius ſpiritum ſanctum habuiſſent in mune
re gratie quo perficiebãtur ad ea que ad ſingu=
las perſonas eorum pertinebãt: tamen in die pẽ
thecoſtes ſuſceperunt ſpiritum ſanctum in mu=
nere gratie quo perficiebãtur ad promulgatio
nem fidei in ſalutẽ aliorum. ⁊ ideo facta eſt appa
ritio ſpiritꝰ ſancti in linguis igneis vt verbis eſ=
ſent profluui ad diuulgãdam fidem chriſti: ⁊ cha
ritate feruidi aliorum ſalutẽ querentes. ⁊ propt
hoc dicitur actuum. 2°. repleti ſunt ſpiritu ſctõ
⁊ ceperũt loqui. hec ille. Itẽ eadem. diſ. q. 2. ar.
p°. ſub. ar. p°. arguit ſic p° loco. character eſt ſig=
num diſtinctiuum. ſed pugna ſpiritualis omni=
bus indicitur. cum ergo confirmationis ſacra=
mentum detur ad roborandum in pugna ſpiri=
tuali: videtur ꝙ in ipa non fiat aliqua diſtinctio
alicuius ab altero per impreſſionẽ characteris.
ecce argumẽtum. ſequitur reſponſio. ad primũ
dicẽdum ꝙ pugna ſpiritualis qua quis pugnat
contra impediẽtes ſalutem ſui ipſius: omnibus
indicitur. ſed ad hoc non datur ſacramẽtum cõ=
firmationis: ſed ad perſiſtẽdum fortiter in pug=
na qua quis nomen chriſti impugnat: ⁊ vt inui=
ctus confeſſor chriſti permaneat. et huic pugne
non omnes exponuntur ſed ſolum confirmati.
hec ille. Item ſub. ar. 2. ad. 3^m. ait. ꝗ̃uis cuiuſli=
bet baptizati ⁊ credentis ſit confiteri quãdo cõ=
feſſio ab eo expetitur: non tamen eſt cuiuſlibet
ſe libere exponere ſed tantum confirmati. ⁊ hoc
etiam patet in apoſtolis in quibus hoc ſacramẽ
tum initium ſumpſit. quia ante aduentum ſpiri
tusſancti confirmãtis eos erãt clauſe fores cena
culi propter metum iudeorum: poſtea repleti
ſpiritu ſancto ceperunt loqui cum fiducia ⁊ pu=
blice verbum dei predicare. hec ille. Item. ar. 2.
ſub. ar. 2. arguit ſic tertio loco. maior eſt diſtin=
ctio virtutum ꝗ̃ gratie. ſed ad eandem virtutẽ
pertinet credere ⁊ confiteri ſcilicet ad fidem. er=
go ⁊ multo fortius pertinet ad eandem gratiã.
ergo gratia baptiſmalis que perficit ad creden=
dum: ⁊ gratia confirmationis que perficit ad cõ
fitendum eſt eadem gratia. ecce argumentum.
ad quod reſpondet ꝙ confiteri vbi ex confeſſio
ne imminet mortis periculum: non eſt tantum
fidei: ſed indiget auxilio alterꝰ virtutis ſcilicet
fortitudinis. et ſimiliter etiam indiget alia gra=
tia ſacramentali que remoueat effectum oppoſi
tum fortitudini. hec ille. Eadem in ſententia cũ
premiſſis tenet. 3^a. p. q. 72. ar. 5. in cor. ⁊ ad pri=
mum. Et in reſpõſione ad. 2^m. ſicut inquit bap=
tizatus accipit poteſtatem ſpiritualem ad pro=
teſtandam fidem per ſuſceptionem aliorum ſa=
cramentorum: ita confirmatus accipit poteſta=
tem publice fidem chriſti verbis profiteri quaſi
ex officio. Et quod dictum eſt de charactere cõ

firmationis ꝙ per ipſum accipit homo poteſta=
tem vt ex officio et ex officij debito poſſit exerce
re aliquos actus ad quos non poſſet ex debito
officij non habens ipſum characterem: eſt intel
ligendum de charactere ordinum aliorum a ſa
cerdotali. Unde Sãctus Thomas infra. diſtin.
24. q. 2. articuº. 2. ad. $9^{m}$. dicendum inquit ꝙ
habens ordinẽm oſtiarij ſuſcipit poteſtatem vt
ex officio arcere poſſit aliquos ab introitu eccle
ſie: q̃uis etiã ⁊ hoc ab alijs fieri poſſit ſed non ex
officio. ⁊ ita eſt in omnibꝰ actibus minorum or=
dinum. Unde ſm premiſſa dicere poſſumus ꝙ
ſi accipiamus actus hierarchicos nõ ſolum q̃ꝫm
ad eorum ſubſtãtiã ſed ſimul cum hoc prout ex
debito officij exerceri debent: character confir=
mationis ⁊ character ordinis etiam q̃ꝫm ad ordi
nes inferiores ſacerdotio: omnimodaꝫ habent
neceſſitatẽ ad actus proprios ad quos ſunt: ita
vt a non habentibus characteres ipſos expleri
non poſſint. ¶ Ex preallegatis verbis Sancti
Doctoris videtur poſſe inferri ꝙ nondum con=
firmatus etiã ſi baptizatus ſit: non peccat mor=
taliter ſi pro conſeruãda vel roborãda aut etiã
promouenda fide chriſti in alijs hominibus a ſe
non ſe exponat periculo mortis corã perſecuto
re fidem conſtãter profitendo ⁊ alios ad tenen
dam fidem cohortãdo. probatur hoc. nã idem
dictu videtur ꝙ aliquis ex officio aut ex officij dẽ
bito ad aliquid teneatur vel non teneatur: ⁊ di
cere ꝙ ſi id non fecerit mortaliter peccat vel nõ
peccat ⁊ econtra. quoniã nullus peccat morta=
liter ſi non faciat id quod facere ex debito nõ te=
netur. ⁊ quiſqꝫ mortaliter peccat: eſt non faciẽs
id quod facere tenetur ex debito. Cum autem
ex preallegatis verbis Sancti Doctoris nullus
non confirmatus etiã ſi baptizatus fuerit tenea
tur ex debito officij ad fidem chriſti in alijs a ſe
promouendã vel conſeruãdã aut defendendaꝫ
⁊ roborãdã: ſequitur ꝙ ſi id non faciat non ideo
peccat mortaliter.

¶ Tertio Notãdum eſt ꝙ tã chara=
cter q̃ꝫ ornatꝰ qui per ſacra
menta ſuſcipiẽtibus confertur: ponitur diſpoſi=
tio ad gratiã diuerſimode tamen. naꝫ ornatus
ſm ꝙ ex dictis Sãcti Doc. colligi poteſt: eſt diſ=
poſitio ad gratiã ſicut via vel motus eſt diſpoſi
tio ad terminum et ſicut q̃litas eſt diſpoſitio ad
formã velut calor ad formã ignis. ſicut enim in
naturalibus formã ſubſtãtialem precedit in ma
teria quedã diſpoſitio qua fit apta ad talem for
mam qꝛ actus actiuorum ſunt in patiẽte diſpo=
ſito vt ait philoſophus ſecundo libro de aĩa: ita
diuina ordinatione per virtutẽ ſacramentis col
latã imprimitur ſuſcipiẽti ſacramentum quedã
diſpoſitio ſupernaturalis ad gratiã ſuſcipiendã
que vocatur ornatus. et quia huiuſcemodi diſ=
poſitio directe et immediate diſponit ad gratiã
que eſt ſubiectiue in eſſentia anime: conſequẽs
eſt ꝙ ipſa etiaꝫ diſpoſitio ornatus ſit in eſſentia
anime ſubiectiue. character vero eſt diſpoſitio
ad gratiã nõ ſicut qualitas diſponens ⁊ prepa=
rans ſubiectum ad formã velut quedaꝫ ipſius
inchoatio: ſed eſt diſpoſitio ad gratiã quaſi me=
ritorie ⁊ per modum dignificationis. habẽs eni
characterem qui eſt potentia qua homo poteſt
in actiones que ſunt miniſtrationes ⁊ receptio=
nes ſacramentorum et aliorum que ad cultum
dei pertinent: eo ipſo meretur de congruo ⁊ di=
gnus eſt recipere gratiã gratum facientem qua
ipſas actiones bene ⁊ idonee poſſit exercere. ſi=
cut ſi dicamus ꝙ habens potẽtias naturales in=
tellectus ⁊ voluntatis: eſt diſpoſitus ad habitꝰ
quibus bene exeq̃tur earum potentiarum ope=
rationes. Unde Sãctus Thomas in hac. diſti.
q. p̊ª. arº. p̊º. ad. $5^{m}$. character inquit eſt diſpoſi=
tio ad gratiã per quãdã cõgruitatis dignitateꝫ.
ex hoc enim ipſo ꝙ homo per characterem mã=
cipatus eſt diuinis actionibus et inter membra
chriſti connumeratus: fit ei quedã congruitas
ad gratiã ſuſcipiendã qꝛ deus perfecte in ſacris
homini prouidet. vnde ſimul cum charactere q̃
daƚ homini vt poſſit exercere ſpirituales actio=
nes fidelium vel paſſiones ſeu receptiones: da=
tur gratia qua hec bene poſſit. hec ille. vbi cum
dicat ſimul cum charactere gratiã dari: ſatis in=
nuit ꝙ character nõ eſt diſpoſitio preparãs ſub=
iectum ad gratiã ſuſcipiendã ſed magis per mo
dum conſequentie quaſi gratiam ſibi vendicãs
ad bene operãdum ex diuina ordinatione. Idẽ
in ſententia ſcribit. 3ª. p. q. 63. ar. 4. ad. p̊m. cha=
racter inquit directe quidem ⁊ propique diſpo=
nit animã ad ea que ſunt diuini cultus exequen
da. ⁊ qꝛ huiuſmodi nõ fiunt idonee ſine auxilio
gratie nam vt dicitur Joã. 4º. eos qui adorant
deũ: in ſpiritu ⁊ veritate adorare oportet: ideo
ex conſequenti diuina largitas recipiẽtibus cha
racterem largitur gratiã per quã digne impleãt
ad que deputantur. ⁊ ideo characteri magis eſt
attribuẽdum ſubiectum ſm rationem actuum
ad diuinum cultum pertinẽtium q̃ꝫ ſm rationeꝫ
gratie. hec ille. vnde qꝛ potentia anime ẽ imme
diatum principium operationis non ipa anime
eſſentia: ideo character non ponitur ſubiectiue
in eſſentia anime ſed in eiꝰ potẽtia. eſt enim cha=

¶ Contra eandem concluſionem arguit Durandus ponendo tres cōcluſiones. prima eſt ꝙ paruuli infidelium ſeparatorum a dominio et cōuerſatione fidelium quemadmodum ſarraceni ſubiecti regi granate ſunt ſeparati loco et dominio a fidelibus hiſpanis vicinis eorum. taliuꝫ inq̃ infidelium filij non ſunt eis auferendi nec ipſis inuitis baptizandi. nec in caſu quo liceret fidelibus iuſtum bellum contra eos mouere et bona et pſonas eorum tollere. ¶ Secunda concluſio eſt ꝙ ſi infideles ſubſunt dominio fidelium et cum eis in eadem terra conuerſantur tanq̃ liberi ſicut mercatores quandoq̧ morātur in dominio ꝛ terra fidelium et econtra: tunc non licet eoruꝫ filios ipſis inuitis rapere nec baptiſmo offerre. ¶ Tertia concluſio eſt ꝙ ſi infideles ſubſint principi fideli tanq̃ ſerui ſicut ſunt iudei: tunc filij talium poſſunt ipſis inuitis baptizari. et hanc concluſionem que proprie eſt contra noſtram concluſionem probat ſic. quia ſi non: hoc maxime videretur propter rationem tactam in probatione concluſionis que in virtute talis eſt. ꝙ q̃uis aliqui poſſint eſſe ſerui aliorum quo ad opera ciuilia: in his tamen que eis competunt iure naturali vel diuino nō ſunt ſerui ſed liberi. poteſt enī ſeruus comedere inuito domino et contrahere matrimonium vt habetur extra de coniugio ſeruorum capitulo primo. hec enim competunt eis de iure naturali. et ſimiliter poteſt inuito domino credere in deum et huiuſmodi que pertinent ad ius diuinum. ſed baptizari pertinet ad ius diuinum. ergo cum cura paruulorum iure naturali et diuino quātum ad hoc competat parentibus manifeſtuꝫ eſt ꝙ non poſſunt eis licite auferri vt baptizentur licet poſſint eis auferri vt vendantur ſicut ꝛ cetere res ad opera ciuilia. hec autem ratio directe concludit ꝙ iudei et ceteri infideles adulti qui ſunt ſerui chriſtianorum non poſſunt nec debent cogi ꝙ baptizentur et hoc fuit ꝑius conceſſum. ſed de pueris eorum carentibus vſu rationis ꝙ non poſſint licite eis auferri eis inuitis et baptizari: non probat. quia ſi auferrentur eis ꝛ baptizarentur: non fieret preiudicium pueris ſed potius cōferretur eis magnum beneficium. nec parentibus eorum quia licite poſſunt eis auferri ꝛ vendi in ſeruituteꝫ fidelibus vel infidelibus prope vel longe vt alij concedunt. quo facto ſubtrahuntur totaliter a cura parentum et ſubſunt in omnibus cure eorum quibus venditi ſunt. propter quod ſi ab eis offerantur baptiſmo nulli videtur fieri preiudiciuꝫ: licet predictis pueris ſtantibus ſub cura parentum fieret preiudicium ꝛ iniuria ſi eis inuitis baptizarentur. nec eſſet decens nec ſecurum ꝙ pueri baptizati manerent ſub cura infidelium. ſed quia vt predictū eſt pueri ſeruorum infidelium poſſunt per dominum licite ſubtrahi a cura parentuꝫ vendendo eos vel donando alijs qui ex tunc curam eorum habent non apparet quin liceat illis quibus ſunt venditi vel donati cuicunq̧ offerre eos baptiſmo ſine preiudicio cuiuſcunq̧. non ſic autem licet pueros infidelium liberorum auferre a cura parentum nec per conſequens offerre eos baptiſmo.

¶ 2°. ſic ad idem. res et bona ſeruorum ſunt dominorum ſuoꝝ in quorum terris habitant vt habetur extra de iudeis et ſarracenis capitulo et ſi iudeos. ergo res ꝛ bona iudeoꝝ ſunt principum chriſtianoꝝ. ſed filij ſunt quedam res parentuꝫ. ergo filij iudeoꝝ ſunt in poteſtate principum vt res eorum. poſſunt ergo eis vti vt placet offerēdo eos ad baptiſmum. ¶ 3°. quia princeps chriſtianus dominꝰ iudeorum poteſt filios eoruꝫ vēdere in ſeruitutem terrenam. ergo fortiori ratione poteſt eos offerre in ſeruitutem diuinā quod fit per baptiſmum. imo videntur in hoc mereri ſi

hoc faciunt propter ſalutem paruulorū et honorem dei ⁊ non vt parentes cogantur ad credendum quia illud non eſt licitum. ¶ Contra ſecundam concluſionē arguit Scotus probādo ꝙ paruuli baptizati inequaliter participant gratiam in baptiſmo. quia deus predeſtinauit electos ad diuerſos gradus glorie et hoc ante determinationem huius ſigni ad tantā vel tantam gratiaꝫ conferendam. et quia ordinato ad maiorē gloriam rationabiliter poteſt conferri maior et maior gratia: poſſet deus in determinando veritatem ſeu certitudinē huius ſigni diſponere conferre alicui illam gratiam que requiritur ad certitudinem huius ſigni: et alicui maiorem gratiam quem predeſtinauit ad maiorem gloriā. ſed ille vltimus gradus non confertur virtute baptiſmi ſed de ſpeciali beniuolentia diuina. et propt̄ hoc dici poteſt ꝙ ex parte cauſe principalis: effectus equalis cōmuniter datur virtute baptiſmi. quia ſupponitur de lege cōmuni ꝙ prima gratia nō datur maior abſqꝫ omni cauſa alia preter cauſam principalem. ¶ 2°. quia cauſa meritoria illiꝰ gratie que cōfertur in baptiſmo: poteſt efficacius operari ad gratiam in vno q̄ꝫ in alio. vel quia ſpecialius oblata pro vno q̄ꝫtum ad intentioneꝫ offerentis q̄ꝫ pro alio. vel quia q̄ꝫtum ad executionem pro vno oblata in effectu: pro alio non niſi in preuiſione diuina. primo modo chriſtus communiter ponitur noſſe omnia que deꝰ nouit ſciētia viſionis et per conſequens nouit omnes electos et ad quem gradū glorie fuerunt electi. potuit ergo predeſtinato ad maioreꝫ gloriā pleniꝰ offerre paſſioneꝫ ſuam: et precipue cum ſe offert pro genere humano vt de eis impleretur predeſtinatio diuina. ſecūdo modo paſſio chriſti multo efficacius operatur pro nobis qui ſumus in lege euāgelica: q̄ꝫ pro patribus in lege moyſi. quia obſequium preſtitum ad maius bonum acceptatur q̄ꝫ beneficium preuiſum. et iſto ſecundo modo eſt inequalitas in ſuſcipientibus gratiam per circunciſionem et baptiſmum propter inequaleꝫ applicationeꝫ cauſe meritorie ad eos. et forte etiam in baptizatis ante paſſionem ⁊ poſt. ſed ꝙ in primo modo. ſ. propter ſpecialiorem obligationem in voluntate chriſti fit inequalitas gratie in aliquibꝰ baptizatis eſt poſſibile. ¶ 3°. quia licet paruulum comparando ad paruulum cū nullaꝫ habeant propriam motionē: nullam habēt inequalitatem ad gratiam ex parte ſui: poteſt tamē in parentibus vniꝰ eſſe maior motꝰ pro ſuo paruulo q̄ꝫ alterius pro ſuo. vel in aliquibꝰ alijs miniſtrantibus vel aſſiſtentibus baptiſmo propter quorū merita deus vni paruulo poteſt conferre maiorem gratiam q̄ꝫ alteri. ſed hoc non eſt virtute baptiſmi ſed meriti. et hoc modo forte parentes beati Nicholai orationibꝰ ſuis meruerunt ſibi maiorem gratiam que erat in eo etiā paruulo vel principiuꝫ mirabilis effectus quia duobꝰ diebus in ebdomada vnica lactatione contentus erat tm̄. et quo ad hoc magis optandum eſt puerum baptizari a bono ſacerdote q̄ꝫ a malo quia orationes boni ſacerdotis quas multas facit ante ⁊ poſt baptiſmum: magis valent ⁊ exaudiunt̄ q̄ꝫ orationes mali. hec Scotus. ¶ Contra tertiam concluſionem arguit Scotus probando ꝙ a malo miniſtro preciſo ab eccleſia romana totaliter in caſu licet recipere ſacramentum baptiſmi. quia preceptū ſuperioris plus obligat q̄ꝫ preceptum inferioris. deus auteꝫ precepit baptiſmū ſuſcipi. eccleſia autē prohibet cōmunicare cum tali miniſtro. ergo magis obediendū eſt diuino precepto q̄ꝫ eccleſie in caſu iſto quo non eſt inuenire alium ad baptizandū melioreꝫ. ¶ 2°. quia plus tenetur excōmunicatus vitare aliū q̄ꝫ alius vitare eum. quia illud preceptū de vitādo non imponitur alicui niſi propter ſe. ſed preciſus vel excōmunicatus in caſu iſto non tenetur vitare aliūꝫ imo tenetur non vitare. ſi enim talis preciſus ſciret paruulum aliquem nō baptizatum ſtatī moriturum: tenetur neceſſario eum baptizare. et ita non vitare in caſu baptizandi. hoc probat̄. quia ſi inueniret eum expoſitum periculo vite corporalis propter famē: tenetur neceſſario eum nutrire ad ſaluandum vitā corporalē. magis enim tenetur diligere vitā eius ſpiritualem q̄ꝫ corporalē. ergo quando paruulus eſt expoſitus periculo vite ſpiritualis: tenetur ille ſibi conferre remediuꝫ neceſſarium ad vitā ſpiritualem. ergo multo magis alius non tenet̄ eum vitare de cōmunicādo cuꝫ eo in tali caſu vel actu. ¶ 3°. quia Auguſtinꝰ de baptiſmo ꝯtra donatiſtas libro. 8°. cito poſt principium videt̄ dicere ꝙ adulto licet recipere baptiſmuꝫ a preciſo ſi alius miniſter haberi non poteſt. melius eſt enī ꝙ a tali recipiat: q̄ꝫ ꝙ d̄ hac vita ſine baptiſmo diſcedat. ¶ 4°. quia in caſu quo pater paruuli non poſſet habere miniſtrum idoneum et iminet periculū mortis: tenetur neceſſario offerre illū preciſo. quia nimis eſſet durum dicere ꝙ tenet̄ paruulū ſuū permitere damnari perpetuo cum poſſet habere aliquē qui euꝫ baptizaret ſm illud de conſe. diſtin. 4ª. romanꝰ vbi dicitur in fine. romanꝰ pontifex non attēdit hominem qui baptizat ſed deuꝫ et ſi paganus ſit q̇ baptizat. et ṗma. q. ṗma ſi fuerit: non exhoreat

colūba miniſteriū maloꝝ. hec Scotus. ¶ Cōtra q̄rtā concluſionem arguit Durandus probando ꝙ in nullo caſu poteſt malus miniſter baptizare quin baptizet vt miniſter et per conſequens qui peccet. quia illud quod non poteſt facere aliquis niſi miniſter: non poteſt facere niſi vt miniſter. ſ; adminiſtrare quodcūqꝫ ſacramentum nō poteſt niſi miniſter tm̄ ille. ſ. qui ex ordinatione diuina ē miniſter. quia miniſter eſt de neceſſitate ſacramēti ſicut materia ⁊ forma. ergo nullus poteſt miniſtrare quodcūqꝫ ſacramētum niſi vt miniſter. et ideo quicūqꝫ baptizat ſi eſt verus baptiſmus: oportet ꝙ ſit miniſter veri baptiſmi ⁊ baptizet vt miniſter: licet non baptizet cum ſolēnitate inſtituta ab eccleſia. ſolēnitas enim nō dat ei eſſe miniſtrum ſed eſt ſignum miniſterij ſui. ¶ 2°. arguit ꝙ nullus caſus neceſſitatis excuſet eum. q2 caſus euitabilis non eſt caſus neceſſitatis excuſantis a peccato quia tollit rationem voluntarij. ſed talis eſt caſus noſter. quia ſi incumbat alicui baptizare puerum morietem ⁊ eſt ſibi conſcius alicuꝰ peccati mortalis: in poteſtate eius eſt habere diſplicentiā de peccato illo: et tunc poteſt ſine ſcrupulo puerum baptizare. ergo talis caſus neceſſitatis nō excuſat baptizantē quin peccet. hec ille.

QUantuz ad articulū tertium primo notanduz eſt ꝙ vt. S. Tho. docet p̄ma ſecunde. q. 94. arti. 4. capiendo naturam hominis que eſt homini propria: ad legem nature pertinent illa ad q̄ homo naturaliter inclinatur. ea autem ſunt que ratio recta dictat. huiuſcemodi autem inclinatio aliter eſt in homine ſm rationem ſpeculatiuam ⁊ aliter ſm praticam. quia enim ratio ſpeculatiua precipue verſatur circa neceſſaria que impoſſibile eſt aliter ſe habere: abſqꝫ aliquo defectu inuenitur veritas in concluſionibus proprijs ſicut et in principijs cōmunibus. ex quo fit ꝙ in ſpeculatiuis eadez ſit veritas apud omnes tam in p̄ncipijs q̄ꝫ in concluſionibus: licet veritas nō apud omnes cognoſcatur in ipſis concluſionibus ſed ſolum in principijs que dicuntur cōmunes animi conceptiones. apud omnes enim veruz eſt ꝙ triangulus habet tres angulos equales duobus rectis: quāuis hoc non ſit omnibus notuz. ratio vero pratica verſatur circa contingentia in quibus ſunt operationes humane. et ideo ſi in cōmunibus ſit aliqua neceſſitas: et tamen quāto magis ad propria deſcenditur: tanto magis inuenitur defectus. et inde eſt ꝙ in operatiuis non eſt eadem veritas vel rectitudo pratica apud omnes q̄ꝫm ad propria: ſed tantūmodo q̄ꝫm ad cōmunia. et apud illos apud quos eſt eadem rectitudo in proprijs: non eſt equaliter omnibus nota. apud omnes enim hoc verum eſt et rectum vt ſm rationem agatur. ex hoc autem principio ſequitur quaſi concluſio propria ꝙ dpoſita ſint reddēda. et hoc quidem vt in pluribus verum et rectum eſt. ſed poteſt in aliquo caſu contingere ꝙ ſit dānoſum et per conſequens irrationabile ſi depoſita reddantur: vt ſi aliquis petat arma depoſita ad impugnandum patriam. et hoc tanto magis inuenitur deficere: quāto magis ad particularia deſcenditur. quāto enim plures cōdiciones particulares apponuntur: tanto pluribus modis poterit deficere vt non ſit rectum vel in reddendo vel i nō reddēdo. hec. S. Tho. Ex qbꝰ i articulo ſequēte ipſe deducit ꝙ licet q̄ꝫm ad prima principia lex nature ſit omnino imutabilis: verūtamē q̄ꝫm ad concluſiones proprias primis principijs propinquas: lex naturalis mutabilis eſt in quibuſdam caſibus propter ſpeciales cauſas: q̄ꝫuis vt in pluribus ſit rectum ſemper quod lex naturalis habet. et inde eſt ꝙ licet dominium et ſeruitus ſint de iure gentium vt Iſidorus dicit quinto libro ethimologiarū quod a primeuo iure nature non recedit: niſi quia illud omnibus animalibus cōmune eſt: ius vero gentium ſolis hominibus prout Sanctus Thomas notat ſecūda ſecunde queſtione. 57. articulo tertio. Et tamē vt ipſe Doctor Sāctus inquit eadez ſumma. q. 10. articulo. 10. in corpore: poteſt iuſte per ſententiā vel ordinationem eccleſie auctoritatem dei habentis: ius dominij vel prelationis tolli ab infidelibus ſuper fideles: eo ꝙ infideles merent̄ poteſtatem amittere ſuper ſeruos ſuos qui transferuntur in filios dei. et loquitur de ſeruis infidelium qui eoruz ſerui erant anteq̄ꝫ chriſtiani fierēt. vnde circa īfideles qui temporali ſubiectione eccleſie et membris eius ſubijciuntur: hoc ius eccleſia ſtatuit vt ſeruus iudeorum cum fuerit factus chriſtianus: ſtatiz a ſeruitute liberetur nullo precio dato ſi fuerit vernaculus ideſt in ſeruitute natus. et conſimiliter ſi infidelis exiſtens emptus fuerit ad ſeruitiuz. ſi autem fuerit emptus ad mercationem: tenetur eum infra tres mēſes exponere ad vendendum. nec in hoc eccleſia iniuriā facit. quia cuz ipſi iudei ſint ſerui eccleſie: poteſt diſponere de rebus eorum. in illis vero infidelibus qui temporaliter eccleſie vel eius membris non ſubiacent: predictum ius eccleſia non ſtatuit: li-

cet poſſit ſtatuere de iure et hoc facit ad ſcanda-
lum vitandum. hec Sanctꝰ Thomas. Item ꝗꝫ-
nis coniunctio viri et vxoꝛis per matrimonium
ſit de iure nature ſm̄ illud Gene. 2°. propter hoc
relinquet homo patrem et matreʒ et adherebit
vxoꝛi ſue ſm̄ intellectum domini Matthei. 19.
vbi etiam id eſſe de iure diuino manifeſtū eſt. ve
rūtamen in aliquo caſu oꝛdinatione eccleſie cō-
iunctio matrimonialis pꝛedicta diſſoluitur: vt ſi
infidelis cohabitare non vult cum fideli ſine con
tumelia creatoꝛis pꝛout dici habet infra. ſ. diſtin
ctione. 39ª. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ ꝗꝫ lege
naturali filius ante pubertatem ſubijciatur cure
parentum et parentes iure nature diſponere ha-
beant circa filios ⁊ eis pꝛouidere circa ea que ius
naturale vel diuinum concernunt: quia tamen
huiuſcemodi ius vel lex naturalis cum ſit ratio-
nis pꝛatice ac per hoc circa particularia et conti-
gentia verſetur: defectum et mutabilitatem ha-
bere poteſt: ita vt aliquando propter occurren-
tes cauſas ſpeciales non ſit rectum legem ipſam
naturalem obſeruare. ideo cauſis occurrentibus
rectum et iuſtum eſſe poteſt filios a quoꝛundam
parentum cura ſubtrahere per euʒ qui poteſt. vn
de ſi parentes vellēt filias pꝛoſtituere vel filios
ſuos malos moꝛes docerent: iuſte ſibi tutela filio
rum auferretur et merito pꝛiuarentur iure patrie
poteſtatis. in his certe caſibus nō iam parentes
cenſendi eſſent ſed magis hoſtes filioꝛum. Cum
ergo parentes iudei vel pagani filios ſuos doce-
ant legem iniquam et eos inimicos chꝛiſtiane fi-
dei facere cōtendant et in odium chꝛiſti qui ē eo-
rum verus pater et dominus eos nutrire toto a-
nimo ſtudeant in malum ipſoꝛum et in eternam
damnationeʒ: videtur ꝙ per eum qui pꝛeeſt rei-
publice cuius ipſi parentes ⁊ filij ſunt partes: poſ
ſint et debeant filij auferri a parentum cura. quē-
admodum et propter alia minoꝛa crimina non-
nūꝗꝫ id de iure facere dignoſcuntur.

¶ Secundo Notandum eſt ꝙ qꝛ
administratio ſacra-
mentoꝛū et ea que ſunt iuris diuini non ſubiacēt
poteſtati et iuriſdicioni pꝛincipum ſeculariuʒ ni-
ſi ſm̄ oꝛdinationeʒ eccleſie cui claues celeſtis reg
ni et bonoꝛum ſpiritualium collate ſunt: videtur
ꝙ ſolo pꝛecepto vel diſpoſitione pꝛincipum ſecu
larium filij impuberes infidelium etiam ſibi ſub-
ditoꝛum: nec baptizari debeāt inuitis parentibꝰ
neqꝫ a cura vel tutela ipſoꝛū auferri propter pec-
catum infidelitatis. aut propterea ꝙ parentes fi
lios detinent et nutriunt in peccato infidelitatis
nec illos fidem chꝛiſtianam recipere permittunt.

Pꝛobatur pꝛimum. quia illud pꝛincipibus ſecu-
laribus et pꝛelatis etiam papa inferioꝛibus pꝛo-
hibitum eſt per eccleſiam in capitulo qui ſincera.
et capitulo de iudeis. 45.ª diſtinctione. Item
extra de iudeis et ſarracenis capitulo ſicut iudei.
Secundum pꝛobatur ex eo ꝙ eccleſia ritus infi-
delium ſibi ſubditoꝛum tollerat et a chꝛiſtianis
tollerari pꝛecipit: neqꝫ circa eos permittit illos
vexari vt in dicto capitulo ſicut iudei. et capitulo
et ſi iudeus. et multum aperte in pꝛedicto capitu
lo. qui ſincera. Ex quo ſequitur ꝙ contra eccleſie
tollerantiam et oꝛdinationem ſit pꝛincipes ſecu
lares et alios papa inferioꝛes filios infidelium a
cura parentum ſubtrahere propterea ꝙ in dam-
nabili ſua credulitate falſis ritibus filios inſtru-
ant. Qꝛ autem infideles tollerandi ſunt ab eccle
ſia in ritibus ſuis propter cauſam rationabilem
pꝛobat Sanctus Thomas ſecunda ſecunde que
ſtione decima articulo vndecimo. Sūmꝰ tamen
pōtifex vices chꝛiſti gerēs in terris qui nullis ec-
cleſiaſticis legibus aſtringitur nec pꝛedeceſſoꝛū
ſummoꝛum pontificum canonibus coartatur vt
in capitulo ſignificaſti extra de electiōe. et. 25ª
queſtione pꝛima capitulo ideo permitēte. §. his
ita reſpondetur: poteſtateʒ habet de filijs infide
lium vtroqꝫ modo diſponere ſi aliquando vide-
bitur expedire. non ſolum propter plenitudineʒ
poteſtatis ſicut vicariꝰ chꝛiſti in terris: ſed ⁊ ma-
xime ex ſpeciali chꝛiſti commiſſione qua Petro
et eius ſucceſſoꝛi dictuʒ eſt paſce oues meas Ioā
nis vltimo. paſtus hic intelligitur cōmuni docto
rum ſententia et verbo fidei et exemplo vite ⁊ ſa
cramentoꝛum diſpenſatione. oues autem chꝛiſti
dicti ſunt vniuerſi oꝛbis homines qui iudeoꝛum
et gentilium populis compꝛehenduntur. Iuxta
quod dominꝰ ait per pꝛophetā Ezechielis. 34.
errauerunt greges mei in cunctis montibus ⁊ in
vniuerſo colle excelſo et ſuper omnem facieʒ ter-
re diſperſi ſunt greges mei. Quod et redemptoꝛ
noſter ſatis innuit Ioānis decimo vbi dixit. et a-
lias oues habeo que nō ſunt ex hoc ouili et illas
opoꝛtet me adducere et vocem meam audient
et fiet vnum ouile et vnus paſtoꝛ. que verba ex-
ponens Gregoꝛius in homelia ait. quaſi ex duo-
bus gregibus vnum ouile efficit: quia iudaicum
populum ⁊ gentilem in ſua fide coniungit. Pau-
lo atteſtante qui ait: ipſe eſt pax noſtra qui fecit
vtraqꝫ vnum. Cui conſonat quod eccleſia in fe-
ſto beati Petri pꝛecinit dicens. Tu es paſtoꝛ o-
uium pꝛinceps apoſtoloꝛum: tibi tradidit deus
omnia regna mundi. Unde videtur ex pꝛedicta
chꝛiſti cōmiſſione ꝙ papa poſſit iudeoꝛum ⁊ infi-

delium filios impuberes a parentuʒ cura amo=
uere et illos bonis viris fidelibus in fide chriſti
educandos cõmittere quorum prouidentia ba
ptiſmum et alia eccleſie ſacramenta ſuſcipiant.
Et confirmatur. quia vt ſcribitur Actuum deci=
mo beato petro facto in mentis exceſſu dum vi
deret celum apertum et deſcendens vas quaſi
lintheum magnum in quo erãt omnia quadru=
pedia et ſerpentia terre et volatilia celi: ſimilis
facta eſt beato petro cõmiſſio ad paſcẽdas om
nes gẽtes cibo ſpirituali. vnde facta eſt vox ad
eum dicens ſurge petre occide et manduca. In
quibus verbis petrus intellexit ſibi eſſe precep
tum ꝙ non ſolum iudeos ſed etiaʒ gentiles ad
fidem reciperet et ſacramentorum paſcua cun=
ctis gentibꝰ tribueret. vnde cornelio ⁊ his qui
cum illo erant dixit. mihi oſtendit deus nemi=
nem cõmunem aut imundum dicere hominem
propterquod ſine dubitatione veni accerſitus.
vbi interlinearis ſic dicit. Intellexit petrus de
omnibus gentibus dictum eſſe: quia nullus ho=
mo diſcernendus eſt cum apud deuʒ non ſit p=
ſonarum acceptio. Et ſuper verbo omnia qua=
drupedia inquit gloſa Bede marginaria. om=
nes gentes crediture et in vnitatem corporis
chriſti aſſumende vt omnes efficiantur mẽbra
eius. et infra. precepit ergo gentes per incredu
litatem foris poſitas: ſocietati eccleſie quam pe
trus ſignificat inſeri. hec Beda: vnde notandũ
eſt verbum precepit. ex quo videtur ꝙ commiſ
ſio facta Petro de ouibus chriſti ideſt vniuer=
ſis gentibus ad ouile eccleſie adducendis: eſt
preceptiua pro loco ⁊ tempore. Et ꝙ non tan=
tũmodo oues et agni petentes ⁊ volentes ſed
etiam renuentes ad paſcua fidei et ſacramen=
torum debeant compelli: apparet tum ex eo ꝙ
in proxima auctoritate Actuum decimo dictuʒ
eſt petro ſurge petre occide et manduca. vbi in
verbo ſurge indicitur ſibi ſollicitudo. cum au=
tem dicitur occide deſignatur ꝙ etiam flagellis
vel alio modo coactionis ad fidem ex omni gẽ
te trahẽdi ſunt. vnde gloſa ordinaria exponit.
occide ideſt mortifica et macta vt hoſtiam deo
facias. vt deducti de vetuſtate: in nouitatem
tranſeant. Tum etiam et multum aperte id pa
tet ex illo verbo domini Luce decimo quarto.
exi in vias et ſepes et compelle eos intrare vt
impleatur domus mea. vbi vtrũqꝫ populuʒ do
minus iubet compelli et gentilem et iudaicum
prout Gregorius in homelia exponit. cũ de vi
ijs et plateis ad cenam quoſdam dominus vo=
cat: illum populuʒ deſignat qui tenere legis vr
banam conuerſationem nouerat ſcilicet iudai=
cum. cum vero conuiuas ſuos colligi ex vijs et
ſepibus precipit: agreſtem populum ideſt gen=
tilem querit. Unde Auguſtinus de verbis do=
mini ſermone trigeſimo tertio in perſona eorũ
qui ſepibus herent inquit. voluntate noſtra in=
tremus. et reſpondet non hoc dominus impe=
rauit. coge inquit intrare. foris inueniatur ne=
ceſſitas: naſcitur intus voluntas. Et in epiſto=
la ad Bonifacium comiteʒ. vbi eſt inquit ꝙ iſti
ſcilicet donatiſte clamare conſueuerunt. liber
eſt credere vel non credere. cui vim chriſtus in
tulit. quem coegit? ecce habent Paulum apo=
ſtolum. agnoſcant in eo prius chriſtum cogen=
tem et poſtea docentem. prius ferientem ⁊ po
ſtea conſolantem. mirum eſt autem quomodo
ille qui pena corporis ad euangelium coactus
intrauit: plus illis omnibus qui ſolo verbo vo=
cati ſunt in euangelio laborauit. et queʒ maior
timor compulit ad charitatẽ: eius perfecta cha
ritas foras mittit timorem. cur ergo non coge=
ret eccleſia perditos filios vt redirent: ſi perdi=
ti filij coegerunt alios vt perirent. hec Auguſti
nus. Idem in epiſtola ad donatum preſbyte=
rum. dicis inquit deum dediſſe liberum arbitri=
um: ideo non debere cogi hominem nec ad bo
num. attende ergo quod conſiderare non vis.
nam quis neſciat nec damnari hominẽ niſi me=
rito male voluntatis: nec liberari niſi bonãʒ ha
buerit voluntatem? non tamen ideo qui dili=
guntur: male ſue volũtati impune et crudeliter
permittendi ſunt. ſed vbi poteſtas datur a ma=
lo prohibendi ſunt et ad bonum cogendi. naʒ
ſi voluntas mala ſemper ſue permittenda ẽ vo
luntati: quare paulus non eſt permiſſus vti peſ
ſima voluntate qua perſequebatur eccleſiam.
ſed proſtratus eſt vt excecaretur. et excecatus
eſt vt mutaretur. ſi voluntas mala ſemper ſue
permittenda eſt libertati: quare monetur pa=
ter in ſcripturis ſanctis filium durum non ſoluʒ
verbis corripere: ſed etiam latera eius tunde=
re vt ad bonam diſciplinam coactus ⁊ domitꝰ
dirigatur. Unde iteʒ dicit. tu quidem percutis
eum virga: animam autem eius liberas a mor=
te. ſi mala voluntas ſemper ſue permittenda ẽ
libertati: quare corripiuntur negligẽtes paſto=
res et dicitur eis errantem non reuocaſtis: per
ditam ouem non inquiſiſtis. nõ ideo vobis diſ=

pliceamus quia reuocamus errantes et queri-mus perditos. melius enim facimus volunta-tem domini monentis ſi vos ad eius ouile re-dire cogamus: ꝙ conſentiamus voluntati oui-um errantium vt perire vos permittamus. no li ergo iam dicere quod te aſſidue audio dicere ſic volo errare ſic volo perire. Et parum infra. ſi ergo ſalus iſta corporalis ſic cuſtodienda eſt vt etiam in nolentibus ab eis qui eos diligunt ſeruetur: quanto magis illa ſpiritualis in cuius deſertione mors eterna metuitur. Et in epiſto la ad vincentium donatiſtam. putas inquit ne-minem debere cogi ad iuſticiam cum legas pa-tremfamilias dixiſſe ſeruis. quoſcunqꝫ inuene-ritis cogite intrare? cum legas etiam ipſum pri mo ſaulum poſtea paulum ad cognoſcendaꝫ ꝛ tenendam veritatem: magna violentia chriſti cogentis eſſe compulſum. et putas nullam vim adhibendam eſſe homini vt ab erroris perni-cie liberetur cum ipſuꝫ deum quo nemo nos v-tilius diligit: certiſſimis exemplis hoc facere vi deas: et chriſtum audias dicenteꝫ nemo venit ad me niſi quem pater attraxerit. quod facit in cordibus omnium qui ſe ad eum diuine iracun-die timore conuertunt. Et infra. vides itaqꝫ iaꝫ vt opinor non eſſe conſiderandum ꝙ quiſqꝫ co gitur: ſed quale ſit illud quo cogitur vtrum bo-num an malum. nõ quo quiſqꝫ bonus poſſit eſ-ſe inuitus: ſed timendo quod non vult pati: vꝫ relinquit impedienteꝫ animoſitatem: vel igno-ratam compellitur cognoſcere veritatem. vt ti mens vel reſpuat falſum de quo contendebat: vel querat verum quod neſciebat et volens ti-meat iam quod nolebat. hec Auguſtinꝰ. Et in-fra. mea primitus ſententia erat neminẽ ad v-nitatem chriſti eſſe cogẽdum. verbo eſſe agen-dum. diſputatione pugnandum. ratione vincẽ-dum ne fictos catholicos haberemus quos ap tos hereticos noueramus. ſed hec opinio mea non contradicentium verbis: ſed demonſtran tium ſuperabatur exemplis. ¶Si quis autem contendere velit ꝙ ſupradicte auctoritates lo quantur de his qui fidem chriſti in vnitate ec-cleſie primo receperãt et heretica peſte aut da-mnabili ſciſmate poſtea aberrauerunt: atten-dant ꝙ beatus paulus cuius exemplum tanta ſollicitudine Auguſtinus commemorat: ad fi-dem chriſti non prius ab eo ſuſceptam ſed ma-gis peruerſa animoſitate impugnatam denuo venire coactus eſt. attendant preterea verba domini ſupra commemorata ex euangelio Lu ce decimo quarto et Actuum decimo in quibus omnes generaliter extra eccleſiam exiſtentes compelli iubentur intrare. ¶Secundum ergo premiſſa dicendum videtur ꝙ vbi Sãctꝰ Tho-mas tenet ꝙ paruuli iudeorum vel paganoruꝫ baptizari non poſſunt inuitis parentibus neqꝫ ipſis prouideri circa ea que ſunt iuris diuini vel naturalis: loquitur de poteſtate principum ſe-cularium et prelatorum eccleſie inferiorum pa-pa. qui ſaltem in concernentibus fidem et fidei ſacramenta: preceptis ꝛ prohibitionibus eccle ſie ac ſummi pontificis ſubiacẽt ꝛ obedire tenẽ-tur. non enim iſti id poſſunt de iure facere pro-hibentibus eccleſie ordinationibus et ſtatutis ſupra allegatis. Non autem loquitur de ſũmo eccleſie prelato ſcilicet papa qui vices chriſti ge rit in terris plenitudinem poteſtatis habens in orbe. cui vniuerſi homines qui oues ſunt chriſti in perſona petri commiſſe fuerũt vt eas paſcat virentibus herbis ad eternam gloriam nutriẽ-tibus que ſunt eccleſie ſacramenta. ad quorum paſcua nullus hominum habet acceſſum niſi ꝓ-mo ad ouile chriſti quod eſt eccleſia introduca tur. hic enim ſupremus paſtor ouium chriſti cũ habeat a chriſto plenitudinem poteſtatis nul-lis hominũ ſtatutis aut regulis coartatur. neqꝫ etiam predeceſſorum ſummorum pontificum legibus cogi poteſt vt premiſſum eſt. vnde nõ obſtantibus ſupra allegatis prohibitionibꝰ ec-cleſie de non baptizandis infidelium paruulis: ille abſqꝫ alicuius iniuria poteſt contrauenire ſi aliquando id fieri iudicabit. Q; autem vſqꝫ ad-huc ſummus pontifex id fieri nõ preceperit: cau ſa videtur eſſe non ex defectu iuris ſed qꝛ non expedit. multa enim ſunt licita que fieri nõ ex-pediunt prout apoſtolus dicit prima Corinthio ruꝫ ſexto. Et poſſunt aſſignari rationes quare id nõ expediat: ſed precipua videtur eſſe quia probabiliter credi poteſt ꝙ ſi conſuetudo eccle ſie eſſet paruulos infidelium inuitis parentibus baptizare: imineret paruulis periculuꝫ mortis. nam multi potius eligerent filios mox natos i̇-terficere ꝙ ipſis inuitis baptizatos videre. et ma xime ſi poſt baptiſmum ipſis auferri deberent. ſi autem eos poſt baptiſmuꝫ parentibus dimit-terẽt nutriẽdos: veriſimile eſt ꝙ eos a fide chri ſti illos reuocare contenderent et ſuis ritibꝰ ac erroribus aſſuefacere ſtuderent quod eſſꝫ in d-decus chriſtiane fidei et in baptizatorum par-

nulorum detrimentum et plus nocerent oculti heretici ꝗ aperti infideles. Uel ſicut in capitulo de iudeis quadrageſima quinta diſtinctione dicitur: non ſunt vi trahendi homines ad credendum ſed potius ſuadendi vt integra ſit forma iuſticie. ſicut enim homo propria arbitrij voluntate ſerpenti obediens periit: ſic vocante ſe gratia dei: propria mentis conuerſione quiſque credendo ſaluatur. Et hanc rationem videtur pretendiſſe beatus iacobus dicens hermogeni vade liber quocunque volueris. non enim diſcipline noſtre eſt vt inuitus aliquis conuertatur. verum ꝙ hec ratio magis probat propoſitum de adultis ꝗ de paruulis vſu liberi arbitrij carentibus. ¶ Rurſus videtur ꝙ Sanctus Thomas loquatur in caſu quo filij infidelium apud parētes ſint. nam ſi a parentibus diſtrahantur vel ipſorum morte vel quia dominus filios vēdit dominis longe diſtantibus ita ꝙ parentū cura ſubueniri non poſſint: videtur ꝙ ipſo facto domini in cuius ſunt poteſtate vel alij quibus ipſi cōmiſerint: ius in eos habeant quaſi patrie poteſtatis. ac per hoc ꝙ eorum prouidentia baptizari poſſint inuitis parentibus. non enim videtur ꝙ in tali caſu expectari aut requiri debeat cōſenſus parentum in remotis degentium et qui nullo modo curam filiorum iā habent ſed ſunt magis vt mortui reputandi. non enim dicendum eſt ꝙ huiuſcemodi paruulis remedium deſit ſalutis. Unde talis ordo videtur eſſe circa curam paruulorum vſu rationis carentium ꝙ regulariter parentes curam habent iure nature filiorum quorum voluntas interpretatiua ē parentum voluntas quamdiu vſu rationis carent. vnde et pater teſtatur pro filio et eligit ei ſepulturam. decedentibus autem vel abſentibus parentibus: curam filiorum habent eorum tutores ſi dati ſint. in quo caſu ſi paruuli ſerui ſunt: eorum domini videntur eſſe tutores. ꝙ ſi aliquo caſu nec dominos habeant nec ſint eis dati tutores: videtur ſicut de expoſitis contingit ꝙ quicunque eos ſub cura ſua recipiat: ſit eorum tutor. quia quod in nullius iure eſt: occupāti cōceditur. ꝙ ſi adhuc talis tutor voluntarius deficeret: videtur ꝙ ipſi paruuli impuberes manerent ſub cura et tutela eccleſie et ſummi paſtoris cōmiſſione chriſti cuius tales paruuli ſunt agni. iuxta illud Joannis vltimo paſce agnos meos. in quo caſu per eccleſiam deberet eis prouideri de neceſſarijs non minus ad vitam ſpiritualem ꝗ corporalem.

Sed sciendum quod ecclesie prohibitio [illegible] non est cum decreto irritante [illegible]

¶ Tertio Notandum eſt pro declaratione ſecunde concluſionis ꝙ vt Sanctus Thomas deducit in hac quarta diſtinctione queſtione ſecunda articulo ſecundo ſub articulo tertio: effectus alicuius cauſe dupliciter dicitur ſcilicet per ſe et per accidēs. per ſe quidem dicitur effectus alicuius cauſe illud quod per ipſum producitur ad quod ex ratione cauſalitatis eſt ordinatum. ſicut domus dicitur effectus per ſe domificatoris: quia per artem domificatiuam que eſt ratio ſue cauſalitatis: ad talem effectum ordinatur. effectus per accidens alicuius cauſe ille dicitur ad quem cauſa non ordinatur ex ratione ſue cauſalitatis: ſed producitur ab ipſa cauſa ex conſequenti quia accidit vel coniungitur effectui per ſe. quemadmodum habitatio domus ad quam ex ratione artis domificatorie: domificator non per ſe ordinatur. nam habita domo conſtructa: eſt habitus finis et terminus artis edificatorie ſiue domus inhabitetur ſiue nō. Secundum hoc ergo dicimus ꝙ effectus directe et per ſe baptiſmi eſt ille ad quem ordinatur ex opere operato ideſt ex virtute baptiſmo a ſui inſtitutione collata: ſicut eſt regeneratio hominis in vita ſpirituali: chriſto incorporari: ablatio peccati et alij ſimiles effectus. effectus autem non directe et per ſe baptiſmi ē qui conſequitur ad baptiſmum non per ſe ex opere operato ſeu ex virtute baptiſmo collata: ſed vel ex diſpoſitione ſuſcipientis baptiſmum: vel ex merito vel deuotione baptizantis aut offerentis aut etiam dei ſpecialiter miſerentis: vel qualitercunque talis effectus aliunde eueniat ꝗ ex vi operis operati ipſius baptiſmi. loquendo ergo de effectu baptiſmi directe et per ſe ideſt ex vi operis operati: baptiſmus equalem effectum habet in omnibus baptizatis. ſm quē modum magiſter dicit in littera. nec melior eſt baptiſmus qui per meliorem datur: nec minus bonus qui per minus bonum datur: nec malus ꝗ per malum datur. nec maius munus datur in baptiſmo dato a bono: nec minus in baptiſmo dato a malo ſed equale quia nō eſt munus hominis ſed dei. loquendo vero de effectu per accidens vel ex conſequenti ſm modum dictum non omnes baptizati equalem percipiunt baptiſmi effectū. veruntamen quia in paruulis baptizatis ante vſum rationis nihil eſt ex parte ipſorum per quod magis vel minus ad recipien-

dum effectum baptiſmi diſponantur quia om-
nes quaſi pro diſpoſitione habēt eandem fideꝫ
et deuotionem eccleſie et omnes pariformiter
carent diſpoſitione que fit per vſum liberi arbi
trij: ideo cōmuniter dicitur ꝙ paruuli baptizati
equalem percipiunt baptiſmi effectuꝫ. ſed hoc
eſt intelligendum q̃ꝫm eſt ex parte ipſorum. naꝫ
ex merito vel deuotione vel offerentiū vel bap
tizantium vel etiam ex ſpeciali dei prouidentia
ac miſericordia: poſſibile eſt ꝙ in paruulis vnꝰ
alio percipiat pleniorem et perfectiorem bap-
tiſmi effectum quemadmodum in adultis.

¶ Quarto Notandum eſt pro de-
claratione quarte cōclu-
ſionis ꝙ dupliciter poteſt intelligi aliquē bapti
zare vt eſt miniſter baptiſmi. vno modo quia
baptizat non per virtuteꝫ propriam ſed vt q̊d-
dam inſtrumentum animatum principalis agē
tis habens ab illo virtutem quandam operan
di non per modum forme imanentis ſed p mo
dum intentionis tranſeuntis: et iſto modo qui
cūqꝫ baptizat ſiue in caſu neceſſitatis ſiue extra
illum et ſiue ſit perſona eccleſiaſtica ſiue laica et
ſiue vir ſiue mulier et ſiue ſit fidelis ſiue infide-
lis: baptizat vt miniſter dumtamen ſeruet for-
mam ab eccleſia inſtitutam et habeat intentio-
nem baptizandi ſaltem faciendi quod facit ec-
cleſia. Alio modo dicitur aliqs baptizare vt mi
niſter quia baptizat ex officio ſm inſtitutioneꝫ
eccleſie ideſt qui deputatus eſt ab eccleſia ad of
ficium baptizandi exercenduꝫ: et iſto modo ſo
lus ſacerdos eſt miniſter ſacramenti baptiſmi
vt de conſecratione diſtinctione quarta cōſtat.
qui non ſolum dicitur miniſter ſacramenti bap-
tiſmi quia baptizat non propria auctoritate et
virtute ſed per virtutem principalis agentis ſi-
bi intentionaliter collatam: ſm quem modum
omnis qui baptizat dicitur miniſter chriſti qui
eſt principaliter baptizans ſm illud Joannis
primo: ſuper quem videris ſpiritum deſcenden
tem et manentem ſuper eum: hic eſt qui bapti-
zat in ſpiritu ſancto: et ego vidi et teſtimonium
perhibui quia hic eſt filius dei: ſed etiam dicit
miniſter ecclie ideſt ab ecclia deputatꝰ. Scḋm
hec ergo dicimus ꝙ quarta concluſio debet in-
telligi de baptizante vt eſt miniſter non primo
modo ſolum ſed etiam ſecundo modo qui ſcili
cet ē et miniſter chriſti et miniſter eccleſie ideſt
ab eccleſia deputatus ad officium baptizandi
cum certa ſolemnitate. que licet non ſit de ſub-
ſtantia ſacramenti: concernit tamen officiū ba-
ptizandi ſm inſtitutionem eccleſie quam nō li-
cet pretermittere abſqꝫ peccato niſi neceſſitate
imminente prout Sanctus Thomas inquit in
hac quinta diſtinctione queſtione ſecunda ar-
ticulo primo ſub articulo primo. Circa hoc ta-
men videtur diſtinguendum inter excōmunica
tum vel ſuſpenſum: et inter illum qui eſt in pec
cato mortali non preciſus ab eccleſia. naꝫ ſacer-
dos excōmunicatus vel ſuſpenſus imminente
caſu neceſſitatis baptizandi puerum ſi non ha-
bet in promptu qui illum poſſit abſoluere: non
peccat baptizans abſqꝫ ſolemnitate ſicut vetu
la vel paganus in tali caſu baptizaret. nam nō
eſt in poteſtate ſua impedimentum excōmuni-
cationis auferre et tenetur liberare pueruꝫ ab
eterna morte illum baptizando. ſi auteꝫ habet
in promptu abſqꝫ periculo mortis pueri bapti-
zandi qui illum abſoluere poſſit: tenetur abſo-
lutionem petere modo debito vt abſolutus ac
mundus poſſit baptizare cuꝫ ſolemnitate ſicut
miniſter eccleſie. alias videtur ꝙ peccet bapti-
zando abſqꝫ debita ſolemnitate. non enim lici-
tum eſt miniſtro eccleſie miniſterium ſuum exe-
qui qualitercūqꝫ ſed modo ab eccleſia īſtituto.
vnde videtur ꝙ proprꝰ ſacerdos teneatur ſo-
lemniter baptizare quandocūqꝫ aliquem bap-
tizat: niſi periculum mortis baptizandi impedi
at ſolemnitatem. Si vero ſacerdos exiſtens in
peccato mortali nō tamen ab eccleſia preciſus
caſu neceſſitatis imīnēte baptizat abſqꝫ ſolem-
nitate vt vetula: non videtur excuſari et a pec-
cato omiſſionis quia ſcilicet omittit baptizare
modo inſtituto ab eccleſia ⁊ vt eccleſie miniſter
et a peccato cōmiſſionis quia ſacra pollutꝰ tra-
ctat. et quāuis peccaret etiam mortaliter omit
tens baptizare vel ſi exiſtens ī peccato morta-
li baptizaret cum ſolemnitate et vt miniſter ec
cleſie: non tamen dicendus eſt perplexus. nam
in tali caſu abſqꝫ periculo mortis pueri: poſſet
ſacerdos ſaltem conteri de peccato et ita abſqꝫ
peccato baptizare. et ſi multa ſint peccata qui-
bus irretitus eſt ita vt de ſingulis ſpecialiter cō
teri non poſſet vrgente periculo mortis pueri
adminus in generali poſſet conteri. et in tali ca
ſu neceſſitatis id ſufficeret ad baptizandum cū
ſolemnitate et vt eccleſie miniſter ſine eo ꝙ pec
catum nouum incurreret. Unde cum Sanctꝰ
Thomas dicit ꝙ ſacerdos exiſtens in peccato

moꝛtali non peccat ſi baptizet in articulo neceſ
ſitatis non quaſi miniſter eccleſie ſed ſicut vetu
la baptizaret: videtur ꝙ intelligat illum nõ pec
care pꝛo eo ꝙ exiſtens in peccato moꝛtali non
abſtinet ſe a baptizando et ſacra tractando ſi=
cut peccaret extra caſum neceſſitatis. quoniam
in tali caſu ad baptizandum tenetur ne puer ſi=
ne baptiſmo moꝛiatur et pereat eternaliter: mul
to magis q̃ȝ fame moꝛientem paſcere. non au=
tem intendit dicere illum non peccare pꝛo eo ꝙ
baptizat exiſtens in peccato cum poſſit a pecca
to mundari. item et pꝛo eo ꝙ non exercet offi=
cium ſuum ſm modum ab eccleſia inſtitutuȝ cũ
poſſit modo ſupꝛa expoſito. vel loquitur de illo
qui poſitus in magna pꝛeſſura ſubueniendi pue
ro periclitanti: non meminit peccata recolere ⁊
de eis conteri et neceſſitas periculi non patitur
illum ſolemniter baptizare. vel foꝛte loquitur
de exiſtente in peccato moꝛtali qui etiaȝ eſt ab
eccleſia pꝛeciſus et non poteſt in pꝛomptu ha=
bere iudicem qui illuȝ abſoluat. ſed hoc vltimũ
minus videtur de mente ſua.

Quantuȝ ad ar
ticulum quartum reſponden=
dum eſt obiectionibus contra
concluſiones. Et quideȝ ad ar
gumenta Scoti et Durãdi cõ=
tra pꝛimam concluſionẽ patet reſponſio ex his
que dicta ſunt in ſecundo notabili. recte enim
concluderent ſuum pꝛopoſitum: niſi pꝛincipib⁹
et alijs inferioꝛibus papa pꝛohibitum fuiſſet cõ
pellere infideles ad fidem ſuſcipiendaȝ. et q̃q̃
iura pꝛohibitiua videantur loqui de infidelib⁹
adultis non cogendis: quia tamen voluntas fi
lioꝛum impuberum eſt de iure voluntas paren
tum cũ ipſi filij libero careant arbitrio: ideo nec
parentes cogendi ſunt ad fidẽ in ſeipſis nec in
filijs niſi in caſibus in ſecundo notabili annota
tis. ¶ Ad argumenta Scoti contra ſecundam
concluſionem dicitur ꝙ non militant contra cõ
cluſionem noſtram. nam pꝛocedunt de effectu
baptiſmi per accidens vel ex conſequenti: qui
pꝛouenire poteſt aliunde q̃ȝ ex opere operato
ſacramenti. noſtra auteȝ concluſio loquitur de
effectu directe et per ſe baptiſmi qui pꝛouenit
ex ipſo opere operato. qui equalis eſt in omni=
bus paruulis vſu rationis carẽtibus quod et ar
guens concedit. ¶ Ad argumenta contra ter=
tiam concluſionem dicitur ꝙ non militant con
tra concluſionẽ. pꝛobãt enim ꝙ in caſu neceſſita=
tis a malo miniſtro pꝛeciſo ab eccleſia romana
licitum eſt ſacramentum recipere. quod et nos
concedimus ſi neceſſitas ſit omnino vꝛgens ita
ꝙ aliter ſubueniri non poſſit recipienti baptiſ=
mum niſi per malum miniſtrum. ¶ Ad argumẽ
ta Durandi contra quartam concluſionem di=
citur ad pꝛimum ꝙ procedit de miniſtro gene=
raliter ſumpto pꝛo eo qui non per pꝛopꝛiam ſu
am virtutem baptizat ſed per virtuteȝ alteri⁹.
noſtra autem cõcluſio loquitur de miniſtro ma
gis ſtricte qui ſcilicet eſt per eccleſiam miniſter
deputatus ſub certa foꝛma et ſolẽnitate ſine q̃
non ſe gerit quis vt miniſter ab eccleſia deputa
tus ſicut in quarto notabili deductum fuit. vn=
de argumentum non militat contra concluſio=
nem. ¶ Secundum argumentuȝ concedimus.
non enim pꝛocedit contra mentẽ Sancti Tho
me pꝛout in quarto notabili declaratũ ẽ. ¶ Ad
argumentum ante oppoſitum reſpondet San=
ctus Thomas ſecunda ſecunde queſtione deci
ma articulo duodecimo ad ſecundum ꝙ a moꝛ
te naturali non eſt aliquis eripiendus cõtra oꝛ
dinem iuris ciuilis. puta ſi quis a ſuo iudice con
demnetur ad moꝛteȝ tempoꝛalem: nullus de=
bet eum violenter eripere. vnde nec aliquis de
bet rumpere oꝛdinem iuris nature quo filius ẽ
ſub cura patris vt eum liberet a periculo moꝛ=
tis eterne. Idem reſpõdet tertia parte queſtio
ne ſexageſima octaua articulo decimo ad pꝛimũ.
Et ſecũdo quodlibet articulo ſeptimo ad ſecũ=
dum. Et in hoc articulus terminatur.

Circa pꝛe
cedentes diſtinctio=
nes queritur vtruȝ
baptiſmus aut con
firmatio a ficto ſuſ
cepta: recedente fi
ctione foꝛtiatur ſu
um effectum et ar=
guitur ꝙ non. quia
opus moꝛtuum qḋ
eſt ſine charitate: non poteſt vnq̃ȝ viuificari. ſȝ
ille qui fictus accedit ad baptiſmum vel confir
mationẽ: recipit ſacr̃ȝ ſine charitate. ergo nũq̃ȝ
poteſt viuificari hoc modo vt gratiam cõferat.
¶ In oppoſitũ arguitur. quia dicit Auguſtin⁹ in

libro de baptiſmo. tũc valere incipit ad ſalutez baptiſmus: cũ illa fictio veraci cõfeſſione receſſerit. qui corde in malicia pſeuerante vel ſacrilegio peccatoꝝ: oblationẽ nõ ſinebat fieri. ¶ In hac q̃ſtione erũt quattuor articuli vt ſupra.

Quantum ad primũ articulũ ſit iſta concluſio ꝙ qꝛ character quodã modo diſponit ad gr̃am: ideo recipiẽti characterẽ ſemp gr̃a confertur niſi ponat obicẽ fictiõis. quo tñ remoto: gratia ipſa confert̃. Hãc cõcluſionẽ tenet. S. Tho. ſup diſtin. 4. q. 3. arti. 2. ſub. arti. pmo et. 3°. Et. 3ª pte. q. 69. articulis. 9. et. 10.

Quantuz ad ſecundũ articulũ arguit̃ cõtra cõcluſionẽ cõtra quã arguit Durãdus primo. qꝛ effect⁹ in actu requirit cauſaz in actu vt videt̃ 2°. phy. ſed in eo q̃ pus ficte recipit baptiſmum et poſtmodũ recedit fictio: nõ ſuſcipit̃ actu baptiſm⁹. ergo nõ põt ẽẽ in eo actu aliq̃s effectus baptiſmi. ¶ 2°. qꝛ diſpoſitio neceſſitatis ad formã: nũq̃ põt ſtare cũ oppoſito forme q̃cq̃d ſit d̃ diſpoſitiõe neceſſitat̃ ad motũ. ſicut diſpoſitio neceſſitatis ad formã ignis: nõ põt ſtare cũ forma aque. ſ; charact̃ põt ſtare cũ oppoſito gr̃e. g̃ character nõ eſt diſpoſitio neceſſitatis ad gr̃az. ¶ 3°. qꝛ illud p quod homo diſponit̃ ad aliq̃d ſimpliciter et nõ ſm bene: nõ ẽ diſpoſitio neceſſitatis ad gr̃am. qꝛ qd̃ ſimplicit̃ dicit̃ et abſolute indifferẽs eſt ad bene vel male. gr̃a autẽ determinat ad id qd̃ ẽ bene. ſed character diſpõit ad aliq̃d agendũ ſimplr̃ et nõ ſm determinationẽ ad bene. ergo et cetera. ¶ 4°. quia illud nõ eſt diſpoſitio neceſſitatis ad gr̃am: ſine quo datur gratia et cũ quo nõ dat̃. ſed ſine charactere dat̃ gratia vt in baptiſmo flaminis: et cũ charactere quãdoq; nõ dat̃ vt in ficte accedẽtib⁹. ergo ꝛc̃. ¶ 5°. quia ſi in ſacr̃is eſt ſubiectiue aliq̃ virt⁹ ſpiritualis agẽs ad effectũ baptiſmi: tũc non apparet qualit̃ recedẽte fictione: baptiſm⁹ pus ſuſceptus poſſit de nouo hr̃e aliquẽ effectũ: qꝛ virt⁹ illa agit de neceſſitate nature nec agere põt niſi dũ ẽ. ſed talis virtus nõ eſt niſi in actuali exhibitione: trãſit eñi et nõ pmanet. igit̃ nihil põt niſi in actuali exhibitione. nec valet ſi dicat̃ ꝙ licet baptiſm⁹ trãſeat tñ manet character ad quẽ neceſſario ſequit̃ gr̃a: quia oſtẽſuz eſt ꝙ character nõ eſt diſpoſitio neceſſitans ad gr̃am. ¶ 6°. qꝛ diſpoſitio neceſſitatis poteſt accipi dupliciter. vno modo dicit̃ diſpoſitio neceſſitatis oĩs illa diſpoſitio q̃ neceſſario p̃exigit̃ ĩ ſubiecto ad hoc ꝙ aliq̃ forma in eo introducat̃: ſicut diaphaneitas eſt in aere diſpoſitio neceſſitatis ad recipiẽdũ lumẽ. alio modo dicit̃ diſpoſitio neceſſitatis ad quã neceſſario ſequit̃ forma. ſicut ad diſpoſitionẽ quã facit ſemẽ hoĩs in generatione hominis: ſequit̃ infallibiliter anima rõnalis. ſed character nullo predictoꝝ eſt diſpoſitio neceſſitatis ad gr̃am. ergo nullo modo. maior patet ex dictis. minor pbat̃. ꝙ eñi character nõ ſit diſpoſitio neceſſitatis ad gr̃am pmo modo: clarũ eſt qꝛ ſine charactere põt in anima recipi gr̃a. nec ſecũdo modo: qꝛ talis diſpoſitio nõ ſtat cũ oppoſito forme ad quã diſponit: nec ſe habet ĩdifferenter ad formã et puationẽ forme. character autẽ ſtat cuz oppoſito gratie et indifferenter ſe habet ad gr̃am et culpã. quare et cetera. ſi autẽ dicat̃ ꝙ character eſt diſpoſitio cõgruitatis: patet et alias pbatũ eſt ꝙ illud nõ eſt cõueniẽter dictum. ergo et cetera. hec Durandus.

Quantuz ad articulum tertiũ notãdũ eſt ꝙ ſicut deductũ fuit ſupra diſtictione q̃rta ſub tertio notabili ex dictis. S. Doc. character ẽ diſpoſitio diſponẽs animã directe et d̃ propinquo ad quaſdã actiones vel receptiones hierarchicas exequẽdas ptinẽtes ad diuinũ cultũ. et reſpectu harum actionum vel receptionum character eſt diſpoſitio neceſſitatis: capiendo ipſas actiones vel receptiones ſm ꝙ ex officio expleri habẽt. ad gr̃am vero recipiendã vt ibi dictum fuit: character nõ eſt diſpoſitio neceſſitatis ſm modũ dicẽdi. S. T. ſed magis congruitatis modo in dicto notabili expoſito. Sed videt̃ ꝙ ornat⁹ qui p oĩa ſacr̃a impmit̃: ſit diſpoſitio neceſſitatis ad gr̃am ſacramentalẽ ad quã directe et ĩmediate diſponit. Uerũtamẽ hic duplici diſtinctione op⁹ eſt. vna qꝛ diſpoſitio neceſſitatis dupliciter dr̃. vno modo dr̃ diſpoſitio neceſſitatis omnis illa diſpoſitio q̃ neceſſario p̃exigit̃ in ſubiecto ad forme vel actus receptionez. ſicut diaphaneitas eſt diſpoſitio neceſſitatis in aere ad recipiendũ lumẽ. alio modo dr̃ diſpoſitio neceſſitatis ad quã neceſſario ſequit̃ forma vel act⁹

ad quē diſponit. quēadmodum in generatione
animalis vltima diſpoſitio quā facit ſemē dicit
diſpoſitio neceſſitatis: qꝛ ad ipſam neceſſario ꝛ
infallibiliter ſeqtur itroductio forme animalis.
Alia diſtinctio ē qꝛ neceſſitas eſt duplex. quedā
abſoluta q̄ in omnē euētū infallibilis eſt. ꝑ queꝫ
modū neceſſariū eſt hominē eſſe cōpoſitum ex
aīa et corpe. alia eſt neceſſitas cōdicionata quē
admoduꝫ dicimꝰ neceſſariū eſſe corpꝰ graue ex-
tra ꝓpriū locū poſitum moueri deorſum. ē eniꝫ
hoc neceſſariū: hac condicione vel ſuppoſitione
ꝙ nō ſit aliquid ipediēs motū deorſum. His di
ſtinctionibꝰ p̄miſſis: dicimus ꝙ character ē diſ-
poſitio neceſſitatis p̄mo modo diſpoſitionis et
ſecūdo modo neceſſitatis ad actiones vel rece
ptiones hierarchicas. nam ex diuina ordinatio
ne nullus nō habēs characterē: pōt ex officij d-
bito exercere actiones hierarchicas actiue vel
paſſiue ad quas ordinat character. ad grāꝫ ve-
ro recipiēdaꝫ: character nō eſt diſpoſitio neceſ-
ſitatis ſm mētē. S. Tho. ſed eſt diſpoſitio con-
gruitatis. nā nō diſponit p̄mo et directe ad gra
tiam ſed ad predictas actiones hierarchicas.
Hoc notanter dicit. S. Tho. tā in primo opere
q̄ꝫ in ſecūdo. Unde in p̄mo ope diſ. 4. q. p̄ª. ar.
p̄º. arguit ſic quinto loco. Si dicat ꝙ character
eſt diſpoſitio ad grām cōtra. agēs infinitū nō re
quirit materiā diſpoſitā. ſed diſpoſitio nō eſt ne
ceſſaria niſi ad hoc ꝙ materia ſit diſpoſita. cum
ergo gratia ſit ab agēte infinite virtutis: videt
ꝙ non oporteat characterē dari in ſacramentis
ad diſponēdū ad grām. ecce argumentū. ſequi-
tur reſpōſio. Ad. 5m. dicendū ꝙ character ē diſ-
poſitio ad grām ꝑ quandā congruitatis digni-
tatē. ex hoc enim ipſo ꝙ homo mācipatꝰ eſt di-
uinis actionibus et inter mēbra xp̄i cōnumera-
tus: fit ei quedā cōgruitas ad grām ſuſcipiēdā.
quia deꝰ perfecte in ſacramētis homini ꝓuidet.
vnde ſimul cū charactere quo datur homini vt
poſſit exercere ſp̄ūales actiones fideliū vel paſ
ſiones ſeu receptiones: dat gratia qua hec bene
poſſit. hec ille. In ſecūdo vero ope. 3ª. ꝑ. q. 63.
arti. 4. ſic arguit p̄mo loco. character dicit diſ-
poſitio ad grāꝫ. ſed gratia eſt in eſſentia anime
ſicut in ſubiecto vt in ſecūda parte dictū eſt. er-
go videt ꝙ character ſit in eſſentia anime non
autem in potētijs. ecce argumentum. ad qđ ſic
reſpondet. Ad primuꝫ ergo dicendum ꝙ ſubm
alicui accidēti attribuitur ſm rationem eius ad
quod propinque diſponit: non autē ſm rōnem
eius ad quod diſponit remote vel īdirecte. cha
racter autem directe quidem et ꝓpinque diſ-
ponit animaꝫ ad ea que ſunt diuini cultus exe-
quenda. et quia huiuſmodi idonee nō fiunt ſine
auxilio gratie: quia vt dicit Joannis. 4º. eos q̄
adorant deū: in ſp̄ū et veritate adorare opor-
tet: ex conſequenti diuina largitas recipientibꝰ
characterem largit grām per quā digne imple
ant ad que deputant. et ideo characteri magis
eſt attribuendum ſubiectū ſm rationē actuum
ad diuinum cultum pertinentium q̄ꝫ ſm rōnem
gratie. hec ille. ¶ Neqꝫ obſtat dictis qꝛ. S. Doc.
ſupra diſtin. 4. q. 3. arti. 2. ſub. ar. 3. in corpore
dicit in baptiſmo inp̄mi characterem qui eſt im
mediata cauſa diſponens ad grām. q̄m non eſt
idem dictu eſſe aliquid diſpoſitio imediata: et
diſpoſitio neceſſitatis. poteſt enim cauſa vel diſ
poſitio congruitatis eſſe immediata. ¶ Uerū-
tamen aliquo modo licet improprie character
dici poteſt diſpoſitio neceſſitatis ad gratiam in
directe. ſ. ex cōſequenti inq̄ꝫm ex diuina ordina-
tione et largitate recipienti characterem ſacra
mentalem: deus ſemper infundit gratiam qua
habens characterem digne poſſit actiones vel
receptiones hierarchicas perficere niſi forte ip
ſe obicem ponat. vnde character non dicit diſ-
poſitio neceſſitatis ad gratiam quaſi efficiat in
ſubiecto aliquam diſpoſitionem vel qualitateꝫ
qua preparetur et fiat gratie ſuſceptiuum vel q̄
ſit gratie introductiua ad illam agens. ac ꝑ hoc
non proprie character dici debet diſpoſitio ad
gratiam ex qua vel a qua vel per quam vel ſi-
ne qua non. ſed poteſt dici diſpoſitio gratie ad
quam: quia ad characterem ſequitur in haben-
te: infuſio gratie a deo. et dicitur diſpoſitio ad
gratiam ſecundo modo de duobus predictis.
et dicitur neceſſaria neceſſitate nō abſoluta ſed
condicionata: ſi videlicet obicem fictionis non
ponat. Ornatus vero qui cōmuniter datur in
ſacramentis: proprie dicitur diſpoſitio ad gra-
tiam quia ad id primo et directe ordinatur. et
dicitur eius diſpoſitio neceſſitatis: p̄mo modo
diſpoſitionis et ſecundo modo neceſſitatis. diſ
ponit eni ornatꝰ ſacramētalis et p̄parat animā
ſuſcipiētis ſacramētū ad receptionem gratie. et
ad illum neceſſario gratia cōſequitur nō abſo-
lute: ſed hac cōdicione ſi obicem fictionis non
ponat. quo tamē remoto vtraqꝫ diſpoſitio ſuū
effectum habebit.

Quantuʒ ad q̄r
tum articulū reſpōdendū ē ob
iectionib⁹ cōtra cōcluſionē. Et
quidē ad primū reſpōdet̄ ex di
ctis. S. T. ad ſimile argumen-
tū de potētia dei. q. 3. ar. 11. ad. 5m. fuit eni argu
mētū quīto loco. Qd agit ī virtute alteri⁹: agit
vt inſtrumētū illius. inſtrumētū aūt nō mouet
niſi motū. mouēs autē et motū oportet eſſe ſi-
mul vt pbat̄. 7°. phy. cum ergo virt⁹ q̄ eſt in ſe-
mine nō ſit cōiuncta anime ſenſibili generantis
videt̄ q̄ nō poſſit agere vt inſtrumentū ei⁹ nec
in virtute illius. ecce argumētū. ſequit̄ reſpōſio.
Ad. 5m. dicendū q̄ inſtrumētū intelligit̄ moue-
ri a pncipali agēte quādiu retinet virtutē ſibi a
principali agēte impreſſam. vnde ſagitta tādiu
mouet̄ a pijciente: quādiu manet vis impulſus
pijcientis. ſicut etiā generatū tādiu mouet̄ a ge
nerāte in grauib⁹ ⁊ leuib⁹ quādiu retinet formā
ſibi traditā a generāte. vnde et ſemē tādiu intel
ligit̄ moueri ab aīa generātis: quādiu remanet
ſibi vis impſſa ab aīa licet corpaliter ſit diuiſuʒ.
oportet aūt mouēs et motū eſſe ſimul quātum
ad mot⁹ principiū: nō tñ quātū ad totuʒ motuʒ
vt apparet in pieciis. hec ille. Ex qb⁹ verbis reſ-
pōdem⁹ in pposito nr̄o pmo ad maiorē q̄ effe-
ctus in actu reqrit cauſaʒ in actu in pncipio mo
tus vl' actionis: nō neceſſario in toto pceſſu ſed
ſufficit virt⁹ ab ipſa cauſa relicta q̄ cōpleat effe-
ctū. Secūdo reſpōdet̄ ex hoc ad minorē q̄ quā
uis recedēte fictione nō ſit baptiſm⁹ exterior id-
eſt ipſa ablutio in aq̄: manet tñ virt⁹ ipſius ī cha
ractere vel ornatu p quā effectus conſequitur.
¶ Ad. 2m. dicit̄ pmo q̄ nō militat cōtra Sāctū
Thomā q̄ nō ponit characterē eē pprie diſpoſi
tionē neceſſitatis ad grām ſed cōgruitatis vt ſu
it in notabili declaratuʒ. Dicit̄ ſecūdo q̄ maior
habet veritatē d̄ diſpoſitione neceſſitatis abſo-
lute q̄lis diſpoſitio nō eſt character aut ornat⁹
ſacramētalis reſpectu grē. ſꝫ ē diſpoſitio neceſ-
ſitatis cōdicionate modo expoſito in notabili.
et hec ſtare pōt cū oppoſito forme ad quā diſpo
nit. ſicut grauitas q̄ ē diſpoſitio neceſſitatis ad
locū deorſum: ſtare pōt cuʒ loco ſurſum ī corpe
phibito deſcēdere. ¶ Ad. 3m. dicit̄ q̄ maior p-
poſitio vniuerſalit̄ ſumpta eſt falſa. nā potentie
naturales intellect⁹ et volūtatis: diſpoſitiones
ſunt hominis ad hitus virtutū recipiēdū: et tñ
ipſe potētie hominē diſponūt ad aliqd ſimplici
ter et nō ſm bene determinate. ¶ Ad. 4m. dr
pmo q̄ nō militat ↄtra Sāctū Thomā q̄ nō po
nit characterē eſſe diſpoſitionē neceſſitatis reſ-
pectu gratie. Dicit̄ ſecūdo q̄ maior hēt veritatē
de diſpoſitione neceſſitatis abſolute non condi
cionate q̄ pōt impediri ab effectu cōdicione nō
ſtante. et talis neceſſitatis: character eſt diſpoſi
tio ad grām. ¶ Ad. 5m. dr ad maiorē q̄ licet vir
tus ſacramenti poſtq̄ tranſit vſus baptiſmi nō
maneat actu in ſe: manet tamē in virtute ſui ef-
fectus. ſ. characteris et ornat⁹. et ad hui⁹ impro
bationē dr q̄ quāuis character nō ſit pprie diſ-
poſitio neceſſitāis ad graʒ: ſufficit tñ q̄ ſit diſpo-
ſitio congruitatis ad effectum gratie q̄ non da-
tur ex neceſſitate characteris ſed ex diuina ordi
natione. ¶ Ad. 6m. dicitur q̄ minor eſt falſa. im
mo loquēdo impropē de diſpoſitione neceſſita
tis qualis attribuitur characteri: character ē diſ
poſitio neceſſitatis ſecūdo modo. et ad hui⁹ im
probationē dicim⁹ q̄ maior hēt veritatē de diſ-
poſitione neceſſitatis abſolute: nō cōdicionate
qualis diſpoſitio ē character vt dictum ē. ¶ Ad
argumētū ante oppoſitū reſpōdet. S. Tho. ſu-
pra diſtin. 4. q. 3. ar. 2. ſub. ar. 3. ad primum q̄
baptiſmus magis habet efficaciam ex ope opa
to q̄d eſt opus dei et nō hominis. et ideo nō po
teſt eſſe mortuū propt̄ hominis fictioneʒ. Idē
reſpondet. 3a. p. q. 69. ar. 10. ad primum. Et in
hoc articulus terminatur.

## ¶ Diſtinctio ſeptima.

Circa ſe-
ptimam diſtin
ctioneʒ querit̄
vtrū ſacerdos
ſimplex etiam
ſi non ſit epiſ-
cop⁹ poſſit cō-
firmare et ar-
guit̄ q̄ ſic. q2 ī
ſacramētis ex
parte conferē-
tis requiritur ordo et intentio. ſed epiſcop⁹ nō
habet aliquem ordinem vel characterem queʒ
non habeat ſimplex ſacerdos. ergo ſicut epiſco
pus ita et ſacerdos ſimplex poteſt confirmare
ſi habeat intentionem confirmandi. ¶ In op-

poſitum arguitur. quia ſoli epiſcopi in locum a=
poſtoloꝛum ſuccedunt. ſed ſoli apoſtoli in p̄mi=
tiua eccleſia manus imponebant quod erat cō
firmare. ergo ſoli epiſcopi nunc poſſunt confir=
mare. ¶ In hac queſtione erunt quattuoꝛ arti
culi vt ſupꝛa.

Quantum ad p̄
mum articulum ſit hec conclu=
ſio ꝙ ſimplex ſacerdos nō epiſ
copus cōfirmare poteſt ex cō=
miſſione ſolius pape. Hanc cō
cluſionem tenet Sanctus Thomas in hac di=
ſtinctione queſtione tertia articulo pꝛimo ſub
articulo tertio. Et tertia parte queſtiōe ſeptua
geſima ſecunda articulo vndecimo ad pꝛimuz.

Quantuz ad ſe=
cundum articulum arguenduz
eſt contra concluſionem. con=
tra quam arguit Durandus
multipliciter. Pꝛimo ſic quia
de integritate cuiuſlibet ſacramenti ſunt mate=
ria et foꝛma et miniſter. ſed papa nō poteſt mu
tare aliquid circa foꝛmam ſacramentoꝛum vel
circa materiam. ergo nec circa miniſtruz. aut er
go ſimplex ſacerdos ex inſtitutione diuina eſt
miniſter confirmationis: et tunc abſqꝫ commiſ
ſione pape poteſt eam conferre. aut non eſt mi
niſter ſed ſolus epiſcopus: et tunc neqꝫ commiſ
ſione pape poteſt eam conferre. ad hoc tamen
poſſet aliquis dicere ꝙ miniſter non eſt ita d̓ in
tegritate ſacramenti ſicut materia et foꝛma. qꝛ
materia et foꝛma ſunt intrinſeca ſacramēto. mi
niſter autem extrinſece ſe habet ad ipſum. ꝓp=
ter quod aliqua variatio poteſt fieri circa mini=
ſtrum et non circa materiam vel foꝛmaz. quod
patet in ſacramento penitētie in quo poteſt fie
ri variatio circa miniſtrum per papam ſicut cū
papa dat aliquibus pꝛiuilegium abſoluendi cū
pꝛius abſoluere non poſſent. vel cum ſubtrahit
ab his qui pꝛius habuerunt. nūqꝫ tamē poteſt
mutare materiam aut foꝛmam ſacramenti pe=
nitentie. et ſimiliter videtur ꝙ poſſet facere cir
ca alia ſacramenta vt ſcilicet poſſet variare mi
niſtrum non autem materiā vel foꝛmā. ¶ Sed
iſtud non videtur: pꝛimo quia papa circa ſacra
mentum penitentie non mutat miniſtruz quia
miniſter eius eſt omnis ſacerdos: cum omni ſa=
cerdoti dicatur accipite ſpiritum ſanctum quo=
rum remiſeritis peccata et cetera. ſed ſubtrahit
materiam iſti vel illi ſicut ſibi placet. quod ē pꝛo
tanto quia cum ſacramentū penitentie ſit iudi=
ciale: materia huius eſt peccatoꝛ ſubditus. po=
teſt autem papa facere ꝙ ſubditus iſti ſacerdo
ti: ſibi amplius non ſit ſubditus. et ſic ſubtrahit
iſti vel illi materiam abſoluendi. qua ſubtracta
non poteſt ſoluere nec ligare. ſicut ſi ſacerdoti
ſubtraheretur panis et vinum: non poſſet con=
ficere. ſimiliter papa poteſt alicui ſubdere ſub=
ditum qui pꝛius ei non erat ſubditus: et tūc po
terit eum abſoluere quez pꝛius non poterat ex
defectu materie. nō ergo mutat papa miniſtrū
penitentie ſicut nec in alijs ſacramētis: ſed dat
materiam vel ſubtrahit. Uel poteſt alio modo
dici ꝙ papa miniſtrum alicuius ſacramenti mu
tare non poteſt: poteſt tamen pꝛecipere ꝙ nul
lus a tali vel tali miniſtro recipiat ſacramenta
et tunc recipiens contra inhibitionez pape pec
cat nec recipit gratiam. et quantuz ad ſacramē=
tum penitentie nihil omnino recipit, nec ſacra=
mentum nec rem ſacramenti. nō quia ſacerdos
non ſit miniſter: ſed quia confeſſio non eſt inte=
gra quando tacet peccatum quod actu cōmit=
tit et ſic eſt defectus in materia. aut ſi non tacet
nihilominus non recipit rem ſacramēti ſcilicet
gratiam cum actu cōmittat culpam: eſt tamen
verum ſacramentum. ſed quia totus effectꝰ pe=
nitentie eſt remiſſio culpe: ideo ſacramentum ē
in tali iterandum ſicut eſſet aliud ſacramentuz
per quod nihil penitus eſſet factum. nec valet
quod dicitur miniſtrum ſe habere extrinſece ad
ſacramentuz et materia et foꝛma intrinſece: qꝛ
ſicut miniſter conferens ſe habet extrinſece ad
ſacramentum: ſic et ſuſcipiens ipſum. ſed vbi ſuſ
cipiens aliquod ſacramentum eſt determinatꝰ
ſicut in extrema vnctione infirmus vel in oꝛdi
ne maſculus: per papam mutari non poſſunt.
vnde nullum eſt ſacramentum ſi ſanus inūgat
vel mulier oꝛdinetur. ergo ſimiliter circa mini=
ſtrū nihil omnino poteſt mutari abſqꝫ euacua=
tione ſacramēti quāuis extrinſece ſe habeat ad
ſacramentum. et hoc eſt ſecundum argumētū.
¶ 3º. arguit ſic. diſpenſare ſacramenta quoꝛum
actus reſpicit coꝛpus xp̄i myſticum: non conue
nit pape aut epiſcopis ratione iuriſdicionis. qꝛ
cum papa electus et epiſcopus cōfirmatus ha=
beant plenariam iuriſdicionem antequam ſint
conſecrati: poſſent tunc ſacramenta cōferre ſeu

diſpenſare quod eſt falſum. ergo non competit
eis ratione iuriſdictionis ſed ratione conſecra-
tionis. ſed ea que conſecrationez reſpiciunt: nō
conſecrato committi non poſſunt vt habetur
extra ꝺ conſecratione eccleſie vel altaris capl'o
vltimo. ergo papa vel epiſcopus non poſſunt
non epiſcopo cōmittere ꝙ poſſit alia ſacramen
ta conferre. ¶ 4°. arguit ſic. papa non habet
maiorem poteſtatem ꝙ̄ epiſcopus niſi in foro
cauſarum. ſi ergo ex commiſſione pape ſimplex
ſacerdos poteſt conferre confirmationem vel
minores ordines: idem poterit quilibet ſacer-
dos ex commiſſione proprij quod a nullo con-
ceditur. ¶ 5°. quia ſicut in baptiſmo confertur
poteſtas ſuſcipiendi ſacramentum: ſic in ordi-
ne diſpenſandi ea. ſed papa non poteſt facere
ꝙ non baptizatus ſuſcipiat veruz ſacramentū.
ergo non poteſt facere ꝙ non ordinatus illa or
dinatione qua quis recipit poteſtatem diſpen-
ſatiuam confirmationis vel ordinis: poſſit hoc
ſacramentum conferre. ¶ 6°. quia mirum eſſet
ſi aliquis poſſet in actionem reſpectu eius cui⁹
non habet potentiam. ſm iſtos autem chara-
cter ordinis vel baptiſmi ſunt poteſtas ſuſcipi-
endi et conferendi ſacramenta. nullus autem
poteſt habere characterem baptiſmi vel ordi-
nis ex commiſſione pape: ſed requiritur ſuſcep
tio ſacramentorum. ergo nō habenti characte-
rem ordinis per ſuſceptionem ſacramenti: non
poteſt per quemcūꝙ committi actus illius ſa-
cramenti. Item deducatur vt prius. quia mini-
ſter confirmationis aut eſt ordinatus ordine
epiſcopali: aut ſimplicis ſacerdotis. ſi epiſcopa
li: cōmitti non poteſt non epiſcopo. ſi ſimplicis
ſacerdotis: ſimplici ſacerdoti non eſt neceſſaria
commiſſio niſi forte propter prohibitionem ec
cleſie ad vitandum culpam inobedientie. ¶ 7°
arguitur quia ratio tue opinionis non videtur
concludere. cum enim dicit ꝙ papa habet ple-
nitudinem poteſtatis ſuper corpus myſticum
verum eſt vnam qua poteſt ſacramenta diſpē-
ſare: ſed non cōmittere cum hec ſit poteſtas cō
ſecrationis in qua cum ipo cōmunicant omnes
epiſcopi. aliam poteſtatem habet que eſt iuriſ-
dictionis que eſt in ſcrutando citando excōmu-
nicando ſuſpendēdo in qua nullus ei equatur.
et hanc poteſt cōmittere alicui vel in toto vel
in parte. ſed de hoc nihil ad propoſitum: ſed ꝺ
prima que cōmitti non poteſt. ¶ 8°. quia quod
dicitur ꝙ illa cōmiſſio non poteſt fieri niſi ſacer
doti qui habet poteſtatem ſuper corpus domi
ni verum: non videtur cogere. quia a corpore
domini vt cōſideratur in ſe vel per ſe puta paſ-
ſo vel mortuo: influit gratia in corpus myſticū
et non ab ipſo ſolum vt eſt in ſacramento. ſacer
dos autem non habet poteſtatem ſuper cor-
pus domini verum vt eſt in ſe ſed ſolum prout
eſt in ſacramento. et ideo quantum eſt de virtu
te ſermonis vel rationis: non eſt neceſſariuz ꝙ
ſibi ſoli competat diſpenſatio ſacramentorum
per que effluit gratia ſuper corpus myſticum.
quod etiaz patet. quia alius a ſacerdote poteſt
conferre baptiſmum quantuz eſt de ratione ſa-
cramenti: licet ex inſtitutione eccleſie ſolus ſa-
cerdos habeat auctoritatem miniſterij. ¶ 9°.
quia cum dicitur ꝙ preſbyteri cardinales confe
runt minores ordines: dicenduz eſt ꝙ eque du
bium eſt de minoribus ordinibus et de confir-
matione. non enim claret quomodo poſſint a
non epiſcopo conferri ſi ſolus epiſcopus ex or-
dinatione chriſti ſit horum ſacramentorum mi
niſter. ſi vero omnis ſacerdos ſit miniſter ſꝫ ex
ordinatione eccleſie reſeruatur ſolis epiſcopis
tunc quilibet ſacerdos poteſt vere confirmare
et minores ordines conferre licet peccet confe
rendo faciens contra ſtatutuz eccleſie. eccleſia
enim poteſt miniſtrum ſacramēti ligare ſuo ſta
tuto: ſed nō poteſt irritare ſacramentum cōcur
rentibus his que ſunt de neceſſitate ſacramen-
ti. et ſi hoc eſt verum: tūc Gregorius potuit cō
ferre ſacerdotibus ꝙ licite confirmarent qui ali
as peccaſſent confirmando licet alias cōfirmaſ
ſent. ſi autem non eſt ita ſed ſolus epiſcopus eſt
miniſter: neſcio cur non poſſit dici ꝙ Gregori⁹
cum fuerit homo et non deus errare potuerit.
¶ 10. quia videtur ꝙ proprius miniſter confir-
mationis ſit epiſcopus per illud quod dicitur ꝺ
conſecratione diſtinctione quinta. miniſter au-
tem minorum ordinum videtur eſſe ſimplex ſa
cerdos vt patet per illud quod dicitur extra de
ordinatis ab epiſcopo qui reſignauit epiſcopa-
tui capitulo primo.

QUantuz ad ar
ticulum tertium notandum ē
ꝙ circa concluſionem: difficul-
tatem facit ex vna parte quia
inſtituere eccleſie ſacramenta
et ea que de neceſſitate ſunt ſacramenti: perti-

net ad ſolam poteſtatem excellentie chriſti ſꝫ cōmunem theologorum doctrinam. quam poteſtatem vt communiter dicitur chriſtus hominibus non communicauit ſed ſibi reſeruauit q̄ꝫuis communicare potuerit. cum ergo miniſter ſit de neceſſitate ſacramenti qui ſacramentum conficiat et ſuſcipientibus conferat: videtur ꝙ inſtituere et determinare miniſtrum ſacramentorum ſolius ſit poteſtatis chriſti non alicuius hominis puri. Ex alia parte difficultatem facit quia confirmatio qua liniuntur baptizati chriſmate in fronte: eſt ſacramentum magnum vt magiſter dicit in littera et habetur de conſecratione diſtinctione quinta in capitulo de his vero et capitulo manus. cuius ſacramenti proprius miniſter eſt ſacerdos epiſcopus ita vt per inferiores etiam ſacerdotes perfici nō poſſit ſed irritum habeatur et vacuum ſi ab his hoc ſacramentum conferatur nec inter eccleſiaſtica reputabitur ſacramenta vt habetur in dicto capitulo manus. et tamen vt dicitur in capitulo peruenit nonageſima quinta diſtinctione Gregorius papa commiſit ſimplicibus ſacerdotibus ſacramentum cōfirmationis baptizatis miniſtrare. in quo facto videtur miniſtrum ſacramenti mutaſſe et nouum inſtituiſſe. quod Gregorius nequaq̄ꝫ feciſſet: niſi id de iure facere potuiſſet. nō enim fas eſt credere Gregorium in eo quod de neceſſitate eſt ſacramenti erraſſe. nam veritas ſacramentorum eccleſie concernit veritatem fidei in qua romanus pōtifex errare non poteſt iuxta promiſſionem domini dicētis Luce vigeſimo ſecundo. ſimon ecce ſathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum. ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua. quod inducens Bernardus ſcribens Innocentio pape. oportet inquit ad veſtrum referri apoſtolatuꝫ pericula queqꝫ et ſcandala emergentia in regno dei ea preſertim que de fide contingunt. dignum namqꝫ arbitror ibi potiſſimum reſarciri dāna fidei vbi fides defectum habere non poſſet. hec quippe prerogatiua eſt huius ſedis. cui eniꝫ alteri dictuꝫ eſt ego pro te rogaui petre vt non deficiat fides tua? hec Bernardus. Quia ergo vera ſunt que pro vtraqꝫ parte inducuntur et communi doctorum probātur ſententia: oportet vnum vel alterum dictum ſaniori intelligētia temperare. Unde circa primuꝫ dictum conſiderandum eſt ꝙ vt magiſter dicit in prima diſtinctione huius quarti: duo ſunt in quibus ſacramenta eccleſie conſiſtūt ſcilicet verba ⁊ res. hec enim intrinſece et ſubſtantialiter conſtituunt ſacramenta. vnde Auguſtinus dicit ſuper ioannem. accedit verbum ad elementum et fit ſacramentum. et quia propria et ſpecifica ac diſtincta ratio cuiuſcunqꝫ rei accipitur ex his que ſubſtantiam eius conſtituunt: inde eſt ꝙ cuiuſlibet ſacramenti ſunt determinate res et determinata verba quibus eſſentialiter perficitur et a ſingulis aliorum ſacramentoruꝫ diſtinguitur. miniſter autem ſacramentum cōferens q̄ꝫq̄ꝫ ſit cuilibet ſacramento neceſſarius: non tamen eſt pertinens intrinſece ad eſſentiam ſacramenti: ſed habet ſe ad illam extrinſece quod et generaliter commune eſt cauſis agentibus. ex quo fit vt non cuiuſlibet ſacramenti ſit proprius ⁊ determinatus miniſter ſed vnus ſit plurium nō ſolum vnitate nature ſed etiam vnitate ſtatus et ordinis eccleſiaſtici. immo vnus omnium ſacramentorum miniſter eſt ſicut ſacerdos epiſcopus. Simplex etiam ſacerdos miniſter eſt omnium ſacramentorum: preterq̄ꝫ ordinis ſacri ⁊ confirmationis. Unde videtur ꝙ determinatio miniſtri ſacramentoruꝫ non ſit ita propria et ſubſtātialis ſacramentis quemadmoduꝫ determinatio rerum et verborum ex quibus ſacramenta eſſentialiter conſtituuntur ſicut per materiam et formam. ac per hoc ꝙ nō eque pertineat ad poteſtatem excellentie chriſti determinatio miniſtri ſacramentorum ſicut rerum et verborum determinatio. Conſonant hec his que Sāctus Thomas dicit in hac diſtinctione queſtione ṗma articulo ſecundo ſub articulo tertio in corpore. quodlibet inquit ſacramentum determinat ſibi principale agens q̄ꝫ[m] ad neceſſitateꝫ ſacramenti: quia non habet efficaciam aliquaꝫ niſi ex auctoritate domini et merito ipſius. ſed nō quodlibet ſacramentum determinat ſibi miniſtrum quantū ad neceſſitatem ſacramenti: ſed quandoqꝫ ſolum q̄ꝫ[m] ad ſolemnitatem ſicut patet in baptiſmo. Quamobrem licet verum ſit prout communiter dicitur ꝙ poteſtatem excellentie circa inſtitutionem ſacramentorum chriſtus eccleſie aut eius prelatis non communicauerit: nihilominus probabiliter dici poteſt ꝙ determinationem miniſtri quorundam ſacramentoruꝫ commiſerit eccleſie et preſertim ſummo eius prelato vicario chriſti generali in terris. quemadmodum etiā commiſit legitimationem et determinationem perſonaruꝫ ad ſacra

mentum matrimonij contrahendū. non enim videtur minoris poteſtatis eſſe determinare ⁊ legitimare perſonas ad ſuſcipiendum ſacramētum q̄ ad illud conferendum. In ſacramento etiam penitentie per eccleſiam apponuntur cōdiciones quibus ſacramentum efficax ſit ⁊ non aliter. Unde videtur probabiliter dici poſſe ꝙ determinationem miniſtri in ſacramento baptiſmi: chriſtus preciſe non determinauerit ſed ꝙ ſummo eccleſie prelato id commiſerit. quia vt tenet conſuetudo eccleſie omnis homo ſine differentia ſtatus vel ſexus aut ordinis conferre poteſt ſacramentum baptiſmi. hoc autē nō videtur ex diuina inſtitutione expreſſe conceſſum. nam non legimus huius ſacramenti miniſterium fuiſſe cōmiſſum a chriſto alijs preterq̄ apoſtolis quibus dixit Mathei vltimo. euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. apoſtoli autem pro tunc omnes ſacerdotes erant a domino conſecrati in die cene quādo inſtituto corporis et ſanguinis ipſius ſacramento: dictum ē illis hoc facite in meam commemorationem. et inde videtur ꝙ eccleſia rationem ſumpſerit ordinandi ꝙ officium baptizandi competeret ſolis ſacerdotibus vt in capitulo conſtat de cōſecratione diſtinctione quarta. Et nonageſima tertia diſtinctione capitulo diacones. Qꝫ autē omnis vtriuſq̄ ſexus cuiuſcunq̄ gradus ſtatus vel condicionis ſit conferre poſſit ſacramentū baptiſmi verum et ratum atq̄ efficax non legitur a chriſto inſtitutum. vnde videtur ꝙ eccleſie ordinatione factum fuerit per poteſtatem ſibi a chriſto collatam vel ſpeciali reuelatione vel alias familiari traditione facta apoſtolis aut eccleſie prelatis. Et huic conſonat quod Sanct⁹ Thomas dicit infra diſtinctione vigeſima tertia queſtione ſecunda articulo primo ſub articulo primo in corpore ꝙ laicos baptizare poſſe in caſu neceſſitatis: eſt diuina diſpenſatione factum: vt nulli regenerationis ſpiritualis facultas deſit. non enim ſola humana auctoritate poſſet eccleſia id inſtituere eo ꝙ virtus miniſtri ſacramentorum ſupernaturalis ſit nec niſi diuina communicatione et infuſione ab homine potuit participari. Et cōfirmatur. quia inſtitutio ſacramentorum q̄ᵐ ad ea que ſunt neceſſitatis pertinet ad poteſtatem excellentie chriſti. Unde Sanctus Thomas tertia parte queſtione ſexageſima quarta articulo ſecundo ad primū illa inquit que aguntur in ſacramētis per homines inſtituta: non ſunt de neceſſitate ſacramenti ſed ad quandam ſolemnitatem que adhibetur ſacramentis ad excitandam deuotionem ⁊ reuerentiam in his qui ſacramenta ſuſcipiunt. ea vero que ſunt de neceſſitate ſacramenti: ab ipſo chriſto conſtituta ſunt qui eſt de⁹ et homo

¶ Conſimiliter autem videtur probabiliter dici ꝙ miniſter ſacramenti confirmationis non fuit preciſe determinatus a chriſto: ſed vel ſimpliciter vel quantum ad aliquid aut in caſu: ei⁹ determinatio fuit eccleſie id eſt ſummo eccleſie prelato aliquo dictorum modorum commiſſa. Forte enim vt petrus de palude dicit: chriſtus determinauit ꝙ eſſet ſacerdos: cuius tamen q̄litatem et ordinem commiſit determinandum ſummo eccleſie prelato. qui vt videtur ex capitulo de his vero cum duobus capitulis ſequentibus de conſecratione diſtinctione quinta decreuit miniſtrum ſacramenti confirmationis eſſe epiſcopum: non aliquem inferiorem nec etiam ſimplicem ſacerdotem. ita vt ſi hoc ſacramentum ab alio q̄ ab epiſcopo conferretur irritum fuiſſet et vacuum. que conſtitutio ortum videtur habuiſſe a tempore apoſtolorū qui ſoli hoc ſacramentum conferebant in primitiua eccleſia. Unde Actuum octauo legitur ꝙ paulus et ioannes fuerunt miſſi in ſamariam ad cōferendum ſacramentum cōfirmationis his qui a philippo baptizati fuerāt. nō enī philippus epiſcopus fuit ſed diaconus. vnde ſuper illud manus imponebant eodem capitulo dicit gloſa. philippus qui ſamarie euangelizabat: vnus dē ſeptem fuit. ſi enim apoſtolus eſſet: manus imponere poſſet vt ſpiritum ſanctum acciperent qđ ſolis epiſcopis licet. Et quia par in parem non habet imperium nec ſummus pontifex legibus predeceſſoris ſui artatur vt in capitulo ſignificaſti et capitulo innotuit dē electio. et vigeſima quinta queſtione prima capitulo ideo permittente: videtur ꝙ beatus Gregorius potuit poteſtatem dare ſacerdotibus non epiſcopis miniſtrandi ſacramentum confirmationis ac per hoc miniſtrum huius ſacramenti mutare prout habetur ī capitulo peruenit nonageſima q̄nta diſtīctione. Iſta probabiliter dicta ſint ſalua eccleſie determinatione ac maiorum ſententia ad factum beati Gregorij ſaluandū. Neq̄ enī putandum eſt ꝙ tantus vir magna ſciētia preditus ac ſanctitate: erraſſet concedens quod

non potuiſſet circa id quod ē de neceſſitate ſacri. nec ꝓpter ſcandalū vitandū fieri debuit aliquid contra veritatem ſacramenti que concernit veritatem fidei. nā iuxta Hieronimi ſentētiā poti⁹ ſcandalum naſci permittitur q̄ꝫ ꝙ veritas relinquatur. Ad ſenſum predictorum poſſunt accipi verba Sancti Thome tertia parte q̄ſtione. 72. articulo vndecimo ad primum vbi dicit ꝙ papa in eccleſia habet plenitudinē poteſtatis ex qua poteſt quedam que ſunt ſuperiorum ordinū cōmittere inferioribus quibuſdam ſicut aliquibus preſbyteris concedit conferre minores ordines quod pertinet ad poteſtatem epiſcopalem. et ex hac plenitudine poteſtatis conceſſit beatus Gregorius papa ꝙ ſimplices ſacerdotes hoc conferrent ſacramentum quamdiu ſcandalū tolletur. Hec Sanctus Thomas. Et videtur ꝙ plenitudo poteſtatis de qua hic loquitur Sanct⁹ Thomas: non ſolum ſit poteſtas ordinaria pape ſed ſimul cum ea etiam poteſtas ex ſpeciali chriſti cōmiſſione circa determinationem aliquorum que ſunt de neceſſitate ſacramentorum ad quam plenitudo poteſtatis pape ordinaria non ſe extendit. Unde Sanctus Thomas tertia parte queſtione. 64. articulo. 2. ad tertium. apoſtoli inq̄t et eorū ſucceſſores ſunt vicarij dei q̄ꝫ ad regimē eccleſie conſtitute per fidem et fidei ſacramenta. vnde ſicut non licet eis conſtituere aliam eccleſiam: ita non licet eis tradere aliam fidem nec inſtituere alia ſacramēta. ſed per ſacramēta que de latere chriſti pendentis in cruce fluxerunt dicitur eſſe fabricata eccleſia chriſti. voco autem plenitudinem poteſtatis ordinariam quam chriſtus petro et eius ſucceſſoribus cōmuniter tradidit. Ea autem que Sanctus Thomas dicit in primo opere videntur dicta ſm poteſtatis ordinarie plenitudinē. Sed quia difficile eſt videre quomodo papa de poteſtate ordinaria poſſit determinare miniſtrum ſacramenti propter rationes ſuperius tactas: ideo videntur accipienda ad ſenſum predictum ea que in ſecundo opere ſcripſit. Et ad hoc facit quod Sanct⁹ Thomas dicit tertia parte queſtione ſexageſima ſexta articulo. 6° in corpe. ſacramentū inquit habet efficaciā ab inſtitutione chriſti. et ideo ſi pretermittatur aliquid eorum que chriſtus inſtituit circa aliquod ſacramentum: efficacia caret niſi ex ſpeciali diſpēſatione eius qui virtutem ſuam ſacramentis non alligauit. Et ſimile ē quod dicit ſupra q̄ſtione. 64. articulo. 2° ad primum. ea vero inquit q̄ ſunt de neceſſitate ſacramenti: ab ipſo chriſto conſtituta ſunt qui eſt deus et homo. et licet non ſint omnia tradita in ſcripturis: habet tamen ea eccleſia ex familiari apoſtolorū traditione ſicut apoſtolus dicit prima Corinthiorum vndecimo. cetera cum venero diſponam. ¶ Quibus autem nō placuerit iſte modus dicendi: oportet vt dicant ꝙ chriſtus per ſeipſum inſtituit et determinauit miniſtrum baptiſmi eſſe omnem hominem cuiuſcūqꝫ ſtatus ſexus aut conditionis fuerit: quāuis hoc in ſcriptura ſacra expreſſe nō habeatur. et tunc neceſſe habent dicere ꝙ ex ordinatione eccleſie inſtitutio chriſti circa miniſtrum baptiſmi fuerit limitata et coartata extra caſum neceſſitatis ad ſolos preſbyteros. vt in capitulo conſtat. et capitulo diacones ſupra allegatis. et ꝙ eccleſia ſeu eccleſie prelatus poteſtatem habuit ad id ordinandum ex diuina cōmiſſione q̄litercūqꝫ facta. ¶ Rurſus q̄bus non placet quod dictū eſt de miniſtro confirmationis ſed ꝙ a chriſto fuerit expreſſe inſtitutus et determinatus: quia ſm iura ſupra allegata talis miniſter eſt epiſcopus et non aliquis inferior: oportet dicere vnum e duobus. Uel ꝙ beatus Gregorius diſpenſauit circa miniſtrum confirmationis pro illa vice ex familiari inſtinctu vel reuelatione ſpirituſſancti et ꝙ poſtea non licuit etiam ſummo eccleſie prelato talis diſpenſatio niſi facta fuiſſet illi conſimilis diuina reuelatio. Uel ſicut dicit Scot⁹ ꝙ beatus Gregorius potuit ad ſedandum ſcandalum quod pro tunc in illis partibus excitabatur: facere preſbyteros illius regionis epiſcopos ad hoc ſacramentum conferendum: non q̄ꝫ ad alios actus epiſcopales ita vt quilibet eorum vere confirmaret tanq̄ꝫ epiſcopus. et potuerunt ad id p̄fici epiſcopi: ipſis etiam et populis ignorantib⁹.

Quantum ad articulum quartum patet reſponſio ad omnia argumenta cōtra concluſionē per ea que dicta ſūt in notabili. ¶ Ad argumentum ante oppoſitū patet reſponſio ex ſupradictis.

## ❡Diſtinctio.viij.et.ix.

Circa octauam ⁊ nonā diſtictiões q̄ritur vtrū forma ſacramenti euchariſtie ſit conueniens.ſ.hoc ē corpus meū: et hic eſt calix ſanguinis mei.⁊ arguitur ꝙ nō.q̄ forma ſacramēti ſufficit ad perfectionē ſacramēti. vnde ſacramentum baptiſmi quandoq̄ perficitur ſolis verbis forme prolatis ⁊ omnibus alijs pretermiſſis.ſi ergo predicta verba ſint forma ſacramenti huius: videt̄ ꝙ aliquando hoc ſacramentum poſſit perfici his ſolis verbis prolatis ⁊ omnibus alijs pretermiſſis q̄ in miſſa dicunt̄. qđ tamen videtur eſſe falſum quia vbi alia verba ꝑtermitterētur: predicta verba acciperent̄ ex parte ſacerdotis proferentis in cuius corpus et ſanguinem panis ⁊ vinum non conuertuntur.nō ergo predicta verba ſunt forma huius ſacramenti conueniens. ❡In oppoſitū arguitur q̄ Ambroſius dicit in libro de ſacramentis ꝙ cōſecratio fit verbis ⁊ ſermonibus domini ieſu. nam per reliq̄ omnia que dicuntur: laus deo defertur.oratione petitur pro populo pro regibus pro ceteris. vbi autem ſacramentum conficitur: iam non ſuis ſermonibus vtitur ſacerdos: ſed vtitur ſermonibꝰ xp̄i. ergo ſermo xp̄i conficit hoc ſacramentum. ❡In hac queſtione erūt q̄ttuor articuli vt ſup̄.

Quantum ad p̄mum articulū ſit prima cōcluſio ꝙ euchariſtia eſt ſacramentum. Hanc cōcluſionem tenet Sāctꝰ Thomas in hac diſtin. 8ª.q.pª. articulo p̄mo ſub arti.primo. Et tertia parte.q. 63.articulo p̄mo. ❡Secūda concluſio eſt ꝙ euchariſtia eſt vnū ſacramentū. Hanc cōcluſionē tenet.S.Tho.in hac diſtin. vbi ſupra ſub.ar.2. Et tertia parte vbi ſupra arti.2. ❡Tertia concluſio eſt ꝙ forma cōſecrationis panis cōpleta ⁊ preciſa conſiſtit in his verbis.hoc eſt corpꝰ meū. Hanc cōcluſionē tenet.S.Tho.in hac diſti.q.2. arti. p̄mo ſub.arti.p̄mo et.2.Et tertia p̄te.q.78 arti.2°. ❡Quarta ꝯcluſio eſt ꝙ in hac oratione hoc eſt corpus meū: li hoc nō ſignificat determinate illud qđ demōſtrat quādo ꝓfert̄. Hanc cōcluſionē tenet.S.Tho. in hac diſtin. loco proxime allegato ſub.arti.4. ad p̄mū. Et tertia.p.q. 78.arti.5. ❡Quinta concluſio eſt ꝙ cōpleta forma conſecrationis ſanguinis eſt iſta. hic eſt calix ſanguinis mei noui et eterni teſtamēti myſteriū fidei qui pro vobis et ꝓ multis effundetur in remiſſionē peccatoꝝ. Hanc cōcluſionem tenet.S. Tho.in hac diſti.q.2.arti.2. ſub articulo p̄mo. Et tertia parte.q.78.articulo.3.

Quantum ad ſecundum articulū arguendū ē cōtra cōcluſiones. Et quidē cōtra primā cōcluſionē arguit Aureolus ꝓbando p̄mo ꝙ in probatione cōcluſionis incōuenienter dictū ſit ꝙ corpus xp̄i cū ſpeciebꝰ concurrat ꝑ modū vnꝰ virtutis ⁊ arguit ſic. q̄ illud quod eſt res ſacramēti: non eſt ſacramentum ſaltē nō eſt virtꝰ ſacramēti. q̄ ſm̄ te virtus q̄ cū elemēto eſt ſacramētū: nō eſt res ſacramēti. vnde in baptiſmo character et gratia non ſunt virtus ſacramenti eo ꝙ ſunt res ipſe ſacramēti. ſed corpus xp̄i eſt vere res ſignificata ꝑ ſacramentū euchariſtie. ſic enim diffinit cap̄lū cū marthe. de cele. miſſa. et de conſe. diſti. 2ª. cap̄lo in xp̄o. ꝙ res huiꝰ ſacramēti eſt duplex.ſ. corpus xp̄i et charitas i mēte fideliū. Similiter magiſter idem dicit in preſenti diſti. ergo intra ſacramētū euchariſtie nō ingredit̄ corpus chriſti ſed tantūmodo ſpecies et verba. ❡2°. arguit contra aliud dictum probando ꝙ ſpecies non ſint materia huius ſacramenti. q̄ illud non eſt materia huius ſacramēti: in quo recipitur primus effectus ſacramenti. non enim res ſacramēti recipitur in materia ſacramenti ſicut character baptiſmi non recipitur in aqua ſed in anima. ſed in ſpeciebꝰ panis recipitur prima res huius ſacramenti puta corpus chriſti. ergo ⁊c̄. ❡Confirmatur. quia ſm̄ te materia ſacramenti eſt illud quod recipit virtutem infuſam quā ponis agere inſtrumentaliter ſaltem ad primam rem huius ſacramenti. hic autem nulla eſt talis virtus. nam corpus chriſti nō eſt hoc modo virtus nec pars virtutis vt probatum eſt cum ſit res ſacramenti. ❡Confirmatur. quia diaconus non poteſt dici materia ordinis ⁊ ratio eſt quia recipit primum effectum ordinis. ergo cum ſpecies hoc modo primum effectū ſacramēti huiꝰ recipiant: ſunt eni tegumentū ſub q̄ virtꝰ diuina opat̄ ſalutē ſʒ Ambroſiū. q̄re nō ſūt proprie

proprie materia huius ſacramēti. ¶ .3°. arguit
ꝙ vſus huius ſacramenti eſt pars eſſentialis hu
ius ſacramenti. qꝛ illud quod facit aliquid circa
ſacramentum quod figurat: vere pertinet eſſen
tialiter ad illud ſacramentum. de ratione enim
ſacramenti eſt ꝙ efficit quod figurat. ſed ſic eſt
de comeſtione. quia licet ſacramentum habeat
primū effectum et rem ſacri puta corpus chriſti
non tamē habet ſecundum effectum qui eſt vni
tas ⁊ charitas fidelium. immo abſqꝫ ſumptione
ſacramenti non habent ſpecies ꝙ ſignificent ta=
lem vnionem fidelium ⁊ eccleſie cuꝫ chriſto. er=
go ⁊c̄. ¶ Confirmatur. quia illud quod non tā
tum ex deuotione ſed ex opere operato ſignifi=
cat ⁊ efficit id quod ſignificat: eſt vere ſacramen
tum. patet per diffinitionem ſacramenti quam
ponit magiſter. ſed acceptio et ſumptio corpo=
ris chriſti eſt huiuſmodi. non enim efficit quod
ſignificat ex deuotione ſumētis ſed ex opere o=
perato. pone enim duos habētes equalem actū
deuotionis. vnꝰ celebret miſſam ⁊ alius audiat.
in iſtis eſt inequalis fructus ſacramenti ſtāte eq
litate deuotionis. hec ille. ¶ Contra ſecundam
concluſionē arguit Aureolus probādo ꝙ iſtud
ſacramentum non ſit dicendum vnum vnitate
integritatis preciſe. quia vbi eſt ſola vnitas inte
gritatis: non eſt verum dicere ꝙ accipiēs vnam
partem accipiat totum. ſicut non poteſt dici ꝙ
habens manum habeat totum corpus. ſed reci
piens corpus domini: recipit vere totum ſacra=
mētum. vnde recipiēs baptiſmum et confirma=
tionem ⁊ ſolum corpus domini cum alijs ſacra=
mentis: vere dicitur ꝙ recipit omnia ſacramen=
ta. ⁊ iſta ratio eque probat ꝙ iſtud ſacramētum
non ſolum dicitur vnuꝫ vnitate refectionis. hec
ille in forma. ¶ Contra tertiam concluſionem
arguit Scotus probādo ꝙ non ſolum illa ver=
ba hoc eſt corpus meum: ſint preciſa forma con
ſecrationis corporis chriſti. primo qꝛ verba ſa=
cramentalia ex vi verborum debent ſignificare
illud quod efficitur ex vi ſacramēti. ſed ex vi hu
ius conſecrationis efficitur ꝙ ibi ſit verum cor=
pus chriſti. ergo verba ſufficienter ex vi propria
debent ſignificare proprie ibi contineri corpus
chriſti. ſed hec verba hoc eſt corpus meum pro
lata ſine precedentibus hoc non ſignificāt abſo
lute quia li meum ſignificatur referri ad perſo=
nam loquentis. qꝛ licet miniſter poſſit intende=
re vt loquatur in perſona chriſti: non tamē ꝓp=
ter hoc ſignificatum illorum eſſet: quia li meum
non demonſtraret corpus chriſti ſed corpus lo
quentis. ſicut ſi inciperem ſic loqui mea doctri
na non eſt mea: licet intenderem loqui in perſo
na chriſti: tamē ex vi verborum non habetur ꝙ
iſta doctrina ſit chriſti ſed illius qui loquit̄. ſicut
angelus quando loquebatur in pſona dei: ego
ſum deus abraham. ⁊ per conſequens non eſſet
propoſitio falſa pro ſenſu pro quo fieret. tamē
non erat proprie ſignificatuꝫ huius propoſitio
nis ꝙ li ego ſupponeret pro pſona dei. ¶ .2°. ar=
guit quia dicit Ambroſius de conſe. diſ. 2ª. pa=
nis eſt in altari. ſermo chriſti creaturam mutat.
conſecratio quibus verbis fiat attendite. accipi
te ⁊ edite ex hoc omnes. hoc eſt corpus meum.
vbi videtur coniungere illa verba ſcilicet accipi
te tanqꝫ verba conſecrationis. ſed nō eſt intelli=
gendum tanqꝫ ſicut eſſentialiter pertinentia ad
neceſſitatem conſecrationis: ſed tāqꝫ neceſſario
premittenda. ⁊ nō ſolum illa ſed plura alia pre
cedētia in canone: ex quibus poſſit ex vi ſermo=
nis haberi ꝙ iſta verba hoc eſt corpꝰ meum: di=
cuntur in perſona chriſti. vnde non ſine cauſa
eccleſia ita cōnectit totum canonem miſſe ꝙ ab
illo loco: cōmunicātes vſqꝫ ad illum locum: ſup
plices te rogamus omnipotēs deus: non eſt ali
qua oratio que non neceſſario cōnectat cum ꝑ=
cedente vel per copulam vel per coniunctionē
copulatiuam ſicut hanc ergo oblationem ⁊ hu=
iuſmodi. vel per nomen infinitum vt quā obla=
tionem et cetera. ⁊ qui pridie ꝙ ⁊c̄. ⁊ poſt conſe
crationem ſupra que propitio et c̄. vel per rela=
tionem vt ibi ſimili modo ⁊ c̄. hec Scotus in for
ma. ¶ Contra quartā concluſionē arguit Sco=
tus probādo ꝙ in hac oratione hoc eſt corpus
meum: li hoc demonſtret aliquid determinatuꝫ
ſcilicet vel in tēpore preſenti vel in futuro et nō
aliquid commune vtriqꝫ. primo quia licet non
oporteret ꝙ hoc pronomen hoc demonſtraret
aliquid pro determinato tēpore cui conueniret
tamen ſicut tu arguis ſignificatio orationis cō=
ſtituitur ex ſignificato partium ⁊ partes ſignifi=
cant quādo proferuntur. ideo ſm te etiam ne=
ceſſe eſt dicere ꝙ li hoc quando profertur: illud
ſignificat etiam quod tunc demōſtrat. tunc aūt
non videtur poſſe demonſtrare aliquid quod
non eſt tunc contentuꝫ ſub illis ſpeciebus. qꝛ ſic
poſſet dici hic ignis eſt aqua vel hoc corpus eſt
aqua loquendo de igne ſtatim conuertendo in
aquam. ⁊ faciendo talem demonſtrationem ad
ſenſum in obliquo ad intellectum ī recto et hoc
diſtinguendo corpus quod nunc eſt vel in pro
ximo erit. ſed non videtur rationabile dicere d̄
aere ſtatim corrumpendo ꝙ hoc corpus eſt ig=
nis. hec enim eſt ſimpliciter vera hoc corpus eſt

aer. ⁊ de eodem nō dicitur ſimul ignis ⁊ aer. igitur. ¶.2°. quia ſi tunc ſignificāt partes orationis quādo proferuntur et ex ſignificatis earum hoc modo acceptis eſt ſignificatum totius orationis ſm ꝙ accipitur: oportet dicere ꝙ li eſt qn̄do profertur ponat ſignificatum ſuum pro preſenti quod ſignificat. ſubiectum autem pro alia parte diſiunctionis: nō accipitur pro aliquo eodem tēpore cum illo quod importatur per copulatiuaꝫ. ergo ſignificatio totius illius orationis non refertur ad aliquod idem tēpus vel inſtans. ¶.3°. quia diſiunctiua non ponit alteraꝫ partem determinate: ſed eſt fallacia conſequentis. ergo ſi ſtat diſiunctiue: non determinate ponit reſpectu predicati vnam ſcilicet hoc quod in proximo erit ſub iſtis ſpeciebus ſicut nec alterā ſcilicet quod nunc eſt ſub iſtis ſpeciebus. ⁊ ſic nō efficitur per iſtam orationem ſm te niſi vt ipſa ē vera. ergo per iſtā non efficitur magis illud qđ erit q̄ illud ꝙ nūc eſt ſub iſtis. ¶ 4°. arguit Aureolus probādo ꝙ hoc pronomen hoc non demonſtret aliquid partiale immo aliquid totale ita ꝙ demonſtrat non ſolum ſubſtantiā ſed quātitatem ⁊ accidentia cum totali ratione quantitatis. primo ſic. illud demonſtratur per hoc pronomen hoc: quod reſpondetur ad queſtionem factam per quid eſt hoc. iſta probatur. qꝛ de ſignificato interrogatiuorum non habemus certitudinē niſi per ſignificatum reſponſiuorum. ſed querendo quid eſt hoc: non reſpondetur aliqđ partiale ſed totum. poſſum enim querere quid eſt hoc vel quale eſt hoc vel quantū eſt hoc. ſed cum queritur quid eſt hoc: reſpondetur tā ſubſtantia q̄ quantitas ⁊ q̄ qualitas. ergo abſolute loquendo li hoc claudit omnia ſub ſe ⁊ econtra. Confirmatur per Ariſtotelem ⁊ commentatorem. 7°. metha. qui per hoc probant ꝙ ſubſtātia ē prior: quia per prius reſpondetur ad queſtionem factam per li hoc. ¶.5°. arguit contra concluſionem in hoc ꝙ ponit corpus chriſti eſſe ſub ſpeciebus per modum contenti. qꝛ vt dicit hoc falſum eſt. item qꝛ li hoc nō habet per ſe demonſtrare aliquid contentuꝫ ſed aliquid per ſe determinatum ad ſitum. hec aureolus in forma

¶ Contra quintam concluſionem arguit Durandus probando ꝙ in iſtis verbis: hic eſt calix ſanguinis mei: contineatur tota forma cōſecrationis ita ꝙ eis dictis ⁊ non alijs ſequētibus: vere eſſet ſanguis chriſti ſub ſpeciebꝰ vini. ⁊ arguit ſic. quia in illis verbis preciſe continetur forma conſecrationis ſacramēti: que ſunt ſignificatiua ⁊ expſſiua totalis effectus contētū in ſacramēto. ſed huiuſmodi ſunt hec verba: hoc ē corpꝰ meū reſpectu conſecrationis panis: et hic ē calix ſanguinis mei reſpectu cōſecrationis vini. ergo in his verbis conſiſtit preciſe forma ſacramēti. maior patet qꝛ hoc ſacramentum conſiſtit in conſecratione materie. ⁊ minor ſimiliter quia quicqđ eſt in conſecratione: totum ſufficienter exprimitur per illa verba. ¶ Confirmatur. quia ſm omnes doctores ſacramēta noue legis efficiunt qđ ſignificant. ſed predicta verba: hoc ē corpꝰ meū ⁊ hic eſt calix ſanguinis mei: cum dicantur recitatiue vt prolata per chriſtum: ſignificāt corpꝰ ⁊ ſanguinē chriſti eſſe ſub ſpeciebus panis et vini. ergo illa ſola verba ſufficiūt q̄tum eſt de neceſſitate ſacramenti. Ad hec duo inquit reſpondent quidam per interemptioneꝫ maioris vtriuſqꝫ rationis. qꝛ ſi aliquis dicat ego baptizo te ⁊ nihil plus: non eſt puer baptizatus niſi addatur in nomine patris et cetera. ⁊ tamē totus effectꝰ baptiſmi ſignificatur in primis verbis ſiue ſecūdis. et ſimiliter in propoſito q̄uis per illa verba ſignificetur quicquid continetur in ſacramento euchariſtie: non tamen oportet ꝙ alia non ſint de neceſſitate ſacramenti vel forme ſacramenti. Sed hec reſponſio parum valet. qꝛ cuꝫ effectus ſacramenti ſit a deo ⁊ non a ſacramētis niſi ſicut a ſigno vel ſicut a cauſa ſine qua non: ideo forme verborum debent ſignificare effectum ſacramenti eſſe a deo. quod fit per inuocationem trinitatis vel diuini nominis in omnibus ſacramētis que conſiſtunt in applicatione ad ſuſcipientem vt ſunt omnia ſacramēta preter euchariſtiā in quo ſignificatur corpus ⁊ ſanguis chriſti eſſe ſub ſpeciebus ſacramēti virtute diuina per hoc ꝙ verba conſecrationis recitantur vt prolata a chriſto. cum ergo dicatur cōmuniter ab omnibꝰ doctoribus ꝙ ſacramenta efficiunt id quod ſignificant ⁊ ꝙ forme ſacramentorum ſunt ille que ſignificant effectum ſacramenti: ſubintelligitur quādo ſignificant illum effectum eſſe a deo modo quo dictum eſt. ¶.2°. arguit ſic. forma conſecrationis corporis conſiſtit eſſentialiter in his verbis preciſe hoc eſt corpus meū. nec de eēntia huius forme eſt li enim ibi interpoſitum cum dicitur hoc eſt enim corpus meū. ⁊ hoc tenēt omnes doctores. ergo ſimiliter forma conſecrationis ſanguinis cōſiſtit eſſentialiter in his verbis hic eſt calix ſanguinis mei. nec de eſſentia forme eſt aliquid ei appoſitum. conſequētia patet. qꝛ nō minoris efficacie ſunt hec verba: hic eſt calix ſanguinis mei ad tranſubſtantiādum vinum in ſanguinem chriſti: q̄ ſint hec verba: hoc eſt cor-

pus meum ad tranſubſtātiandū panem in cor-
pus chriſti. ergo et cetera. ¶. 3°. arguit qꝛ gre-
ci conficiunt vere ſacramentū eucharistie ſicut ⁊
latini. nec vnq̄ inuentum eſt ꝙ eccleſia romana
ſenſerit grecos non vere conficere. ſed greci in
conſecratione ſanguinis nō ponunt omnia ver
ba q̄ ponit romana eccleſia: maxime ab illo ver-
bo noui ⁊ eterni teſtamenti vſq̄ ad finem. ergo
illa verba non ſunt de eſſentia forme qꝛ omiſſio
illorum euacuaret conſecrationem. quare et c̄.
minor patet. qꝛ forma conſecrationis corporis
ſm̄ grecos prout cōtinetur in miſſali beati Ba-
ſilij quā angelo dictante accepit vt dicitur ⁊ pro
ut in canone predicte miſſe de verbo ad verbū
habetur ſicut nos fecimus corā nobis legi ⁊ ex-
trahi eſt iſta. accipite comedite hoc ē corpꝰ meū
quod pro vobis tradetur in remiſſionem pecca
torū. verba autē cōſecrationis ſanguinis prout
in eodem canone continetur ſunt iſta. bibite ex
eo omnes. hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti
qui pro vobis et ꝓ multis effundet̄ in remiſſio-
nem peccatorū. ex quibus apparet ꝙ forma gre
corum in conſecratione corporis chriſti non ha
bet enim ſicut nos habemus. habet tamē quod
pro vobis tradetur in remiſſionem peccatorū
quod nos non habemus. in conſecratione ve-
ro ſanguinis forma grecorum non habet eter-
ni nec myſteriū fidei nec calix que tamen omnia
nos habemus. vnde non videtur cum ipſi vere
conſecrent ſicut ⁊ nos: ꝙ omnia que nos habe-
mus ⁊ omnia que ipſi habent ſint de eſſentia for
me alioquin nec ipſi nec nos vere conſecramus.
quid autem veritatis habeat vtraq̄ opinio: ad
uertēdum eſt ꝙ quicquid ponitur in forma ver
borum qua vtitur romana eccleſia ſiue antece-
denter ſiue conſequenter: totum continet veri-
tatem: q̄uis non totum ſit de intraneitate for-
me. quod enim ꝑmittitur ꝙ ieſus eleuatis ocu-
lis in celum gratias agēs benedixit et c̄: q̄uis nō
habeatur in textu euāgelico pro tempore quo
chriſtus hoc ſacramētum inſtituit: tamē ex alijs
locis euāgelij poteſt hoc comprobari. ſi enim in
reſurrectione lazari Jeſus eleuatis oculis ſur-
ſum gratias egit patri: probabilius eſt ꝙ ſimile
fecerit ⁊ dixerit quādo panem ⁊ vinum in ſuum
corpus ⁊ ſanguinem tranſubſtātiauit. hec tamē
non ſunt de ſubſtātia forme ſed quedam ante-
cedentia. quod autem additur eterni ⁊ myſte-
rium fidei: vtriq̄ verū eſt. quia nouum teſtamē-
tum quod chriſti ſanguine confirmatū eſt eter-
na promittit: ſicut vetus teſtamentum promite
bat temporalia. dicitur etiā myſterium fidei: qꝛ
aliud exterius viſibiliter cernitur ⁊ aliud inuiſi-
biliter continetur. et ſic exponitur extra de cele.
miſ. ca° cum marthe. iſta tamē nō ſunt de eſſen-
tia forme ſicut nec antecedentia ſed ponuntur
ad excitationem deuotionis ⁊ ad exprimendū
fructū dominice paſſionis. quis enim dicit ꝙ illō
verbum myſteriū fidei ſit de eſſentia forme cō-
ſecrationis ſanguinis: cum equaliter conueniat
cōſecrationi panis ſicut cōſecrationi vini. vtro-
biq̄ enim aliud viſibiliter cernitur ⁊ aliud inuiſi
biliter cōtinetur. Itē ſi illud quod additur no-
ui ⁊ eterni teſtamenti vſq̄ in finem eſſet de ſub-
ſtantia forme conſecrationis vini: fortiori ratio
ne de ſubſtantia forme conſecrationis panis eēt
non ſolum hoc eſt corpus meum: ſed etiam qđ
pro vobis tradetur. hanc enim determinationē
expreſſius ponunt euangeliſte q̄ aliā. conſtat
autem ꝙ nullus dicit ꝙ de ſubſtantia forme cō-
ſecrationis ſit illa determinatio qđ ꝓ vobis tra-
detur. quare vt videtur de ſubſtātia forme con
ſecrationis vini nō eſt illa alia determinatio: no
ui ⁊ eterni teſtamenti ⁊c̄. eſt tamē de neceſſita-
te precepti eccleſie. ⁊ ideo totum ſub eodem ri-
tu profertur. ¶. 4°. arguit quia verba pertinē-
tia ad vſum huius ſacramenti: magis pertinent
ad integritatem forme q̄ verba pertinentia ad
eius effectum. quia inter hoc ſacramentū quod
conſiſtit in conſecratione materie ⁊ eius effectū
vſus eſt medius. ſed verba pertinentia ad vſū
non ſunt de integritate forme: vt illud accipite
⁊ mādūcate: vel illud accipite ⁊ bibite. ergo mul
to minus verba pertinentia ad eius effectū. ta-
lia autem ſunt illa que adducuntur vt noui te-
ſtamenti vſq̄ in remiſſionem peccatorū. ergo
non ſunt de eſſentia forme. ¶. 5°. arguit contra
probationem concluſionis ꝙ non valeat. quia
cum dicitur ꝙ de integritate orationis eſt totū
illud incluſiue vſq̄ in remiſſionem peccatorum
cum ſit determinatio predicati: ergo eſt de inte-
gritate conſecrationis ac per hoc de eſſentia for
me. hoc ſiquidem nō valet quia etiam determi-
natio predicati eſt hoc: quod pro vobis trade-
tur. ⁊ tamen non eſt de eſſentia forme conſecra
tionis panis. ¶. 6°. ad idē. quia cum arguitur
ꝙ ſub eodem ritu profertur a principio vſq̄ ad
finem dicendo: hic eſt calix ſanguinis ⁊c̄. vſq̄ in
remiſſionē peccatorum: quod non fieret niſi to
tum pertineret ad formā conſecrationis. hoc ſi-
quidem non valet quia non quecunq̄ proferū
tur eodē ritu ſunt de eſſentia ſicut accepit et hu
iuſmodi que non ſunt de eſſentia. ¶. 7°. arguit
ad idem Aureolus quia ſicut hoc quod dicitur

noui et eterni teſtamēti eſt determinatio forme
qua ſanguis conficitur: ſic hoc quod pro vobis
tradetur eſt determinatio forme qua corpꝰ cō-
ficitur. quod pōt expreſſe probari per illud pau
li. pª. Corin. 11°. ⁊ per euāgelia. ſed eccleſia a for
ma qua conficitur corpus abſtulit hoc quod di
co quod pro vobis tradetur ac per hoc non eſt
de eſſentia forme. ſimiliter eſt dicendum de hoc
qđ dicitur noui ⁊ eterni teſtamenti reſpectu for
me qua conficitur ſanguis. ergo ⁊c. ¶. 8°. quia
eccleſia tenet ꝙ greci vere conficiunt. qui tamē
vtuntur preciſe forma quam tradit paulus. hic
calix noui teſtamēti eſt in meo ſanguine. ¶. 9°.
arguitur ab aliquibus probando ꝙ verba non
ſint đ eſſentia huius ſacramēti ſic. quia nihil trā
ſiens eſt de eſſentia alicuius permanētis. ſed ſa-
cramētum eucharıſtie eſt quid permanens. per
manet enim quādiu remanēt ſpecies. verba autē
cōſecrationis trāſeunt in vltimo inſtāti ꝓlatio-
nis verborum. ergo ⁊c.

Quātum ad ter-
tium articulum primo notādū
eſt ꝑut Sāctus Thomas dicit
in hac diſ. q. 2. ar. pº. ſub. ar. pº.
in cor. ꝙ per formam cuiuſlibet
ſacramenti exprimitur id in quo ſubſtātia ſacra
menti conſiſtit. ſicut in forma baptiſmi ablutio
exprimitur qua baptiſmi perficitur ſacramētū.
⁊ huius ratio eſt quia forma ē que principaliter
ſubſtātiā rei conſtituit. vnde qꝛ ſacramētum no
ue legis ſubſtātialiter eſt ſignū rei ſacre cuius
cauſa exiſtit: cōſequēs eſt ꝙ forma ſacramēti ſig-
nificet ⁊ exprimat id in quo ſubſtātia ſacramenti
conſiſtit. qꝛ ergo forma ſacramēti eucharıſtie ex
preſſe ſignificat conſecrationē ⁊ trāſubſtātiatio
nē materie. ſ. panis ⁊ vini: ſequitur ꝙ ſubſtantia
huius ſacramēti in materie cōſecratione cōſiſtat
in quo primo differt ſacramētum eucharıſtie ab
omnibꝰ alijs q̄ cōſiſtunt in vſu ſeu applicatione
ad ſuſcipiētē ſacramētum. quēadmodum et per
verba que ſunt forme ſacramētorū exprimitur
vt in baptiſmo cum dicitur ego te baptizo ⁊c. et
in confirmatione conſigno te ſigno crucis ⁊c. et
conſimile eſt de alijs. Aduertēdum tamen eſt ꝙ
vt accipi pōt ex dictis Sancti Thome in vtroq̄
opere: materia in ſacramēto eucharıſtie duplex
eſt. vna propria. ſ. panis triticeus ⁊ vinū vitis.
alia eſt materia dicta per ſimilitudinē. ſ. panis et
vini ſpecies poſt illorū trāſubſtātiationē in cor-
pus ⁊ ſanguinē chriſti remanētes. ⁊ dicūtur hu-
iuſcemodi ſpecies materia ſacramēti per ſimili-
tudinē: qꝛ ſimilitudinē gerūt proprie materie. ſ.
panis ⁊ vini ⁊ vices eorum habēt q̄tum ad eſſe
⁊ agere ac pati. Cū ergo dicimus ꝙ hoc ſacra-
mētum cōſiſtit in conſecratione materie: vtroq̄
modo verificari pōt: aliter tamē ⁊ aliter. nā con
ſecratio materie ꝓprie dicte. ſ. panis et vini: in-
telligitur ipſa eorum tranſubſtātiatio in verum
corpus ⁊ ſanguinē chriſti. conſecratio vero ma
terie dicte per ſimilitudinē. ſ. ſpecierum remanē-
tium: intelligitur ipſa eorum ſanctificatio ex cor
pore ⁊ ſanguine chriſti participata q̄ ipſis ſpecie-
bus teguntur ⁊ in eis per modum ſacramēti cō
tinētur. Et ex hoc accipitur alia differētia. qꝛ pa
nis et vinum ſunt materia huius ſacramēti ex q̄
ſm ꝙ prepoſitio ex dicit ordinē: que tñ non re-
manet ſacramēto cōfecto. ſpecies vero ſacramē
tales dicuntur materia non ex qua ſed in qua: ⁊
hec remanet poſtq̄ ſacramētum conficitur. Et
de iſta materia intelligēdū eſt qđ Sāctus Tho-
mas dicit. 3ª. p. q. 73. ar. pº. ad. 3m. cum ait. et ex
hoc etiā conſequitur alia differētia. nā in ſacra-
mēto eucharıſtie id quod eſt res ⁊ ſacramētum
eſt in ipſa materia: id autē quod ē res tātum eſt ī
ſuſcipiēte. ſ. grā que confertur. hec ille. De ma-
teria vero proprie dicta que eſt panis et vinum
loquitur infra. q. 75. ar. 2. ad. 2m. vbi dicit ꝙ in
alijs ſacramētis manet ſubſtātia materie nō aūt
in iſto. ſ. eucharıſtie. ¶ Differt ſecūdo hoc ſacra
mentum ab alijs: qꝛ in alijs vſus ſacramēti. i. eiꝰ
applicatio ad ſuſcipiētem ſacramētū: eſt de ne-
ceſſitate ⁊ perfectione ſacramēti. in hoc autē ſa-
cramēto tota perfectio ſacramēti ē conſecratio
materie. vſus vero non eſt de eſſentia ſacramē-
ti. vnde ⁊ verba que in canone miſſe ad vſum ꝑ
tinent: non ſunt de forma huius ſacramēti: ſicut
accipite ⁊ manducate ⁊ bibite. ¶ Tertio differt
hoc ſacramētum eucharıſtie ab alijs: qꝛ eſt cau-
ſa ſanctitatis vere ⁊ proprie dicte non ſolum in
ſuſcipiēte ſacramentum: ſed in ipſa re ſacramēti.
alia vero ſacrā ſunt cauſa ſanctitatis vere ⁊ pro
prie dicte tātummodo in ſuſcipiēte qui ē ſubie-
ctum capax ſanctitatis proprie dicte. dicitur aūt
hoc ſacramētum cauſa ſanctitatis in re ſacramē
ti que eſt verum corpus et ſanguis chriſti: non
abſolute ⁊ ſimpliciter ſed ſm ꝙ eſt ſub ſacramē-
to. verba enim forme nec efficiunt corpꝰ xpi aut
ſanguinem eius eſſe ſimpliciter nec eſſe ſanctum
ſed faciunt ſicut cauſa inſtrumentalis ꝙ corpus
chriſti ſanctiſſimum ⁊ ſanguis eius ſanctiſſimus
ſit ſub hoc ſacramēto. ¶ Quarto differt quia in
alijs ſacramētis res ſacramēti ſiue ſit res tm̄ ſi-
ue ſit res ⁊ ſacramētum: eſt in ſuſcipiēte ſacramē

tum ſubiectiue. ꝛ huius ratio eſt qꝛ alia ſacramē
ta perficiuntur in acceptione vl' collatione ipo-
rum prout Sanctus Thomas notat in hac diſ.
q.pª.ar.pº.ſub.ar.pº ad.5m. in hoc autem ſacra-
mēto: pꝛima res que eſt res ꝛ ſacramētū non eſt
in ſuſcipiēte ſacramētum ſed in eo quod rema-
net loco materie.ſ. in ſpeciebus ſacr'alibꝰ: q̄uis
non ſicut in ſubiecto ſed ſicut in ſacr'o. ¶ Quin-
to differt hoc ſacramētū ab alijs: qꝛ foꝛme alio-
rum ſacramentoꝛum pꝛoferuntur ex pſona mi-
niſtri ſiue per modum exercētis actum ſicut cū
dicitur ego te baptizo vel ego te confirmo. ſiue
per modum imperātis ſicut i ſacramento oꝛdi-
nis dicitur accipe poteſtatē ꝛc. ſiue per modum
depꝛecātis ſicut in ſacramento extreme vnctio-
nis dicitur per iſtā vnctionē ꝛ noſtrā interceſſio
nem ꝛc. ſed foꝛma huius ſacramenti pfertur ex
perſona chꝛiſti loquētis. ex quo datur intelligi
q miniſter in perfectione huius ſacramēti nihil
agit niſi q pꝛofert verba chꝛiſti put Sāctꝰ Tho
mas inquit.3ª.p.q.78.ar.2.in coꝛ. quod intelli
gi debet in ſenſu quem habuit in pꝛimo opere i
hac.ſ.diſ.q.2.ar.pº.ſub.ar.3.in coꝛ. dicitur eniʒ
miniſter in hoc ſacramēto nihil agere niſi q pꝛo
fert verba xpi. non quin ſimul cum platione ver
boꝛum xpi habeat virtutem inſtrumētalē ꝛ effe-
ctiuā eius quod verba ſignificāt ꝛ efficiūt. alias
miniſter huius ſacramenti minus haberet virtu
tis ſupernaturalis ad conficiēdum hoc ſacramē
tum q̄ alioꝛum ſacramētoꝛū miniſtri quod fal-
ſum eſt cum ſit dignioꝛ ꝛ ſacratioꝛ ceteris ſacra-
mentoꝛum miniſtris. ſed dicitur nihil amplius
agere: qꝛ non habet alium actum exterioꝛē quē
exerceat ſicut eſt in alijs ſacramētis pꝛout in ſe-
quenti notabili magis explicabitur. Unde ꝛ lo-
co pꝛoxime allegato.ar.3. in reſpōſione ad.9m.
virtus inquit inſtrumētalis ad faciēdā pꝛedictā
conuerſionem: non tātum eſt in verbo vel in ſa
cerdote ſed in vtroq incomplete. qꝛ nec ſacer-
dos ſine verbo nec verbum ſine ſacerdote cōfi-
cere pōt. ꝛ qꝛ ſacerdos ē ſimilioꝛ pꝛincipali agē-
ti q̄ verbum quia gerit eius figurā: ideo ſimpli-
citer loquendo ſua virtus inſtrumētalis eſt ma
ioꝛ ꝛ dignioꝛ. vnde etiā permanet ꝛ ad multos
huiuſmodi effectus ſe habet. virtus autē verbi
trāſit ꝛ ad ſemel tm̄ eſt. hec. S. Tho.

¶ **Secundo** Notādum eſt pꝛout Sāctus Thomas de
ducit in hac.8.diſ.q.2.ar.pº.ſub.ar.3º.in coꝛ. q
miniſter in ſacramētis dupliciter operatur. vno
modo verbo pꝛonunciāſ. alio modo actum ali
quem exterioꝛem exercēs vt in baptiſmo patet.
et vtrumq iſtoꝛū eſt ſacramentalis cauſa eius
quod diuina virtute que in ſacramētis latet pfi-
citur. cauſa autem ſacramētalis ſignificādo effi-
cit. vnde in alijs ſacramētis in quibꝰ vtroq mo-
do miniſter operatur: opoꝛtet q verba pꝛolata
ſignificēt actum exercitum ꝛ actus exterioꝛ ſig-
nificet interioꝛem effectū vt in baptiſmo patet.
quia ablutio exterioꝛ quā verba foꝛme exp̄mūt
ſignificat interioꝛem ablutionem quam diuina
virtus perficit in ſacramento latēs. vbi ergo mi
niſter non operatur niſi verba pnunciās: opoꝛ-
tet q verboꝛum ſignificatio immediate ad hoc
quod efficitur referatur. in hoc autem ſacramē-
to cuius perfectio in ipa materie conſecratione
conſiſtit: non habet miniſter actum niſi pꝛonun
ciationem verboꝛum ſicut nec in aliqua alia ma
terie ſanctificatione. vnde opoꝛtet q verba foꝛ
me ſignificent hoc quod virtus diuina in ſecre-
to facit. hoc autem eſt eſſe coꝛpus xpi ſub ſpecie
bus illis. hec ille. Ex quibus infertur q actus a
miniſtro huius ſacramenti exercitus ſicut eſt cō
municare ſeu diſpenſare coꝛpus et ſanguinē xpi
ſuſcipientibus ſacramentum qui actus pertinet
ad vſum ſacramēti actiue: non eſt de eſſentia ſa
cramēti nec pertinet ad pꝛimā ipius perfectionē
que conſiſtit in conſecratione materie que ē to-
ta ſubſtātia ſacramēti. Ueruntamē talis actus
exercitus pertinet ad ſecundā perfectionem ſa-
cramenti q̄ ſe habet ad pꝛimā ſicut operatio rei
ad foꝛmā vel naturā eius put Sāctꝰ Thomas
dicit loco ſupꝛa allegato ſub.ar.2.ad.pm. ea ra
tione quia talis vſus pertingit ad hoc ad quod
ſacramētum inſtitutum eſt. Et idē dicit.3ª.p.q.
78.ar.pº.ad.2m. Unde cū magiſter dicit in hac
diſ. ex verbis Ambꝛoſij q conſecratio huiꝰ ſacri
his verbꝭ fit. accipite ergo ꝛ comedite ex eo om-
nes hoc ē coꝛpꝰ meū: ꝛ iterū accipite et bibite ex
hoc omēs hic ē ſanguis meus: loquit' de conſe-
cratione q̄m ad vtrāq perfectionē. pꝛimā.ſ. que
eſt de ſubā ſacramēti: ꝛ ſecūdā que ptinet ad eiꝰ
operationem pꝛout. S. Doc. exponit in hac diſ.
loco pxime allegato ad.pm. Et.3ª.p. loco pꝛo-
xime allegato.

¶ **Tertio** Notandum eſt ſicut accipi pōt ex dductione. S. Tho.
i hac diſ.q.2ª.arº.pº.ſub.arº.4º.ad.pm. Et.3ª.
p.q.78.ar.4. in coꝛ. q ſacra noue legis id effi-
ciūt qd figurāt ſeu deſignāt. ex quo ſequit' q ver
ba q̄ ſunt foꝛme ſacramētoꝛū nō ſolū ſint ſignifi
catiua rei ſignate: ſed etiā factiua. vnde hn̄t ſe ſi-
cut voces cōceptionis pꝛatice q̄lia fuerūt verba
de qbꝰ pꝓheta ait. ipe dixit ꝛ facta ſunt. et gene.

p̄mo. dixit deꝰ fiat lux ⁊ facta ē lux. huiuſcemodi
autē verborũ veritas non preſupponit entitatē
rei ſed ipſam facit ⁊ eã precedit naturaliter ſicut
cauſa ⁊ ſi ſimul ſint tēpore. verba igitur cōſecra
tionis q̄ ſunt forme in ſacr̄o euchariſtie: ſimul tē
pore ſunt ⁊ ſignificatiua ⁊ factiua rei ſignate. or
dine tñ nature factio ſcilicet ꝯuerſio ſignificatio
nē ſequitur prout Sãctꝰ Thomas notat in hac
diſ. q. 2. ar. 3. ad. 6ᵐ. Et. 3ᵃ. p. loco ꝓxime allega
to ad. 3ᵐ. ſignificatio autē et veritas locutionis
q̄ in prolatione vltime dictionis completur: cō=
ſurgit ex ſignificationibus partiũ ſucceſſiue p̄ce
dētium. non ſicut ex partibus ipſam componēti=
bus: ſed ſicut ex diſpoſitionibꝰ materialibus ad
ipſam diſponētibꝰ. nã ipſa orationis ſignificatio
ſimplex ē aliquid vnum ſignificãs q̄uis ſit reſul
tãs ex precedētibus conſignificationibꝰ dictio=
nũ. quēadmodũ philoſophꝰ dicit in. 5°. methaᶜ
ꝙ ſenariꝰ numerus non ē bis tria ſed ſemel ſex.
vnde ſicut ad naturaʒ ſenarij ſe hñt partes eius
vt diſpoſitiones materiales et non ſicut partes
vniꝰ qualitatis totius: ita ſignificationes dictio
num ſunt diſpoſitiones materiales totius ora=
tionis q̄ conſurgit completiue ex ſignificatione
vltime partis in ordine ad omnes p̄cedētes ꝓ=
ut Sãctꝰ Thomas dicit loco p̄allegato. ¶ Ex p̄
miſſis inferimus contra imaginationē quorun=
dã ꝙ in conſecratione euchariſtie partes oratio
nis nō hñt ſimpliciter ⁊ complete ſuuʒ ſignifica=
tum quãdo proferuntur: ſed in prolatione vlti
me dictionis. probatur hoc. quia ſignificata di=
ctionum in oratione conſecrationis habent de
pendentiam et ordinem ad ſignificatum vltime
dictionis q̄ illa complet et perficit per modũ vl=
time differentie ad quam ſe habent ſicut diſpoſi
tiones materiales prout dictum eſt ſupra. vnde
ſicut ratio materie per formã perficitur et cōple=
tur: ita et ratio ſignificatiua omnium dictionuʒ
precedentium vltimã; cōpletur et terminatur p
ſignificatũ vltime dictionis ex qua in ordine ad
precedentes reſultat totius orationis ſignifica
tio. ergo quãdo quelibet dictionum preter vlti
mã in oratione cōſecrationis ꝓfertur: nondum
habet ſui ſignificati complementum ſed eſt i pē=
dēti vſq; ad vltimã dictionem per quã comple=
tur. ac per hoc nec pro tunc determinat ſibi tem
pus cōſignificatuʒ: ſed veritatē locutionis refert
ad inſtans prolationis vltime dictionis. quem=
admodum ſi dicam nũc taceo: aduerbiũ nũc nō
facit demonſtrationem temporis in quo ꝓfer=
tur nam ſic falſum eſſet dictum: ſed facit demon
ſtrationem pro vltimo inſtanti locutionis fini=
tē. vnde cum dicitur hoc eſt corpus meum: pro=
nomē hoc non determinat ſubiectuʒ orationis
pro tempore vel inſtanti in quo profertur. et pa
ri modo verbum eſt non copulat pro tempore
in quo profertur ſed vtrũq; refertur ad inſtans
vltime dictionis ex cuiꝰ prolatione in ordine ad
precedētes dictiones reſultat ſignificatio facti=
ua ⁊ preſignatiua primi effectus ſacramenti. q̄ li
cet non precedat ipſum effectum tempore eo ꝙ
tranſubſtãtiatio fiat in inſtanti: precedit tamen
ordine nature. Unde Sanctꝰ Tho. infra diſ. 11ᵃ.
q. p̄ᵃ. ar. 3. ſub. arti. 2. arguit ſic p̄mo loco. Hec
conuerſio fit virtute verborum. ſed verba non
poſſunt aliquid facere niſi dum ſunt. ergo cũ ha
beant eſſe in ſucceſſione: videtur ꝙ ſucceſſiue cō
uerſio predicta fiat. ecce argumentum. ſequitur
reſponſio. Ad primũ ergo dicendũ ꝙ verba for
me hñt ſcr̄alē virtutem. vnde nō efficiũt niſi qđ
ſignificant. et ideo cum ſignificatio illius forme
non ſit perfecta niſi in vltimo inſtanti: tunc habʒ
efficaciam ſuam. hec ille. Et idem in ſentētia reſ=
pondet. 3ᵃ. p. q. 75. ar. 7. ad. 3ᵐ. Iſta inquit con=
uerſio ſicut dictum eſt fit in vltimo inſtanti pro=
lationis verborum. tunc enim completur ver=
borum ſignificatio que eſt efficax in ſacramento
rum formis. et ideo non ſequitur ꝙ iſta conuer=
ſio ſit ſucceſſiua. hec ille. ¶ Aduertēdũ tamen ꝙ
quãuis pronomē hoc cum dicitur hoc eſt corpꝰ
meum demonſtret ſubſtantiã non pro tempore
in quo profertur ſed pro inſtanti prolationis vl
time dictionis in quo ſub ſpeciebus ſacramēta=
libus eſt ſubſtãtia corporis xp̄i: et tamē ex inten
tione xp̄i inſtituentis et ſacerdotis verba profe=
rentis: pronomē hoc non facit demonſtrationē
determinate ſubſtantie corporis xp̄i ſed ſuppo=
nit confuſe ⁊ demonſtrat ſubſtantiã indiuiduaʒ
vage non tamē diſiunctiue ſcilicet vel illam que
eſt in termino a quo vel illam que eſt in termino
in quem prout aliqui falſo putant. ſed illaʒ que
eſt in termino in quem. ſ. in vltimo prolationis
non tamen determinate ſubſtantiam corporis
chriſti ſed confuſe ſubſtantiam que ibi eſt. vt ſit
ſenſus. hoc ideſt hec ſubſtantia vel ſubſtãtia hic
contenta eſt corpus meum. ita vt ſit demonſtra=
tio et ad ſenſum et ad intellectum. ad ſenſum in
obliquo: et ad intellectũ in recto. eſt enim intel=
ligentia dicti ꝙ ſubſtantia ſub iſtis ſpeciebus cō
tenta vel id quod ſub iſtis ſpeciebus eſt conten
tum eſt corpus meum. ita ꝙ ſubſtantia demon=
ſtratur in recto ad intellectum: ſpecies vero ad
ſenſuʒ in obliquo. Unde qđ Sãctꝰ Doc. dicit. 3ᵃ
parte. q. 78. ar. 5. ad. 2ᵐ. ꝙ hoc pronomen hoc

non demonſtrat ipſa accidentia ſed ſubſtantiaꝫ
ſub accidentibus contentā: ↄ̄bet intelligi de de=
monſtratione in recto: nam in obliquo etiaꝫ ip=
ſa accidētia demōſtrat. continet enim ſubā ſub
his. i. ſub demonſtratis accidētibus vt in eadeꝫ
ſolutione ipſemet dicit. ſi enim ſolummodo eēt
demonſtratio ad intellectum: non oporteret ꝙ
ſacerdos haberet ante ſe materiā: cum demon=
ſtratio ad intellectum ⁊ preſertim ſolius ſubſtā
tie abſtrahat ab hic ⁊ nunc. ¶ Sed fortaſſe ali=
quis putabit ꝙ nos ſm premiſſa incidimꝰ in mo
dum dicendi quem Sāctus Thomas reprobat
in vtroqꝫ opere quorundaꝫ dicentium ꝙ totus
ſenſus locutionis p̄dicte et omniū partium eius
referēdus eſt ad vltimum inſtās pronunciatio=
nis verborum. qui et in exemplum afferunt lo=
cutionem quam nos induximus cum quis dicit
nunc taceo. Sed in veritate noſter modus dicē
di lōge diſtat ab illorum opinione nec a doctri
na Sancti Doctoris in premiſſis vel in modico
deuiamus. Unde ſciendum eſt ꝙ Sāctus Tho
mas non reprobat moduꝫ dicendi illorum pro
eo ꝙ dicunt ſenſuꝫ predicte locutionis ⁊ omniū
eius partium referendum eſſe ad vltimū inſtās
pronunciationis verborum. nā hoc ipſe Sāctus
Thomas tenet expreſſe. 3ª. p. q. 78. ar. 5. in. cor.
vbi improbata illoruꝫ opinione ſic concludit. et
ideo oportet quidem intelligere predictam lo=
cutionem ſm vltimum inſtās prolationis ver=
borum. hec ille. ſed iprobat modum dicēdi illo=
rum pro eo ꝙ ponunt ꝙ referendo ſenſum pre=
dicte locutionis ad vltimum inſtās ipſius: pro=
nomen hoc demonſtrat determinatam ſubſtan
tiam corporis chriſti que in vltimo inſtāti pro=
lationis verborum eſt ſub ſpeciebus ſacramen=
talibus. ex quo ſequitur ꝙ cū dicitur hoc eſt cor
pus meum: exponi debeat. i. hoc corpus meum
ſeu hec ſubſtātia corporis mei eſt corpus meuꝫ.
qui ſenſus eſt falſus quia non hoc verba ſonāt.
vnde ⁊ ratio qua Sāctꝰ Doctor improbat mo=
dum dicendi illorum: eſt quia ſenſus talis locu=
tionis eſſet corpus meum eſt corpus meum. qđ
verba conſecrationis non faciūt nam idipm̄ fuit
etiam ante prolationem verborum. et quia ver
ba conſecrationis id ſignificāt quod efficiunt ſi=
cut ⁊ verba aliorum ſacramentoruꝫ noue legis
ideo cōcludit Sāctꝰ Thomas contra illos ꝙ nō
eſt ſenſus verborum conſecrationis quē illi opi
nantur. quamobreꝫ cum diceret Sāctꝰ Doctor
cōcludens: ⁊ ideo oportet intelligere predictaꝫ
locutionem ſm vltimuꝫ inſtās prolationis ver=
borum: ne videretur conſonare opinioni quaꝫ
improbat: excepit illud in quo illi deficiebant di
cens. nō tamē ita ꝙ preſupponatur ex parte ſub
iecti id quod eſt terminus conuerſionis ſcilicet
ꝙ corpꝰ chriſti ſit corpus chriſti neqꝫ etiaꝫ illud
quod fuit ante conuerſionem ſcilicet panis: ſed
id qđ communiter ſe habet q̄ꝫm ad vtrūqꝫ ſcilicet
contētum in generali ſub iſtis ſpeciebꝰ. non eniꝫ
faciūt hec verba ꝙ corpus chriſti ſit corpus xp̄i
neqꝫ ꝙ panis ſit corpus chriſti: ſed ꝙ contentuꝫ
ſub his ſpeciebus quod prius erat panis: ſit cor
pus chriſti. et ideo ſignanter non dicit dominus
hic panis eſt corpus meum quod eſſet ſm intel
lectum ſecūde opinionis. neqꝫ hoc corpus meū
eſt corpꝰ meum quod eſſet ſm intellectum ter=
tie. ſed in generali hoc eſt corpus meum nullo
nomine appoſito a parte ſubiecti ſꝫ ſolo prono=
mine quod ſignificat ſubſtātiam in communi ſi=
ne qualitate. i. forma determinata. hec Sāctus
Thomas.

¶ Quarto Notādum ē ꝙ licet ver=
ba que ſunt forme ſacra=
mentorū ſint expreſſiua primi et principalis effe
ctus ſacramenti: non ideo conſequens eſt ꝙ illa
ſola verba que expreſſiua ſunt effectus ſacramē
ti: ſunt de integritate ⁊ neceſſitate ſacramenti ſꝫ
omnia illa q̄ a chriſto inſtituta ſunt eſſe formas
ſacramētorum. nā ſacramēta vim hn̄t ex inſtitu=
tione chriſti. vnde omnia illa verba ſunt de pfe=
ctione ⁊ integritate ſacramēti que xp̄s inſtituit
⁊ nō plura nec pauciora. vt enim. S. Tho. dicit
in hac diſ. q. 2. ar. 4. ſub. ar. 3. verbum quo acce
dente ad elementū fit ſacramētū ſm Auguſ. di=
citur a ſanctis eſſe verbuꝫ ſaluatoris. quia ergo
veruꝫ eſſe ſupponimus ꝙ ritus eccleſie romane i
conficiendo hoc ſacramētum q̄ꝫm ad formā ver=
borum ⁊ materiam inſtitutus fuit a xp̄o ſicut in
canone miſſe reperitur ⁊ ꝙ a chriſto apoſtoli et
ab eis eorum acceperint ſucceſſores prout dicit
in caº cum marthe de cele. miſ. ideo tenendum
eſt ꝙ omnibus illis verbis quibꝰ eccleſia roma=
na vtitur in cōſecratione corporis et ſanguinis
domini ⁊ non pluribus vel paucioribus cōſecra
tur. ⁊ huius efficax ratio eſt quia xp̄s ſic inſtituit
corporis ⁊ ſanguinis ſui fieri conſecrationē. ra=
tionem autem congruentie quare xp̄s voluerit
conſecrationeꝫ ſanguinis ſui fieri pluribus ver=
bis q̄ꝫ fiat conſecratio corporis non ſolū verbis
exprimentibus effectum conſecrationis ſed etiā
verbis q̄ ſunt determinatiua ſubiecti vel predi=
cati orationis cōſecratiue aſſignat. S. Tho. in
hac diſ. q. 2. ar. 2. ſub. ar. pº. ad. 2m. ⁊. 3m. Et. 3ª.
p. q. 78. ar. 3. in. cor. Et multū aperte ſup epiſto=

las pauli exponens illud. pª. Corin. 11º. hic calix nouum teſtamẽtum ẽ in meo ſanguine. Ad cuiꝰ intellectum ſciẽdum ẽ ꝙ ſacramentum euchariſtie ẽ memoriale dominice paſſionis cũ dominꝰ dicat Luce. 22º. hoc facite in meã cõmemorationem. vnde ⁊ apoſtolus. pª. Corin. 11º. cũ referret verba domini dicẽtis hoc facite quotienſcũqʒ bibitis in meã commemorationẽ: exponẽs de quo fienda eſſet commemoratio domini ait. quotienſcũqʒ enim manducabitis panẽ hunc et calicem bibetis: mortẽ domini annũciabitis donec veniat. in paſſione autem chriſti ſanguis ſui corporis a corpore ſeparatus fuit ſeorſum effuſus pro ſalute generis humani cuius fructus et myſteria plura ĩ ſacra ſcriptura referanť. et ideo in hoc ſacramẽto ſanguis ſeorſum conſecratur a corpore qʒm eſt ex vi ſacramẽti: ꝗ̄uis ꝑ concomitantiã ſimul cũ corpore conſecretur. Et quia vt dictum eſt in hoc ſacramẽto: paſſionis chriſti recolitur cõmemoratio: congruũ fuit vt verba conſecrationis ſanguinis exprimerent myſteria paſſionis chriſti que in ſacra ſcriptura ⁊ ex traditione apoſtolorũ ſanguini xpi effuſo attribuuntur. Ubi autem ⁊ qualiter ac propter quid huiuſcemodi attributio in ſacra ſcriptura reperiatur: deducit pulchre. S. Doc. in hac diſ. q. 2. ar. 2. in tribꝰ ſub articulis. Et. 3ª. p. q. 78. ar. 3. Omnia ergo illa verba que in canone miſſe habẽtur determinatiua myſteriorum paſſionis xpi: intelligũtur a xpo inſtituta pro forma cõſecrationis ſanguinis ſm ꝙ conſignata ſunt ex ritu eccleſie tradito a xpo apoſtolis ⁊ ab apoſtolis ſuis ſucceſſoribꝰ ac toti eccleſie ꝓut determinatũʒ eſt in caº cũ marthe ſupra notato.

Quantuʒ ad q̃rtum articulum reſpondendum eſt obiectionibꝰ aduerſariorũʒ. Et quidẽ ad primũ aureoli cõtra primã concluſionem dicitur ꝙ maior ſimpliciter ſumpta ſicut iacet ẽ falſa. nã in ſacramentis imprimẽtibus characterem: character eſt res ſacramẽti ⁊ ſacramẽtũ ſm omnes doctores. ⁊ ita in ſacramẽto euchariſtie corpus chriſti eſt res ſacramẽti ⁊ ſacramẽtum. ⁊ iterum eſt virtus ſacramenti. ſ. ſpecierum remanẽtium poſt conſecrationẽ que ſunt ſacramẽtum tãtũ. Unde. S. Tho. ĩ hac diſ. 8ª. q. pª. arº. pº. ſub. arº pº. ad. 2m. dicit ꝙ ſicut ad ſpecies ſenſibiles aliorum ſacramẽtorũʒ ſe hẽt virtus q̃ interius ineſt que ſanctificationẽ acquirit ⁊ ſacramentũ efficit ſm hugonem: ita in hoc ſacramento ſe hẽt ipm corpus chriſti qđ per cõſecrationẽ ſub ſpeciebꝰ illis fit. vnde ſicut in alijs ſacramẽtis materiale elemẽtũ nõ eſt cauſa virtutis q̃ in ipſa ẽ nec alicuius ſpiritualis effectus in homine niſi mediãte virtute ſm ꝙ ex elemẽto ⁊ virtute quaſi vnũ efficiť: ita in hoc ſacramẽto ſpecies nõ ſunt cauſa corporis xpi nec alicuius effectꝰ in anima ſpiritualis niſi mediãte corpore xpi vero ſm ꝙ ex ſpeciebus et corpore xpi fit vnum ſacramẽtum. hec ille. Item. 3ª. p. q. 73. ar. pº. ad. 2m. ſicut inquit ſe habet virtꝰ ſpiritꝰ ſancti ad aquã baptiſmi: ita ſe hẽt corpꝰ xpi verũ ad ſpecies panis ⁊ vini. vnde ſpecies panis et vini nõ efficiũt aliquid niſi virtute corporis xpi veri. hec ille. Qđ autem arguens inducit de charactere et grã in baptiſmo non eſt ſimile. nam in hoc ſacramẽto euchariſtie ſunt quedam ſpecialia in quibus differt ab alijs ſacramẽtis ꝓut deductum fuit in primo notabili. nec eſt veruʒ ꝙ character ⁊ gratia nõ ſunt virtus ſacramẽti baptiſmi. nã omnis forma per quam aliquis ordinatur ad aliquid agẽduʒ vel ſuſcipiẽdũ quod ſit eius perfectiuum ſicut ẽ grã ⁊ character: virtꝰ illius eſt. ¶ Ad. 2m. dicitur ꝙ maior eſt falſa prout iacet. nec valet eius probatio per ſimile de charactere baptiſmi. qꝛ ſicut dictum fuit in primo notabili hoc eſt vnuʒ in quo differt ſacramẽtũ iſtud ab alijs ſacramẽtis. qꝛ in hoc ſacramẽto primus effectꝰ recipitur in materia ſacramẽti: in alijs vero ſacramẽtis recipitur ĩ ſuſcipiẽte ſacramẽtũ. ¶ Ad primã cõfirmationẽ negatur minor. imo in materia huius ſacramẽti eſt talis virtus duplex. vna. ſ. corpus xpi quod eſt in ſpeciebꝰ ſicut in materia ex qua virtute ꝓfluit gratia in ſuſcipiẽte ſacramẽtũ cũʒ alijs effectibus ſpiritualis nutritionis vt dictũ eſt in reſponſione ad pm. alia ẽ virtus trãſubſtãtiãdi panem ⁊ vinũ in corpꝰ ⁊ ſanguinẽ chriſti. que virtꝰ eſt in verbis cõſecrationis et in materia ſacramẽti ſiue ſit panis ⁊ vinũ ſiue ſpecies ſacrãles in vltimo inſtãti prolationis verborum. ¶ Ad. 2am. confirmationẽ dicitur ꝙ nõ eſt ſimile de materia in ſacramẽto ordinis ⁊ aliorũ ſacramẽtorũ ⁊ de materia huiꝰ ſacramẽti ꝓut dictũ eſt. ¶ Ad. 3m. dicitur ꝙ maior propoſitio hẽt veritateʒ de illo quod facit aliquid circa ſacramẽtum qđ figurat primo ⁊ principaliter. ſed tũc minor eſt falſa. nã id quod primo efficitur ⁊ figurať per hoc ſacramẽtũ: eſt exiſtẽtia corporis xpi ſub ſpeciebus ſacramẽtalibꝰ. hoc autẽ nec efficitur nec figurať ꝑ comeſtionem. Et preterea falſum eſt ꝙ ſpecies ſacramẽtales abſqʒ ſumptione ſacramẽti nõ habeãt ꝙ ſignificẽt vnionẽ fideliũ ⁊ eccleſie cũ xpo.

Unde Sãctus Thomas infra diſtictione. 11$^{a}$.q.
2.ar.pͥmo ſub.ar.2.in coꝛ.dicit ꝙ vna cauſa qua
re panis et vinum ſunt materia huius ſacramen=
ti:accipitur vno modo ex ſignificatione duplicis
rei huius ſacramẽti. quia panis ex multis granis
conficitur et vinum ex multis acinis confluit qđ
competit ad ſignificandum coꝛpus xp̄i verum et
myſticum. Item tertia parte queſtione ſeptua=
geſima quarta articulo pꝛimo aſſignãs rationes
quare panis et vinuz eſt materia huius ſacramẽ=
ti dicit quaſi in fine. quarto ꝙ$^{m}$ ad effectum reſpe
ctu totius eccleſie que conſtituitur ex diuerſis fi=
delibus ſicut panis conficitur ex diuerſis granis
et vinum fluit ex diuerſis vuis. ¶ Ad confirma=
tionem dicitur conſimiliter ad maioꝛem propo=
ſitionem ꝙ habet veritatem de illo quod ſignifi
cat et efficit ex opere operato id quod eſt pꝛimo
et pꝛincipaliter effectus ſacramenti: et tunc mi=
noꝛ eſt falſa. nam ſumptio coꝛpoꝛis chꝛiſti licet
ſignificet et efficiat ſecundum effectum qui ẽ cha
ritas et vnitas fidelium in chꝛiſto: non tamẽ effi
cit pꝛimum effectũ qui eſt ꝙ coꝛpus chꝛiſti ſit ſub
ſpeciebus ſacramenti. ¶ Ad argumentum Au=
reoli contra ſecundam concluſionem dicitur ad
minoꝛem ꝙ eſt falſa. nam licet recipiens coꝛpus
domini ſub ſpecieb⁹ panis recipiat totuz coꝛpus
domini: non tamen recipit totum ſacramentum
ſꝫm ꝙ eſt ſignum. quia non recipit totaz ſacramẽ
ti ſignificationem que non ſolum conſiſtit in ſpe=
ciebus panis ſed etiam in ſpeciebus vini. Unde
Sanct⁹ Thomas in hac diſti.8. q.pͣ.arti.pͦ.ſub
arti.2.ad.2$^{m}$.ratio inquit illa procedit quando
vtrũqꝫ ſignũ habet integram ſignificationem. ſic
autem non eſt hic. quia cibatio ſpiritualis nõ ſig=
nificatur perfecte nec per panis tm̄ nec per vini
tm̄ ſumptionem ſed per vtrũqꝫ ſignum: ſicut eſt i
ſignificatione nominum compoſitoꝝ. Et in reſ=
ponſione ad quintum dicit ꝙ quãuis xp̄s perfe=
ctius ſit ſub vtraqꝫ ſpecie: non tamen quantuz ad
integrum vſum ſacramẽti eſt ſub vtroqꝫ ſed ꝙ$^{m}$
ad diuerſos vſus. et ad minoꝛis pꝛobationem di
citur ꝙ in caſu illo quãuis recipiat quis omnia ſa
cramenta: non tamẽ recipit omnia integre; quia
nõ ſacr̄m eucharistie quod cõſiſtit in duplici ma=
teria ſacramenti. vnde non eſt ſimile de ipſo et
de alijs ſacramẽtis quoꝝ nõ eſt duplex materia.
¶ Ad argumẽta Scoti contra tertiã cõcluſionez
ad pꝛimũ dr̄ ad maioꝛẽ ꝙ verba ſacr̄alia debent
ſignificare illud quod efficitur ex vi ſacri non ſo=
lum ex vi verboꝛuz ſed magis ex inſtitutione xp̄i
et ex inſtitutione miniſtri pꝛoferentis. et ſic ſigni
ficant illa verba hoc eſt coꝛpus meum. Ut enim
reſpõdet. S. T. ad ſimile argumẽtũ.3$^{a}$.p.q.78.
ar.pͦ ad.4$^{m}$. ſi ſacerdos ſola verba p̄dicta pſer
ret. ſ. hoc eſt coꝛpus meum cum intentione cõfi=
ciendi: perficeret̄ hoc ſacr̄m. qꝛ intentio faceret
vt hec verba intelligerẽtur quaſi ex perſona xp̄i
plata: etiam ſi verbis pꝛecedẽtibus hoc nõ reci=
taret̄. Unde ſicut bene arguit Durãdus ſi opoꝛ=
teret ꝙ ex foꝛma verboꝛuz inſinuaretur coꝛpus
xp̄i ibi eſſe: non ſolum non fieret conſecratio per
hec verba hoc eſt coꝛpus meuz alijs non pꝛemiſ=
ſis: ſed etiam p eandẽ rationem eis pꝛemiſſis qđ
patet quia p̄cedẽtia verba. ſ. accipiens panez be
nedixit fregit deditqꝫ diſcipulis ſuis dicens hoc ẽ
coꝛpus meum: recitantur vt dicta a chꝛiſto. con=
ſtat autem ꝙ per hanc ſeriem verboꝛum non ſig
nificat̄ ꝙ coꝛpus xp̄i ſit ſub ſpeciebus panis quez
ſacerdos tenet vel coꝛam ſe habet ſed ſolũ ſub
ſpecieb⁹ panis quez chꝛiſtus accepit ꝛ benedixit.
ergo per hec verba non eſſet coꝛpus xp̄i ſub ſpe
ciebus panis p̄ſentibus ſacerdoti quod ẽ falſum
et erroneum. ſufficit ergo ꝙ verba cõſecrationis
ſignificent illud quod continet̄ in hoc ſacr̄o non
ex ſerie verboꝛum pꝛecedentium: ſed ex inſtitu=
tione xp̄i et intentione miniſtri gerentis perſonã
xp̄i. ¶ Ad.2$^{m}$. reſpondet. S. Tho. in hac diſtin.
.q.2.arti.pͥmo ſub.ar.2.ad pͥmuz: ꝙ ambꝛoſius
et euſebius et magiſter in littera loquunt̄ de cõ=
ſecratione eucharistie non ſolum quantuz ad id
quod eſt de perfectione eius pꝛima et eſſentialiſ
ſed etiam quantũ ad eius perfectionem ſecũdaz
et accidentalem. Idem reſpõdet.3$^{a}$.p.q.78.ar.
pͥmo ad ſcđm. et de hoc dictum eſt in ſecũdo no=
tabili. Unde vt refert petrus đ palude in hac di=
ſtinctione in miſſali ambꝛoſiano hec verba hoc
eſt enim coꝛpus meuz: et illa hic eſt enĩ calix ſan=
guinis mei et cetera vſqꝫ in remiſſionẽ peccatoꝝ
incluſiue ſcripta ſunt litteris aureis: et non alia
verba pꝛecedentia et ſequentia in ſignum ꝙ illa
tantũmodo ſunt de eſſentia ſacramenti. Neqꝫ
obſtat vt ipſe dicit ꝙ aduerbium enim ſit ibi etiã
ſcriptum litteris aureis quod tamen non eſt de
eſſentia ſacramẽti. qm̄ hoc ideo eſt quia ponitur
in medio partium eſſentialiũ foꝛme. vnde ne vi=
derentur due foꝛme ſi aduerbium enim ſcriberet̄
litteris nigris eo ꝙ faceret inter antecedentia et
ſequentia verba notam diſſimilitudinis: ſcriptũ
eſt ſicut alia aureis litteris. ¶ Ad argumẽta Sco
ti contra quartam concluſionem patet reſpõſio
ex his que dicta ſunt in tertio notabili. p̄cedunt
enim ex triplici falſo fundamento. vnum ẽ ꝙ. S.
Tho. dicat ſignificatũ totius oꝛationis conſtitui
ex ſignificatis partiuz. aliud eſt ꝙ partes oꝛatio=

nis cõſecratiue tunc ſignificant vere ⁊ complete
quando ꝓferuntur. tertiū eſt ꝙ cum dicitur hoc
eſt corpus meū: li hoc ſupponat diſiūctiue vel ꝓ
ſubſtãtia quã demõſtrat quando ꝓfertur vel pro
ſubſtãtia que erit in vltimo prolationis. iſta au-
tē falſa ſunt ſicut ĩ dicto notabili tertio apparet.
¶ Ad. $4^{m}$. quod ẽ Aureoli dicit̃ primo ꝙ nõ ali
ud probat niſi ꝙ li hoc demonſtrat ſubſtantiam
cum his que ipſam concomitant̃. ſed illud nõ eſt
ex vi ſacri: ſed concomitatiue quod nos non ne-
gamus. Dicitur ſecundo falſum eſſe ꝙ cum queri
tur quid ẽ hoc, ꝓprie reſpõdeat̃ non ſolū ſubſtan
tia ſed quantitas et qualitas. nam quid querit ð
ſubſtantia directe et ꝓprie. Auctoritates autem
philoſophi et cõmentatoris pro nobis faciunt ⁊
contra arguentē. nam nõ per prius reſpõderet̃
ſubſtantia q̃ʒ accidens ad interrogationē factã
per quid eſt niſi quia quid eſt per ſe et primo que
rit de ſubſtantia. ¶ Ad. $5^{m}$. dicitur ꝙ corp⁹ chri-
ſti dicitur eſſe in ſacramento contentū: nõ ꝓprie
ſicut locatum in loco ſed quodam ſpeciali modo
ꝓut in ſequẽti queſtione dicet̃. vnde falſum eſt ꝙ
li hoc non habeat demõſtrare aliquid contentū
ſi intelligatur dictum vniuerſaliter ſicut arguens
loquitur nec dictū ſuū ipſe ꝓbat. ¶ Ad argumẽ
ta Durãdi cõtra quintã concluſionẽ ad primū pa
tet reſpõſio ex his que dicta ſunt in quarto nota
bili. ꝓcedit enĩ ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ illa ſola ver
ba ſunt de neceſſitate ſacri: que ſunt expreſſiua ef
fectus ſacramenti. hoc autem falſū eſt vt ibi oſtẽ
ſum fuit. vnde reſponſio ab arguente poſita bo-
na eſt. Nec valet eius improbatio. nam preter
verba pertinentia ad inuocationem trinitatis ⁊
preter verba deſignantia effectū ſacramẽti: ſunt
in ſacro confirmationis alia verba de neceſſita-
te ſacri ſicut illa cõſigno te ſigno crucis. vnde pa
tet ꝙ replica arguẽtis non habet verū fundamẽ-
tum. ¶ Ad. $2^{m}$. reſpõdet. S. T. in hac. 8. diſ. q. 2.
ar. 2. ſub. ar. $p^{o}$. ad. $2^{m}$. ꝙ cū euchariſtie ſacrm̃ ſit
memoriale dominice paſſionis: nõ repſentatur ĩ
cõſecratione corporis niſi paſſionis ſubiectū. ſed
in cõſecratione ſanguinis repreſentat̃ paſſionis
myſteriū. nõ enī a corpe xp̃i ſanguis ei⁹ ſeorſum
fuit niſi per paſſionẽ. et ideo cõdiciones domini-
ce paſſionis exprimūt̃ per verba ſequẽtia magis
in cõſecratione ſanguinis q̃ʒ in cõſecratione cor-
poris. Idē ĩ ſententia reſpõdet. $3^{a}$. p. q. 78. ar.
$3^{o}$. ad. $2^{m}$. Sed ſciẽdū eſt ꝙ in hac reſponſione
magis intẽdit. S. Doc. aſſignare rõnẽ cõgruẽtie
q̃re xp̃s ĩſtituit plura verba fore de neceſſitate cõ
ſecrationis ſanguinis q̃ʒ de neceſſitate cõſecratio
nis corpis: q̃ʒ intẽdat aſſignare rõnem efficacẽ q̃-
re in tot verbis ꝯſiſtat eſſentialiter forma ꝯſecra
tionis ſanguinis ⁊ in paucioribus forma ꝯſecratio-
nis corporis. nam huius ratio efficax eſt q: xp̃s
ſic inſtituit. qm̃ quãtū eſt ex parte verborum: per
pauciora potuit conſecrari ſanguis et per plura
corpus ſi xp̃s ſic inſtituere voluiſſet. ¶ Ad. $3^{m}$. reſ
pondet Petrus de palude ꝙ ſi verū eſſet ꝙ greci
pauciora verba ꝓferãt in cõſecratione ſanguinis
q̃ʒ habeat ritus romane eccleſie: greci non vere
conficiunt niſi forte illam formā conſecrationis
habeant ex ſpeciali diſpẽſatione et traditione di
uina de qua tñ nondū conſtitit romane eccleſie.
Et cum arguens dicit ꝙ eccleſia romana non te-
net grecos nõ vere conficere: dicimus ꝙ non ob-
ſtat ſi greci ita occultẽt formam conſecrationis ꝙ
ad noticiã ſummi pontificis nõ deueniat. Quod
autē romana eccleſia dicit grecos non errare in
cõficiendo: eſt ꝓpterea ꝙ cõficiūt in fermẽto. ſed
non errãdo in hoc: poſſunt errare in nõ ſeruãdo
formã cõſecrationis a xp̃o inſtitutam. ¶ Ad. $4^{m}$
dicit̃ ꝙ maior habet veritatẽ de verbis ꝑtinẽtib⁹
ad effectū ipſi⁹ vſus ſacri: nõ aūt de verbis ꝑtinẽ-
tibus ad effectū ſacramẽti qui vſum ſacri ꝓcedit
qualia ſunt verba cõſecrationis ſanguinis q̃ om-
nia ſunt determinatiua primi effectus ſacramẽti.
Nec eſt ſimile in hoc ſacro et in alijs. q: in hoc
prim⁹ effect⁹ conſiſtit in conſecratione materie q̃
vſū ipſius ꝓcedit. in alijs vero prim⁹ effectus cõ
ſequitur vſum ſacri. et ideo nimirum ſi in eis ver
ba ꝑtinẽtia ad vſum ſacri magis pertineãt ad in-
tegritatem forme q̃ʒ verba pertinentia ad ipſius
effectum. ¶ Ad. $5^{m}$. dicit̃ ꝙ ſicut reſpõſum fuit ad
$2^{m}$. ratio. S. Tho. q̃ accipitur ex determinatio-
ne p̃dicati: nõ eſt prima et efficax ſed eſt ꝯgruita
tis ſuppoſita inſtitutione xp̃i que eſt ratio efficax
et prima. vnde q: xp̃s non inſtituit ꝙ illa deter-
minatio quod pro vobis tradet̃ eſſet de eſſentia
cõſecrationis corporis: ideo licet ſit determinati
ua p̃dicati orationis conſecratiue corporis: non
eſt de integritate eſſentiali ipſius. ꝙ autē id xp̃s
nõ inſtituerit: cõſtat ex ritu romane eccleſie quā
ſupponimus non errare. Et ſi obijciatur ꝙ Lucas
euangeliſta ponit illam determinationem. ſ. qð
pro vobis tradet̃: reſpondet. S. Tho. in hac diſ.
q. 2. ar. 2. ſub. ar. $p^{o}$. ad $p^{m}$. Et. $3^{a}$. p. q. 78. ar. 3.
ad. $9^{m}$. ꝙ euãgeliſte nõ intendebant tradere for-
mas ſacramentorum quas in primitiua eccleſia
oportebat eſſe occultas vt Dioniſius dicit in fine
eccle. hierar. ſed intenderūt hiſtoriam de xp̃o te
xere. et ideo non omnia verba ab euãgeliſtis po
ſita ſūt ð ſubſtãtia forme ſacramẽtorū. ¶ Ad. $6^{m}$
dicitur ꝙ ratio ſumpta ex ritu non ponitur a. S.

Docto. quaſi ſit efficaciter concludens: ſed ponitur quaſi ratio ſumpta a ſigno ſuppoſita inſtitutione diuina que eſt ratio efficax. alia autem verba ſicut accepit et huiuſmodi licet proferant̃ eodem ritu: quia tamẽ non fuerũt inſtituta a xp̃o ꝓ forma conſecrationis: ideo non ſunt de eſſentia ſacramenti. ¶ Ad. $7^{m}$. et. $8^{m}$. patet reſponſio ex imediate dictis et ex reſponſione ad ſecũdum et tertium Durãdi. ¶ Ad. $9^{m}$ dicitur primo ꝙ quia eſſentia huius ſacramẽti cõſiſtit in conſecratione materie, ꝓut ſepe dictũ eſt ſupra: ideo verba ſunt de eſſentia cõſecrationis. q̃ vt reſpicit actũ ſacerdotis conſecrãtis trãſit ſicut et verba quãuis res cõſecrata maneat. Dicit̃ ſecũdo ꝙ licet nihil trãſiens ſit de eſſentia rei permanẽtis quantũ ad eẽ poteſt tamẽ eſſe de eiꝰ eſſentia quãtuꝫ ad fieri eo modo intelligendi qui poſitus eſt in primo notabili. et iſto modo verba conſecrationis dicunt̃ eſſe de eſſentia huiꝰ ſacramenti. ¶ Ad argumentum ante oppoſituꝫ patet reſpõſio per ea q̃ dicta ſunt ad primum Scoti contra tertiam concluſionem. Et in hoc articulus terminatur.

## ¶ Diſtinctio decima.

Circa decimaꝫ diſtinctionem q̃rit̃ vtruꝫ corpus xp̃i ſit in altari vel euchariſtie ſacramento realiter ⁊ arguitur ꝙ nõ. qꝛ nullũ corpꝰ põt eſſe ĩ diuerſis locis. ſed corpus xp̃i eſt vere in celo quo aſcendit. ergo impoſſibile eſt ꝙ ſit in altari. ꝓbatio ꝑme. quia nihil habꝫ eſſe extra terminos ſuos. ſed termini cuiuſlibet corporis locati ſunt ſimul cũ terminis corpis locantis. ergo nullũ corpus locatũ in vno loco poteſt eſſe extra terminos illiꝰ loci. et ita nõ põt ſimul eſſe in duobus locis. ¶ In oppoſituꝫ arguit̃ qꝛ veritas noui teſtamẽti debet reſpondere figuris veteris teſtamẽti. ſed in veteri teſtamẽto ip̃e agnus q̃ figurabat xp̃m ſumebat̃ in cibũ vt patet Exodi. 12°. ergo in noua lege ip̃m veruꝫ corpus xp̃i quod ꝑ agnuꝫ ſignificatur debet manducari. ¶ In hac q̃ſtione erũt quattuor articuli vt ſup̃.

Quantum ad ꝑmũ articulũ ſit ꝑma ꝯcluſio ꝙ verũ corpꝰ xp̃i ẽ ĩ ſacro euchariſtie ſm̄ veritatẽ et nõ ſolũ ſicut ĩ ſigno. Hãc cõcluſionẽ tenet. S. T. ĩ hac diſ. 10. ar. p°. Et tertia. p. q. 75. ar. p°. ¶ Secũda ꝯcluſio ẽ ꝙ totꝰ xp̃s totalitate ſubali ẽ realr̄ ĩ ſacro euchariſtie. Hãc cõcluſionẽ tenet. S. T. in hac diſ. ar. 2. ſub articul̄ p°. et. 2°. Et tertia. p. q. 76. articulis p°. et. 2. ¶ Tertia cõcluſio ẽ ꝙ totꝰ xp̃s totalitate quãtitatis continet̃ in hoc ſacro.

Quantum ad ſecundũ articulũ arguẽdũ eſt contra cõcluſiones. Et q̃dẽ contra primaꝫ arguit Durãdus ꝓbãdo ꝙ corpus xp̃i nõ ſit in hoc ſacro tanq̃ contẽtũ ſed ſolũ tanq̃ preſens. dicit enim ſic. refert aliq̃d eſſe p̃ſens alteri et eſſe in altero. ⁊ vt loquamur in ꝓpoſito: refert aliq̃d eſſe in loco et eſſe p̃ſens loco. eſſe enĩ in loco importat habitudinẽ cõtinẽtie ex parte loci. eſſe aũt preſens loco: nõ importat habitudinẽ continẽtie ſed ſoluꝫ realẽ exhibitionẽ eſſentie. vñ ⁊ locꝰ eſt p̃ſens realiter locato ſicut ecõuerſo: q̃uis locꝰ nõ cõtineat̃ a locato ſꝫ ecõuerſo. et q̃uis ꝓp̃e loquẽdo ita ſit vt dictũ ẽ: tñ large loquẽdo ꝯſueuit dici oĩe illḋ eſſe ĩ loco qḋ eſt p̃ſens loco. vñ et deũ dicimꝰ eſſe in oĩ loco et angelũ in aliq̃: cũ tñ deꝰ et angelꝰ loco nõ ꝯtineãt̃. et ſm̄ hoc dicere poſſumꝰ ꝙ aliq̃d eſt in loco dupl̄r. ſ. ꝓprie rõne cõtinẽtie vel large rõne ſolius p̃ſentie ad locũ. ꝑmo modo aliquid põt eſſe ĩ loco dupl̄r. ſ. circũſcriptiue vt quãtitas ⁊ ea q̃ quãtitate extendunt̃. et diffinitiue vt ea q̃ ſunt ĩ quãto ſꝫ quãtitate nõ extẽdunt̃ ſicut ponit̃ de aĩa humana. ex q̃ enĩꝫ corpꝰ cuiꝰ aĩa eſt actus loco terminat̃ et finit̃ tanq̃ termino et fine extrinſeco: cõſequẽs eſt ꝙ aĩa eodẽ termino finiat̃ ſed nõ circũſcribat̃ qꝛ nõ eſt quãta nec ſm̄ ſe nec ſm̄ accidens. large vero aliq̃d dicit̃ eſſe in loco rõne ſolius p̃ſentie ad locũ ſicut illud qḋ nec eſt quãtũ nec eſt in quãto. vt angelꝰ dr̄ eſſe in loco rõne ſolius ordinis quẽ hẽt ad locũ vel ad corpꝰ exiſtẽs in loco. his ſuppoſitis dicẽdũ eſt ꝙ corpꝰ xp̃i non eſt in hoc ſacro ꝑmo modo. ſ. circũſcriptiue. nec ſecũdo modo. ſ. diffinitiue ſꝫ tertio modo. ꝑmuꝫ patet qꝛ illḋ ẽ alicubi circũſcriptiue qḋ ꝯmẽſurat̃ loco ꝯtinẽti et cõfigurat̃ ei. ſed corpꝰ xp̃i non cõmẽſurat̃ nec ꝯfigurat̃ dimẽſionibꝰ ſpecieꝝ panis et vini nec loco eoꝝ: ergo nõ ẽ ibi circũſcriptiue. ſecundũ patet quia corpus xp̃i nõ eſt in ſpeciebꝰ

ſacramētalibus nec in aliquo alio ſubiectiue quē=
admodum anima eſt in corpore vt per illud poſ
ſit dici corpus eſſe diffinitiue in ſacramento quē=
admoduꝫ anima eſt diffinitiue ī loco in quo cor=
pus animatum eſt circunſcriptiue. hec ille. ex pre
dictis itaqꝫ vult deducere ꝙ inconuenienter di=
catur corpus chriſti eſſe in hoc ſacramento tan=
qꝫ contentum in ſacramento vel in loco ſacramē
ti. quia omne quod cōtinetur loco oportet ꝙ cir
cunſcribatur vel diffiniatur loco vel corpore exi
ſtente in loco. quorum neutrum conuenit corpo
ri chriſti prout eſt in ſacramento. ſed ſolum dici=
tur eſſe in ſacramento per preſentiaꝫ eſſentie ſeu
eo modo q̊ ſubſtantia non quanta puta angelus
dicitur eſſe in corpore quod poteſt ab eo moueri
per talem preſentiam et reſpectum preſentie ad
tale corpus ſine quacūqꝫ continētia a tali corpo
re. et ad hoc inducit aliquas probationes quas
non recito quia non ſunt proprie contra conclu
ſionem. ¶ Contra eandem concluſionem argu=
it econtra Aureolus imo verius contra Duran=
dum probando ꝙ preſentialitas quaꝫ habet cor
pus chriſti ad ſpecies nō ſit ordo aut reſpectus.
Primo ſic. nullam habitudinem habet nunc cor
pus chriſti ad ſpecies quā non haberet pri⁹ ſub=
ſtantia panis ad illas dum ibi erat preſens. licet
enim non omnem habitudinem quam habebat
panis ante trāſubſtātiationeꝫ ad ſpecies habeat
nunc corpus chriſti poſt trāſubſtātiationeꝫ quia
non habitudinē ſubiecti ad accidens vel extenſi
ad extenſionē: tamē econtra verum eſt dicere ꝙ
omnem habitudinem quā habet corpus xp̄i ad
ſpecies poſt tranſubſtantiationem: habuit panis
ante tranſubſtantiationē. Et hoc poteſt confir=
mari per hoc ꝙ fide tenemus ꝙ corpus chriſti eſt
hic per hoc ꝙ panis cōuertitur in ipſum. ergo cor
pus chriſti virtute illius ɔuerſionis acquiſiuit ha
bitudinem ad ſpecies quas habuit prius panis.
et circa iſtud fundatur tota intentio antiquoruꝫ
doctorum. ſed panis ante conuerſionem nō ha=
buit ad ſpecies aliquem reſpectum extrinſec⁹ ad
uenienteꝫ. non enim panis mediante aliquo reſ=
pectu erat preſens illis ſpeciebus eo ꝙ inter acci
dens et ſubm nullus cadit reſpectus medius. qđ
patet quia ea que per ſe vniunť: non vniunť me
diante aliquo reſpectu. ſed ſubm et accidēs per
ſe vniuntur. patet octauo methaphiſice vbi dicit
ꝙ nulla cauſa querenda eſt quare figura et es fa
ciunt vnum. de omni autem eo quod cuꝫ alio me
diante aliquo reſpectu tertio facit vnum: contin
git cauſam querere quare cū iſto facit vnuꝫ. cū er
go panis nullum talem reſpectum fundabat ī or

dine ad ſpecies. ergo nec corpus chriſti nunc fun
dat talem reſpectuꝫ. ¶ 2°. ſic. illud quod ꝓprie
et per ſe non denominatiue reſpondetur ad īter
rogationem factam per quid eſt hoc demonſtra
tis ſpeciebus: illud non habet tm̄ ad ſpecies reſ=
pectum preſentialitatis extrinſecus aduenientē.
probatur. nam de angelo qui habebat talem reſ
pectum ad columnam nubis non poterat reſpō=
deri demonſtrata colūna ad interrogationeꝫ fa=
ctam per quid eſt hoc: proprie niſi tm̄ denomina
tiue puta quia erat ab angelo mota vel huiuſmo
di. ſed ſm doctrinam ſanctorum et verbuꝫ chri=
ſti demōſtrato eo quod ſacerdos tenet in mani=
bus et facta interrogatione quid eſt hoc: reſpon
detur proprie et non tm̄ denominatiue corpus
chriſti. ergo habet ad ſpecies aliam habitudineꝫ
qꝫ reſpectum preſentialitatis. maior ꝓbata eſt ⁊
patet per exemplum de colūna qua demonſtra=
ta non poterat reſponderi ꝙ eſſet angelus vľ ſpi
ritus ſanct⁹. minor probatur auctoritate Augu=
ſtini in libro ſententiaruꝫ proſperi. ⁊ ſimiliter de
conſecratione diſti. 2ª caplo ante benedictionē.
et in illo caplo ego berengarius. et ē confeſſio ſi=
bi tradita a papa in conſiſtorio vbi confitetur ꝙ
illud quod ſacerdos tenet in manibus: eſt vera=
citer corpus chriſti. et Auguſtinus in capitulo al=
legato dicit ꝙ illud quod ante benedictionē fu=
it panis: eſt corpus chriſti. et chriſtus in cena di=
cit accipite ⁊ manducate hoc ſcilicet quod teneo
eſt corpus meum. ¶ 3°. quia reſpectus preſentie
extrinſecus adueniens ſubeſt voluntati ipſius p̄=
ſentis ſi ſit nature intellectualis ſicut de angelo
preſente huic loco. vnde poteſt ſe mutare de v=
na preſentia ad aliam pro libito voluntatis. ſed
preſentia quam habet chriſtus ad ſpecies: nō ſu=
beſt voluntati ipſius chriſti ſed īmediate ſoli di=
uine voluntati et inquātū eſt deus. vnde in quan
tum homo: non poteſt voluntate ſua transferre
ſe de preſentia quam habet ad ſpecies ad abſen
tiam. ¶ 4°. quia omnis reſpectus eſt aliquid de
relictuꝫ in aliquo ab alio ſm auctorem ſex princi
piorum. et patet inducendo. nam vbi eſt aliquid
derelictum ex circunſcriptione paſſiua. et quādo
ex adiacētia temporis. habitus vero ex ornatu.
ſed circa corpus chriſti non relinquitur aliquid
quod dicatur preſentia nec ornari nec circunſcri
bi et huiuſmodi. igitur. Si dicas ꝙ ille reſpectus
preſentie non eſt in aliquo ſex predicamentoruꝫ
contra. ergo erit dare vndecimum predicamen=
tū. dices ꝙ non eſt incōueniēs ꝙ Ariſtoteles nō
viderit oīa p̄dicamēta: cōtra. ita incōueniēs eſt ꝙ
tu nō videas ꝙ qcq̄d deť qđ ſit dicibile icōplexuꝫ

non reducat̃ ad aliquod decem generum. ❡5°.
quantitas corporis chriſti nullam habet p̄ſentiã
q̃ ſit reſpectus ad illas ſpecies. ergo nec ſubſtan-
tia corporis chriſti. tenet cõſequẽtia. quia vniſor
mis eſt connexio ſubſtantie corpis chriſti ad ſpe-
cies: ⁊ omniũ concomitantiũ. antecedens proba
tur. quia preſentia quãtitatis ad quãtitatem: nõ
eſt aliud q̃ȝ contactus. quod patet quia talis pre
ſentia eſt ſimultas. tũc ſic. illa ſimultas aut ē ſm
vltima aut ſm ſe tota: et quocunqȝ modo dicas
ſemper eſt ibi contactus. eo enim modo quo due
quantitates ſunt ſimul: eo modo ſe tangũt. ĩpoſ-
ſibile eſt enim a duabus quantitatibus ſibi inuicẽ
preſentibus circũſcribere ratiõnẽ contactus. ſi er
go quãtitas corporis xp̄i haberet talem preſen-
tiam ad tales ſpecies: eſſet ibi virtus contactus
et ita eſſet ibi extenſa. hec ille in forma. ex quib⁹
videtur ꝙ corpus xp̄i non ſit realiter in euchari-
ſtia tanq̃ȝ contentum nec tanq̃ȝ preſens ſpecie-
bus preſentia reſpectiua. ❡Contra aliqua con-
tenta in declaratione ſecunde concluſionis. ſ. ꝙ
ex vi ſacramenti continetur in euchariſtia anima
rationalis: non inq̃ȝtum anima ſed inquãtũ dat eſſe
corporeũ arguitur. et quidẽ ſupponitur ꝙ in xp̄o
non eſt alia forma ſubſtãtialis preter animaȝ ra-
tionalem que dat ⁊ eſſe ſubſtantiã et eſſe corpus
⁊ eſſe animal et eſſe hominẽ ⁊ cetera. arguit Sco
tus primo ſic. qꝛ ſi hoſtia cõſecrata in cena a chri
ſto in pixide fuiſſet conſeruata in triduo: permã-
ſiſſet ibi eadem res p̄mo cõtenta. illud autem in
quod fiebat primo cõuerſio non fuit materia pri
ma nec accidentia nec compoſitum ex materia ⁊
accidente. ergo compoſituȝ ex materia ⁊ forma
ſubſtantiali. illud ergo ſemper mãſiſſet ĩ triduo.
ſed tunc non erat compoſitum ex prima mate-
ria et anima intellectiua: quia chriſtus fuit vere
mortuus in cruce: et ita anima intellectiua vere
fuit ſeparata. ſed non poteſt ſimul eſſe ſeparata ⁊
vnita corpori. igitur ⁊ cetera. ❡2°. quia termi-
nus huius cõuerſionis oportet ꝙ ſit ens reale qꝛ
cõuerſio eſt realis. ſed anima intellectiua vt dat
eſſe corporeuȝ diſtinguẽdo contra eſſe intellecti
uum: ſm te nõ eſt aliq̄d reale ſed tm̃ quoddã ab-
ſtractum per actum intellectus ſicut cõmune eſt
aliquid preter ſingularia ſʒ te. ergo iſta cõuerſio
non poteſt eſſe in animam vt eſt dãs eſſe corpo
reum. ❡3°. ſic arguit. illud corp⁹ quod ponis ter
minum conuerſionis primũ: eſt corpus mathe-
maticum aut corpus naturale. non enim diſtin-
guit philoſophus corpus in plura. ſi mathemati-
cum: ergo includit actu quantitatem: ergo quan
titas eſſet ibi primo ex vi conuerſionis. nec erit
tranſubſtantiatio ſed tranſaccidentatio: ſi acci-
dẽs per ſe requiratur in termino. ſi ſit corpus na-
turale: ergo eſt naturale per formã ſubſtantialeȝ
vel per qualitatẽ. ſi primo modo habetur ꝓpoſi-
tũ ꝙ illa forma non eſt anima intellectiua. ſi ſecũ
do modo cuȝ q̄litas naturalis preſupponat quã-
titatem: adhuc habetur propoſitum ꝙ prim⁹ ter
minus cõuerſionis includit materiam cum quan
titate et qualitate et ita erit dupliciter ens ꝑ ac-
cidens. ❡4°. qꝛ non efficaciora ſunt verba ſup
ſanguinem q̃ȝ ſuper corpus. ſed dicendo hic ẽ ſan
guis vł hic eſt calix ſanguinis mei: non poteſt ibi
fingi terminus cõuerſionis ſola materia ſub mo
do quantitatiuo: quia illud non eſt ſanguis cum
ſanguis dicat aliquam ſubſtantiam que generat̃
a nutrimento ſumpto et eſt proximum conuertẽ
di in carnem nec generaretur nec conuerteretur
niſi haberet propriam formã ſubſtantialẽ. ❡5°.
quia cum dicitur hoc eſt corpus: non ponitur ad
diſtrahenduȝ de veritate carnis et oſſis et hm̃oi
ſed potius vt includit omnes partes eius qḋ eſt
primo animabile. ſed ſi diceretur hec eſt caro vel
os: fictio videretur ponere terminum conuerſio
nis eſſe tãtũmodo materiaȝ ſub modo quãtita-
tiuo vel materiã ſine forma ſubſtãtiali. ergo mul-
to magis in propoſito accipiendo corpus vt eſt
quoddam includens omnia illa ſicut hic accipi-
tur. ❡6°. quia iſta via non ſolum non ſaluat ſuf-
ficienter veritatem euchariſtie: ſed nec ſaluat ve
ritatem rei contente in euchariſtia ſm veritateȝ
corporis et ſanguinis chriſti. quia ſicut in exiſten
tia materiali ita et in euchariſtia erat idẽ corpus
viuum et mortuum vt probatur per multas au-
ctoritates ſanctorum. ſimiliter nec identitatem
ſanguinis effuſi ſuper terraȝ de latere chriſti mor
tui. hec ille cuȝ multis alijs rationibus adductis
ſuper ſecundo ſententiarum in materia de plura
litate formarum in homine que non ſunt ad pre
ſens ꝓpoſituȝ ideo nõ recitant̃. ❡Cõtra eadeȝ
in ꝯcluſione p̄ma cõtenta arguit Aureolus ⁊ ſm
idẽ tripliciter. p̄mo qꝛ quãdo aliqua differũt ſo-
la rõne: impoſſibile eſt ꝙ ꝑ aliquã actionẽ attin-
gatur vnũ ⁊ nõ aliud. ſʒ anima vt dat eſſe corpeũ
ꝑ te: ſola rõne differt a ſeipa vt dat eẽ ĩtellectiuũ.
trãſubatio aũt eſt actio realis. ergo ĩpoſſibile eſt
ꝙ attigat aĩam vt dat eẽ corporeuȝ quin attigat
eaȝ vt dat eſſe intellectiuũ. ergo ex vi cõuerſionis
eque directe anima ẽĩ ſacr̃o vt dat eſſe ĩtellectiuũ
ſicut vt dat eẽ corporeũ. ergo videt̃ contradictio
ꝙ termin⁹ cõuerſionis ſit anima dans eẽ corpeuȝ
⁊ vt ẽ ĩtellectiua ſit tãtũmodo termin⁹ ꝑ cõcomi
tãtiã. ❡2° ſic. nã ĩnocẽti⁹ in de officio miſſe dicit

ego inquit vitam eternaȝ habere deſidero. ideo
carnē chriſti comedo veraciter illam quā extra-
xit de virgine. tunc ſic. ſi in triduo aliquis apoſto
lorum confeciſſet: aut fuiſſet illa caro que hodie
eſt: aut non. ſi ſic: habetur propoſitum qꝛ illa ca-
ro q̄ tūc fuit: non includebat animā xp̄i vt dat eē
corporeum ſed aliam formam carnis. ſi vero nō
ſit eadem caro que hodie eſt in euchariſtia ⁊ illa
que fuiſſet in triduo: ergo non eſt ſacramentum
ſemper vniforme. et ſequitur vlterius ꝙ illa caro
que hodie eſt: non eſt illa a qua fluxit ſanguis in
cruce et que iacuit in ſepulchro. quia ſanguis exi-
uit a carne ſeparata ab anima rationali vt habe-
tur Joannis. 19. ſimiliter ſequitur ꝙ hodie non
ſit tranſubſtantiatio in ſanguinem qui emanauit
de chriſti latere: quia ille non erat animatus.
¶ 3°. ſic. ex eadem auctoritate. nam dicitur ibi il-
lam carnem manduco quam chriſtus de virgine
traxit. ſed conſtat ꝙ chriſtus non traxit de virgi
ne animam cum anima non ſit ex traduce. igitur
et cetera. hec Aureolus in forma. ¶ Contra ea-
dem ipſa arguit Henricus. 9°. quodlibet. q. 8ᵃ.
dicens poſt multa argumenta quibus probat in
homine eſſe aliam formam ſubſtantialem pret
animam rationaleȝ: infert ſic. ex parte corporis
patet in quid fit conuerſio: quia in corpus aliam
formaȝ habens preter animam rationalem. Itē
videndum eſt ex parte conuerſionis quia tota ſu
bſtantia panis conuertitur in verum corpus xp̄i
quia eſt ibi ⁊ non aliter niſi per conuerſionem. et
ideo cum materia non ſit corpus: non fit conuer
ſio in ſolam materiam. tunc enim cum minus eē
habeat materia q̄ forma ſubſtātialis habēs ma-
ius et verius eſſe: conuerteret̄ actione diuina in
minus eſſe. quod eſt inconueniēs quia ſicut deus
nulli eſt cauſa tendēdi in non eſſe ſm Auguſtinū
83. queſtionū: ita nec tendendi in minus eſſe: qꝛ
vtrūq; ſonat in defectum. ergo tota ſubſtātia pa
nis non cōuertitur in materiā. Item nec in mate
riam cū intentione corporeitatis abſq; re alicu-
ius forme: quia ſic non eſſet conuerſio in corpus
reale ſed rationis. vnde non fit conuerſio in rem
que eſt anima rationalis ſicut nec in diuinitateȝ.
Licet quedaȝ noua poſitio dicat ꝙ conuerſio fit
in animam ſm ꝙ dat eſſe corporeum non auteȝ
ſm ꝙ dat eſſe animatum tali anima. ſed ſi hoc eſ
ſet: tunc non eſſet conuerſio in corpus generatū
ex virgine: quia anima rationalis ſm nullam rō-
nem generata eſt. quod falſum eſt quia dicit Am
broſius ꝙ cōficim⁹ corpus qđ ꝺ virgine eſt. ¶ 2°.
quia ſi ita eſſet: tunc in triduo anima ſeparata a
corpore non potuit dici ꝙ corpus chriſti fuit i ſe
pulchro niſi ſm materiam. nec fuiſſet facta conſe
cratio niſi in nudam materiam et non in corpus
quia deficiebat terminus conuerſionis. qꝛ corp⁹
xp̄i non eſt corp⁹ vt dicunt niſi ab anima rationa
li. nec fuit illud corpus idem viuū ⁊ mortuuȝ niſi
vnitate ſuppoſiti. et ſic in triduo non fuiſſent vera
verba conſecrationis: hoc eſt corpus meū. ¶ 3°.
ſi hoſtia conſecrata ante mortē xp̄i fuiſſet ſerua-
ta: cum anima ſeparata in morte non manſiſſet
corpus. et ſic manentibus ſpeciebus ꝺfeciſſet res
ſacramenti et non fuiſſet corp⁹ chriſti ſub hoſtia.
que ſunt incōuenientia nec poſſunt euadi niſi po
nendo formam aliam in homine preter animā.
ſit ergo conuerſio in tale corpus quod manſit in
triduo idem quod prius. et conſecratum reman
ſiſſet: niſi ꝙ hora mortis in cruce mortuum fuiſſꝫ
per ſeparationem anime. vnde dicit Guilelmus
altiſiodorenſis ꝙ ſi corpus xp̄i fuiſſet ſeruatuȝ in
pixide: concedenda eſſet iſta: corpus chriſti mo-
ritur in pixide. nec per hoc intelligitur aliqua no
ua ꝓprietas aduenire. ſed ſenſus eſt: anima xp̄i
incipit non eſſe hic. et ſic non eſt ponendū ꝙ ma-
neat materia nuda ſine forma nec ꝙ forma cada
ueris introducatur. et ſic ſtat ꝙ diuinitas et ani-
ma non ſunt in ſacramēto ex vi ſacramenti licet
ſint ibi per naturalem concomitantiam quādiu
anima cōiuncta fuit preter triduum. Et ideo nō
valet quod moderni dicunt ꝙ conuerſio fit i ani-
mam ſm ꝙ dat eſſe corporeum: tamen vt eſt ra
tionalis non eſt ibi niſi per concomitantiam imo
fit cōuerſio in corpus quod habet formā. In bru
to autem cum non ſit alia forma q̄ anima: ſi vir-
tute diuina fieret conuerſio alicuius in corp⁹ bru-
ti dicendo hoc eſt corpus bruti: anima bruti eſſet
ibi vi verborum et non per concomitantiaȝ quo
ad illud quod eſt ibi ſm rem. quo ad rationē au-
tem vegetabilis et ſenſibilis: non eſſet conuerſio
in corpus ſed tm̄ in materiam ⁊ partes eius que
corpus non appellatur. hec Henricus in forma.
¶ Contra tertiam concluſionē arguit Durād⁹ ꝓ
bando ꝙ in euchariſtia nō ſit quātitas dimēſiua
corporis xp̄i. primo qꝛ nō ſequit̄ quātitas xp̄i nō
ſeparatur a corpore ſuo: ergo eſt cum corpore in
ſacramento per concomitantiam. ſicut enim lo-
cus celi nō ſeparatur ab eo ſm contactū q̄ tm̄ nō
ꝓpter hoc eſt i ſacramēto: ſic videt̄ eē hic. ¶ 2°.
ſic. ceſſante cauſa: ceſſat effectus. et ideo cū cor-
pus xp̄i ſit ꝓpter ordinē quem habet ad ſpecies
vt ſubſtantia nō vt quāta: ergo eſt hic ſuba et nō
quantitas. ¶ 3°. quia ꝙ aliqui arguunt videlicet
dicunt enim ꝙ non ſequitur: deus facit ꝙ calidū
preſens calefactibili non comparetur ei in ratio-

ne calefacientis ſuſpendendo actionem ⁊ retinē
do calorem: ergo in ſe non eſt calidum vel calefa
ctiuum. ergo a ſimili licet non faciat quantitatē
corporis chriſti eſſe in ſe indiuiſibilē quia hoc eſ
ſet contradictio: poteſt tamen facere ipſam com
parari ad ſpecies que ſunt extra modo indiuiſi
bili. hoc autem nō eſt ſimile. quia quod ſequitur
ad approximationem agentis ad patiens: eſt a
liquid abſolutum quod deus poteſt impedire. ſ
ſicut non poteſt facere ꝙ quātitates vnius ratio
nis adinuicem comparate vna non ſit inferior a
lia vel equalis: ſic etiā nec quantitates quecūq
adinuicem comparate quin vna ſit maior aut mi
nor aut equalis. quo facto ſic nō compararetur
diſſimiliter ad totum ⁊ partem vel pars ad par
tem et totum ad totum. ¶ 4°. ſic. impoſſibile eſt
ꝙ quantitas comparetur quantitati modo na
ture incompoſſibili. ſed modus nature quantita
tis: eſt diuiſibilitas. ergo impoſſibile eſt ꝙ quan
titas comparetur modo indiuiſibili. ſed ſi quan
titas corporis chriſti preſens eſſet ſpeciebꝰ mo
do ſubſtantie: compararetur ad eas modo indiuiſi
bili. igitur et cetera. ¶ 5°. quia ſubſtantia poteſt
comparari ad locum circumſcriptiuū mediante
quantitate quam habet ⁊ ſequitur modum quā
titatis quia hoc nō repugnat ſue nature. licet enī
ſubſtantia non ſit diuiſibilis aut quanta ſm ſe: eſt
tamen quanta et diuiſibilis per accidens ratione
quantitatis ſibi inherentis per quā extenditur.
ſed quantitas cum de ratione ſua intrinſeca ha
beat partes poſitione diſtinctas et per hoc ſit di
uiſibilis: nullo modo poteſt ſibi competere reſpe
ctu cuiuſcūq alteriꝰ indiuiſibiliter ſe habere. ꝓp
ter quod non comparari poteſt ad locū modo
ſubſtantie vt tota ſit ſub ſpeciebꝰ ⁊ tota ſub qua
libꝫ parte. ¶ 6°. quia anima rationalis que ſꝫ ſe
eſt indiuiſibilis quāuis ſit in corpore quāto ⁊ me
diante eo ſit in loco: tamen non comparatur nec
comparari poteſt diuiſibiliter ſeu quātitatiue ad
ipſum corpus quantum nec ad eius locū. immo
ipſa tota eſt in corpore et in qualibet parte cor
poris ⁊ ſimiliter ſe habet ad locum continēs cor
pus ſuum. ergo ſimiliter quantitas que de ſe ⁊ de
natura ſua intrinſeca eſt diuiſibilis quia habꝫ par
tes poſitione differentes quāuis ſit in ſubſtantia
q̄ de ſe eſt non quanta nec diuiſibilis: non poteſt
ratione ſubſtantie comparari ad aliquid indiui
ſibiliter: ſed neceſſario comparatur quantitatiue
⁊ diuiſibiliter. ita ꝙ neceſſario ſe habet diſſimilit
ad totum ⁊ ad quālibet eius partem. et ſic ſi quā
titas corporis xp̄i eſt in ſacramēto per cōcomi
tantiā ad ſubſtantiā: non apparet poſſibile quali
ter ipſa tota poſſit eſſe equaliter preſens ſpecie
bus ⁊ cuilibet parti ſpecierū. ¶ 7°. quia vbicūq ē
ſubſtātia in ſe realiter: ibi eſt ſubſtantialiter. quia
iſte modus eſt ab ea inſeparabilis. ergo ſimiliter
vbicūq eſt quantitas in ſe realiter: eſt ibi quanti
tatiue quia iſte modus eſt ſibi eſſentialis vel inſe
parabilis. ſed illud quod ineſt quantitatiue ali
cui: non pōt comparari ad totū vel eius partem
cōſimiliter. igitur vt prius. hec Durādus. ¶ Cō
tra eandem cōcluſionē arguit Scotꝰ ꝓbando ꝙ
modus ponendi corpus xp̄i quātū non quātita
tiue in eucharistia nō ſit cōueniēs. primo qꝛ vnū
quodq ſiue ſit primꝰ terminꝰ trāſubſtantiatio
nis ſiue ſecūdus: ſi tamē eſt ibi: habet ꝓprietates
ſuas q̄ ſibi neceſſario et naturaliter conueniunt.
qđ ꝓbatur ex eo ꝙ ſi deus creet ſubſtantiā quantā
vel natura generet ſubſtantiā vt concomitetur
quātitas: vtriuſq ꝓductionis primus terminus
eſt ſubſtantia ⁊ terminꝰ concomitās eſt quanti
tas. et tamē tā in genito q̄ in creato: quātitas ha
bet ſuum modū realē ſicut haberet ſi primo ter
minaret aliquā mutationē. et hoc ꝓbatur p rō
nem quia alia habitudo ad agens: non variat na
turam rei hoc eſt prima vel ſecunda mediata vl
immediata: dūtamē ꝓducatur. quia nec habitu
do ad aliud agēs variat naturā rei acte ſm Au
guſti. 3°. de trini. caplo. 9°. non ergo carebit quā
titas ſuo proprio modo naturali ꝓpter hoc tm̄
quia nō eſt primus terminus tranſubſtantiatio
nis: dumtamē ſit ibi realiter ſiue pmo ſiue ſecun
do per illā mutationem. ¶ 2°. ſic. ſi per conuer
ſionem ſit terminꝰ ad quem vbi prius fuit termi
nus a quo: ergo modus eſſendi huiꝰ ⁊ illius erit
ſimilis ille ſaltem qui poteſt eſſe cōmunis vtriq
ſed panis conuerſus erat hic quātitatiue ſuo mo
do quia ſub quantitate habens partē extra par
tem. ergo ⁊ ſubſtantia corporis xp̄i exiſtēs hic ex
vi conuerſionis: erit hic ſuo modo quantitatiue
habens. ſ. partem ſubſtātie ſub pte quātitatis. ⁊
tunc quantitas eius erit hic proprie dimenſiue.
¶ 3°. quia poſitio q̄ eſt differentia quātitatis ne
ceſſario eſt in quanto cōtinuo pmanēti. et iſtam
oportet ſaluari in propoſito que. ſ. dicit ordinem
partium in toto. nō enim eſt intelligere aliqđ eſſe
dimenſionatū: quin ſit ſignificare in toto ordinē
huius partis ad illā ſm quantitatē interminatā.
hec ille. ¶ Contra eandē arguit Aureolus ꝓbā
do ꝙ nō ideo quātitas corpis xp̄i in eucharistia
abſoluitur a legibus quātitatis: qꝛ nō eſt ibi niſi
per cōcomitantiā. primo qꝛ ſm te dimēſiones in
terminate non ſunt in materia niſi p formā ita ꝙ
cōcomitantur formā in materia. et generatio q̄ p

ſe terminatur ad formã: terminaẽ ſecundario et per accidẽs ad quãtitatem. et quãtũ dat generãs de forma: tantũ dat de quãtitate. ſed hoc nõ obſtante ꝙ quãtitates ſint in materia ꝑ concomitãtiam: nõ abſoluunẽ in ſe a legibꝰ quãtitatis. alias omne corpus eſſet indiuiſibile ſm ſuã quantitatem et c. ¶ 2°. quia ſi ratio tua ſit bona ꝙ qꝛ ſubſtantia eſt ibi ſine legibꝰ quãtitatis ideo ille dimẽſiones ſint ſine ꝓprietatibus quãtitatis eo ꝙ ſũt ibi per cõcomitantiã ſubſtãtie: per eandẽ rõnem ſequitur ꝙ iſte dimẽſiones ibi ſint ad indiuiſibilitatem reducte qꝛ ſunt ibi modo ſubſtãtie q̃ de ſe indiuiſibilis ẽ. ¶ 3°. quia omne accidẽs ꝫ ſi ſit poſterius ſuo ſubiecto: in illo tamẽ poſteriori q̃ aduenit ſubiecto: ponit ſuum effectũ formalẽ ꝫ ſuarũ paſſionũ circa ſubiectũ. ſicut albedo in poſteriori quo aduenit ſubiecto dat eſſe albũ. ſed ꝑ te in ſacramẽto altaris eſt vera quantitas corporis xp̃i realiter licet ꝑ accidens. ergo in illo poſteriori dabit eſſe quãtũ corpori ꝫ alias paſſiones quãtitatis. ¶ 4°. illud quod cõcurrit cum ſubſtãtia ad fundandũ ordinẽ ad diuiſibilitatẽ: videẽ habere per ſe ordinẽ ad illã. ſed quãtitas cum ſubſtantia cõcurrit ad fundandũ illũ ordinẽ qꝛ illa ſuba corporis xp̃i aut eſt diuiſibilis aut indiuiſibilis. ſi vt fundat illũ ordinẽ partium adinuicẽ ſit diuiſibilis: ergo per quãtitatẽ ꝫ habeẽ ꝓpoſitum. ſi ſit indiuiſibilis: ergo non habet partes. et ſic corpꝰ chriſti in ſacramento non habet caput niſi plura membra. hec ille in forma.

Quantum ad articulũ tertiũ primo notandũ eſt ꝙ verũ corpus xp̃i eſſe realiť in ſacramẽto euchariſtie ſub ſpeciebus panis et vini ſola fide tenetur a nobis. non enim ab intellectu viatoris id cõprehendi aut efficaciter ſeu demõſtratiue cognoſci poteſt ꝓut. S. Tho. deducit in hac diſtin. ar. 4. ſub. ar. 5. De modo aũt exiſtendi hoc certũ habemus ex determinatione eccleſie ꝙ corpꝰ ꝫ ſanguis xp̃i in ſacramẽto altaris veraciter continẽtur ſub ſpeciebꝰ panis et vini ꝑ tranſubſtantiationẽ panis in corpꝰ et vini in ſanguinẽ poteſtate diuina: ſicut habeẽ de ſumma trini. ꝫ fide catho. caplo firmiter credimꝰ. Duo ergo iſta inconcuſſe tenenda ſunt. vnuꝫ ꝙ corpus ꝫ ſanguis xp̃i vere cõtineanẽ in ſacramẽto euchariſtie ſub ſpeciebus panis ꝫ vini cõtra nõnullos qui cõcedũt corpus et ſanguinẽ xp̃i eſſe in ſacramẽto ratione preſentie ſed nõ ꝯtineri in ſacramẽto. i. in ſpeciebus ſacramẽtalibus. quibus caplm allegatuꝫ expreſſe aduerſatur cum dicat veraciter cõtinenẽ. Aliud eſt ꝙ id fiat per cõuerſionẽ et trãſubſtãtiationẽ panis ꝫ vini in corpus ꝫ ſanguinẽ xp̃i quod in eodẽ caplo notaẽ cum dicit trãſubſtãtiatis pane in corpus et vino in ſanguinẽ poteſtate diuina. vbi ablatiuꝰ teneẽ cauſaliter ex contextu litt ere. Circa modũ aũt continẽtie animaduertendũ eſt ꝙ aliqd cõtineri in alio dupliciter põt itelligi. vno modo ꝓprie et ſtricte quãdo. ſ. id qđ in alio contineẽ: cõcluditur ꝫ limitaẽ ab illo vel ſitu vel virtute ꝫ oꝑatione vel modo aliquo. ſicut dicimus ꝙ corpꝰ locatũ contineẽ in loco in quo eſt qꝛ ad illđ per ſuã quantitatẽ limitatur. et angelꝰ contineẽ in loco circa quẽ oꝑatur inquantuꝫ eius virtus ꝫ oꝑatio ꝓ tunc limitaẽ ad locũ illũ. Alio modo diciẽ aliquid cõtineri in alio minꝰ proprie quãdo. ſ. ꝑ ſuã realẽ entitatẽ eſt in eo q̃uis ab illo non cõcludaẽ aut predicto modo limiteẽ vel ab eo ꝑficiatur. ꝑ quẽ modũ eccleſia cãtat loq̃ns ad beatã virginẽ: in tua ſe clauſit viſcera factꝰ hõ. et iſto ſecũdo modo corpus xp̃i et ſanguis dicuntur in ſacramento contineri qꝛ. ſ. veraciter ꝫ ſm ꝓpriam entitatẽ exiſtũt in ſpeciebꝰ ſacramẽtalibus. et iſte videtur eſſe ſenſus capituli preallegati quem ſequiẽ. S. Tho. ad deſignãdũ ꝙ licet ſacramẽtũ ſit in genere ſigni: non dicunẽ corpus et ſanguis xp̃i eſſe in ſacramẽto vel ſub ſpeciebꝰ ſacramẽtalibꝰ tantũmodo ſicut in ſigno ſed ꝙ veraciter et ſm ꝓpriam entitatẽ in eis exiſtũt. Unde i hac diſti. ar. p̃mo ad. 5m. cũ diceret. S. Doc. ꝙ corpus xp̃i non eſt in ſpeciebꝰ ſacramẽtalibus vt in loco ꝑ ſe loquẽdo ſed vt in ſacramẽto adiecit. nõ ſolũ ſignificãte ſed cõtinente ipm ex vi cõuerſionis facte. Et tertia pte. q. 75. ar. p̃mo i cor. ſacramẽta inquit veteris legis illud verũ ſacrificium paſſionis xp̃i cõtinebant ſoluꝫ in figura ſm illud hebre. 10. vmbrã habens lex futurorũ bonorum: nõ ipſam rerũ imaginẽ. et ideo oportuit vt aliquid haberet plus ſacrificium noue legis a chriſto inſtitutum vt. ſ. contineret ipſum chriſtũ paſſum non ſoluꝫ in ſignificatione vel figura ſed etiam in rei veritate. et ideo ſacramentum quod ipſum xp̃ꝫ realiter cõtinet vt Dioniſius dicit. 4. capitulo eccleſia. hierar. eſt perfectiuũ omniuꝫ ſacramentorum alioꝝ in quibus virtus xp̃i participatur. hec ille. Et in reſponſione ad. 3m. cum diceret ꝙ corpus xp̃i eſt in diuerſis altaribus non ſicut in diuerſis locis ſed ſicut in ſacramento adiũxit. per quod non intelligimus ꝙ xp̃s ſit ibi ſoluꝫ ſicut in ſigno licet ſacramentuꝫ ſit in genere ſigni. ſed intelligimus corpus chriſti hic eſſe ſꝫ modũ proprium huic ſacramento.

Secundo

¶ Secundo Notãdũ eſt ꝙ vt. S. Tho. dicit. 3ª. par. q. 76. ar. 6. in. cor. per hoc ꝙ dicitur xp̄m eſſe ſub vel in ſacramẽto: deſignat̃ quedã habitudo ei⁹ ad ſacr̃m. eſt aũt in vel ſub ſacr̃o ratione illi⁹ qđ in ip̄m conuerſum ẽ prout ip̄e inquit in hac diſ. ar. 3. ſub. ar. 2. in. cor. ⁊ ad. 3ᵐ. non enim eſt xp̄s in ſacr̃o ratione ſui nec ratione ſue quãtitatiſ nec rõne ſue virtutis vl' operationis vt ibi. S. Doc. notat. quãobrẽ habitudo corporis vel ſanguinis xp̄i ad ſacr̃m: ad idem gen⁹ ꝑtinet ad quod habitudo ſubſtãtie panis vel vini in ip̄am cõuerſa pertinebat ꝗ̃uis non per omnia eodẽ modo. Hoc autẽ non ſic intelligim⁹ quaſi omnẽ habitudinẽ quã habuit ſubſtãtia panis aut vini ad ſpeciem ante trãſubſtãtiationẽ: habeat ſub̃a corporis et ſanguinis xp̄i poſt trãſubſtãtiationẽ. nam hoc falſum eſt cũ nõ habeat habitudinẽ ſubiecti ad accidẽs aut quãti ad ſuã quãtitatem vel extẽſi ad ſuam extẽſionem ⁊ ſic de ceteris habitudinibus intrĩſecis. ſed intelligimus ꝙ omnẽ habitudinẽ quã hẽt ſubſtãtia corporis ⁊ ſanguinis xp̄i ad ſp̄es ſacr̃ales: habuit ſub̃a panis ⁊ vini ſub illis preexiſtens ꝗ̃ꝗ̃ aliter et aliter. Unde dicere poſſum⁹ ꝙ habitudo corporis et ſanguinis xp̄i ad ſpecies ſacr̃ales: eſt habitudo ſignati ad ſignum ⁊ contẽti ad continẽs ⁊ p̄ſentis ad rẽ ſibi p̄ſentem. quas habitudines habuit ſub̃a panis et vini ad ip̄as ſpecies alio tñ ⁊ alio modo. nã habitudo ſubſtantie panis et vini ad ipſas ſpecies erat habitudo ſignati ad ſignũ ⁊ contẽti ad continẽs ⁊ preſentis ad preſens: ſibi ſuppoſitaliter ⁊ ẜm eſſe exiſtẽtie inherẽs ⁊ vnum numero cũ eo exiſtẽs ab illo hñs ⁊ eẽ ⁊ operari. ſubſtãtia vero corporis ⁊ ſanguinis xp̄i habet ad ſpecies ſacramẽtales eaſdẽ habitudines genere ſicut ad aliquid ſibi extrinſecum ſuppoſitaliter ⁊ ẜm eſſe exiſtentie ab illo diuerſum ac diſtinctũ numero nec ab illo depẽdẽs aut in eſſe aut in operari. itaq; ꝑ hoc ꝙ ſub̃a corpor̃ ⁊ ſanguinis xp̄i ſuccedit ſubſtantie panis ⁊ vini: ex ratione conuerſionis hẽt ad ſpecies ſacramẽtales quaſdam habitudines quas ſubſtãtia panis ⁊ vini prius exiſtẽs habuerat. non tamẽ omnes nec eodẽ modo ſed illas preciſe ⁊ illo modo q̃ ex vi ⁊ ex modo cõuerſionis neceſſario conſequũt̃. hee aũt ſunt quas ſupra notauimus ⁊ ſi que alie dari poſſunt extrinſece habitudines ⁊ reſpectus.

¶ Tertio Notãdum ẽ ꝙ in ſacramẽto euchariſtie panis ⁊ vinũ trãſubſtãtiãtur in verum corpus ⁊ ſanguinẽ xp̄i ita vt verum corpus ⁊ ſanguis xp̄i contineãtur in ſacramento prout catholica tenet eccleſia in ca° firmiter credimus de ſũma trini. ⁊ fide catho. et in ca° cum marthe. de cele. miſ. iuxta verbum domini Mathei. 26. dicẽtis: hoc eſt corp⁹ meum: ⁊ hic eſt ſanguis meus. et ideo neceſſe ẽ dicere ꝙ idipſum corpus xp̄i ⁊ ſanguis conſecratur ſub ſacramẽto: quod eſt veraciter corpus et ſanguis xp̄i in propria ſpecie extra ſacramentũ. vnde ſi in triduo mortis xp̄i aliquis apoſtolorũ ſacr̃m euchariſtie confeciſſet vel etiã poſt cenam domini ante ipſius mortẽ: corpus xp̄i fuiſſet ſub ſacramento in ip̄o mortis triduo exanime: eo ꝙ extra ſacramẽtum in ꝓpria ſpecie pro tũc exanime fuit. ſi enim corpus chriſti ſub ſacramẽto fuiſſet in illo triduo animatũ ac per hoc viuum: nõ fuiſſet ſub ſacramẽto idipſum corpus xp̄i ꝗ̃ᵐ ad ſubſtãtiã quod erat extra ſacramẽtum in ꝓpria ſpecie cum ĩ propria ſpecie extra ſacramẽtum ẜm fidem vere mortuum fuerit. mortuũ nãq; ⁊ viuum differũt eſſentiali differẽtia. eſt enim anima rationalis forma ſubſtãtialis ⁊ p̄ſe corporis humani prout de ſũma trini. ⁊ fide catho. diffinitũ eſt in clemen. vnde corpus hominis mortuũ et corpus viuũ nõ dicitur vniuoce ſed equiuoce corpus humanũ. quodcũq; enim eſſentialiũ p̄ncipiorũ ſubtrahatur: iã non remanet eadẽ ratio ſpeciei ⁊ per conſequẽs nec nomẽ vniuoce dicetur. ⁊ inde ẽ ꝙ in triduo mortis xp̄i eius corporalis oculus equiuoce dict⁹ eſt cum oculo xp̄i viui prout. S. Tho. deducit. 3°. quol;. ar. 4. ex q̊ vlterius ſequitur ꝙ corp⁹ xp̄i viuẽtis et mortui non fuit idem numero idẽtitate eſſentiali ⁊ ſpecifica: ꝗ̃uis fuerit idẽ numero idẽtitate ſuppoſiti ⁊ idẽtitate materie ⁊ idẽtitate eẽ exiſtẽtie. ¶ Ex ſupradictis inferimus duo. vnum eſt ꝙ ſi in triduo mortis xp̄i ſacramẽtum euchariſtie fuiſſet conſecratum: in toto triduo mortis fuiſſet ſub ſacramẽto eadẽ numero res ex vi ſacramenti in eo contẽta: q̄ eſſet idẽ numero corpus chriſti ⁊ identitate ſuppoſitali ⁊ idẽtitate eſſentiali. i. hñs eãdem omnino materiã ⁊ eãdẽ formã ſub̃alem. Aliud ẽ ꝙ ſi in die cene aliquis hoc ipſum ſacr̃m conficeret ⁊ illud ſeruaret vſq; in triduũ mortis xp̄i incluſiue: non fuiſſet in triduo ip̄o ſub ſacramẽto eadẽ res omnino primo contẽta. ſ. directe ex vi ſacramẽti q̃ fuerat ĩ ipſo ante triduũ mortis. ꝓbat̃ hoc. q̄m ſtãte caſu iſto corpus xp̄i ante triduũ conſecratũ: fuiſſet viuũ pro tũc ſub ſacramẽto. xp̄o autẽ in cruce moriẽte: corpus xp̄i ſub ſacr̃o fuiſſet mortuum ratione p̄miſſa in p̄ncipio notabilis. ac per hoc anima ſeparata a corpore ꝑ cui⁹ ſeparationẽ neceſſario noua forma corpo

reitatis materiā corporis xpi informaret in ſacramēto ſicut ⁊ extra ſacramētū. ⁊ per cōſequēs corpus xpi nō eſſet omnino idē eſſentialiter ſub ſacramento in triduo mortis quod fuerat ante triduū. nā variata forma ſubſtātiali: neceſſe eſt rem eſſentialiter variari. ⁊ ita res primo contenta ſub hoc ſacramēto .i. directe ex vi verborum nō fuiſſet omnino eadem eſſentialiter in triduo mortis que fuerat ante triduū. ¶ Sed contra iſta poteſt obijci qꝛ corpꝰ chriſti non aliter ē ſub ſacramento ꝙ ex vi verborū cōſecrationis. ſed corpus chriſti qđ fuit in triduo mortis non potuit eſſe ſub ſacramēto ex vi verborum cōſecrationis ꝓlate in die cene ſi fuit nō idē corpꝰ eſſentialiter qđ fuerat ante triduū. patet hoc qꝛ verba cōſecrationis ſtatim ꝓlata hn̄t ſuum effectū non ante nec poſt. ſed in die cene non potuerūt conuertere ſubſtantiam panis in corpus chriſti aliud ꝙ tunc erat alias non fuiſſet ſub ſacramēto verum corpus chriſti qđ eſſet in propria ſpecie. ergo ſi in triduo mortis fuiſſet ſub ſacramēto aliđ corpus chriſti eſſentialiter ꝙ ante triduum: nō potuiſſet cōfici per verba cōſecrationis ꝓlata in die cene ante triduū. igitur nullo alio modo. ⁊ ſic videtur falſum qđ in ſecūdo caſu ſupra inferebamus. ¶ Ad iſtā obiectionē dupliciẽ reſpōderi pōt. primo ꝙ verba cōſecrationis q̄n proferuntur a ſacerdote: diriguntur ex propria ſignificatione ſimul cum intētione cōſecrātis ad ſubſtātiā corporis xpi in ſacramēto. ⁊ ideo quicquid ſub ipſo ſacramēto pro quocūqꝫ tēpore ꝑtinet ad ſubſtātiā corporis chriſti: eſt ī eo virtute verborū ꝯſecrationis. vnde qꝛ in triduo mortis xpi forma noua cadaueris īformās materiā chriſti fuit de ſuba corporis xpi ꝑ vnionē ad verbum: omnis enim forma ſubſtantialis corporis ſuppoſito xpi vniti ſm̄ eſſe vere dici pōt de ſuba corporis xpi: ſequiẽ ꝙ fuiſſet in caſu dato ſub ſacramēto ex vi verborū cōſecrationis p̄cedētis. q̄ licet tēpore prolationis nō attigiſſent dictam formā cadaueris ſm̄ ſeipſam: attigiſſent tn̄ illā vnitā materie corporis xpi per hoc ꝙ ſubſtātiā corporis xpi attigerūt pro quocūqꝫ tēpore ſub talibꝰ ſpeciebꝰ exiſtētē. Ʒ hāc reſpōſionē huic obiectioni dedimus. li. 2. diſ. 15. ſub q̄nto notabili. Et huic conſonat qđ. S. Tho. dicit. 3ª. p. q. 77. arᵒ. 5. in. cor. vbi reijciēs quandā opinionē circa id qđ generatur ex ſpeciebꝰ ſacramētalibꝰ ſic ait. verum qꝛ nō rationabiliter videtur dici ꝙ miraculoſe aliq̄d accidat in hoc ſacr̄o niſi ex ipſa cōſecratione ex q̄ nō eſt ꝙ materia creeẽ vel redeat meliꝰ videẽ dicēdū ꝙ in ipa cōſecratione miraculoſe daẽ q̄ntitati dimenſiue panis ⁊ vini ꝙ ſit pͫ ſubm̄ ſubſequētiū formarū. hoc autē eſt ꝓpriū materie. ⁊ ideo ex cōſequēti daẽ predicte quātitati dimēſiue omne illud qđ ad materiā ꝑtinet. ⁊ ideo quicq̄d poſſit generari ex materia panis ſi eſſet: totū pōt generari ex p̄dicta quātitate dimēſiua panis vel vini. nō quidē nouo miraculo ſed ex vi miraculi prius facti. hec ille. ¶ Secūdo reſpōderi poteſt ꝙ in caſu dato nullum incōueniens nobis eſt ſi dicamꝰ ꝙ in triduo mortis materia corporis xpi fuit directe .i. ex vi verborum ſub ſacramēto: ſed forma ſubſtātialis cadaueris fuit ex naturali cōcomitātia. non enim cogimur dicere ꝙ quicquid ē de ſuba corporis xpi ſit pro quocūqꝫ tēpore ſub ſacramēto directe ex vi verborū ſacramētaliū: ſed ſufficit ꝙ tunc ſit quādo primo verba conſecrationis ꝓlata fuerint: quia verba conſecrationis id ſignificāt quādo proferuntur. vnde manētibꝰ ſpeciebꝰ ſacramentalibꝰ ſemꝑ totū corpꝰ xpi ſubſtātialiter manet ſub ſacramēto ſed nō ſemꝑ neceſſario manet ꝙtū ad totā ſui ſubſtātiā directe ex vi verborū ſacramētaliū. ſufficit enim ad veritatē corporis xpi ſub ſacr̄o: ꝙ totū corpus xpi qđ habet pro tūc in ꝓpria ſpecie ſit ſub ſacr̄o: etiā ſi aliqua eiꝰ pars ſubſtātialis ſit ibi nō directe ex vi verborū ſed ex naturali cōcomitātia. quēadmodū ad veritatē ſacramēti ſufficit ꝙ nūc totus xps cōtineaẽ ſub ſacramēto ꝓlatis verbis cōſecrationis ⁊ ꝙͫ ad diuinitatē ⁊ ꝙͫ ad humanitatē ac eiꝰ intrinſeca accidētia. ꝙuis nec diuinitas nec aīa rationalis in ꝙͫ aīa ē nec quātitas aut alia accidētia ſint ſub ſacr̄o directe ex vi verborū cōſecrationis ſꝫ tm̄modo ex naturali cōcomitātia.

¶ Quarto Notādū eſt ꝙ ſicut in p̄mo notabili deductū fuit: chriſtus eſt in hoc ſacramento ratione cōuerſionis panis ⁊ vini in ipm̄. huiuſcemodi aūt conuerſio fit ſm̄ ſubam. nā ſola ſubſtātia panis ⁊ vini in hoc ſacr̄o cōuertitur ex vi verborū ſacr̄alium remanētibꝰ panis ⁊ vini accidentibꝰ. vnde ⁊ terminꝰ in quē cōuerſionis ex vi verborꝫ eſt ſola ſuba corporꝭ ⁊ ſanguinis xpi nō accidētia: ꝙuis ⁊ nōnulla accidētia ſint in ſacr̄o ex reali cōcomitātia quā habēt ad ſubſtātiā non tn̄ ōnia. Ad qđ ſciēdū eſt ꝙ ~~vna~~ accidētia corporis et ſanguinis xpi ſunt ex cōſequēti ſub ſacramēto: q̄ ſunt corpori ⁊ ſanguini xpi intrīſeca prout. S. T. notat 3ª. p. q. 76. ar. 5. ad. 3ᵐ. nā hm̄oi accidentia ſunt q̄ realē ⁊ naturalē habēt illi cōcomitātiā. accidētia autē que nō intrinſece inherēt ſed ſunt aduenientia ⁊ denominātia corpus ⁊ ſanguinem xpi

ab extrinſeco: non cõueniunt corpori ⁊ ſanguini xp̄i vt ē ſub ſacramẽto. vnde et paſſiones que corpori xp̄i dum eſſet paſſibile ab extrinſeco inferebãtur ſicut irrideri cõſpui flagellari ⁊ alie huiuſmodi: nõ afficerẽt corpus xp̄i prout eſt ſub ſacramẽto ſi illo tẽpore cõſecratũ fuiſſet ac conſeruatũ. afficerẽt tñ illud ⁊ denominarẽt paſſiones q̃ illi cõuenirẽt intrinſece ſicut mori dolere ⁊ huiuſmodi. Quod aũt dictũ eſt de paſſionibus ab extrinſeco illatis: ſane intelligẽdũ eſt. eſt enĩ ſenſus ꝙ paſſiones ab extrinſeco illate nõ cõueniũt corpori xp̄i prout eſt ſub ſacr̃o. ſ. tanq̃ ab agente extrinſeco ibi ſibi illate. cõueniũt tñ illi ſub ſacramẽto vt. ſ. corpus xp̄i ſit illis affectum. verbi gratia ſi in die cene corpus xp̄i fuiſſet conſecratum ⁊ reſeruatũ ꝑ triduum: actio flagellationis carnificũ nõ attingeret corpus xp̄i vt eſt ſub ſacramẽto. nõ enim poſſet penetrare dimẽſiones ſacramẽtales ⁊ ad corp⁹ xp̄i peruenire. veruntñ corpus xp̄i ſub ſacramẽto: vulneribus afficeret̃ ex flagellatione facta illi extra ſacr̃m. Quia ergo eſſe in loco et loco diffiniri aut cõmẽſurari non cõuenit corpori chriſti ſm ſe et ab intrĩſeco nec ad illud hẽt naturalem cõcomitãtiã ſed cõuenit ſibi ab extrinſeco. ſ. a continẽte celo ĩ quo eſt ſicut in loco: ideo nec etiam cõcomitatiue. ſ. ratione ꝓprie quãtitatis cõuenit corpori xp̄i vt eſt ſub ſacr̃o. vnde licet veruꝫ ſit ꝙ corp⁹ xp̄i ſm propriã quãtitatẽ hẽt eſſe in loco ⁊ cõmẽſuratiue. ſ. in celo: ⁊ ip̄a eı⁹ quãtitas ſit vere ⁊ realiter ĩ ſacramẽto: non tñ vere dicitur ꝙ prout eſt in ſacramẽto cõuenit ſibi eſſe in celo nec alicubi quia ſm propriã q̃ntitatẽ nõ adaptat̃ dimẽſionibus ſacramẽti. per accidẽs tamẽ ⁊ multum indirecte põt dici corp⁹ chriſti ſub ſacramento eſſe in loco dimẽſionũ illius corporis qḋ in ip̄m cõuerſum ē ꝓut. S. Tho. dicit in hac diſ. ar°. p̄°. ad. 5ᵐ. Conuenit itaq; corpori xp̄i vt eſt ſub ſacramẽto hr̃e partes q̃ntitatiuas ⁊ habere partẽ extra partẽ ⁊ poſitionẽ ac ſitum partium prout ſitus dicit ordinẽ partium in toto. ſed non conuenit illi vt ſic eſſe in loco ⁊ loco cõmẽſurari ~~niſi~~ ſitus partium in loco. vnde non eſt verũ ꝙ eſſe in loco vel loco cõmẽſurari ſit proprietas ꝑ ſe ꝓpria ⁊ inſeparabilis quãtitati vel rei quãte ſicut riſibile eſt ꝓprium hominis prout aliqui falſo putãt. nam ⁊ dabilis eſt res quãta que proprie per ſe non eſt in loco nec loco cõmẽſurat̃ ſicut ē vltima ſpera.

Quinto Notãdum eſt ꝙ licet corpus xp̄i ſit ſub ſacramẽto cum tota ſua q̃ntitate: verũtamẽ vt ē ſub ſacramẽto non conuenit illi diuiſibiliter ⁊ partibiliter ſe habere ĩ reſpectu ad ſpecies ſacramẽtales ita vt hẽat partes ſue q̃ntitatis iuxta illaꝝ partes ⁊ aptetur paruũ paruo et magnum magno. licet enim corpori xp̄i in propria ſpecie ⁊ etiã in ſacr̃o ex reali cõcomitãtia cõueniat rõne ꝓprie q̃ntitatis habere in ſe partes diuiſibiles ⁊ hẽre partem extra partẽ q2 vt ſic iſta cõueniunt ſibi intrinſece non tñ iſta cõueniũt ſibi in ordine ad ſpecies ſacramẽtales q̃ ſunt ſibi extrinſece ⁊ ad quas non cõparatur ratione proprie q̃ntitatꝪ ſed ratione ſubſtãtie que eſt indiuiſibilis ⁊ impartibilis. habet enim q̃ntitas corporis xp̄i in ſacramẽto per cõparationẽ ad ſpecies ſacramẽtales ⁊ ad earuꝫ locum non modum propriũ. ſ. q̃ntitatiuum ſed modũ ſubſtãtie diuina virtute id operãte miraculoſe ſicut ⁊ non ratione ſui ſed ratione ſubſtãtie cõtinetur ſub ſacramẽto. Unde adaptando ſingula ſingulis dicere poſſum⁹ ꝙ quãtitas corporis xp̄i habet in ſacramẽto modũ ſubſtãtie in reſpectu ad ſpecies ſacramẽtales. ſ. modum indiuiſibilis: eo ꝙ non ſit ſub illis niſi ratione ſub̃e ⁊ ꝑ conuerſionẽ ſub̃e. ꝙ aũt nõ ſe hẽat modo q̃ntitatiuo ⁊ circumſcriptiuo ad ſpẽs ſacr̃ales et ad eaꝝ locũ: cauſa eſt q2 nõ hẽt ꝓportionẽ ad illas vel loci vel locati nec ad eas cõparat̃ localit̃ vel ſitualiter. nõ enĩ omnis q̃ntitas dimẽſiua ſe hẽt ad omneꝫ q̃ntitatẽ localit̃ ſeu circũſcriptiue aut ſitualiter vt. ſ. hẽat partẽ parti ⁊ totũ toti ⁊ paruũ paruo ac magnum magno coaptata: q2 nec omnis q̃ntitas oĩ q̃ntitati eſt applicata. ſine applicatione aũt ⁊ cõparatione: p̄dicta coaptatio eẽ nõ põt. Unde. S. T. in hac diſ. ar. 2. ſub. ar. 4. arguit ſic p̄mo loco. Corp⁹ xp̄i nõ eſt vltra dimẽſiones panis nec aliq̃ pars dimenſionis eſt ſub q̃ nõ ſit corp⁹ xp̄i. ergo ſi eſt ibi q̃ntitas tota corporis xp̄i: nec excedit dimẽſiones panis nec exceditur. ſed cõmunis animi cõceptio ē ꝙ due q̃ntitates quaruꝫ vna alteri ſuppoſita nec excedit nec excedit̃: ſunt eq̃les vt patet in p̀ncipio euclidis. ergo quãtitas corporis xp̄i tota equat̃ q̃ntitati panis qḋ eſt falſuꝫ. ecce argumẽtũ. ſequit̃ reſpõſio. Ad primũ ergo dicẽdũ ꝙ in ſuppoſitione: directe q̃ntitas applicatur q̃ntitati. ⁊ q2 quantitas xp̄i nõ directe applicat̃ q̃ntitati panis q2 nõ mediãte ip̄a corp⁹ xp̄i ſub dimẽſione panis eſt: ideo nõ ē ibi aliq̃ ſuppoſitio q̃ntitatꝪ ad q̃ntitatẽ nec aliqua cõmenſuratio quãtitatum. ⁊ ideo nõ ſequit̃ ꝙ ſint eq̃les. Itẽ tertio loco ſic arguit. quãdocũq; ſub aliqua quãtitate extrinſeca cõtinet̃ corpus aliquod hñs partes diſtictas ſm ſuã intrinſecã quãtitatẽ totã: cõtingit aſſignari ſub q̃ parte illi⁹ q̃ntitatis ſingule partes cõtineãtur. ſꝫ

corpꝰ xp̄i cũ ſit organicũ hēt partes diſtinctas. ſi ergo ſm totã ſuã quãtitatē cõtinet̃ ſub dimenſionibꝰ: erit aſſignare vbi ſit caput eiꝰ ⁊ manus ⁊ pes qḋ ē ipoſſibile: qr paruitas q̄ntitatis nõ ſufficit ad talē diſtãtiã. ⁊ p̄cipue cũ partes habeãt diſtantias determinatas ꝑpter multa intermedia q̄ hñt determinatas q̄ntitates. ecce argumētũ. ſequit̃ reſpõſio. Ad. $3^{m}$. dicēdũ ꝙ ſitꝰ ſicut obiectio tãgit q̄ntitatem p̄ſuppõit. ⁊ qr q̄ntitas xp̄i nullam hēt ſimilitudinē ad dimēſiones panis: iõ etiã nec ſitꝰ partiũ corporis xp̄i. ⁊ ideo q̄uis corpꝰ xp̄i ꝑut eſt ſub ſacr̄o hēat partes diſtinctas et ſituatas ſitu naturali: nõ eſt tñ aſſignare in partibꝰ dimēſionũ panis vbi ſingule partes corporis xp̄i iaceant. neq̄ tamē ſequit̃ ꝙ dicamꝰ xp̄i corpꝰ cõfuſum: qr ordinē hñt partes in ſe: ſed ſm ordinē illũ nõ cõpant̃ ad dimēſiones exteriores. hec ille. Idē in ſentētia hētur ex dictis eiꝰ. ar. $3^{o}$. ſub. ar. p̄$^{o}$. in. cor. ⁊ ad. $2^{m}$. ⁊. $3^{m}$. ⁊ ſub. ar. 3. in reſponſione ad. $2^{m}$. Itē. $3^{a}$. p. q. 76. ar. 3. ad. $2^{m}$. ⁊. $3^{m}$. ⁊ ar. 4. ad. $2^{m}$. ⁊. $3^{m}$. Quod aũt dicit. S. D. i p̄allegata reſpõſione ꝙ corpꝰ xp̄i nõ hēt ſimilitudinē ad dimēſiones panis: debet ītelligi. i. ꝑportionē ſimilitudinis vt ipſemet declarat ſupra eodē. ar. ſub. ar. $3^{o}$. in. cor. ❡ Neq̄ qr corpꝰ xp̄i ſm totã ſuã q̄ntitatē ↄtinet̃ in dimēſionibꝰ ſacr̄alibꝰ ideo ē in eis localiter ⁊ cõmēſuratiue: qr non oē qḋ eſt vel cõtinet̃ in alio: eſt in eo localit̃ vel cõmēſuratiue vt ſit pars in parte ⁊ paruũ i paruo ⁊ magnũ in magno ⁊ totũ i toto. nã effectꝰ eſt ⁊ cõtinet̃ in cauſa ⁊ cauſa in effectu et virtꝰ rei ē in re cuiꝰ eſt ⁊ genꝰ in ſpecie ⁊ ecõuerſo: nõ tñ localiter aut cõmēſuratiue. ignis enim magnꝰ in parua aq̄ poteſt eē ſi calefaciat paruã aquã: ⁊ paruꝰ ignis i magna ſicut cauſa in effectu. ſicut aũt iſti modi eſſendi in ſunt alteriꝰ rõnis a mõ eſſendi i loco: ita ⁊ modꝰ eſſendi corporis xp̄i in ſacr̄o eſt alteriꝰ rõnis: q̄uis aliq̄d ſimilitudinis hēat cum mõ eſſendi in loco q̄ₜᵐ ad hoc. ſ. ꝙ corpꝰ xp̄i eſt in ſpeciebꝰ ſacr̄alibus ſicut i aliquo ſeparato extra ſubām ſuã ꝑut ſupra dictũ eſt ex dictis. S. T.

Quantũ ad q̄rtũ articulũ reſpõdēdũ eſt obiectionibꝰ contra cõcluſiones. Et p̄dē ad argumētũ durãdi cõtra p̄mã cõcluſionē dicit̃ ꝙ argumētũ ꝑcedit ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ ſi corpꝰ xp̄i cõtinet̃ in ſacr̄o: ꝙ ſit ibi circũſcriptiue aut ſaltē diffinitiue. hoc aũt falſum eſt. nõ enĩ oē qḋ in alio cõtinet̃ ē in eo circũſcriptiue aut diffinitiue. nã cauſa vere dicit̃ cõtineri i effectu ⁊ genꝰ in ſpecie vt aĩal in homine: ⁊ tñ nec circũſcriptiue nec diffinitiue. qr cauſa in q̄ₜᵐ hmõi nõ diffinit̃ aut limitat̃ ad aliquē ſuũ effectũ nec aĩal ad hominē. vnigenitꝰ etiã deꝰ cõtētꝰ imo et clauſus legit̃ intra virginis viſcera: nec tñ circumſcriptiue nec diffinitiue. vnde adinuētio durãdi ꝙ corpꝰ xp̄i eēt preſens ſacr̄o ſed nõ cõtētũ in eo: nulla rõne ꝓbabilis eſt ⁊ eccleſie determinatione patet eſſe iprobabilis. nã vt in p̄mo notabili allegatũ ē: p eccleſiã eſt diffinitũ ꝙ corpꝰ ⁊ ſanguis xp̄i in ſacr̄o altaris ſub ſpeciebꝰ panis ⁊ vini veraciter continētur. ❡ Ad argumēta Aureoli cõtra eãdē cõcluſionē: ad p̄mũ dicit̃ ad minorē ꝙ ꝑ hoc ꝙ panis ante ↄuerſionē nõ hũit ad ſpēs reſpectũ p̄ſentialitatis extrinſecꝰ adueniētē ſicut poſt cõſecrationē hēt corpꝰ xp̄i: nõ ꝓbat̃ ꝙ nõ habuerit ad illas reſpectũ p̄ſentialitatis: ſed ꝙ nõ habuerit illum eodē mõ. ſ. extrīſecꝰ adueniētē. vnde in argumēto ↄmittit̃ fallacia figure dictionis. dicimꝰ ergo ſicut deductũ fuit in ſecũdo notabili ꝙ oēm habitudinē quã hēt corpꝰ xp̄i poſt cõſecrationē ad ſpēs ſacr̄ales: habuit ſub̄a panis ante cõſecrationē: nõ tñ eodē mõ vtrobiq̄. q̄uis aũt inter ſubiectũ ⁊ accidēs non cadat reſpectꝰ mediꝰ vnionē cauſans: cadit tñ reſpectꝰ vnionē cõſequens. oē enĩ accidēs habitudinē implicat inherētie ad ſuum ſubiectũ. ❡ Ad. $2^{m}$. dicit̃ ꝙ nõ militat cõtra nr̃am cõcluſionē imo ꝓ ea. ꝓbat enĩ ꝙ corpꝰ xp̄i nõ ſolũ eſt p̄ſens ſacr̄o: ſ; exiſtit veraciter i ſacr̄o qḋ ⁊ nos tenemꝰ. ❡ Ad. $3^{m}$. dicit̃ ꝙ ſi arguēs intēdat ꝓbare ꝙ corpꝰ xp̄i nõ ſolum eſt i ſacr̄o ſm reſpectũ p̄ſentialitatis extrinſecꝰ adueniētē ſ; ſicut in ip̄o realit̃ cõtētũ: ꝓ nobis facit. ſi vero ꝓbare cõtēdat ꝙ corpꝰ xp̄i nullũ hēat reſpectũ p̄ſentialitatis ad ſpēs ſacr̄ales: negãda eſt maior. nõ enim neceſſario cõſeq̄tur ꝙ p̄ſentia alicuius ad alterũ: ſit volũtaria rei p̄ſenti. nã celũ inferiꝰ ſuperiori celo p̄ſens eſt ⁊ econtra ⁊ vniuerſe res deo ſunt p̄ſentes: ⁊ tñ huiuſcemodi p̄ſentialitas nõ eſt rebꝰ p̄ſentibꝰ volũtaria ſ; neceſſaria. nec i habētibꝰ etiã liberũ arbitriũ maior ꝓpoſitio ē vniuerſalit̃ vera. q̄m dãnati inferno p̄ſentes ſunt: ſ; eorũ p̄ſentialitas nõ eſt illis volũtaria imo inuolũtaria. ❡ Ad. $4^{m}$. dicit̃ ꝙ ~~maior~~ [minor] eſt falſa. nã ex exiſtētia corporis xp̄i in ſacr̄o relinq̄tur aliquis reſpectꝰ eiꝰ ad ſpēs ſicut cõtēti ad cõtētũ et ſignati ad ſignũ ⁊ p̄ſentis ad ſibi p̄ſens. ❡ Ad. $5^{m}$. dicitur ꝙ ſi antecedēs intelligat̃ de p̄ſentia imediata ⁊ ꝑ ſe: cõcedit̃ ſ; tũc cõſequētia negatur. ⁊ ad eius ꝓbationē negatur aſſumptum. nã cõnexio ſubſtantie corporis xp̄i ad ſpēs: eſt ꝑ ſe ⁊ directe ex vi ſacr̄i: nõ aũt cõnexio aliorũ cõcomitãtium.

⁊ideo nimirum ſi p̄ſentia ſubſtātie corporis xp̄i
ſit p ſe ⁊ directe ad ſpēs ſacr̄ales: nō aūt p̄ſentia
quātitatis ipſi⁹. ſi vero antecedēs intelligatur d̄
p̄ſentia qualicūqꝫ ſiue ꝓpria ſiue impropria ſiue p
ſe ſiue ex ꝯcomitātia: falſa eſt. neqꝫ valet ei⁹ ꝓba
tio q̄r procedit de p̄ſentia quātitatis ad q̄ntita-
tē propria et p ſe qualē nos nō ponim⁹ in q̄ntita
te corporis xp̄i ad dimēſiones ſacr̄ales. ¶ Ad ar
gumēta ſcoti cōtra ſecūdā cōcluſionē ad primū
dicit̄ q̄ aſſumptū eſt falſuz. nā vt deductū fuit in
tertio notabili: in caſu argumēti nō fuiſſet ſub ſa
cramēto res p̄mo cōtēta eadē idētitate eſſentia-
li. eſſet tñ eadē idētitate ſuppoſiti ⁊ materie atqꝫ
eſſe exiſtētie. ¶ Ad. 2m. dicit̄ q̄ argumētū ſuppo
nit nos cū Sācto doctore dicere q̄ aīa corporis
xp̄i vt dat eē corporeū diſtinguēdo cōtra eē in-
tellectiuū: eſt p ſe termin⁹ conuerſionis in ſacr̄o
eucharíſtie. hoc aūt pōt hēre duplicez ſenſum. ſi
enim intelligat̄ q̄ſi concept⁹ aīe ſm̄ q̄ dat eē cor-
poreū, put ē diſtinct⁹ a cōceptu anime ſm̄ q̄ dat
eſſe intellectiuū ſit formalis ratio q̄ aīa eſt termi
nus p ſe dicte cōuerſionis: ſuppoſitū ē falſum. nō
enim nos illō dicim⁹. ſi vero intelligat̄ q̄ aīa xp̄i
eſt p ſe termin⁹ conuerſionis p hoc q̄ dat eē cor-
poreū ⁊ nō ea rōne q̄r dat eē intellectiuū: ſuppo-
ſitū eſt verū ſꝫ tūc minor eſt falſa. nā in hoc ſen-
ſu aīa xp̄i terminus realis ē ipſi⁹ cōuerſionis. aīa
enim, put dat eē corporeū: aliquid reale ē q̄r ve-
re ⁊ realiter dat homini eē corporeū. q̄ aūt non
ſit p ſe termin⁹ talis cōuerſionis ſm̄ q̄ dat eē in-
tellectiuū aut eē viuum: nihil a parte rei adimit.
nā tota res q̄ eſt aīa eſt talis p ſe termin⁹. ſed de-
notat q̄ etiā ſi aīa nō daret eē intellectiuū aut eē
viuum: p hoc q̄ dat eē corporeum eēt p ſe termi
nus ipſius cōuerſionis. nihil enim ꝓhibet q̄ vnū
⁊ idē plures habēs p̄fectiones: ſm̄ vnā ſit p̄ncipi
um vel terminus alicui⁹ ⁊ nō ſm̄ aliā. queadmo
dum q̄r eēntia diuina ⁊ ē natura ⁊ ē volūtas: ni-
hil ꝓhibet q̄ ſit p ſe principiuz ꝓductiuū filij vt ē
natura: ⁊ q̄ nō ſit p̄ncipium ꝓductiuū ipſius vt
eſt volūtas: q̄uis natura ⁊ volūtas in p̄re gene
rāte ſint omnino eadē res. nā diſtictio implicata
p negationē cum dicimus nō in q̄tū volūtas: nō
diſtinguit res ſꝫ cōceptus ⁊ rationes. ⁊ p conſe-
quēs negatio nihil a parte rei negat: ſꝫ tātūmo-
do rōnis conceptū. tota enim res q̄ eſt natura ⁊
voluntas in diuinis ē principiū ꝓductiuum filij.
¶ Ad. 3m. dicimus q̄ illō corpus q̄ō ponim⁹ ter-
minū p ſe cōuerſionis: ē corp⁹ naturale p formā
ſubſtātialez q̄ in caſu dato non ē aīa intellectiua
nec cōtra hoc arguēs obijcit. ſꝫ puto q̄ p̄ſuppo-
ſuit obiectionē quā in primo argumēto implica
uerat. ſ. q̄ nō eēt eadē res p̄mo cōtēta ſub ſacra-
mēto ante triduū ⁊ i triduo: ad quā obiectionē
patet reſpōſio ex ſolutione ad primū. ¶ Ad 4m
cōcedimus totū proceſſum. nihil enim aliud cō
cludit niſi q̄ cuz dicitur hic ē calix ſanguinis mei
termin⁹ cōuerſionis non ē ſola materia ſꝫ mate-
ria cum forma ſubſtātiali: ⁊ hoc nos ꝯcedimus.
ſꝫ vt videt̄ arguēs p̄ſupponit in hoc argumento
ſanguinē in corpore humano nō informari aīa
intellectiua ſꝫ ſola forma corporeitatis. ſꝫ certe
eius p̄ſuppoſitū ē falſum ſicut in ſecūdo libro ꝓ-
batū fuit ex dictis. S. Tho. diſ. 15. ſub. 4°. ar. in
reſpōſione ad 3m p̄cipale ſecūdo loco inductū
cōtra tertiā cōcluſionē ad quartā cōfirmationē.
quib⁹ nunc addim⁹ q̄ō. S. Tho. dicit in hac. diſ.
ar. 2. ſub. ar. p° in. cor. vbi ſic dicit. ad aīam non
terminatur cōuerſio panis nec vini: ſꝫ ad corp⁹
⁊ ſanguinē xp̄i q̄ ab aīa ſeparata nō ſunt. ⁊ ideo
aīa nō cōtinetur ibi ex vi ſacramēti: ſꝫ tamē cōti-
netur ibi ex naturali cōcomitātia ad corpus q̄ō
viuificat. hec ille. ¶ Ad. 5m. dicitur q̄ ꝓcedit ex
falſo ſuppoſito. ſ. q̄ nos ponim⁹ in caſu dato ter-
minū conuerſionis eē materiā ſine forma ſubali.
hoc autē ē falſum vt ex ſupra dictis patet. ¶ Ad
6m. dicitur q̄ aſſumptum ē falſuz. neqꝫ valet ei⁹
ꝓbatio naz procedit ex falſa arguētis imagina-
tione q̄. ſ. ex nr̄a poſitione ſeq̄tur q̄ in caſu dato
non eēt idē corpus ⁊ ſanguis xp̄i ſub ſacr̄o ⁊ ex-
tra ſacr̄m. hoc autē falſum ē ſicut ex tertio nota
bili diffuſe patet. imo ex nr̄a poſitione ſequit̄ q̄
fuerit idē corp⁹ vtrobiqꝫ. nā extra ſacr̄m corpus
xp̄i mortuū fuiſſet ⁊ p̄ cōſequēs nō habuiſſet ni-
ſi formā corporeitatis queadmoduz ſub ſacr̄o.
¶ Ad argumēta aureoli cōtra eādē cōcluſionez
ad p̄mū dicit̄ q̄ cōmittit̄ in eo fallacia figure di-
ctionis arguēdo a q̄d rei ad modū rei. ꝯcedim⁹
enī q̄ tota res q̄ eſt aīa intellectiua dās eē corpo
reum ⁊ eē intellectiuū: attingit̄ ex vi dicte cōuer
ſionis ⁊ nō ſolū attingit̄ eē corporeum ſed eē vi
uum ⁊ eē intellectiuum q̄r vtrūqꝫ eſt idē re. ſꝫ ex
hoc non ſequit̄ q̄ eodē modo vel eadē ratione
vtrūqꝫ attingatur ex vi ꝯuerſionis. ſicut oculus
eadē viſione attingit pomū dulce ⁊ rubeū ſꝫ nō
eodez modo: ſed pomum rubeum attingit p ſe
dulce autē p accidēs ⁊ cōcomitatiue. ſicut enim
dictuz ē ſupra: nihil ꝓhibet eidē rei ſm̄ vnam p-
fectionē aliquid p ſe attribui q̄ō non cōuenit ſibi
p ſe ſm̄ aliā p̄fectionē. ¶ Ad. 2m. dicitur q̄ in ca-
ſu illo fuiſſet caro chriſti eadē ſub ſacramento q̄
hodie ē ⁊ q̄ de virgine nata eſt: idētitate ſuppoſi
ti ⁊ idētitate materie ⁊ vnitate eſſe ſubſtātie: ſed
non idētitate ſpecifica forme ſubſtātialis. q̄r nec

pro tūc.ſ.in triduo fuit eadē caro chriſti in reruꝫ
natura exiſtēs cum carne quā nunc hēt idētita=
te forme ſubſtātialis. necꝫ reputamus inconue
niēs ꝙ ſacramētum nō ſit ſemꝑ vniforme ſi verū
corpꝰ chriſti in ꝓpria ſpē non ſit ſemꝑ vniforme.
necꝫ iterum ē nobis incōueniēs ꝙ illa caro q̄ eſt
hodie: non ē illa a qua fluxit ſanguis in cruce q̄
iacuit i ſepulchro. nec ꝙ hodie nō fiat trāſubſtā
tiatio in eundē ſanguinē qui emanauit de chri=
ſti latere q̄ꝫ$^{m}$ ad idētitatē ſpecificā forme ſubſtan
tialis. ſi enim iſta eēnt nobis incōuenietia: nō mi
nus eſſent arguēti ⁊ ſuis cōplicibus. nā cum ani=
ma rationalis ſit forma ſubſtātialis humani cor
poris vt extra de ſūma trini. ⁊ fide catho. in de.
conſtat ꝙ nō eſt eadē caro nec idē corpus chriſti
idētitate ſpecifica hodie ⁊ iacēs in ſepulchro. nec
illa a qua ſanguis effluxit in cruce de latere xpi
q̄ꝫ q̄ꝫ ſicut ipſi dicūt fuiſſet in chriſto vtrobicꝫ idē
titas forme corporeitatis. nā omnis forma ſub=
ſtātialis ⁊ ꝑſertim anima intellectiua q̄ eſt perfe
ctior conſtituit ꝓpriā ſpeciē. ¶Ad. $3^{m}$. dicitur ꝙ
ex auctoritate Innocētij quā arguens adducit
eq̄ poteſt argui contra illum ſicut cōtra nos. nā
ſicut chriſtus non traxit de virgine animam: ita
nec traxit formā ſubſtātialē quā arguens ponit
in homine ꝑter animā. q2 omnis forma ſubſtan
tialis foras etiam in brutis educitur ꝑ virtutem
maris ⁊ non femine. in chriſto autē fuit ꝑ virtu=
tem ſpiritusſancti. ſolā eni materiā virgo maria
miniſtrauit queādmodum ⁊ cetere femine pro=
uit. $3^{o}$. li$^{o}$. diſti. $4^{a}$. S. Tho. deducit. Et. $3^{a}$. p. q.
32. ar. 4. vnde dicēdum ē ad auctoritatē ꝙ ca=
ro q̄ mādncatur in ſacramēto dicitur trahi d̄ vir
gine ratione materie ex qua chriſti caro forma=
ta eſt: q̄ materia ſumpta fuit ex virgine. ſic expo
nit. S. Tho. $3^{a}$. p. q. 31. ar. 5. ad. p$^{m}$. ¶Ad argu=
mēta hērici contra eādē concluſionē: ad primū
dicitur ꝙ ꝓcedit ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ ex nr̄a po
ſitione ſeq̄tur ꝙ conuerſio panis in ſacramento
eucharistie fiat vel in ſolā materiaꝫ corporis xpi
vel in materiā cuꝫ intētione corporeitatis abſcꝫ
re alicuius forme. hoc autē eſt falſiſſimuꝫ. immo
ſicut ex dictis patet nos ponimus ꝙ dicta cōuer
ſio fit in materiā ⁊ formā realē corporis xpi que
nō eſt alia q̄ꝫ anima. q̄ꝫ q̄ꝫ ex vi verborum anima
attingatur ſm ꝙ eſt forma corporeitatis: ꝑ cō=
comitātiā autē ſm ꝙ hēt perfectionē anime. Ad
id aūt quod arguēs vltimo adducit q2 tunc nō
eſſet conuerſio in corpus generatuꝫ ex virgine
eo ꝙ anima rationalis ſm nullā rationē genera
ta eſt: patet reſponſio ex duabus reſponſionibꝰ
proxime precedētibꝰ. ¶Ad. $2^{m}$. dicitur ꝙ in ca=
ſu argumēti dici poteſt ꝙ corpus iacēs in ſepul=
chro fuit corpus chriſti non ſolum ſm materiaꝫ
ſed ſm idētitatē ſuppoſiti et eſſe ſuppoſitalis. nec
in tali caſu fuiſſet facta conſecratio in nudā ma=
teriā ſed in materiā cum forma quā tunc habuit
corpus chriſti in ſepulchro q2 idē per omnia ia=
cuit in ſepulchro et fuiſſet ſub ſacramēto. ac per
hoc verba conſecrationis vera eſſent ſi tunc fu=
iſſent prolata. nec reputamus incōueniēs ꝙ nō
fuerit idē corpus chriſti viuum ⁊ mortuum idē
titate forme ſpecifice. immo reputamus hoc ne
ceſſario dicēdum cū anima rationalis ſit forma
ſubſtātialis dās eſſe ſubſtātiale ⁊ ſpecificum. vn
de non eſt idē ſpecifice corpus animatum ⁊ cor
pus non animatum etiā ſi alia forma ſubſtātiali
fuiſſet informatum. ⁊ de hoc dictuꝫ fuit ad. $2^{m}$.
aureoli. ¶Ad. $3^{m}$. patet reſponſio ex ſupradictiſ
ſolutionibus ⁊ magis ex his q̄ dicta ſunt in ter=
tio notabili. Auctoritas autem guillelmi altiſio
dorēſis nō nos cogit cū in alijs inueniat̄ erraſſe
¶Ad argumēta durādi contra tertiā concluſio
nē: ad primum dicitur ꝙ non eſt ſimile de loco ⁊
de quātitate. q2 quantitas eſt quid intrinſecum
corpori ⁊ eſt cum eo vnum ſuppoſito ac per hoc
eſt ab illo inſeparabilis ſm eſſe. locus autem eſt
aliud ſubiecto ⁊ ſuppoſito a corpore locato ⁊ ei
extriſecum ⁊ ab illo ſm eſſe ſeparatum. vnde nō
hēt ad illud tātā concomitātiā quātā hēt quāti=
tas ad proprium ſubiectum. ¶Ad. $2^{m}$. dicitur
ꝙ corpus chriſti eſt in ſacramēto propter ordi=
nē quē hēt ad ſpecies vt ſubſtātia non vt quāta
loquēdo ꝑ ſe ⁊ directe ex vi verborum. ſed ꝑ cō=
comitātiā ⁊ quaſi per accidēs ordinē hēt ad ſpe=
cies vt quāta. queādmoduꝫ ⁊ quodcūcꝫ corpꝰ
locatum hēt ordinē per ſe ad locum vt quātum
non vt ſubſtātia: ⁊ tū ſubſtātia etiā eſt in loco cō
comitatiue ⁊ ꝑ accidens. ¶Ad. $3^{m}$. dicit̄ ꝙ ratio
quorundā ibi poſita bona eſt. nec valet reſpon=
ſio arguētiſ naꝫ ꝓcedit ex falſa imaginatione. ſ. ꝙ
quātitas corporis chriſti hēat ordinē vel cōpa=
rationē per ſe ad dimēſiones ſacramētales. hoc
aūt eſt falſum. ſicut enim quātitas corporis xpi
non eſt in ſacramēto ratione ſui ſed rōne ſubſtā
tie et modo ſubſtantie: ita necꝫ ſm ſe nec modo
ſui cōparatur ad ſpēs ſacramētales ſed rōne ſub
ſtātie ⁊ modo ſubſtātie. ſ. indiuiſibiliter. indiuiſi
bile aūt vel exiſtēs modo indiuiſibili non cōmē=
ſurari aut non comparari ad aliquid per ſe diui
ſibile: non eſt ꝑ hoc ꝙ deus ſuſpēdat ordinē ipiꝰ
ad illud. quia indiuiſibilis ad diuiſibile aut econ
tra non eſt ordo proportionis. ſed id cōuenit ei
ex eo ꝙ eſt indiuiſibile vel indiuiſibiliter ſe hn̄s.

ſicut ꝙ anima non cōmẽſuretur nec quātitatiue comparetur corpori quod informat: vt ſcilicet ſit pars in parte ⁊ totum in toto aut dicatur maior vel minor ſiue equalis: non ꝓuenit ex hoc ꝙ deus ſuſpēdat ordinē vel habitudinē anime ad corpus: ſed ex eo ꝙ ſm ſe eſt indiuiſibilis cui nō conuenit talis cōparatio ad corpus diuiſibile. ⁊ idem eſt dicendum de puncto reſpectu linee cui nec maior nec minor eſt nec equalis. vnde dato diuina virtute ꝑ miraculum ꝙ quātitas corporis chriſti ſit in ſacramēto modo ſubſtātie ⁊ indiuiſibiliter: abſqꝫ miraculo ſibi competit ꝙ dimēſionibus ſacralibus vt ſic non cōmēſuretur nec quātitatiue illis comparetur. ¶ Ad. 4m. dicitur ad minorē ꝙ q̄uis diuiſibilitas ſit modus nature quātitatis ſm partes intrinſecas: diuiſibilitas tn̄ reſpectu quātitatis extrinſece non eſt ita modus naturalis ac eſſentialis quātitati: ꝙ indiuiſibilitas ad quātum extrinſecum ſit ei modus incōpoſſibilis. vt enim petrus de palude adducit ſub exemplo: quādo ſpericum tāgit planum in pūcto vel vnum ſpericū aliud in cōuexo: vtrūqꝫ eſt diuiſibile ſm intrinſecā quātitatē: ⁊ tn̄ adinuicem cōparātur modo indiuiſibili cum ſe tāgant in pūcto. vnde qꝛ quātitas corporis chriſti modo indiuiſibili eſt in ſacr̄o: nō diuiſibiliter ſꝫ modo indiuiſibili ſe habet ad ſpecies ſacrales q̄ ſibi ſunt extrinſece: q̄uis ipſa quātitas corporis xp̄i in ſe habeat modum diuiſibilē ſm partes ſibi intrinſecas. ¶ Ad. 5m. dicitur ꝙ ꝓcedit ex falſo p̄ſuppoſito. ſ. ꝙ ſicut de ratione intrinſeca ⁊ eſſentiali quātitatis eſt habere partes i toto poſitione diſtictas: ita et de ei⁹ ratione intrinſeca ac eēntiali ſit habere partes poſitione diſtinctas reſpectu cuiuſuis extrinſece quātitatis ita vt totum comparetur ad totū ⁊ pars ad partem. hoc aūt falſuꝫ eſt vt ex dictis patet ⁊ preſertim reſpectu quātitatis ad quā nec habet ordinem nec ad eā applicatur vt in propoſito. ¶ Ad. 6m. dicitur primo ꝙ non eſt ſimile quod pro ſimili adducitur de anima rōnali. qꝛ indiuiſibilitas ipſius anime eſt ſibi naturalis ⁊ eſſentialis ac ꝑ hoc ab ea inſeparabilis non ſolum in ſe ſed in comparatione ad quodcūqꝫ aliud q̄ntuꝫ. neqꝫ per hoc ꝙ eſt in corpore q̄nto vel per eius quātitatē ad locū cōparatur: accipit modum diuiſibilem: ſed retinet modū indiuiſibilē ſibi propriū ⁊ ideo ad vtrūqꝫ ſe hēt indiuiſibiliter. diuiſibilitas autem quātitatis licet ſit ſue nature modus eſſentialis et inſeparabilis i ſe ⁊ q̄ꝫm ad partes intrinſecas toti: nō tn̄ in reſpectu ad quātitatem extrinſecā diuiſibilitas eſt ita ſibi connaturalis modus ⁊ eſſentialis ꝙ ab ea ſeparari non poſſit ſaltem virtute diuina. ⁊ hoc fit i hoc ſacramēto vbi quātitas corporis xp̄i hēt modum ſubſtātie indiuiſibilē eo ꝙ non per ſe ſed rōne ſubſtātie ſub ſacr̄o ſit. ¶ Dicitur ſecundo ꝙ licet anima rōnalis ꝑ comparationē ad corpus ⁊ ad locū nō accipiat modū diuiſibilē q̄ꝫm ad ſui eſſentiā: aliquē tamē modū diuiſibilē accipit rōne eorū. ſ. q̄ꝫm ad ſui virtutem ⁊ potētiā. nā nō eſt in toto corpore ⁊ in q̄libet ei⁹ parte tota et indiuiſibiliter ſm omnes ſuas virtutes et potētias: ſꝫ in vna parte corporis ē ſm potētiā viſiuā ⁊ non ſm potētiā olfatiuā: in alia vero econtra ⁊ ſic de pluribus eius potentijs q̄ diuiduntur ſm diſtinctas partes corporis. conſimiliter autēꝫ neqꝫ in ſingulis partibus loci ſui corporis eſt ſm om̄es ſuas potētias modo quo ſibi competit eſſe in loco. ſ. ꝑ accidens. ſic ergo ⁊ proportionaliter dicimus ꝙ q̄uis quātitas corporis chriſti in ſacr̄o non accipiat modū indiuiſibilē ſm partes intrinſecas totius eo ꝙ repugnat modo ſuo naturali: nimirū ſi q̄ꝫm ad aliquid ſibi extrinſecum vt in cōparatione ad dimenſiones ſacrales hēat modum indiuiſibilē ſubſtātie eo ꝙ ibi ſit diuina virtute rōne ſubſtātie ⁊ non ꝑ ſe. ¶ Ad. 7m. patet reſponſio ex dictis. licet enī modus eſſendi quātitatiue ſit modus eſſentialis ⁊ inſeparabilis quātitati q̄ꝫm ad ei⁹ partes intrinſecas: non tn̄ eſt ſibi eſſentialis ⁊ inſeparabilis ſaltē virtute diuina in reſpectu ad locum vel ad quātitatē extrīſecā. vnde omnia huiuſcemodi argumēta procedūt ex falſo fundamēto ꝙ. ſ. mod⁹ q̄ntitatiuus et cōmēſuratiuus ita eſt eēntialis et inſeparabilis quātitati reſpectu cuiuſlibet quātitatis extrinſece: ſicut ē reſpectu ſue totalitatis intrinſece. hoc autē falſum eſt maxime reſpectu quātitatis ad quā nec applicat̄ nec comparabilis eſt ſm aliquē modū proportionis q̄ntitatiue queadmodū eſt in ꝓpoſito noſtro ꝓut deductū fuit in quinto notabili. ¶ Ad argumēta ſcoti cōtra eādē cōcluſionē: ad p̄mū patet reſpōſio ex ſupradictis. ꝓcedit enim ex eodē falſo ſuppoſito quo argumenta p̄cedētia. ſ. ꝙ modus quātitatiuus ꝑ cōmenſurationē partis ad partē ⁊ totius ad totū conueniat quātitati neceſſario ⁊ naturaliter ac inſeparabiliter reſpectu cuiuſlibet quātitatis extrinſece. hoc aūt falſuꝫ eſt vt ex ſupradict̄ patet. vnde ꝙ quātitas corporis xp̄i nō comparetur ad ſpēs ſacrales modo quātitatiuo: non ꝓuenit ex ſola habitudine ad agēs: ſꝫ ex modo exiſtēdi in ſacr̄o: qꝛ non eſt in eo ꝑ modū quātitatis ſed ꝑ modū ſubſtātie. ¶ Ad. 2m. dicit̄ primo ꝙ conſequētia nō tenet: qꝛ dimēſio=

nes ſacramẽtales erãt ꝓprie termini a quo .ſ. ſubſtantie panis et vini ⁊ illi intrinſece ⁊ ſuppoſita ſr inherẽtes. termini aũt ad quem ſunt aliene ⁊ extrinſece ſe habẽtes. et ideo modus exiſtendi ſub illis termini a quo et termini in quez oportet ꝙ ſit diſſimilis. ¶ Dicitur ſecundo ꝙ minor eſt falſa. nam termin⁹ a quo cõuerſionis euchariſtie ẽ ſola ſubã panis et vini nã quantitas et cetera accidẽtia manẽt. ſubſtãtia aũt panis et vini non fuit ante cõuerſionẽ ſub ipſis dimẽſionib⁹ modo quãtitatiuo habẽs partẽ extra partẽ vt arguẽs deſipit. imo erat indiuiſibiliter exiſtẽs tota in toto et tota in qualibet eius parte. et quia ſubſtãtia corporis chriſti ſuccedit ſubẽ panis et quãtitas nõ eſt in ſacramento niſi rõne ſubſtantie: ideo merito ſubã corporis xp̄i cum ꝓpria quãtitate indiuiſibiliter et nõ modo quãtitatiuo exiſtit ſub ſacramento. ¶ Ad .3^m. concedimus totuz ꝓceſſũ. non enĩ militat cõtra nos qui ponim⁹ in quãtitate corporis xp̄i ſub ſacramẽto poſitionẽ q̄ eſt ordo partiũ in toto: quãuis negem⁹ poſitionẽ vel ſitum q̄ eſt ordo partiũ in loco. ¶ Ad argumenta aureoli cõtra eandẽ concluſionẽ: ad primum dicitur ꝙ ꝓcedit ex falſa imaginatione. quaſi nos dicamus ꝙ rõ efficax ꝓpter quã quãtitas corporis xp̄i in ſacr̄o abſoluitur a legib⁹ quãtitatis in reſpectu ad dimẽſiões ſacr̄ales et ad earũ locuz ſit quia nõ eſt ibi niſi per concomitantiã. hoc aũt falſũ eſt. ſed rõ ꝓp̄a et efficax eſt quia hẽt ibi modũ ſubẽ nõ modũ quantitatis. ¶ Ad .2^m. dicitur ꝙ ꝓcedit ex eadẽ falſa imaginatione. ſed quia ꝯñs recte ſeq̄tur ex ratione propria et efficaci quam nos ponimus: reſpondemus ad illud ꝙ ſi arguens itelligat de indiuiſibilitate reſpectu dimenſionum ſacramentalium: concedimus illud. ſi autem intelligat de indiuiſibilitate dimenſionum in ſe et ſm̄ poſitionem partium in toto: negamus conſequentiam. nam nos non ſic ponimus dimenſiones corporis chriſti eſſe in ſacramento ſine legibus ⁊ proprietatibus quantitatis prout ſepe dictum eſt ſupra. ¶ 3^m. et. 4^m. concedimus. nõ enim aliud concludunt niſi ꝙ quantitas corporis chriſti habet in ſe et in ipſo corpore ordinem et poſitionem partiuz in toto et alias leges quãtitatis. hoc autem non militat cõtra nos. ¶ Ad argumentum ante oppoſitum reſpondet Sanctus Thomas in hac diſtinctione decima articulo primo ad quintum ꝙ corpus ibi eſt vt in loco vbi dimẽſiones ꝓp̄e cõmẽſurantur dimẽſionib⁹ loci. vñ quia dimẽſiones corporis xp̄i nõ cõmẽſurantur dimẽſionib⁹ ſacr̄alibus nec ipſarum loco ideo nõ eſt ibi ſicut in loco ſed ſicut in ſacramento. in celo autez tantũmodo eſt ſicut in loco vbi dimẽſiones ei⁹ cõmẽſurãtur dimenſionibus loci. quãobrem ꝑ hoc ꝙ corpus xp̄i ſimul eſt in celo ⁊ in ſacr̄o: non ſequitur ꝙ ſimul ſit in diuerſis locis. Idẽ in ſentẽtia reſpondet. 3^a. ꝑ. q. 75. ar. p̄°. ad. 3^m. Et in hoc articulus terminatur.

ITerũ circa decimam diſtictionẽ queritur vtrũ corp⁹ chriſti ſit ĩ euchariſtia mobiliter ideſt vtruz ibi moueatur localiter ⁊ arguitur ꝙ non. quia impoſſibile eſt idẽ eẽ motuz ⁊ quietũ quia ſic cõtradictoria verificarẽtur ꝺ eodẽ. ſed corp⁹ xp̄i in celo quietũ reſidet. nõ ergo mouetur in ſacr̄o. ¶ In oppoſituz arguitur. quia dicit ph̄us. 2°. thopi. ꝙ motis nobis: mouẽtur oĩa q̄ in nobis ſunt. ſʒ xp̄s eſt ĩ hoc ſacr̄o. ergo mouetur ad motũ ipſius. ¶ In hac q̄ſtione erũt q̄tuor articuli vt ſup̄.

QUantum ad p̄mũz articulũ ſit p̄ma cõcluſio ꝙ xp̄s ſm̄ eẽ qȯ hẽt in euchariſtia nõ mouetur ꝑ ſe: ſʒ põt moueri ꝑ accidẽs localiter ad motũ hoſtie. Hãc cõcluſionez tenet. S. T. in hac diſtinctione ar. 3. ſub. ar. 4. Et. 3^a. ꝑ. q. 76. ar. 6. ¶ Secũda cõcluſio eſt ꝙ null⁹ ocul⁹ corporalis põt videre corp⁹ xp̄i ꝓut eſt ĩ hoc ſacr̄o. ¶ Tertia cõcluſio eſt ꝙ oculus intellectualis beat⁹ põt videre corpus xp̄i ꝓut eſt ĩ hoc ſacr̄o. ¶ Quarta cõcluſio eſt ꝙ null⁹ ocul⁹ intellectualis nõ beatus põt videre ꝓpria virtute naturali corp⁹ chriſti ꝓut eſt in hoc ſacr̄o. Has tres cõcluſiones tenet. S. T. ĩ hac diſ. ar. 4. ſub. ar. p̄°. ⁊. 4. Et. 3. ꝑ. q. 76. ar. 7

QUantum ad ſecũdũ articulũ arguitur cõtra concluſiones. Et quidẽ cõtra p̄mã arguit Scotus ꝓbãdo ꝙ nulla virt⁹ creata põt mouere corp⁹ xp̄i vt ĩ ſacr̄o. p̄mo quia qȯ nõ hẽt virtutẽ motiuã ſup aliq̄d: q̄ñ illȯ eſt ꝑ ſe nõ mouet illȯ ꝑ accidẽs q̄ndo ẽ cũ alio cũ quo nõ facit ꝑ ſe vnũ ſicut act⁹ cũ potẽtia. ſʒ virt⁹ creata oĩno nõ põt ſup corp⁹ xp̄i in ſe ſub iſto modo exiſtẽdi ad mouẽdũ ipm̃. ergo q̄ñ ẽ cũ alio reſpectu cui⁹ nõ ẽ ſicut potẽtia

nec ſicut actꝰ:ſequitur ꝙ eadeꝫ virtꝰ non poterit
illud mouere etiam per accidens. ſic auteꝫ eſt cū
hoſtia. quod patet quia ſpecies nō eſt forma eiꝰ
nec ipſum eſt forma ſpeciei. ſi maior iſta negatur
quia graue exiſtens in naui mouetur a mouente
nauem licet graue non ſit forma nauis nec econ-
tra: inſtantia non eſt ad propoſitum quia virtꝰ
motiua illius poſſet ſuper graue per ſe ſi graue ꝑ
naturalis ac ꝑ hoc omis nature create ꝓportio
nẽ excedẽs: neceſſarium eſt ꝙ ad hmõi finẽ cõſe=
quẽdũ homini detur a deo non ſolũ aliq̃d ꝑ qđ eiꝰ
appetitꝰ in hũc finẽ inclinetur ⁊ ad illuȝ operetur: ſed
etiã ꝙ aliquid ſibi detur per quod natura hois ad
quãdã dignitatẽ ſublimetur vt talis finis ſit ei ꝯpe
tẽs ⁊ ꝓportionatꝰ. et hoc eſt grã gratũ faciẽs. q̃
vt ꝓmiſſuȝ eſt facit hoiem cõſortẽ diuine nature
ac ꝑ hoc filiuȝ dei ⁊ diuine hereditatis q̃ eſt vita
eterna benemeritum ⁊ heredẽ. ⁊ hec grã eſt illa
aq̃ que iuxta verbũ dñi Joãnis. 4°. fit in homi=
ne fons aq̃ ſaliẽtis in vitã eternã. i. faciẽtis homi
nem meritorie ⁊ cõdigne ꝑ bona opera ſalire in
vitã eternaȝ. exigitur ꝓterea ꝙ detur hoi a deo
aliquid ꝑ quod eius affectus in hũc finẽ ſupna=
turalẽ inclinetur. ⁊ hoc eſt charitas q̃ diffuſa eſt
in cordibꝰ noſtris ꝑ ſpũm ſctũm q̃ datus eſt nob

vt apoſtolꝰ dicit Ro. 5°. ad exequendū aūt opa quibꝰ huiuſcemodi finis acquirit᷑: dātur cū charitate cetere virtutes infuſe. verūtamē qꝛ omis virtꝰ dicit᷑ in ordine ad aliquā naturā pexiſtentē cū ſit quedā diſpoſitio pfecti. i. eiꝰ quod pfectum eſt ſm naturā, put philoſophꝰ dicit in. 7°. phy. ⁊ ab ipa natura hēt efficaciā opādi: nā ſicut eſt primū principiū in eſſendo ita eſt ⁊ in opādo: ideo oēs virtutes etiā charitas hñt rationē ⁊ efficaciā merēdi a grā gratū faciēte. que vt pmiſimus eſt quedaꝫ natura diuina participata in ordine ad quā ⁊ cuiꝰ virtute oēs habitꝰ tā infuſi ꝙ̄ acquiſiti vim habēt diſponēdi hominē ad finē ſupnaturalem q̇ eſt vita eterna. ¶ Ex pmiſſis inferimus ꝙ ſm mēſurā gratie gratū faciētis: accipi debēt q̄ntitas ⁊ gradꝰ meriti reſpectu premij eſſentialis ⁊ non ſm menſurā operum ſm ſe ⁊ ꝙ̄m ad eorum ſubſtātiā. nā vt ſic humana opera ordinē nō hñt ad finē vite eterne: ſed ex ſola grē operatione ⁊ informatione mediāte habitu charitatis qui eſt immediatū pncipiū operis meritorij ſm illō. pª. Corin. 13°. ⁊ ſi diſtribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: ⁊ ſi tradidero corpꝰ meū ita vt ardeā: charitatē aūt non habuero nihil mihi pdeſt. Faciunt ad iſta ea q̄. S. Tho. dicit. pª. p. q. 95. ar. 4. in cor.

¶ **Secundo** Notādū eſt ꝙ ꝙ̄uis principia merēdi ſint grā ⁊ charitas, put dictuꝫ eſt ſupra: nullꝰ tamē p hoc ſolū ꝙ hēt grām ⁊ charitatē meret᷑. et rō eſt qꝛ meritū ꝯſiſtit in actu. eſt enim, ppꝛie loquēdo actio ſm quā quis facit ſibi debitā mercedē. vnde ⁊ aplus dicit. 2ª. ad thimo. 2°. nō coronabit᷑ niſi q̇ legitime certauerit. ſiq̇deꝫ pmiū et corona p merito dātur. gratia nāqꝫ ⁊ charitate dicimur mereri nō tāꝙ̄ meritis: ſed tāꝙ̄ pricipijs meritorū. actibus vero a grā ⁊ charitate elicitis vel imperatis: dicimur mereri tanꝙ̄ ipis meritis. itaqꝫ meritū implicat actū vel opationē pro ſubſtātia operis: et grē ac charitatis a quibꝰ elicit᷑ vel imperatur vim ⁊ virtutē influxā pro formali rōne ac efficacia merēdi. vnde poſſibile eſt ꝙ pro ſola grā ⁊ charitate abſqꝫ proprijs actibꝰ detur aliq̇bus vita eterna ſicut pueris decedentibus mox baptizatis. ⁊ tamen nullꝰ abſqꝫ proprijs actibus etiā ſi perfectus ſit grā ⁊ charitate: meretur vitā eternā. nec illā conſequi poteſt tanꝙ̄ premium pro meritis ſuis. ⁊ ſignāter dico ſuis: nā pro meritis alienis ſibi cōmunicatis. ſ. chriſti: dici poteſt vitā eternā dari tanꝙ̄ premium pro meritis his qui nullum meritum, ppꝛium habuerunt vt ſupradictis infantibus.

¶ **Tertio** Notādū eſt ꝙ vt. S. Tho. deducit. pª. 2ᵉ. q. 112. ar. 4. in cor. habitꝰ duplicē magnitudinē habere pōt. vnaꝫ ex parte finis vel obiecti ſm ꝙ dicitur vna virtus alia nobilior inꝙ̄m ad maius bonū ordinatur. aliā vero ex parte ſubiecti quod magis ⁊ minus participat habitū inherētē. ſm igitur primā magnitudinē: grā gratum faciens nō pōt eē maior ⁊ minor. qꝛ grā ſm ſui rationē coniungit hominē ſummo bono quod eſt deꝰ. ſed ex parte ſubi: grā pōt ſuſcipere magis vel minus. cuiꝰ diuerſitatis ratio pma quidē eſt ex parte dei qui diuerſimode ſue gratie dona diſpenſat vt ex diuerſis gradibus pulchritudo et perfectio eccleſie conſurgat. ſicut etiā diuerſos gradꝰ rerū inſtituit ad hoc ꝙ vniuerſum eſſet perfectum. vnde apoſtolus ad epheſeos. 4°. poſtꝙ̄ dixerat: vnicuiqꝫ data eſt grā ſm mēſurā donationis chriſti enumeratis diuerſis gratijs: ſubiūgit. ad conſumationē ſanctoruꝫ in edificationē corporis xpi. Secūda vero ratio diuerſitatis accipitur ex parte hominis pparātis ſe ad gratiā. qui enim magis ſe ad gratiā prepat: pleniorē gratiā a deo accipit. huiuſcemodi aūt diuerſa pparatio dari poteſt in adultis q̇ aliter ⁊ aliter ad gratiā ſuſcipiēdā motu liberi arbitrij deo tñ ſpecialiter adiuuāte ſe diſponunt. quā diſpoſitioneꝫ. S. Doc. plerūqꝫ vocat conatū. in infantibus vero dari non poteſt huiuſmodi preparationis diuerſitas cuꝫ omniū ſit vna ⁊ equalis pparatio. ſ. ſacramētuꝫ baptiſmi. motus aūt liberi arbitrij in quē homo auxilio dei conatur: eſt ⁊ in deum per fidei cognitionē vel p timorē aut etiā dilectionē: ⁊ in peccatum per eius deteſtationeꝫ. vnde hominis pparatio ad gratiā: non ſolum eſt diſpoſitio priuatiua vt q̇dā falſe opinati ſunt: ſed etiā poſitiua. ⁊ licet ſupponat aliquid ſupernaturale. ſ. ſpecialem dei motionem animuꝫ excitātem ⁊ conuertētem ad deum ſiue per proſpera ſiue per aduerſa ſm illud trenorum vltimo conuerte nos domine ad te ⁊ conuertemur: ipſa tñ ſm ſe motus liberi arbitrij eſt ſub eiꝰ poteſtate cadēs. alioqui non preciperetur nobis zacharie pº. conuertimini ad me ⁊ ego cōuertar ad vos. vnde ⁊ prouerbiorum. 16° dicitur. hominis eſt animum preparare. vbi interlinear̃ dicit. ex libero arbitrio. hoc tamē intelligēdum eſt adiuncto ſpeciali dei auxilio vt dictū eſt prout. S. Tho. notat. pª. 2ᵉ. q. 109. ar. 9. ad. pᵐ. Iuxta quod dominꝰ ait Ioā. 6°. nemo pōt venire ad me niſi pater q̇ miſit me traxerit illum. et infra caº. 15°. ſine me inquit nihil poteſtis facere. vbi interlinearis dicit nec pa-

rum. vñ apoſtolus vtrũqꝫ cõplectitur p̊ᵃ corin. 3°. dicẽs dei adiutores ſumus.

¶ Quarto Notandũ eſt ꝓut accipitur ex dictis. S. Tho. in hac diſ. q. 2. ar. 2. ſub. ar. 2. et. 3. Et. 3ᵃ. p. q. 89. ar. 4. et. 5°. ꝙ ſicut opera peccatorum trãſeunt actu ⁊ remanent reatu in peccatoris debito: ita ⁊ opa in charitate facta poſtqꝫ trãſeũt actu: manẽt merito in acceptatione diuina. manẽt aũt in eo gradu bonitatis ⁊ efficacie merẽdim quo facta ſunt. nã ſic a deo acceptata fuerũt. qui vt dicitur iacobi p̊° dat omnibus affluenter ⁊ nõ improperat. ac per hoc poſtqꝫ ſemel deus acceptauit illa vt in tali gradu eẽnt meritoria vite eterne: ſemper in ſeipſis fuerunt in eo gradu meritoria. hic autẽ gradus accipitur ſm mẽſurã perfectionis gratie et charitatis a qua proceſſerunt. vnde huiuſcemodi opera qꝫᵐ eſt ex parte ipſoꝝ nec mortificari poſſũt nec a gradu perfectionis quẽ habuerunt dum fierẽt: vnqꝫ cadunt. ⁊ ratio eſt quia nõ amplius fuerũt in ſeipſis poſtqꝫ actu trãſierunt. quod autem non eſt: nec cadere nec mortificari poteſt. et inde eſt ꝙ in eo gradu bonitatis in quo facta ſunt et a deo acceptata duꝫ fierẽt: valẽt ad p̄miũ accidẽtale omnibus in grã pſeuerãtibꝰ. ⁊ tãto vnicuiqꝫ horum magis proderunt: quanto in maiori ſteterit gratia ⁊ charitate. vnuſquiſqꝫ enim beatus gaudebit de bonis operibus a quocũqꝫ in charitate factis. ⁊ nõ ſolũ de ſubſtãtia operis ſed etiã de eo ꝙ in charitate facta ſunt. et tãto magis gaudebit qꝫto ex maiori charitate ꝓdierũt ab operãte. imo vt. S. Tho. dicit. 3ᵃ. p. q. 89. ar. 5. ad. 3ᵐ. ipſe qui ꝑ penitẽtiã reſurgit in minori charitate: conſequitur quidẽ premiuꝫ eẽntiale ſm quãtitatẽ charitatis in qua iuenitur. habebit tñ gaudiũ maiꝰ de operibus in prima charitate factis qꝫ de operibus q̄ ſecũdo fecit quod ꝑtinet ad premiũ accidẽtale. verũtamẽ huiuſcemodi opa meritoria dicũtur per ſequens peccatũ mortificari ⁊ a merito vite eterne cadere: quo ad illũ cuiꝰ fuerũt opera. qui poſt peccatũ ab eo cõmiſſum factus eſt indignꝰ vita eterna imo ⁊ reꝰ mortis. ac ꝑ hoc vita ⁊ merito ipſoꝝ operum priuatus eſt. et reputãtur ei illa opa velut mẽbra quedã corporis mortificata motu ⁊ ſenſu carẽtia: inqꝫᵐ ipſi ex huiuſmodi bonis nullus fructꝰ ɔ̄merito ſui peccati ꝓuenit. qꝫuis vt premiſſuꝫ eſt in dei acceptatione ⁊ quo ad alios in grã ⁊ charitate exiſtẽtes: talia opera viua ⁊ meritoria ſint. et his cõſonat qꝛ cum qui opa meritoria ſemel fecit: ſcriptura ſacra hortaẗ vt illa conſeruet ne non ſibi ſed alijs tãtũmodo ꝓſint. dicẽs apocali. 3°. tene qꝺ habes vt nemo accipiat coronã tuaꝫ. qꝺ exponit. S. Tho. li. p̊°. ſen. diſ. 40. q. 3. ar. vnico ad. p̊ᵐ. ⁊ de corona p̄ſentis iuſticie et de corona future glorie. de prima quidẽ: quia dum opera alicuius in charitate facta q̄ ſibi et alijs ꝓderant ſm ꝙ ſpiritus charitatis facit merita ſanctorum eſſe cõmunia: ipſo peccãte ſibi ꝓdeſſe deſinunt ad meritũ vite eterne: eoruꝫ tamẽ fructus in illis manet qui in gratia pſeuerãt. de corona vero future glorie: quia ſancti in patria exiſtẽtes gaudẽt de omnibꝰ meritis ſanctorum qui in mundo ſunt. vnde aliquo peccãte cuius multa merita p̄ceſſerunt: gaudiũ illorum meritoruꝫ in eternuꝫ manebit in beatis qꝺ ipſe peccãdo amiſit. Eãdẽ expoſitionẽ in ſententia ponit. p̊ᵃ. p. q. 23. ar. 6. ad. p̊ᵐ. Et de veri. q. 6. ar. 3. ad. p̊ᵐ.

¶ Quinto Notãdum eſt prout. S. T. deducit infra diſ. 45. q. 2ᵃ. ar. p̊°. ſub. ar. p̊°. ꝙ opus vnius nullo modo põt alteri valere ad p̄mium eſſentiale beatitudinis conſequẽdũ per viã meriti vt. ſ. ex operibus q̄ vnus facit alter mereatur vitã eternam nã ſors glorie redditur ſm grãm ⁊ meritũ accipiẽtis. per viã tamẽ orationis opus vnius alteri dũ eſt in via põt valere etiã ad p̄miũ eſſentiale obtinẽdum. ſicut quãdo vnus impetrat orationibus alteri primã gratiã ꝑ quã bene operando vitã eternã conſequitur. ipe enim orationes ſuſe pro vno reputãtur velut orationes ipſius. verũtamẽ qꝫᵐ ad p̄mium accidentale vel ad aliquid conſequẽs ſeu acceſſoriũ ad p̄miũ eſſentiale opus vniꝰ valere põt alteri etiaꝫ ꝑ viã meriti. Ad quorum intellectum cõſiderãduꝫ eſt vt põt accipi ex dictis. S. Tho. li°. 3. ſen. diſ. 31. q. p̊ᵃ. ar. 4. ſub. ar. p̊°. ad. p̊ᵐ. et. ſub. ar. 3. ad. 4ᵐ. Et infra in hoc. 4°. diſ. 49. q. 5. ar. p̊°. c. Itẽ de veri. q. 26. ar. 6. ad. 8ᵐ. ⁊ in pleriſqꝫ alijs locis ꝙ premium eſſentiale reſpondet habitui gratie ⁊ charitatis: p̄mium vero accidẽtale reſpondet ipſis bonis operibus. quod nõ eſt ſic intelligẽduꝫ q̄ſi p̄mium eẽntiale non cõcernat ipa opa: ſed quia non reſpondet operibus etiã meritorijs q̄ſi aliquid cõſequẽs ꝑ ſe ex ipſis: ſed ſicut aliquid pro ipis datuꝫ ex miſericordia ⁊ liberalitate dei. Ita ꝙ ex duobꝰ pendet eẽntiale p̄miũ beatitudinis. primo et principaliter ex liberali dei donatione qua non ſoluꝫ deus largitur p̄miũ ipſum qꝺ eſt gloria eterna: ſed et tribuit gratiã ⁊ charitatem q̄ ſunt radix et virtꝰ illã merẽdi. De p̊mo ait dñs Ioã. 10. et ego vitã eternã do eis. Itẽ apoſtolꝰ Ro. 6°. grã dei vita eterna. Et ad titum. 3°. ſm

ſuā miām ſaluos nos fecit. Unde. S. T. pᵃ. 2ᵉ. q. 114. ar. pᵒ. in. c. deducit ꝙ meritū hōis apud deū eſſe nō pōt niſi ſm pſuppoſitionē diuine ordinationis. ita ſcilicet vt id homo cōſequatur a deo p ſuā operationē quaſi mercedē: ad qđ deꝰ ei virtutē opādi deputauit. ⁊ ex hoc pbat in reſpōſione ad. 3ᵐ. ꝙ deus nō efficit ſimpliciter loquendo debitor nobis ex nr̄a actione: ſꝫ ſibi ipſi inquantum debitū eſt ꝙ ſua actio impleat. De ſecūdo inquit apl'us Ephe. 4ᵒ. vnicuiq; noſtrū data ē gratia ſm menſurā donationis xp̄i. vtrumq; aūt dn̄s cōplexus ē Joā. 4ᵒ. dicēs aqua i. eſt gr̄a quā ego dabo ei: fiet in eo fons aq̄ ſalientis in vitā eternā. iuxta quod ppheta dicit in pſalmo gratiā ⁊ gloriā dabit dn̄s. ¶ Secūdo pēdet eſſentiale p̄miū ex operibus vniuſcuiuſq; gr̄a ⁊ charitate informatis tāq; ex meritis. vnde Roma. 2ᵒ. dicebat apl'us. theſaurizas tibi irā in die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicij dei qui reddit vnicuiq; ſm opera eius. Et pᵃ Cori. 3ᵒ. vnuſquiſq; inquit, ppriā mercedē accipiet ſm ſuū laborē. Juxta quod dicebat pᵃ ad thimo. 2ᵒ. non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Quia igitur gratuite donationes dei non ſunt cōmunes oibꝰ etiā in gratia exiſtētibꝰ ſꝫ ſingulis fiūt ſm dei beneplacitū iuxta illud apl'i pᵃ Cori. 12ᵒ. hec aūt omnia opatur vnꝰ atq; idē ſpiritus diuidens ſingulis, put vult. quod cōſonat verbis dn̄i dicētis Joā. 3ᵒ. ſpiritꝰ vbi vult ſpirat. ⁊ iterum gr̄a et charitas nō ſunt eedē numero in omnibꝰ ſed ſingulariter ⁊ diuerſimode ſingulis diſtribuunt ſm illō apoſtoli pᵃ Corin. 12ᵒ. diuiſiones gr̄arū ſunt. vnde ⁊ Mathei. 25. dicit de deo in figura hōis peregre pficiſcētis ꝙ vni ſeruorū dedit qnq; talēta: alij duo alij vero vnū: vnicuiq; ſm ppriā virtutē: conſequēs eſt ꝙ ⁊ opa meritoria nec ſunt coīa oibꝰ in gr̄a exiſtētibus nec ſunt eq̄lis meriti: ſꝫ vnicuiq; ſunt, ppria ſm mēſurā gratie ⁊ charitatis ac conatus ad operādū: q̄ in ſingulis hoībus conſurgit maior vel minor ſm ꝙ gr̄am ⁊ charitatē participat ⁊ ſm ſpecialē dei motionē que, ppriā virtutē ſingulorū excitat ⁊ iuuat. Ex quo vlterius ſequit ꝙ nec in p̄mio eſſentiali glorie oēs in charitate exiſtētes cōmunicēt: ita ꝙ p̄mium ſingulare vnius ſit alteriꝰ: nec etiā ſit omniū eq̄lis p̄mij retributio. vnde ⁊ Joā. 14. dn̄s ait. in domo patris mei mānſiones multe ſunt. i. diuerſa premia meritorū vt interlinearis exponit. Juxta quod apl'us pᵃ Corin. 15. ait. ſtella differt a ſtella in claritate: ſic ⁊ reſurrectio mortuorū. ¶ De premio vero accidētali eſt alia ratio. q2 enī premium accidētale reſpondet operibus inquantum ad ipſum genꝰ operis vt ſupra dictum eſt: ⁊ opa vniꝰ in charitate facta cōmunicātur oibꝰ in gr̄a exiſtētibus: ita ꝙ opus vniꝰ reputatur eē alteriꝰ eo ꝙ oēs vnū ſint in charitate: ideo illud premium accidētale quod cōmuniter et p ſe conſequit ad meritū boni operis: eſt omnibꝰ exiſtētibus in gr̄a cōmune ſicut eſt gaudiū de bonis operibus et gratiarū actio deo ſicut bonoꝝ omnium largitori ⁊ ſi qđ aliud huiuſmodi ſit quod coīter cōſeqtur ex oī ope bono. cōſequitur nāq; ad opus bonum cuiuſlibet: ꝙ oēs boni ⁊ virtuoſi de illo gaudeāt ⁊ deo gr̄as referāt. Unde quantuis huiuſcemodi premiū accidētale magis cōmunicet exiſtētibus in gr̄a q2 magis participāt de pfectione virtutis ⁊ de vnione adinuicē: non tamē cōſequit ad meritū boni operis ſpecialiter, ppter gratiā et charitatē: ſed ex ratione generali virtutis. virtus enī vniuſcuiuſq; etiā in puris naturalibus cōſtituti inclinat illū ad gaudēdū de bonis operibus cuiuſlibet alterius ⁊ ad gr̄arū actiones deo agēdas p benefactis. Alia vero ad premiū accidentale ptinētia q̄ non p ſe ex genere operis conſequūtur ſꝫ magis ex diuinā largitate queadmodum ſunt aureole: nec ſm ſe nec quantum ad meritū quod reſpiciunt: ſunt oibus etiā in gr̄a exiſtētibus cōmunia. nō enī ex ipomet ope quo virgo meretur aureolā virginitatis vel martyr aureolā martyrij: omēs in gr̄a exiſtētes illas merētur. eſt enī aureola, put. S. Doc. deſcribit infra diſ. 49. q. 5. ar. pᵒ. c. gaudiū de operibus a ſe factis habentibus ratiōnē victorie excellentis. ⁊ quantuis omēs beati de aureola cuiuſlibet gaudeāt: hoc ipm tamē gaudium nō eſt illis aureola. nā eiuſcemodi gaudiū nō datur in p̄miū victorie gaudētis: ſed magis reſpicit victoriā alienā, put. S. Tho. ibi dicit in reſpōſione ad. 4ᵐ. aureola enī id ē quod corona. corona autē victoribꝰ reddit nō victori cōgaudētibꝰ. vnde apl'us dicit. 2ᵃ. ad thimo. 2ᵒ. nō coronabit niſi q̄ legitime certauerit. Faciūt ad premiſſa ea q̄. S. Tho. ſcribit. 2ᵒ. ſen. diſ. 27. ar. 5. in. cor. duplex eſt inquit p̄mium reſpōdēs merito. vnū quod comitat actum meritoriū vt ipſa delectatio boni operis et ſimilia. aliud quod pro bono opere reddit a deo vt vita eterna. ad hoc autē duplex meritum: diuerſimode actus meritorius ordinatur. q2 ad p̄mū p̄mium eſt proportionatus ſm formā ſuā. verbi gratia ex hoc ipſo ꝙ eſt actus ab habitu pfecto procedēs: eſt delectabilis. vnde in principia actus reducitur ſicut in cauſam. ſed ad premiū quod exterius redditur: ordinatur ſm proportionē dignitatis. ⁊c.

¶ Sexto Notādum eſt ꝙ meritū du pliciter accipit̃. ꝓprie ſcilicet et improprie vel abuſiue. ꝓprie capiēdo meritū nullus motus liberi arbitrij p̄cedēs gratiā dura tione habet rationem meriti in ſtatu poſt pecca tum nec de congruo nec de condigno reſpectu gratie ſuſcipiende: ꝗuis poſſit habere rationē cuiuſdam diſpoſitionis ⁊ preparationis ad reci piendā gratiā. et ratio eſt q2 ſicut dictum fuit in ſecundo notabili: meritum ꝓprie acceptum eſt actio ſm quā quis facit ſibi debitā mercedē. ſed in ſtatu poſt peccatū anteq̄ȝ quis gratiā recipi at iuſtificantē: homo exiſtit in peccato mortali. nā poſt peccatum ade qui non eſt in gratia gra tum faciēte: eſt in peccato mortali. nō enim poſt corruptā naturā per primum peccatum: eſt me dius ſtatus inter ſtatum gratie et ſtatum pecca ti mortalis quod non deletur niſi ꝑ gratiā. ſed peccator per nullā actionem ſuā facit gratiā ſibi debitā nec de congruo nec de condigno. nā vt argumentatur apoſtolus Ro. 11°. ſi gr̄a eſt nō eſt ex operibus: alioquin gratia iam nō eſt gra tia. q2 ſcilicet ideo dicitur gr̄a: q2 gratis datur. iuxta illud apoſtoli Ro. 3°. iuſtificati gratis per gratiam. vbi interlinearis expōit: ſine meritis. ⁊ gloſa marginaria exponens aduerbium gratis dicit. non per legem: non per propriā volunta tem: ſed per gratiā chriſti que donum dei eſt. ⁊ infra. huius gratie percipiende: nulla precedūt merita: quia meritis impij non gr̄a: ſed pena de betur. nec iſta eſſet gr̄a: ſi non daretur gratui ta. hec gloſa. et eſt ſumpta ex Auguſtino ī libro de ſpiritu ⁊ littera. et de iſta propria acceptione meriti loquitur. S. Tho. li°. 2°. ſen. diſ. 27. ar. 4. ⁊. p̊$^{a}$. 2$^{e}$. q. 114. ar. p̊°. vbi abſolute determi nat ꝙ nullus poteſt ſibi mereri primā gratiam. vnde ibi. p̊$^{a}$. 2$^{e}$. abſolute et vniuerſaliter loquit̃ dicens ꝙ omne meritum repugnat gratie. tum q2 eſt gr̄a iuxta dictū apoſtoli ſupra allegatum Ro. 11°. tum etiā q2 ante gratiā in ſtatu peccati homo habet impedimētū ꝓmerēdi gr̄am. ſ. ipm̄ peccatū. ⁊ infra. ar. 7. in. cor. dicit ꝙ nullꝰ pōt ſibi mereri reparationē poſt lapſū nec merito con digni nec merito cōgrui. idē autem eſt dictu nō poſſe mereri repationē poſt lapſum: et nō poſſe mereri primā gratiā ſine qua lapſus peccati re parari non pōt. ¶ Improprie vero vel abuſiue pōt dici meritū ad gr̄am: ipa diſpoſitio ⁊ prepa ratio ad gratie ſuſceptionē. eo modo loquendi quo id quod eſt diſpoſitū ⁊ ordinatū ad aliq̄d dici pōt abuſiue mereri illđ. quēadmodū mate ria ad formā diſpoſita: dici pōt illam mereri. iſto enī modo meritum accipit̃ improprie ⁊ abuſiue q2 nō proprie importat debitū reſpectu eius rei quā quis dicit̃ mereri qđ in rōne meriti implicat̃ ſed quēdā ordinē ⁊ ꝓportionē ad illā. ⁊ iſto mō loquit̃. S. Tho. li°. 2°. ſen. loco ꝓxime allega to in reſpōſione ad. 4$^{m}$. ait enī ſic. indignū pōt ſumi dupliciter. vel negatiue tm̄: et ſic deus dat gratiā indignis q2 his qui nō ſunt ſufficiēter ad hoc digni: ſed tn̄ hn̄t aliquā diſpoſitionē ad reci piēdū ex quo dicūtur quodā modo ex cōgruo gratiā mereri. vel ſumitur contrarie vt dicātur indigni qui hn̄t voluntatē reſiſtētē gratie: et tali bus gratiā deus non infundit q2 ad virtutem non cogit. vnde q2 p̄paratio ⁊ diſpoſitio homi nis ad gratiā nō importat rōnē debiti ac ꝑ hoc nec proprie rōnem meriti: ideo vt. S. Tho. de ducit. p̊$^{a}$. 2$^{e}$. q. 112. ar. 3. nō neceſſario dat̃ gra tia preparāti ſe ad illā ⁊ faciēti quod in ſe eſt q̄ȝ$^{m}$ eſt ex liberi arbitrij motione. quādo vero ex di uina ordinatione gr̄a datur facienti quod in ſe eſt: ratio debiti non accipitur ex ipſo opere faci entis et per conſequens nec ratio meriti: ſed ex parte dei ſic ordinātis qui ſibi ipi debitor eſt im plēdi quod ꝓmiſit ſeu preordinauit.

QUantum ad q̄r tum articulū reſpondēdum eſt obiectionibus aduerſariorum. Et quidē ad primum ſcoti con tra concluſionem reſpōdet. S. Tho. 3°. li°. ſen. diſti. 31. q. p̊$^{a}$. ar. 4. ſub. ar. 3. ad 2$^{m}$. ꝙ penitētia omnia bona reſtituit q̄ penitēs priuſq̄ȝ peccaret habuit. ſed non eſt neceſſariū ꝙ illa reſtituat in equali gradu bonitatis. nam talis gradus maior vel minor aut equalis: non conſequitur per ſe ex penitentia: ſed commenſu ratur ſm quantitatē gratie in qua penitens re ſurgit. que recipitur ſm mēſurā donationis xp̄i vt apoſtolus dicit Ephe. 4°. proportionatur etiā conatui tā q̄ȝ diſpoſitioni qua penitens mo uetur in amorē dei ⁊ deteſtationem peccati. vn de in argumēto committitur fallacia figure di ctionis: nam mutatur quantum in quale. Reſ ponſio autem ibi data: vera eſt q̄ȝ q̄ȝ nō multum ad propoſitum argumenti. ⁊ ad eius improba tionem: dicitur ꝙ propter ſolā gratiam ſine ꝓ prijs meritis poteſt aliquis beatificari: ſed non pōt mereri btītudinē. verūtamē falſum ē ꝙ gl̄ia cuiuſcūq̄ȝ habētis ꝓpriū meritū: excedit gloriā cuiuſq̄ȝ ꝓprium meritū non habētis ſi in habitu gratie et charitatis pares ſunt loquēdo de glo

ria eſſentiali que vt dictum eſt in notabilib⁹: non cõmenſurat̃ operibus ſed habitui gr̃e. Et ex hoc ſequit̃ falſuʒ eſſe ꝙ meritũ quodcũqȝ ſequẽs alia merita iam habita: requirit ꝓprium gradũ glorie eſſentialis ſibi correſpondentẽ. nam pñt a gratia eiuſdem grad⁹ multa bona opera etiã meritoria procedere et meritũ merito ſuperaddi: ſine eo ꝙ maior gradus glorie eſſẽtialis ſibi debeat̃. qm̃ vt dictum eſt: gloria non reſpondet meritis niſi rõne gratie et ſm eius mẽſurã. licet enim quolibet actu meritorio mereatur homo augmentuʒ gr̃e cui reſpondet et augmentũ glorie: et tamen ſicut non auget̃ gratia ꝑ quẽlibet actum meritorium: ita nec quolibet merito reſpondet augmẽtũ glorie. mereri nãqȝ augmentũ gratie: eſt ad illđ diſponi. vnde ſicut quelibet gutta aque diſponit ad lapidis cauationem: non tamẽ quelibet gutta cauat lapidem ſed vltima in virtute omniũ: ita ꝗlibet actus meritorius diſponit ad augmentũ gr̃e et tamẽ per quẽlibet actũ meritorium nõ fit actu gratie augmentũ: ſed poſtq̃ȝ exiſtẽs in gratia fuerit ſufficienter diſpoſitus ad gratie augmẽtũ ꝓut S. Tho. inquit p̊a 2e. q. 114. ar. 8. ad. 3m. Cui cõſonat quod dicit li°. p̊°. ſen. diſti. 17. q. 2. ar. 3. ad 5m. quando inquit eſt talis actus charitatis qualis requiritur ad augmentũ charitatis: tunc etiaȝ augetur premiũ ſubale quod debet̃ charitati maiori conſequenti actum: non charitati q̃ eſt radix actus. non aũt omnes ſunt tales vt dictum eſt. ⁊ ideo ad multitudinem actuuȝ non ſequitur đ neceſſitate augmentum premij ſubalis. hec ille. vñ non eſt verum vt arguẽs dicit ꝙ vltra gradũ glorie qui preciſe correſpondet gratie: correſpondeat actui meritorio aliq̇s gradus glorie eſſentialis ¶ Ad. 2m. dicitur ꝙ aſſumptum eſt falſum ad intellectuȝ arguentis. imo in ſacra ſcriptura premium vite eterne attribuitur gratie dei. vt Joã. 4° cum dñs dicit mulieri ſamaritane: aqua quaȝ ego dabo. i. gratia fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eternam. et dicitur ſalientis: quia ex vi et impetu gratie vita eterna adipiſcitur. Item et Ro. 6°. dicit̃ gratia dei vita eterna. Auctoritates aũt quas arguens inducit non faciunt pro eo. vnde ad eas reſpondet Sanct⁹ Thomas infra diſtin. 49. q. p̊ma. arti. 4. ſub. arti. 4. ad. 2m. et. 3m. ꝙ opera nõ habent ꝙ eis retributio glorie reddat̃ niſi inq̃ȝm ſunt charitate informata. et ideo ſm diuerſos charitatis gradus erunt diuerſi gradus ĩ gloria. et quamuis habitus charitatis vel cuiuſlibet virtutis non ſit meritum cui debeatur premium: eſt tamen principium et tota ratio merendi in actu. et ideo ſm eius diuerſitatem: premia diſtinguntur. Necqȝ iterum via arguentis bene cõſonat obſeruãtie diuine legis: ſed magis via Sãcti Thome. nam lex diuina eſt proprie et formaliter gratia dei ſcripta in cordibus hominum ꝓut apoſtolus dicit Hebre. 8°. inducens illud Hiere. 31°. dabo leges meas in mentes eorũ et in corda eorum ſuperſcribam eas. vnde Auguſtinus dicit in libro de ſpiritu et littera ꝙ ſicut lex factoꝝ ſcripta fuit in tabulis lapideis: ita lex fidei ſcripta eſt in cordibus fidelium. et alibi dicit in eodem libro que ſunt leges dei ab ipſo deo ſcripte in cordib⁹ niſi ipſa preſentia ſpiritusſancti. ſ. per gratiam. et hec eſt lex de qua apoſtolus dicit Romanoꝝ. 8° lex ſpiritus vite in chriſto Jeſu liberauit me a lege peccati et mortis. quia ergo lex diuina eſt proprie et formaliter gratia ſpũſſancti diffuſa in cordibus noſtris: conſequens eſt ꝙ magis conſonet obſeruãtie diuine legis dicere ꝙ premiũ vite eterne correſpondet gratie: magis q̃ȝ operibus. Qꝛ autem vtile ſit ad conſequendum premium vite eterne ſm obſeruantiaȝ diuine legis exercere opera meritoria: ideo eſt qꝛ opera meritoria ſunt gratia informata et ab ea et non ſine ea vim habent et vtilitatem merendi vitam eternam ad quam opera ipſa ex ſe non ſufficiũt ſm illud apoſtoli Romanorum. 8°. non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad venturam gloriam que reuelabitur in nobis. Unde in exemplo quod arguens inducit de remiſſe agente ⁊ de dormiente concedimus ꝙ remiſſe operans non fruſtra egit et ꝙ excedit in aliquo illum qui dormiuit et ẽ dignus aliquo bono eterno quo alius dormiens nõ eſt dignus. ſed tale bonum non eſt premium eſſẽtiale ſed premiũ accidentale. vnde Sanct⁹ Thomas infra diſtin. 49. q. p̊ma. arti. 4. ſub. arti. 4 ad. 3m. quamuis inquit ex ipſo genere actus poſſit aliquis gradus in merendo conſiderari: nõ eſt reſpectu premij eſſentialis quod eſt gaudium de deo: ſed reſpectu alicuius accidentalis premij qđ eſt gaudium đ aliquo bono creato. Idem in ſententia dicit. 3a. ꝑ. q. 89. arti. 5. ad. 3m. ¶ Ad argumenta aureoli contra eandem concluſionem: ad primum patet reſponſio ex his que dicta ſunt ad primũ ſcoti. licet eniȝ opera meritoria mortificata per peccatum reuiuiſcant per penitentiam: nõ tamẽ in equali gradu meriti reſpectu premij eſſẽtialis: ſi in minori gratia reſurgit. Quod autẽ arguens dicit ꝙ per actuȝ penitentie acquiritur nouum meritum qui additus prioribus meret̃ ampliorem gratiam et gloriam: dicimus ꝙ illud nõ ſemper eſt verum vt dictum fuit in quinto notabili. verũtamen quando illud contingit: nõ ex vi

actus penitentie meretur maiorē gl'iam: ſed ex
vi gratie que augeť. ¶ Ad. 2m. cōcedimus totā
deductionem. nō eni aliquid concludit ꝯtra nos
qui tenemus ꝙ augmentū gratie mereť augmen
tum glorie et ꝙ bona opa eo ipſo ꝙ mereňť aug-
mentū glorie: mereňť augmētū gratie. ¶ Ad. 3m
diciť ꝙ antecedens eſt verū ſi habēs plura meri-
ta ſit in maiori gratia ꝙ̄ habens pauca. ſed ſi ecō
uerſo ponatur: antecedens eſt falſum. nec enim
actus aut pluralitas actuū ſꝫ ſe faciūt hoīeꝫ deo
acceptū ad premium eſſentiale conſequenduꝫ: ſꝫ
gratia ipſa et charitas. vnde Marci. 12. et Luce
21. diuitibus multa mittentibus in gazophilacio
dn̄s dicit de vidua paupere duo tantūmodo mi-
nuta mittēte. vere dico vobis ꝙ vidua hec pau-
per pluſꝙ̄ omnes miſit. vbi gloſa dicit. intimatur
ꝙ̄ ſit acceptabile deo quod offertur bono animo
qui nō offerentiū ſubam: ſed pēſat conſcientiam.
Juxta quod apl'us dicebat p̊a Corin. 13°. et ſi di-
ſtribuero in cibos paupeꝝ omnes facultates me
as: et ſi tradidero corpus meū ita vt ardeā: chari
tatē aūt non habuero: nihil mihi ꝓdeſt. Et ꝑ hec
patet reſpōſio ad. 4m. dicitur eni ad minorē ꝙ
non eſt vera niſi cū pluribus meritis habeat etiā
maiorē grām. ¶ Ad. 5m. negatur cōſequentia. et
ad eius ꝓbationē negať aſſumptū. imo nos con-
trariū tenemus loquendo de premio eſſentiali.
¶ Ad argumēta henrici cōtra eandē cōcluſionē
ad primū eoꝝ q̄ primo loco obijcit dicitur ꝙ aſſū
ptū eſt falſū ꝙ̄m ad id qđ dicit ꝙ. ſ. conatus qui ē
in deteſtationē peccati et adeptionē gratie: non
pōt eſſe ſine grā preueniente liberū arbitrium lo
quēdo de grā gratū faciente vt arguēs pretēdit.
licet eniꝫ predicti motus haberi nō poſſint abſqꝫ
ſpeciali dei auxilio: non tn̄ preſuppōnūt grām ha
bitualē gratū facientē. Et de hoc. S. Tho. p̊a 2e.
. q. 109. ar. 6. Et. q. 112. ar. 2. Unde infra diſtin.
17. q. p̊a. ar. 2. ſub. ar. 2. ad. 2m. voluntas inquit
nr̄a eſt omnino pediſequa reſpectu diuine grē et
nullo modo preuia: qꝛ ipſa volūtas bona q̄ grāꝫ
gratū facientē precedit: ex deo nobis ꝓuenit qui
gratuita ſua volūtate nos ꝓuocat ad hoc vl' fla-
gellis vel aliquo auxilio interiori aut exteriori.
¶ Ad. 2m. diciť ꝙ aſſumptū eſt falſum. et ad eiꝰ
ꝓbationē negatur cōſequētia. qꝛ conatꝰ ad cuius
menſurā regulariter datur grā: eſt directe et ime
diate diſpoſitio quedā materialis ad gratie rece
ptionē: nō ad opa ſubſequētia grām niſi remote.
vnde ſm eius mēſurā: nō ſemꝑ intēſio et meritū
operū ſequentiū cōmenſurať. ſed eoꝝ cōmenſu-
ratio eſt ſm mēſuram grē et conatꝰ a grā cauſati
a quibus opa ipſa imediate ꝓcedunt. vnde argu

ens fallitur putans ꝙ nos ponamus conatū qui
eſt preparatio ad grām recipiendā: eſſe illūmet
conatū qui eſt in iam habēte grām ad opa elicīē-
da quod ē falſum. Dicimꝰ itaqꝫ ꝙ grā gratū faci-
ens datur a deo regulariter ſm mēſurā conatꝰ: ⁊
tamē ipſuꝫ conatū preuenit quedā grā gratis da
ta. ſ. motio diuina q̄ ipſum excitat et intendit. hu
iuſcemodi autem motio aliquando eſt ꝑ ꝓſpera
aliquando ꝑ aduerſa. Et cū arguēs inſtat ꝙ tūc
ipſa gratia gratis data ex ſeipſa ſine coopatione
liberi arbitrij mouet appetitū in deteſtationē pec
cati et gratie deſideriū: negať conſequentia. non
enim cōſequiť ꝙ illud qđ ab alio moueť: nō coo-
peretur ad motū. imo in habentibus liberū arbi-
triū vt cōmuniter accidit cōtrariū. qm̄ is qui mo
uetur ē etiā mouēs. Cum aūt arguēs querit vtrū
gratia iuſtificās detur ante ꝙ̄ liberū arbitriū coa
gat actione q̄ dicitur conatus an non: reſponde-
mus ꝙ regulariter nō datur. deus tamē pōt illam
dare etiā abſqꝫ conatu vel ꝙ conatꝰ precedat gra
tiam nō tempore ſed natura. et de hoc. S. Tho.
p̊a 2e. q. 112. ar. 2. ad. p̊m ⁊. 2m. Et cū arguēs īfert
ꝙ tunc gratia dareť ex merito congrui nō ꝯdigni
et ꝑ conſequēs iuſtificatio: cōcedimꝰ capiēdo me
ritum improprie et large ſicut dictuꝫ fuit in ſexto
notabili. nec id eſt parū dare largitati diuine imo
multū. qm̄ magne largitatis eſt dare grām abſqꝫ
merito ꝯdigni. Ad auctoritatē Auguſtini dicitur
ꝙ arguens addidit de ſuo: iuſtificās. nam Augu-
ſtinus grām tantūmodo dicit preuenire omnem
motum liberi arbitrij. et illa gratia non eſt habi-
tus gratū faciens aut gratia iuſtificās: ſed quedā
diuina motio gratis data que aliquando datur
per proſpera aliquando per aduerſa per quam
liberum arbitriū primo incipit moueri ad deum.
Et de hoc. S. Tho. li°. 2°. ſen. diſtin. 27. arti. 4.
Et in hoc. 4°. infra diſtin. 17. q. p̊a. ar. 2°. ſub. ar.
p̊°. et. 2. Et p̊a 2e. q. 112. ar. 2. Nec eſt verum vt
arguens dicit ꝙ dictus motus liberi arbitrij ſit diſ
poſitio pure negatiua ſcilicet gratie non reſiſtere
imo eſt diſpoſitio et actio poſitiua videlicet diui
ne motioni conſentire et gratiam deſiderare et
pro habenda gratia deum orare. et hoc eſt deo
diſpoſitiue cooperari. vnde falſe arguens expo-
nit verbum apoſtoli dicentis p̄ma Corinthiorū
3°. dei adiutores ſeu cooperatores ſumꝰ. nō eniꝫ
vere dicitur cooperator qui tantummodo non
reſiſtit: alias martyres ꝙ̄plures dicereňť coopa-
tores tyrānoꝝ. ¶ Ad ea q̄ ſecūdo loco iducit: dr̄
ad queſtionē quam mouet ꝙ charitas ex q̄ ꝓceſ-
ſerunt opera per peccatū mortificata: repať i re-
ſurgēte non ſemꝑ in equali gradu: ſed aliquando

in maioꝛi aliquādo in minoꝛi ſm maioꝛē vel mi-
noꝛē reſurgentis conatū. et licet ante lapſuꝫ me-
ruiſſet ꝑ bona opa augmentū gratie: ſi tamen re-
ſurgit in minoꝛi conatu: nō reſurgit cū tali gratie
augmēto. qm̄ ſicut gratia ita gratie augmētū da-
tur de cōmuni curſu ſm capacitatē recipiētis. nec
opoꝛtet ꝙ reſurgenti detur ſemꝑ augmentum gr̄e
quod pri⁹ meruit: qm̄ vt. S. Tho. dicit li°. 3°. diſ.
31. q. pͣ. ar. 4. ſub. ar. 3. ad. 4ᵐ. homo ꝑ peccatū
factus eſt alter ꝗ͂ pꝛius in gr̄a exiſtēs. et ideo nō
plenarie ad pꝛiſtinū gradū eſt reſtitut⁹. et per cō
ſequens non plenarie recipiet effectū pꝛioꝛū me-
ritoꝝ niſi ꝗ͂ᵐ ad pꝛemiū accidentale quod ē gau
dium de ipſis operibus: et mēſuratur magis actib⁹
ꝗ͂ habitu gratie et charitatis. ¶ Cū autem dicit
tertio loco ꝙ maioꝛ gratia datur ſemper quibuſ-
cūꝗ͂ reſurgentibus a peccato actuali ꝗ͂ inocenti
bus purgatis a ſolo oꝛiginali: non eſt verum. nec
ꝓbatio eius valet. nam licet magis ardua ſit ⁊ vt
ſic melioꝛ impugnationis negatio ꝗ͂ negatio cō-
cupiſcentie: ſufficit tamen ad vtrāꝗ͂ quantūcūꝗ͂
parua gratia. nec eſt neceſſarium ꝙ tanta gr̄a et
non maioꝛ detur vnicuiꝗ͂ quanta requiritur ad ne
gationē impugnationis vel concupiſcentie. vn-
de dari poteſt innocēti maioꝛ gratia ꝗ͂ ſit illi ne-
ceſſaria ad negationem cōcupiſcentie: et etiā ma
ioꝛ ꝗ͂ penitenti reſurgēti ad negationē impugna
tionis. ¶ Ad argumētū ante oppoſitū reſpondet
S. Tho. 3ͣ. ꝑ. q. 89. ar. 2. ad. pᵐ. ꝙ dictū apoſto-
li intelligi debet nō de omnibus diligētibus deuꝫ
qui ꝑ peccatum a dei amoꝛe cadunt: quod patet
in his qui cadūt et nūꝗ͂ reſurgunt: vel qui reſur-
gūt iterū caſuri. ſed intelligitur de his qui ſm ꝓpo-
ſituꝫ dei vocati ſunt ſancti. ſ. pꝛedeſtinati q̄ quo-
tieſcūꝗ͂ cadāt: finaliter tamē reſurgūt. cedit aūt
eis in bonū hoc ipſum ꝙ cadūt. nō quia ſemꝑ in
maioꝛi gratia reſurgūt: ſed quia reſurgūt in ꝑma
nentioꝛi gratia. non q̄dem ex parte ipſius gr̄e qꝛ
quāto gr̄a eſt maioꝛ: tanto de ſe eſt ꝑmanentioꝛ.
ſed ex parte hominis q̄ tanto ſtabilius in gr̄a per
manet quanto ē cautioꝛ et humilioꝛ. vnde et glo
ſa ibidē ſubdit ꝙ ideo ꝓficit eis in bonū ꝙ cadunt
quia humilioꝛes redeūt atꝗ͂ doctioꝛes fiūt. Idē
fere in ſentētia reſpōdet li°. 3°. ſen. diſ. 31. q. pͣ. ar.
4. ſub. arti. 3°. ad pꝛimum. Et in hoc articulus ter
minatur.

# Diſtictio decima quīta.

Circa diſti-
ctionem quintā deci
mā queritur vtrū ho-
mo poſſit deo ſatiſ-
facere ꝓ peccatoꝛ ar
guitur ꝙ non. qꝛ ille
cui⁹ totū quod habꝫ
nō ſufficit ad vnum
debitum exſoluēduꝫ
nō poteſt ꝓ alio ſuo
debito ſatiſfacere. ſed quicq̄d homo eſt et poteſt
et habet: non ſufficit ad exſoluendū debitū ꝓ be-
neficio creationis. vnde Eſaie. 15. dicitur ꝙ ligna li
bani non ſufficiēt ad holocauſtū. ergo nullo mo-
do poteſt ſatiſfacere pꝛo debito offenſe cōmiſſe.
¶ In oppoſitū arguitur. quia ſicut dicit Hierony
mus: qui dicit deum aliquid impoſſibile pꝛecepiſ
ſe homini: anathema ſit. ſed ſatiſfactio eſt in pꝛe-
cepto Luce. 3°. facite dignos fructus penitentie.
ergo poſſibile eſt deo ſatiſfacere. ¶ In hac q̄ſtio
ne erunt quattuoꝛ articuli vt ſupꝛa.

Quantum ad ar
ticulū pꝛimum ſit pꝛima concluſio
ꝙ purus homo de cōmuni curſu
et ſm dei pꝛeoꝛdinationem: nō
pōt perfecte ſatiſfacere deo pꝛo
peccatis cōmiſſis niſi in virtute meriti xp̄i. Hanc
concluſioneꝫ tenet. S. Tho. 3°. li. ſen. diſtin. 20.
arti. 2°. vbi licet. S. Tho. loquatur de ſatiſfactio
ne pꝛo peccato totius humani generis: pꝛima ta
men ratio et ſecunda quas ad id ꝓbandum indu
cit: idipſum concludūt de peccato moꝛtali cuiuſli
bet hominis. Eandē cōcluſionē tenet. 3ͣ. ꝑ. q. pͣ.
ar. p°. ad. 2ᵐ. ¶ Secūda concluſio eſt ꝙ nulli⁹ po
teſt ſatiſfacere deo de vno peccato: alio retento.
Hanc concluſionē tenet. S. Tho. in hac diſtin. q.
pͣ. ar. 3° ¶ Tertia cōcluſio eſt ꝙ nullus extra cha
ritatem exiſtens pōt ſatiſfacere deo ꝓ peccatis ꝑ
gratiam et charitatem pꝛius dimiſſis quo ad cul
pam. Hanc concluſionem tenet. S. Tho. in hac
diſtinctione queſtione pꝛima articulo tertio ſub ar
ticulo ſecundo. ¶ Quarta concluſio eſt ꝙ opera
extra charitatem facta non ſunt pꝛopꝛie merito
ria alicuius boni etiam tempoꝛalis. Hanc cōclu-
ſionem tenet Sanctus Thomas in hac diſtictio
ne loco pꝛoxime allegato ſub articulo quarto.

Quantum ad ar-
ticulum ſecundū arguēdū eſt cō-
tra concluſiones. Et quidē con-
tra p̄mā arguit ſcot⁹ ꝓbando ꝙ
poſſibile ſit de potētia dei abſo-
luta deū accipe aliquē actū penitētis tanquā ſa-
tiſfactionē iuſtā ꝓ peccato: nō coniūcto merito
paſſionis xp̄i. p̄mo q2 nō eſt īpoſſibile filiū dei nō
fuiſſe incarnatū et ꝑ conſequēs nec paſſum. et tñ
poſſibile eſt deū ꝑduxiſſe predeſtinatū ad beati-
tudinē et iuſte: non tñ excludēdo miſericordiā.
ergo poſſibile fuiſſet modo penitentē ſibi ſatiſfe-
ciſſe: q2 non pōt iuſte ſine ſatiſfactione peccatorē
beatificare. Confirmat̄ iſtud ꝑ Auguſti. 13. de tri.
caplo. 4°. fuit q̄dem et alius modus nr̄e redem-
ptionis poſſibilis q̄ ſcilicet ꝑ incarnationē et paſ-
ſionē: ſed nullus nr̄e miſerie ſanande ꝯuenientior.
ergo lapſus noſter potuit ſanari alia via q̄ ꝑ in-
carnationē et paſſionē xp̄i. ¶ 2°. quia paſſio xp̄i
non delet culpā noſtrā niſi vt cauſa meritoria et
ꝑ conſequēs vt cauſa ſecūda q̄ non eſt de eſſētia
rei. ergo illa reducat̄ ad genus cauſe efficiētis. ſed
quicq̄d poteſt de⁹ per cauſam ſecundā efficiētem
pōt imediate. ergo ſine illa poſſet iuſte et ordina-
te remittere culpā. Si dicat̄ ad iſtud ꝙ deus poſ-
ſet ſine xp̄o mediatore deleuiſſe iuſte culpā via-
toris et ita eum ꝑduxiſſe ad beatitudinē ſm pri-
mū argumentū et imediate iuſtificaſſe iuxta ſecū-
dum argumentū: ſed tamē nō ꝑ viā ſatiſfactio-
nis quia non fuiſſet aliquid equiualēs redditum
tunc: nunc aūt eſt redditū equiualens per chriſti
paſſionē cum iſta tamē tali q̄li ſatiſfactione iſti⁹:
contra. ſatiſfactio eſt redditio equiualens ꝓ equi-
ualenti. ſed quantū malū fuit peccatū auertens
a deo: tantum bonum eſt conuerſio ad deum ex
charitate. quantum etiam bonū natum fuit in-
eſſe actui noſtro: tantum bonum et non plus ab-
ſtulit peccatū noſtrum: et tantum bonum poteſt
ineſſe actui nr̄o ſecundo. ergo per ipſum omnino
equiualens redditur. Si dicat̄ ꝙ actus malus nō
ſit equiualēs in bono illi malo in diſplicentia niſi
actus ille eliciatur a gratia: ſed prima gratia non
datur alicui peccatori niſi ex paſſione xp̄i: contra.
de potentia dei abſoluta bene poſſet dari prima
gratia ſine merito paſſionis xp̄i. qd̄ ꝓbatur. quia
ſūma gratia data creature: data eſt anime xp̄i et
ſine merito quocūq̄. nulla enī paſſio eius nec p̄-
uiſa nec exhibita erat meritū reſpectu grē confe-
rende ſibi. imo p̄uidebatur vel pri⁹ videbat̄ grā
habitur⁹ q̄ paſſio acceptāda. ¶ Itē paſſio xp̄i fu-
it bonū finitū etiā accepta ſm totā rationem me-
riti in ea: quia non erat bonum infinitum. nec per
conſequēs acceptat̄ a deo infinite ex parte obie-
cti: quia nō fuit deus beatus acceptando illā paſ-
ſionem ſicut amādo ſuā eſſentiā. ſi ergo īfinitas
in peccato prohiberet ſatiſfactionem eſſe poſſibi-
lem: etiā ꝓhiberet eam poſita paſſione xp̄i. ¶ 5°.
ſic. deus de potentia abſoluta poſſet dediſſe pec-
catori poſt attritionē tanquā poſt diſpoſitionē
congruam et meritum de congruo: gratiam per
quam motus eius fieret contritio. et ſic ꝑ ſatiſfa-
ctionem deleuiſſe peccatum: quia per actum il-
lū reddentem deo equiualens illi bono quod ab-
ſtulit peccatum. poſſet etiam actus ille eſſe alias
indebitus: quia licet q̄cquid ſumus et poſſumus
teneamur deo: tamē ex maxima ſua miſericordia
conſiderans noſtram fragilitatem et difficultatē
ad bonū: noluit nos regulariter obligare niſi ad
decalogum. et ita potuiſſet ordinaſſe ⁊ obligaſſe
hoīem tm̄ ad decalogū xp̄o non incarnato. poſſ3
ergo tunc homo aliqua ſupererogationis opera
exercere que alias eſſent ſibi indebita. et tūc ſal-
uaretur tota ratio ſatiſfactionis. de potentia or-
dinata tamen deus non diſpoſuit ſibi reconcilia-
re iniuſtum: niſi per obſequium ſibi magis gratū
q̄ erat offenſa eius ſibi diſplicens. et illud eſt me-
ritum paſſionis xp̄i. hec ſcotus in forma. ¶ Con-
tra eandem cōcluſionē arguit aureolus. p̄mo q2
rigor iuſticie exigit ꝙ actus ſatiſfactorius ſit equi-
ualens in bonitate malicie act⁹ peccati. ſed poſſi-
bile eſt habere actum gratia informatum equiua-
lentē in bonitate malicie peccati. ergo ⁊ cetera.
minor probatur. quia ſi act⁹ gratia informat⁹ nō
poſſet equiualere vel preponderare malicie pec-
cati: hoc eſſet vel quia culpa ē infinita ratione ob-
iecti vel ratione ſui vel ratione op̄antis. ſi primo
modo: non magis eſt infinit⁹ actus peccati in ma-
licia q̄ actus bonus gratia informatus in bonita-
te: quia vterq̄ eſt in deū obiectiue. ergo ſi propt̄
obiectū infinitum actus peccati habet infinitam
maliciam: eadem ratione actus gratia informa-
tus habet infinitā bonitatē. ſi ſecundo modo: nō.
quia actus peccati non eſt infinitus formalit̄ nec
actus gratia informatus. ſed tertio modo poſſet
intelligi infinitas malicie actus ex parte operan-
tis hoc modo. ſ. quia quātūcūq̄ augeret̄ act⁹ bo-
nus in bonitate: nūquā equaret gradū malicie ſa-
tiſfaciēdo. cuius ratio eſt. quia in cōmiſſione pec-
cati eſt magna iniuſticia ex parte hominis. quā-
do vero homo elicit actū bonum: nō videtur ꝙ
poſſit ſatiſfaciendo illam iniuſticiam adequare
quia nullus ſatiſfacit exhibēdo illud ad quod a-
lias etiam ſi non eſſet fienda ſatiſfactio teneret̄.

ſed homo dato q̈ nõ peccaret: tenetur deo oẽm
bonũ actũ exhibere quẽ exhibet ⁊ plus q̈ exhibe
bat. ergo et cetera. ſed iſta ratio non ðbet moue-
re: quia licet de cõgruo et decenti homo obliget̃
ad impẽdendũ omnẽ bonũ actũ: hoc tñ non eſt
de rigore iuſticie. alias quilibz obligaret̃ ad intrã
dum religionẽ et actus ꝯſimiles q̇ ſunt ſuperoga
tionis. ergo ſi ad tales actus nõ tenet̃ homo ð ri-
gore iuſticie: ſi poſt peccatũ eliciat talẽ actum: po
terit ſic inteſum elicere in bonitate: q̈ peccati ma
culam adequabit. et ꝑ conſequẽs erit ſatiſfacto-
rius. hec ille in forma. ¶ Contra eandẽ arguit du
randus dicẽs. quidam dicunt q̈ licet homo ex ſe
non poſſit ſatiſfacere reddẽdo equiualẽs: põt ta
men hoc ꝑ hoc q̈ ſibi cõmunicat̃ meritũ paſſiõis
xp̄i quod fuit aliquo modo infinitũ. ſed hoc nõ vi
detur verum. q2 nec ipſe xp̄s ſm q̈ homo potuit
deo reddere ꝑ ſeipſo equiualẽs beneficijs accep-
tis. cum ergo quicq̇d erat in xp̄o ſm humanã na-
turam totũ eſſet obligatũ deo et ei debitũ: non
potuit eſſe ſatiſfactio de cõdigno ꝓ quocũq̧ pec
cato conſiderãdo naturã operis vel rei: ſed ſolũ
ſm acceptationẽ gratuitã dei. ¶ Sed contra pre
dicta arguũt quidam dicentes q̈ predicta deter-
minatio tollit omne meritũ et omnẽ poſſibilita-
tem ſatiſfaciẽdi. quod ꝓbant q2 q̇ nihil põt ſolue
re: in nullo põt ſatiſfacere. ſed ſm predicta quic-
q̇d homo habet ẽ debitum deo ratione beneficij
accepti. ergo nullus põt aliquo modo ſatiſfacere
ꝓ delicto cõmiſſo. eodẽmodo etiã tollit omne
meritum. q2 nullus meret̃ qui nõ habet aliq̇d qð
poſſit impendere ꝓ premio. ſed ſm predicta nul
lus homo habet aliquid quod poſſit impendere
ꝓ premio. ergo nullus homo põt aliq̇d mereri.
Sed iſta ſunt ſatis friuola quia bene concludunt
q̈ nullus põt deo ſatiſfacere de condigno ſm eq̄
litatẽ emende ad offenſam: nec mereri ð condig-
no ſtricte et ꝓprie loquẽdo de merito cõdigni vi-
tam eternam et hoc eſt concedendũ. ſed de con-
gruo et ſm dei acceptationẽ gratuitã: põt homo
mereri apud deũ et ſatiſfacere deo ð peccato cõ-
miſſo. nec predicte rationes ꝓbant oppoſitũ. ac-
ceptat enim deꝰ nr̃a bona opera vt meritoria et
ſatiſfactoria: quãuis ſint in nobis ab ipſo et quã-
uis non reddamꝰ ei niſi quod ſuũ eſt. ſicut ſcriptũ
eſt ꝑmo Parali. 29. tua ſunt omnia et q̃ de ma-
nu tua accepimus dedimꝰ tibi. et hec opinio ma-
gis conſonat pietati fidei qua minꝰ attribuimus
nobis ⁊ plus deo. vt dicat quilibet bonus cũ pſal
mo. ſaluum me fac quoniam voluit me. et illud
Roma. 9. non eſt volentis neq̧ currẽtis: ſed dei
miſerẽtis. hec ille. ¶ Contra ſecundam et tertiã
concluſiones arguit ſcotus probando q̈ aliquis
manẽs in vno peccato poſſit ſatiſfacere pro alio
et q̈ non oportet ſatiſfactiones pro peccatis ha-
bitualiter eſſe coniunctas. primo q2 oppoſita ſen
tentia videt̃ nimis dura contra peccatores et oc
caſio maioris obſtinationis. ſi enĩ iſte homo ve-
re penitẽs et humiliter recipiẽs ſatiſfactionẽ et
poſt ieiunium triũ dierũ cras recidiuat in peccatũ
mortale: de illo non penitẽs ſecundo die ieiunet
quod ſibi fuit impoſitũ. ſi dicas q̈ illud ieiuniũ ſe-
cunde diei nõ eſt aliqua ſatiſfactio exterior: ma-
gis eſt occaſio inducendi iſtum lapſum vt tertio
die non ieiunet. et ꝑ conſequẽs ad nouũ peccatũ
mortale cũ ſit tranſgreſſio precepti eccleſie et vi-
carij dei in hoc caſu. ¶ 2° ſic. ſi poſt lapſum ante
cõpletã penitẽtiã non exequat̃ quis ſatiſfactionẽ
priſtinã et ſibi impoſitã: peccat mortaliter nouo
peccato. ſi ergo exequat̃: bene facit q2 actũ obedi
entie facit. ſed nõ facit actũ obediẽtie niſi inq̈m il
lud eſt ſibi ipoſitũ tanquã pars ſatiſfactionis. er-
go ſatiſfacit. ¶ 3°. quia ſi alicui offenſe in regẽ cor
reſpõdeat preciſe ſm legem abſciſio manus: ſi iſti
etiam inuito abſcinditur manus: ſatis patitur et
in tantũ ſufficit regi q2 ſm legem et iuſticiam nõ
debet ab eo penam vlteriorẽ exigere: et tamẽ nõ
recipit eum in gratiam vel amicitiam. multo ma-
gis poſſet ſufficere pro punitione culpe ſi aliquis
penã debitam ſibi infligeret: licet non eſſet in gra
tia vel amicitia ipſius iudicis offenſi. hec Scotus
in forma. ¶ Contra eandẽ concluſionẽ arguunt
quidam alij. primo ſic. quia ille qui acceptata pe-
nitentia poſtea incidit in mortale: ſolum eſt de-
bitor pene certe et finite. ſed illam exſoluit. ergo
non poteſt ab eo plus exigi et ſic ſatiſfacit. ¶ 2°.
quia ſm iuſticiam humanam ſi quis penam taxa
tam et acceptatam pro precedente offenſa ſibi
dimiſſa exſoluerit etiam poſtq̈ denuo offendit: li
beratus eſt totaliter. ergo ſimiliter et ſm iuſticiã
diuinam. ¶ 3°. quia ſi non eſſet liberatus ab hac
pena et exſolueret eam in inferno: aut ergo fini-
tam aut infinitam. ſi finitam: eadem ratione fini
ta pena facta in peccato mortali debuit ſatiſface
re vel ſufficere. ſi infinitam: hoc videtur inconue
niens quia nõ erat debitor niſi pene finite. ¶ 4°
quia videtur inconueniẽs q̈ homo tantũ punia-
tur pro peccato quod fuit ſibi veraciter dimiſſum
ſicut ꝓ peccato quod nũq̈ fuit ſibi dimiſſũ. alio-
quin non prodeſſet cõtritio nec confeſſio. ſꝫ iſtud
ſequeret̃ ſi ꝓ peccato dimiſſo puniret̃ pena eter-
na in iferno. ergo et cetera. Et ſi dicatur q̈ nihil
prohibet q̈ aliquis puniat̃ equali pena ꝓ pecca-
to dimiſſo ac ſi non fuiſſet dimiſſum: non quidem

per ſe quia in dimiſſione culpe dimittitur reatus pene eterne: ſed per accidẽs. ſ. ratione ſtatus q2 ĩ inferno nulla eſt redẽptio: non valet. q2 ꝙ in inferno nõ ſit ſtatꝰ expiãdi penã: hoc eſt q2 nõ ẽ ibi ſtatus expiandi culpã et ad culpaꝫ ſequit̃ pena. ſ̃ iſtud nõ habet locũ quo ad penã culpe dimiſſe ꝺbitam: q2 illa iã eſt expiata. et hoc expreſſe videt̃ tenere. S. Tho. infra diſ. 22ª. ar. pͦ. in ſolutione quinti argumẽti. ¶ Cõtra quartã cõcluſionẽ arguunt quidã et pͥmo cõtra ꝓbationeꝫ cõcluſionis dicẽtes ꝙ non cõcludit. quia arguit de amore dei ad nos ꝑ quem nobis dat: et non ꝺ amore noſtri ad deũ quo carent mali qui tamen nõ carent primo quia deus diligit bonos et malos. ¶ 2ͦ quia ſicut exiſtẽs in charitate meretur bona gratie q2 habet amorem gratuitum: ſic exiſtẽs in ſtatu nature meretur bona que ſunt ad cõſeruationeꝫ nature. quia ſicut ſe habet amor gratuitus ad bona gratie: ſic amor naturalis ad ea que ſunt nature. ¶ 3ͦ. ꝓbant ꝙ nullus homo poteſt aliquid mereri de condigno: quia totum eſt ex liberalitate dantis ſm gratiam et non ſm debitum. ¶ 4ͦ. quia deo non poſſumus reddere equiualens. ergo multo minus poſſumus eum cõſtituere debitorem nobis. ſi dicat̃ ꝙ peccãs mortaliter meret̃ ex condigno penam: et tamẽ deus nõ eſt debitor infligendi talem penam ita vt ſit iniuſtus ſi eam non infligat. et ſimiliter in bonis poteſt eſſe meritum de condigno proprie et ſtricte ſumpto: ⁊ tñ deus non erit debitor reddendi premium ꝓ tali merito nec erit iniuſtus ſi nõ reddat. ſed hoc nõ valet. quia non eſt ſimile in bonis et in malis. q2 in bonis merenti ex condigno ſi non reddat̃ premium: ſubtrahitur ei bonum quod eſt ei debituꝫ et ita fit ei iniuſticia niſi hoc procederet de voluntate ſua quia nullus patitur iniuſtuꝫ volens. ſed ſi peccanti non infligitur pena quam meruit: non fit ſibi iniuſticia ſed gratia. quia pena vt pena eſt rationeꝫ mali habet quo quilibet libenter caret. et ideo in bonis merenti ex condigno reddendũ eſt premiuꝫ ex debito. et ille ad quẽ pertinet reddere: iniuſtus eſt ſi nõ reddat. in malis vero ſi nõ redditur pena pro culpa: non fit peccanti iniuſticia ſed miſericordia.

Quantũ ad articulum tertiũ primo notanduꝫ ẽ ꝙ vt accipitur ex dictis. S. T. in hac diſ. q. pͣ. ar. pͦ. ſub. ar. 2. ſatiſfactio ex vi nominis importat recompenſationem culpe ſeu offenſe cõmiſſe. et ſic diffinitur ꝙ eſt quedam iniurie illate recõpenſatio. vnde ſicut iniuria illata implicat directe et ĩmediate inequalitatem iuſticie et ex conſequenti inequalitatem amicitie oppoſitam: quoniã iniurioſa actio non ſolum offendit iuſticiam ſed et amicitiam: ita et ſatiſfactio directe importat equalitatem iuſticie: ex conſequenti vero equalitateꝫ amicitie. vt enim. S. Tho. inquit diſ. precedente. q. 2. ar. pͦ. ſub. ar. 2ͦ in cor. qui aliqueꝫ offendit contra equalitatem amicitie peccat inq̃ꝫm effectũ debitum non impendit. et contra equalitateꝫ iuſticie: inq̃ꝫm rem debitam ſubtrahit. ¶ Poteſt ergo conſiderari ſatiſfactio et ſm ꝙ implicat equalitatem iuſticie: et ſm ꝙ equalitatem amicitie reſtituit. equalitas autem iuſticie eſt duplex. quedam eſt ſm adequationem abſolutaꝫ rei ad rem. alia eſt ſm quandam proportionalitateꝫ quia. ſ. ſicut ſe habet debitum ad illum cui debetur: ita ſe habet et quod redditur ad illum qui debitum reddit. loquendo igitur de ſatiſfactione que fit deo per penitentiam propter culpam in eum cõmiſſã de qua eſt nunc ſermo noſter: dicimus ꝙ vtroꝙ modo equalitatis iuſticie poteſt fieri ab homine ſatiſfactio deo pro peccatis in eum cõmiſſis. preſuppoſito ꝙ et ſi homo totũ quod eſt ⁊ põt debeat deo pro beneficijs receptis creationis conſeruationis et gubernationis ac redẽptionis: nõ tamen ab eo exigit deus tanq̃ꝫ debitum neceſſitatis totuꝫ quod põt facere: ſed eſt homini prefixa a deo quedam menſura operum et actionuꝫ quã neceſſario et ex debito implere debeat. ſ. operuꝫ mandatorum. ita vt relinquant̃ homini quedaꝫ opera ſupererogationis quibus poſſit ſatiſfacere pro cõmiſſis. Ad cuius intellectum conſiderãdum eſt ꝙ quia opera ex charitate facta ex eadeꝫ ratione habent ꝙ ſint meritoria vite eterne et ꝙ ſint ſatiſfactoria ꝺo pro culpis cõmiſſis ex hoc. ſ. ꝙ ſunt ꝺo grata prout. S. Tho. notat in hac diſ. q. pͣ. ar. 3. ſub. ar. 3. in cor. ideo videtur eſſe idem iudicium de condigna ſatiſfactione et de merito condigni q̃ꝫm ad hoc vt non plus exigatur ad cõdignam ſatiſfactionem: q̃ꝫ ad merituꝫ condigni. ĩmo videtur ꝙ minus. quia nullus preter xp̃m cuius opera non ſunt puri hominis ſed dei ⁊ hominis: poteſt alteri mereri ex condigno vitam eternam: et tñ vnus põt ſufficiẽter et cõdigne ſatiſfacere ꝓ alio ꝑut. S. T. dicit infra diſ. 20. ar. 2. ſub ar. 3. in cor. cũ ergo homo poſſit mereri de ꝯdigno premiũ eſſentiale: conſequẽs eſt ꝙ poſſit deo ꝯdignã ſatiſfactionẽ exhibere pro peccatis cõmiſſis. Ad ꝓbationẽ aſſumpti ꝙ. ſ. homo poſſit mereri de cõdigno vitã eternam: ſcienda ſunt duo. pͥmũ eſt ꝙ vt. S. T. deſcribit liͦ. 2ͦ. ſen. diſ. 27ª.

arti.3°.in coꝛ.meritum ex condigno dicitur quã-
nec valet probatio arguentis de peccato veniali et feruore charitatis. quia feruor charitatis nūq̄ ſtat cum peccato veniali cui opponitur: quamuis ſtare poſſit cum alio ꝓpter rationem tactam i ſecundo notabili. ꝙ aūt feruor charitatis non ſufficiat ad deletionem peccati venialis ſine diſplicentia vel contritione: non eſt ad ꝓpoſitū. non enim ideo ſequit̃ ꝙ nō valeat ad remittēdū peccatū veniale. imo magis ſequitur ꝙ valeat. nam feruor charitatis explicite vel implicite ſemp implicat diſplicentiā peccati. put. S. Tho. dicit i hac diſtin. q. 2. ar. 2. ſub. ar. 2. in cor. et ad pmū. Et $3^a$. p. q. 87. ar. $p^o$. in cor. et ad. $3^m$. Cum autē arguens dicit ꝙ ſola contritio ſine feruore charitatis ſufficit ad delendū peccatū veniale: dicim⁹ ꝙ. S. Tho. nullibi dicit ꝙ ego legerim ꝙ ꝑ ſolum feruorem charitatis peccatū veniale remittat̃ ita ꝙ nō per aliq̄d aliud. ſed dicit ꝙ per feruorē charitatis remittitur virtute cōtritionis ⁊ diſplicentie in eo explicite vel implicite contente. vnde nō militat contra nos ꝙ aliquādo ꝑ ſolam contritionem et diſplicentiā remittat̃. verūtamē q̄ huiuſcemodi cōtritio ⁊ diſplicentia ſunt act⁹ charitatis: nō abſurde dici pōt ꝙ veniale ꝑ contritionē deletū: cū feruore charitatis. i. cū ſpeciali actu charitatis deleatur. ¶ Ad. $6^m$. dicit̃ ꝙ aſſumptū eſt falſū. nec valet ei⁹ ꝓbatio. quia licet peccatum veniale nō obſcuret grām et charitatē per diminutionem luminis: obſcurat tamē ipſi⁹ actū per modū obſtaculi interpoſiti ipedientis motū charitatis in deū. vnde. S. Tho. in queſtionibus de malo. q. 7. ar. 2. ad. $16^m$. act⁹ inq̄t pōt diminui dupliciter. vno modo q̄ꝫ ad facultatē agēdi vt. ſ. homo non poſſit tantū agere: et ſic quod diminuit actū: diminuit pncipiū actus quod eſt forma. alio modo quātum ad executionem act⁹: et ſic nō oportet vt id quod diminuit actum: diminuat formam. nō eni diminuit grauitatem lapidis: colūna que retinet ipſum ne cadat deorſum. nec diminuit virtutem greſſiuam hominis qui ligat ipſum. et ꝑ hūc modum veniale diminuit actum charitatis: nō autē primo modo. Hanc reſpōſionē pretendit. S. T. in hac diſtin. q. 2. ar. $p^o$. ſub. ar. 2. ad. $3^m$. cū dicit peccatū veniale quāuis deo diſpliceat q̄ inordinatū eſt: non tamen facit peccantē deo diſplicentem: q̄ nō priuatur claritas gratie ſed quodam modo obnubilat̃ inquātum eius ꝓceſſus ad exteriora impeditur. et ideo gregorius dicit ꝙ peccatum veniale obſcurat: ſed mortale obtenebrat. hec ille. vbi quod dicit non tamē facit peccantē deo diſplicentē: debet intelligi ſimpliciter ad differentiam eius qui peccat mortaliter inq̄ꝫ pulchritudinem gratie non amittit ſicut qui peccat mortaliter. verūtamē ſm quid et inquātū actū inordinatum elicit: deo diſplicet. non enim pōt diſplicere peccatum quin diſpliceat ipſe qui peccat inq̄ꝫ eſt ſic peccans: quamuis ſimpliciter non diſpliceat. Expoſitio autem arguentis de obſcuritate et tenebroſitate reſpectu luminis rationis non eſt ad mentē gregorij. ¶ Ad. $7^m$. dicitur ꝙ quicquid ſit de maiori nam non eſt omnino ſimilis vtriuſq̄ dependentia: et tamen minor eſt falſa. nam peccatum mortale remitti non poteſt ſine infuſione gratie. cuicūq̄ autem de nouo infunditur gratia: omnia venialia remittuntur prout Sāctus Thomas expreſſe tenet tertia parte q̄ſtione octuageſſima ſeptima articulo ſecundo in corpe ad finem. et articulo tertio in corpore quaſi in principio. licet enim noua gratie infuſio non neceſſario requiratur ad remiſſionem peccati venialis: quotienſcūq̄ tamen noua gratia infunditur: omnia peccata venialia delentur. ¶ Ad. $8^m$. dicitur ꝙ quāuis pena debita veniali ſit finita: nō inde ſequitur ꝙ non oporteat eſſe deo accepta. ¶ Ad. $9^m$. dicitur ꝙ licet in veniali non ſit ſimpliciter dei offenſa: quodam tamen modo in eo offenditur deus cum deo diſpliceat. ¶ Ad. $10^m$. dicitur ꝙ licet peccatum veniale non tollat actu vl̄ aptitudine habitum gratie et charitatis: tollit tamen actum ipſius. et ideo oportet ꝙ ad eius deletionem reſtituatur actus charitatis et gratie. quod eſſe non poteſt niſi gratia reſtituta ſi ꝑ peccatum fuit ſublata. ¶ Ad argumentum ante oppoſitum reſpondet Sanctus Thomas in hac diſtictione queſtione ſecunda articulo pmo ſub articulo tertio ad tertium: quod recitatum fuit in pmo notabili. Et in hoc articulus terminatur.

Teruz circa eandem diſtinctionem queritur vtrum penitētia habeat partes et arguitur ꝙ non. penitentia enim ē virtus et ſacramentum. ſed ei inquantū ē virtus nō aſſignant̃ partes cum virtus ſit habitus quidā qui eſt ſimplex qualitas mentis. ſimiliter etiam ei penitentie inquantum eſt ſacramentum nō videtur ꝙ partes ſint aſſignāde: q̄ baptiſmo et alijs ſacris nō aſſignant̃ ꝑtes. ḡ penitētie nulle ꝑtes debēt aſſignari.

¶ In oppoſitum arguitur. quia partes ſunt ex q̄bus ꝑfectio alicuiꝰ integratur. ſed penitentie ꝑfectio integratur ex pluribus. ſ. ex contritione confeſſione et ſatiſfactione. ergo penitētia hēt ptes.
¶ In hac q̄ſtione erunt q̄ttuor articuli vt ſupra.

Quantū ad primū articulum ſit iſta cōcluſio ꝙ partes ſacri penitētie conuenienter aſſignant̄ tres. ſ. cōtritio confeſſio et ſatiſfactio. Hanc concluſionem tenet. S. Tho. in hac diſtin. q. pª. arti. pº. ſub. arti. 2. Et. 3ª. p. q. vltima. ar. 2.

Quantum ad ſecundū articulum arguitur cōtra concluſionem. Et quidē contra eandē arguit durandus ꝓbādo ꝙ penitētia vt eſt ſacr̄m non habeat pro partibus tria predicta. ſ. contritionem confeſſionē et ſatiſfactionem. primo q2 omne ſacramentū diſpenſat̄ a miniſtris eccleſie ſcḋm qualibet ſui partem. ſed nec cōtritio nec confeſſio nec ſatiſfactio confert̄ penitēti a miniſtris eccleſie. ergo non quodlibet eorum eſt pars ſacri penitentie. ¶ 2º. ſi iſte ſunt partes ſacri penitētie: aut ſūt partes ſubiectiue aut integrales. non ſubiectiue quia totū ſaluatur perfecte in qualibꝫ parte ſubiectiua. ſed ſacramētum penitentie non ſaluatur perfecte in aliqua iſtarum trium partium. q2 ſacramentū penitētie nō ſaluat̄ ꝑfecte in ſola ꝯtritione et ſic ď alijs. ergo non ſunt ptes ſubiectiue. nec integrales: q2 totū integrale requirit actualiter quālibet ſui ptem. ſed ſacr̄m penitētie dum exhibetur: nō requirit actualiter ſatiſfactionē. ergo ſatiſfactio nō eſt de eiꝰ integritate. ¶ 3º. quia preter materiā et formā in ſacris nō eſt dare alias partes ꝓprie dictas. ſed cōtritio et ſatiſfactio nō ſunt materia nec forma ſacri penitētie. forma enī conſiſtit in verbis abſolutionis. materia vero ſi qua ſit eſt in verbis cōfeſſionis quibꝰ penitēs ſuā conſcientiā aperit ſacerdoti. ergo contritio ⁊ ſatiſfactio non ſunt partes ſacri penitētie ꝓprie loquēdo. ¶ 4º. ſpecialiter arguit de cōtritione. q2 quicq̄d ē de integritate ſacri: oportet ꝙ ſit aliquid ſenſibile extrinſecꝰ adhibitū. loq̄mur enī modo de illo qď eſt ſacr̄m tm̄. ſed cōtritio nō ē huiuſ modi. ergo nō eſt de integritate ſacri tanq̄ꝫ pars intrinſeca ſacri penitētie: ſed p̄exigit̄ neceſſario ad hoc vt penitēs ſit diſpoſitꝰ ad ſuſcipiendū effectū ſacri qui ē gr̄a et rēmiſſio peccati mortalis. quia nullū peccatū pōt remitti quādiu voluntas manet in eo. voluntatē aūt recedere ab eo qď priꝰ volebat: eſt diſplicere ei quod priꝰ placebat. in q̄ diſplicētia dolor cōtritionis cōſiſtit. et ideo cōtritio requirit̄ tanquā diſpoſitio neceſſaria penitentis et nō tanquā pars intrinſeca ſacri. ¶ 5º. arguit ſpecialiter de ſatiſfactione. quia deficiente aliquo quod eſt de neceſſitate ſacramēti: fruſtratur totū ſacr̄m. ſed ſi aliqui non exſoluant penitentiam in confeſſione ſibi iniunctā: nihilominꝰ prius fuit verum ſacramentū. ergo ſatiſfactio non eſt de intraneitate ſacramenti penitentie tanq̄ꝫ pars. ſed ſicut contritio preexigitur tanq̄ꝫ diſpoſitio penitētis ſine qua effectum ſacramenti nō reciperet: ſic ſatiſfactio cōcomitatur tanq̄ꝫ operatio ſine qua fructus ſacramenti in penitente non remaneret. patet ergo vt dicit ꝙ contritio et ſatiſfactio non ſunt partes ſacramēti penitentie ꝓprie loquēdo. ſi vero ſumat̄ pars large ꝓ omni eo quod requiritur ad debitam confeſſionē ſiue antecedenter ſiue conſequenter: ſic contritio et ſatiſfactio poſſūt dici partes penitentie. ¶ 6º. arguūt alij quia ſine eſſentia ſacramēti non habetur totus effectus ſacramēti. ſed quandoq̄ꝫ eſt tanta contritio ꝙ non requirit̄ ſatiſfactio. et ſic ſine ſatiſfactione eſt ꝑfectum ſacr̄m penitētie. et ꝑ conſequens nō eſt de eſſentia: cum ſine parte eſſentiali non poſſit eſſe ꝑfecta rei eſſentia. ¶ 7º. poteſt argui quia ſi cōtritio ſit pars integralis ſacramēti penitentie: ſeq̄tur ꝙ ille qui nō contritus cōfitetur et abſoluitur non recipit integrū ſacramētū penitentie cum deſit ei prima pars integralis. ſed hoc videtur falſum. quia ſi ſic: abſolutio et confeſſio nihil in eo cauſarent tunc nec poſt.

Quantum ad articulū tertium primo notanduꝫ eſt ꝙ vt accipit̄ ex dictis. S. T. ſupra diſtin. 14. Et. 3ª. p. q. 85. penitentia dicitur dupl'r. ſ. penitentia virtus et penitētia ſacr̄m. penitētia virtus eſt habitus electiuus quo q̄s volūtarie dolet de peccatis ab eo cōmiſſis quando debet et q̄modo debet cū intētione illa abolēdi. abolet autē peccata cōmiſſa: per cōtritionem confeſſionē et ſatiſfactionem. vnde iſta tria ſunt actus ꝓprij penitentie virtutis. penitentia ſacr̄m eſt ſignū ſanctificās ꝑ qď homo recipit a deo veniā ꝓ cōmiſſis et recōciliationē ꝑ eccl'ie miniſtros ꝑut. S. T. deſcribit ſup diſ. 14. q. pª. ar. pº. ſub. ar. 2. ī cor. ꝯſtat aūt ſacr̄ꝫ hoc ex ꝯtritione cōfeſſione et ſatiſfactione ꝓ materia: ⁊ ex abſolutiōe ſacerdotis pro forma. ita ꝙ actus penitentie virtutis ſunt partes materiales

penitentie ſacramẽti. non enĩ in hoc ſacr̃o mate-
ria eſt res exterior ſicut in baptiſmo et confirma
tione: ſed materia ſunt actus humani. ſ. peniten-
tis. et inde eſt ꝙ in hoc ſacr̃o ratio ſignificãdi pͥn-
cipaliter cõſiſtit in actibꝰ penitẽtis. efficacia vero
que magis eſt a forma: cõſiſtit in abſolutione ſa-
cerdotis, put. S. Tho. notat infra. diſ. 22. q. 2ª.
arti. 2. ſub. ar. 2. in cor. Ex quo vlterius ſequit̃ ꝙ
in hoc ſacr̃o materia nõ ſit ꝑ miniſtrũ eccleſie ad-
hibita ſuſcipiẽti ſacr̃m queãdmodũ in baptiſmo
et quibuſdaʒ aliȷs. qm̃ actꝰ humani applicari non
poſſunt ad aliqd̃ niſi ꝑ eum a quo eliciunt̃. perfi-
citur tamẽ huiꝰ ſacr̃i materia et conſumat̃ per ec-
cleſie miniſtrũ qꝛ per abſolutionẽ ſacerdotis, put
S. Tho. dicit in hac diſ. q. pª. ar. pº. ſub. arti. 2. ad
pͥmum. ſunt autẽ predicti tres actꝰ partes mate-
riales ſacr̃i penitentie: quandoqꝫ ſm̃ ꝙ ſunt actu
exerciti extra animam. quandoqꝫ vero ſm̃ ꝙ ſũt
in actu interiori anime et in ꝓpoſito. quãdoqꝫ ve
ro mixtiʒ. vnde. S. Tho. infra diſti. 22. q. 2. ar.
pº. ſub. ar. 2. ad. 3m. tres inquit partes penitentie
ſunt et in penitẽtia exteriori et interiori. qꝛ cõfeſ-
ſio et ſatiſfactio q̃ videntur tm̃ ad exteriorẽ peni
tentiã ptinere: inueniuntur in interiori penitẽtia
qꝫm ad ꝓpoſitũ et premeditationẽ eoꝝ. et etiã cõ
tritio q̃ videt̃ tm̃ interioris penitẽtie eſſe: inueni
tur in penitẽtia exteriori ſm̃ quedã ſigna quibus
ſenſibiliter manifeſtat̃ vel aliȷs vel ſaltẽ ipſi peni-
tenti q̃ dolorẽ ſenſibilẽ percipit in ſeipſo. hec ille.

¶ Secundo Notandũ eſt, put. S.
Tho. ex dictis phi. 5º.
metha. deducit in hac diſ. q. pª. ar. pº. ſub. ar. 3. in
cor. Et. 3ª. p. q. vltima. ar. 2. in cor. ꝙ partes inte
grales ſunt duplices. quedã ſunt partes quãtita-
tis q̃ ſunt aliquando vniꝰ rõnis vt in totis omo-
geneis queãdmoduʒ eſt aqua cuiꝰ quelibet pars
eſt aqua. quãdoqꝫ vero ſunt diuerſarũ rationum
vt in totis ethereogeneis ſicut eſt domꝰ vel cor-
pus animalis. quedã vero ſunt partes eſſentie ſi
cut in naturalibus materia et forma. et hee ſemꝑ
ſunt diuerſaꝝ rõnum et habẽt ordinẽ nature adi
uicẽ et quãdoqꝫ etiã ordinẽ tp̃is. in omni aũt ſa-
cramẽto ſunt partes eſſentie habẽtes rõnem ma
terie et forme quibꝰ conſtituit̃ ſacr̃m et ſine quibꝰ
non ꝯſiſtit. hee aũt partes generaliter ſunt res et
verba. de quibꝰ Auguſtinꝰ inquit: accedit verbuʒ
ad elementũ et fit ſacr̃m. in hoc vero penitẽtie ſa
cramẽto ſpecialr̃ ponunt̃ etiã partes quãtitatis.
et dicunt̃ partes quãtitatis partes materie ea rõ
ne qꝛ quãtitas ſe tenet ex parte materie. ſunt enĩ
materia in ſacr̃o penitẽtie actꝰ penitentis. forma
vero abſolutio ſacerdotis. actꝰ aũt penitẽtis ſunt
cõtritio confeſſio et ſatiſfactio. ¶ Sed animad-
uertendũ eſt ꝙ in totis ethereogeneis de quorũ
numero ẽ ſacr̃m penitentie: qdã ꝑtes integrales
ſunt pͥncipales ſine qbꝰ totũ nõ põt ꝯſiſtere queã-
admodũ ĩ corpe aĩalis caput et cor et ſi q̃ alie ſũt
ſine quibꝰ vita aĩalis nõ ducit̃. ⁊ huiuſcemodi par
tes in ſacr̃o penitẽtie ſunt cõfeſſio penitẽtis ⁊ ab-
ſolutio ſacerdotis. alie ſunt ꝑtes q̃ faciũt ad ꝑfe-
ctionẽ et cõplemẽtũ totiꝰ: põt tñ ſine illis totũ in
ẽẽ ꝯſiſtere: queãdmodũ ſunt in corpe hoĩs manꝰ
et pes et cõſimiles. et huiuſcemodi ꝑtes in ſacr̃o
penitẽtie ſũt ꝯtritio ⁊ ſatiſfactio. põt enĩ ſine iſtis
partibꝰ ſacr̃m penitẽtie ꝯferri et recipi: quãuis nõ
cõplete nec fructuoſe, put. S. T. videt̃ ſentire iñfra
diſ. 17. q. 3. ar. 4. ſub. ar. pº. ĩ cor. vbi dicit ꝙ cõfeſ
ſio ſm̃ ꝙ ẽ pars ſacr̃i et ordinat ꝯfitẽteʒ ad ſacer-
dotẽ q̃ hẽt claues eccl̃ie: põt ẽẽ in eo q̃ nõ eſt ꝯtri
tus qꝛ põt peccata ſua ſacerdoti ĩnoteſcere et cla
uibꝰ eccl̃ie ſe ſubȷcere. et quãuis tũc nõ ꝑcipiat ab
ſolutionis fructũ: tñ recedẽte fictiõe: ꝑcipe incipi-
et ſicut etiaʒ ẽ et ĩ aliȷs ſacr̃is. vñ nõ tenet̃ iterare
ꝯfeſſionẽ q̃ fictꝰ accedit: ſꝫ tenet̃ poſtmodũ fictio-
nẽ ſuã ꝯfiteri. hec ille. vbi fructũ abſolutionis vo
cat grãm et remiſſionẽ pctõꝝ: nõ ipſam abſolutio
nẽ ſacr̃aleʒ quã etiã fictꝰ recipit. qđ patet ex eo ꝙ
dicit nõ ẽẽ iterãdã ꝯfeſſionẽ ac ꝑ hoc nec ſacerdo
tis abſolutionẽ. ex q̃ etiaʒ ſeq̃ videt̃ ꝙ talis abſqꝫ
cõtritione cõfeſſionẽ faciẽs: ſacr̃m penitẽtie rece
perit in cõfeſſione et abſolutione qꝫqꝫ nõ ꝑfectuʒ.
ꝓbat̃ hoc qꝛ alias recedẽte fictione nõ ꝑciperet fru
ctũ abſolutiõis et ꝯfeſſionis. nã nullũ opꝰ qđ nõ ẽ
ſacr̃m: ſi fiat in pctõ mortali põt viuificari recedẽ
te fictione: eo ꝙ efficaciã hẽat ex ope opante ac ꝑ
hoc dũ fit. vñ ſi illo tp̃e quo fit efficax nõ ẽ factuʒ
in pctõ: nõ ampliꝰ efficax põt ẽẽ. ſacr̃a vero vi ha
bent ex ope opato: et ideo ſi ꝑ mortale peccatuʒ
ſeu ꝑ fictionẽ mortificet̃ dũ fiũt: peccato ac fictio
ne recedẽte: viuificari pñt eo ipſo ꝙ ſacra ſunt et
actu fuerũt exercita. cũ ergo dicat. S. Doc. ꝙ ꝯfeſ
ſus nõ ꝯtritꝰ recedẽte fictiõe. i. poſtqꝫ fit ꝯtritꝰ ꝑci
pit abſolutionis fructũ: ꝯſequẽs eſt ꝙ eiꝰ ꝯfeſſio ⁊
ſacerdotis abſolutio fuit ſacr̃m et ſi nõ oĩo cõple
tũ. alias recedẽte fictione viuificari non poſſent.

Quantũ ad arti-
culũ quartũ reſpondẽdũ eſt ob-
iectionibus in cõtrariũ. Et qdeʒ
ad primũ durãdi reſpondet. S.
Tho. in hac diſtin. q. pª. arti. 2.
ad primũ ꝙ in ſacramentis in q̃bus actꝰ humanꝰ
eſt ꝓ materia et non alia res exterior: maior ꝓpo
ſitio non hẽt veritatem niſi forte qꝫm ad materie

conſumationem. quia ergo in ſacramẽto penitẽtie actus humani ſunt pro materia: maior ꝓpoſitio veritatẽ nõ habet ſicut nec in ſacramẽto matrimonij. vnde ſi ꝓpoſitio arguentis eſſet vniuerſaliter vera: contra ipſum militaret qui ponit cõfeſſionẽ eſſe partẽ penitẽtie ſacramẽti: que tamẽ non diſpenſatur a miniſtris eccleſie ſed a penitẽte. ¶ Ad. $2^{m}$. dicit ꝙ ſunt partes itegrales. et ad huius improbationẽ dicit ꝙ minor eſt falſa ſi ſacramentũ penitentie ꝑfecte et complete exhibeatur: quãuis nõ ſit actualiter ſatiſfactio quando ẽ contritio et confeſſio. quod ideo eſt quia ſacrm̃ penitentie non eſt aliquod totũ permanens ſed ſucceſſiuũ cuius partes ſimul non ſunt ſed ſibi inuicem ſuccedunt. Et accipitur iſta ſolutio ex reſponſione. S. Tho. ad ſimile argumentum ĩ hac diſtin. loco prime allegato ſub. ar. $3^{o}$. ad. $2^{m}$. Et $3^{a}$. p. q. vltima. ar. 3. ad. $3^{m}$. ¶ Ad. $3^{m}$. dicit ꝙ minor eſt falſa. et ad eius ꝓbationem dicitur ꝙ aſſũptum eſt falſum ꝙ. ſ. ſola confeſſio ſit materia huius ſacramenti nec arguẽs illud ꝓbat. ¶ Ad. $4^{m}$ dicitur ꝙ maior habet veritatem de ſenſibili extrinſecus vel in ſe vel in ſuo effectu aut in ſigno. et in hoc ſenſu minor eſt falſa: quia imo contritio prout eſt pars huius ſacramẽti: eſt aliquid ſenſibile extrinſecus aliquo predictorum modorum. vnde. S. Tho. diſtin. ſequẽti. q. $2^{a}$. ar. $p^{o}$. ſub. ar. $2^{o}$. ad primũ. in contritione inquit eſt duplex dolor de peccato. vnus in parte ſenſitiua qui paſſio eſt: et hic non eſt eſſentialiter contritio prout eſt actus virtutis: ſed magis effectus ipſius. ſicut enĩ penitentie virtus exteriorem penam ſuo corpori infligit ad recompenſandum offenſam que in deum cõmiſſa eſt officio membrorum: ita etiam et ipſi concupiſcibili penam infert doloris predicti quia ipſa etiam ad peccatum cooperabatur. ſed tamen hic dolor poteſt ꝑtinere ad contritionem inq̃ᵐ eſt pars ſacramenti et c̃. hec ille. Item infra diſtin. 22. q. 2. ar. $p^{o}$. ſub. ar. 2. ad. $3^{m}$. dicit ꝙ tres partes penitentie ſunt et in penitentia exteriori et interiori. quia confeſſio et ſatiſfactio q̃ videntur tantũ ad exteriorem penitentiam pertinere: inueniuntur in interiori penitentia q̃ᵐ ad ꝓpoſitum et premeditationem eorum. et etiam contritio que videtur tantũ interioris penitẽtie eſſe: inuenitur in penitẽtia exteriori ſm quedam ſigna quibus ſenſibiliter manifeſtatur vel alijs vel ſaltem ipſi penitenti qui dolorem ſenſibilem percipit in ſeipſo. Ad hoc facit quod dicit. S. Tho. $3^{a}$. p. q. vltima. ar. 2. ad ꝓmũ. ¶ Ad. $5^{m}$. dicitur ꝙ ĩ tali caſu ſacramentum nõ fuit omnino completũ deficiente aliqua parte ad totale complementũ requiſita. verũtamen non ideo ſequitur ꝙ nullũ fuit ſacramentũ. fuit profecto exiſtentibus partibus principalibus q̃ ad eius conſiſtentiam faciũt ſcilicet confeſſione ⁊ abſolutione. quemadmodũ dicitur hominẽ conſiſtere in humano corpe: manu aut digitis deficientibus que partes ad integritatem corporis humani pertinent. et de hoc dictum fuit in ſecundo notabili. ¶ Ad. $6^{m}$. dicit ꝙ ſicut reſpondet. S. Tho. in ſimili in hac diſtin. q. $p^{a}$. ar. $p^{o}$. ſub. ar. 2. ad. $2^{m}$. quãuis peccatũ dimittatur ante actualem confeſſionem: nũquam tamen dimittitur ante confeſſionem in propoſito exiſtentem. ſicut etiam ante baptiſmum actualiter ſuſceptũ aliquis rem baptiſmi conſequit ex propoſito ſuſcipiendi baptiſmũ: ita et reſpondẽdum eſt d̃ ſatiſfactione. Ad quod facit quod. S. Doc. dicit ibidem ad. $3^{m}$. ꝙ ex propoſito ſatiſfaciendi gratia confertur in hoc ſacramento: quãuis ſatiſfactio actualis gratiã preſupponat. Poteſt etiam dici ꝙ in ipſa contritione cum ſit dolor voluntarius et in ipa confeſſione propter erubeſcentiam: implicatur ſatiſfactio. vnde et tãta poteſt eſſe contritio et confeſſionis erubeſcentia: ꝙ ſufficiat ad ſatiſfactionem debitam pro peccato. Inde eſt ꝙ. S. Tho. ſupra diſtin. 15. q. $p^{a}$. ar. $3^{o}$. ſub. ar. 3. ad ꝓmũ dicit ꝙ quanto eſt maior cõtritio: tanto magis diminuit de pena. et ideo ꝓbabile eſt ꝙ minoris pene ſit debitor. et ꝓpter hoc deberet a ſacerdote diſcrete computari vt ei minorem penam iniungat inq̃ᵐ inuenit eũ melius diſpoſitũ. ¶ Ad. $7^{m}$. patet reſponſio ex his q̃ dicta ſunt in ſecundo notabili. ¶ Ad argumẽtum ante oppoſitum reſpõdet. S. Tho. $3^{a}$. p. q. vltima. ar. ꝓmo ad. $2^{m}$. ꝙ non eſt ſimile de penitentia et de baptiſmo ac ſimilibus ſacramẽtis. quia in eis materia non ſunt actus humani ſed aliqua res exterior vel ſimplex vt aqua aut oleum vel compoſita vt chriſma: et ideo in eis non aſſignantur partes. ſꝫ in ſacramento penitentie materia ſunt plures actus humani et ideo ratio non ſequitur. Et in hoc articulus terminatur.

# Diſtictio dcia ſeptima

Circa decimā ſeptimam diſtinctionē ꝗritur ꝑmo vtruʒ vere contritꝰ et penitens plꝰ debeat eligere penam inferni vel omnino non eē ꝙ̄ peccare et arguit̄ ꝙ ſic. q2 nō minus debet aliquis eligere penam inferni vł oino non eſſe ad vitandum culpam ſi eſſent neceſſaria ad eam vitandam : ꝙ̄ debeat fortis eligere mori ad vitandum culpam oppoſitam fortitudini. ſed ſm rectam rationem fortis debet eligere mortem ad vitandum vitium oppoſitum fortitudini quando de facto oportet alterum incurrere vt docet philoſophus. 3°. ethi. ergo chriſtianus debet eligere incurrere penam inferni vel omnino non eſſe: ad vitandum peccatum mortale qđ eſt offenſiuum dei ſi oporteret alterum incurrere ¶ In oppoſitum arguitur quia maius malū: magis eſt fugiendum. ſed eſſe in inferno vel omnino non eſſe: eſt maius maluʒ ꝙ̄ peccare. ergo magis eſt fugiendum et minus eſt eligendum. minor ꝓbatur: q2 illud eſt maius malum: quod priuat plꝰ de bono. ſed omnino non eſſe priuat eſſe bonuʒ. eſſe autem in inferno priuat non ſolum bonū moris et meriti: ſed etiam poſſibilitatē redeundi. malum autē culpe neutruʒ predictoruʒ priuat. ergo et c̄. ¶ In hac q̄ſtiōe erūt q̄ttuor articuli vt ſup.

Quantū ad primum articulū ſit ꝑma cōcluſio ꝙ cōtritꝰ tenet̄ in generali velle pati magis quācūq; penā ꝙ̄ peccare. Hanc cōcluſionē tenet. S. T. ꝑmo quodlibet articulo nono. Item in hac diſtictione queſtione ſecunda articulo tertio ſub articulo ꝑmo ad quartū. ¶ Secūda cōcluſio eſt ꝙ q̄libet contritꝰ magis dolet de peccato inq̄m eſt offenſa dei ꝙ̄ de eodem prout eſt nociuum ſibi ipſi. Hanc concluſionem tenet. S. Tho. in hac diſtinctione loco proxime allegato. ¶ Tertia cōcluſio eſt ꝙ fortis fortitudine politica plus debet fugere peccatū fortitudini oppoſitū ꝙ̄ mortē corporalē. et ſm rectā rationem eligit mortem quādo caſus occurrit: ꝓpter bonū cōmune cuius ipſe pars eſt. Hanc cōcluſionē tenet. S. Thomas tertio libro ſentē. diſtin. vigeſima nona q̄ſtione ꝑma articulo tertio. Itē arti° q̄nto ad tertiū. Eandē cōcluſionem tenet ꝑma pte queſtione. 60ª. arti° q̄nto ad ꝑmuʒ. Et. 2ª 2e. queſtione. 26. articulo. 3°.

Quantum ad ſecundū articulū arguendū eſt cōtra concluſiones. Et quidē contra ꝑmā arguit durandus ꝓbādo ꝙ ꝓ vitādo malo culpe: nullꝰ debet eligere penam inferni vel omnino nō eſſe. ꝑmo quia malum pene nūq̄ eſt neceſſariuʒ eligere ꝓpter malum culpe vitandum: niſi quia ſine eo non poteſt culpa vitari: aut quia per tale malum promouetur bonū virtutis et ipeditur malū vitij oppoſiti. ſ; neutrū iſtorū pōt dici de pena iferni vł de pura nō entitate. ergo et c̄. maiorē ſupponit eē ꝓbatā in p̄cedētibꝰ dictis ſuis. minor ꝓbat̄. q2 nullū malū pene ē neceſſariū ad vitādū culpā: niſi illud qđ eſt materia v̄tutis oppoſite. ſicut patet in actibꝰ v̄tutū q̄ habēt ꝓ materia aliqua penalia ſicut fortitudo que eſt circa picula mortis vel mortē inferētia. q2 qui non agit fortiter quādo tēpus incūbit: peccat. ſed nullꝰ pōt fortiter agere niſi ſuſtinēdo triſtia circa q̄ ē actꝰ fortitudinis. ergo ad vitādū peccatū oppoſitū fortitudini: neceſſariū ē penalia et triſtia ſuſtinere vel eligere. ſed pena iferni nō eſt materia alicuiꝰ virtutis. de pura autē non entitate conſtat: cum non eſſe et virtuteʒ et ſubiectū virtutis deſtruat. ergo ſuſtinere penam inferni vel omnino nō eſſe: non eſt neceſſariū ad vitādū malū culpe. ¶ 2°. ꝓbat̄ ꝙ nec etiam ſit licitū eligere p̄dicta. quia nūq̄ maluʒ pene licite eligit̄ ꝓpter maluʒ culpe vitandum: niſi quia eſt ꝓmotiuū virtutis oppoſite. ſicut licitū ē triſtia ſuſtinere ſm corpꝰ in q̄ cōſiſtit malū pene: vt meliꝰ cōſeruet̄ bonū virtutis et pfectius euitet̄ malum oppoſiti vitij. et hoc modo licitū ē corpꝰ affligere ieiunijs et vigilijs ꝓpter ꝓmotionē boni tēpantie et repreſſionem vitij oppoſiti. pter aūt iſtos modos nūq̄ eſt licitū eligere malū pene ꝓ malo culpe euitādo. ſ; pena inferni vł oīo nō eē: nō ꝓmouet ad aliquā v̄tutē vt ſic faciliꝰ impediat̄ vitium oppoſitū. ergo eligere penā iferni vel oīno nō eſſe nō ē in vllo caſu licitū. ergo nec culpa ē eligenda ꝓpter vitādā penā iferni vel oīo nō eſſe. nec iſte pene vel defectꝰ ſunt eligēdi ꝓpter vitādū malū culpe. et ideo concluſio ſupponit falſum. ſupponit eni vnū eſſe eligendū ꝓ altero vitando et querit quid pro quo et tamē neutrū ē ꝓ altero eligēdū.

Sed contra hoc vt dicit quidaʒ dicunt ꝙ ꝑdicta ratio impedit ſeipſam. quia ſi pena eſt eligenda ad vitandum culpam quando pena eſt materia virtutis oppoſite culpe: pena autẽ inferni vt dicũt quantũ ad illud qđ eſt ibi mere penalitatis: ẽ materia virtutis. ergo ipſa eſt eligẽda. aſſumptuʒ ꝓbãt. qꝛ pena recõpẽſans deordinationẽ culpe: ẽ materia iuſticie puniẽtis culpã ꝑ penaʒ. ſed pena inferni eſt huiuſmodi qꝛ ꝑ eã recõpenſat̃ ex iuſticia culpa cõmiſſa. ergo ſm rectã rõneʒ ſi vigeret in dãnato: deberet eligere ſuſtinere penaʒ inferni antequam ſua culpa remaneret impunita. Iſtud autẽ non valet: qꝛ nec eſt ad ꝓpoſitũ nec eſt in ſe verum. ad ꝓpoſitũ ſiquidẽ non eſt qꝛ nos nõ q̃rimus vtrum peccator exiſtẽs in pena inferni iuſte a deo ſibi inflicta ꝓpter culpã ab eo cõmiſſam: debeat plus velle ſuſtinere penã illam: q̃ꝫ ꝙ ſua culpa remaneat impunita vel econuerſo. ſed querimus vtrum vere contritus qui non eſt in illa pena nec eſt illius pene debitor debeat vel poſſit licite velle ſuſtinere penam inferni vel omnino nõ eſſe propter euitationem culpe future et iminentis ex aliqua tẽtatione. et hec ſecunda queſtio nõ eſt eadem cum prima nec vna dependet ex alia. et ſic illud dictum non eſt ad ꝓpoſitum. Iteʒ nec eſt in ſe verum quia iuſte condẽnatus ad morteʒ tẽporalem: poteſt licite optare et velle ꝙ nõ moriatur ſed condonetur ei penitẽti miſericorditer pena mortis tam a parte q̃ꝫ a iudice. nec iſtud eſt contra iuſticiaʒ ꝙ ex cauſa culpa ſic remaneat impunita ſed eſt actus miſericordie. et eodẽ modo ſi dãnatus penitere poſſet et optaret penam inferni ſibi a deo miſericorditer dimitti vel relaxari: non optaret contra iuſticiam. nec deus ſi eam relaxaret faceret contra iuſticiam ſed ſm miſericordiam. et ideo falſum eſt quod dicunt alij ꝙ dãnatus plus deberet ſm rectam rationẽ ſi vigeret in eo eligere ſuſtinere penam inferni: q̃ꝫ culpa ſua remaneret impunita. imo ſi in eo vigeret recta ratio non obſtinatus in malo: deberet petere et optare ꝙ pena inferni ſibi remitteretur. Ad formaʒ ergo rationis eorum dicendum eſt ꝙ pena quando eſt materia virtutis circa quam actus virtutis neceſſario verſatur et fugere penam eſt totaliter virtuti contrarium: ſuſtinere talem penam eſt neceſſario eligendum. ſicut eſt de pena quam ſuſtineret fortis ciuis in rebus bellicis pro defenſione reipublice. pena autem inferni non eſt hoc modo materia virtutis vt declaratuʒ eſt. et ideo ex hac ratione non eſt eligenda. ergo et cͤ. Si autem ampliaretur ſic ꝙ poneretur ꝙ oporteret alterum incurrere culpam videlicet vel penam inferni ſeu omnino non eſſe: an in caſu iſto deberet homo potius eligere ſuſtinere penam inferni vel omnino non eſſe q̃ꝫ peccare vel econuerſo: et dicendum ꝙ hec poſitio eſt impoſſibilis. quia pena pro cuius vitatione incurritur culpa et ſi non vitatur culpa incurritur pena: non poteſt ſic ſe habere ad culpam vt ſi vitetur culpa neceſſariuʒ ſit incurrere penam. ſed pena inferni eſt huiuſmodi quia timore talis pene incurritur culpa. hoc eniʒ pertinet ad timorem ſeruilem vt homo omittat peccare ne incurrat penam gehẽne. ergo talis pena non poteſt ſic ſe habere ad culpam: vt ſi vitetur culpa neceſſarium ſit incurrere talem penam. quin potius oppoſito modo ſe habent quia ſi non vitatur culpa: incurritur pena. nec incurritur pena: niſi incurratur culpa. vnde ſe habẽt ſicut antecedẽs et conſequens et non ſicut oppoſita vel immediate diſparata quorum vnum oporteat ineſſe altero non inherente ſicut ponitur pro ypotheſi. propter quod ipſa eſt impoſſibilis. nec eſt mirum ſi ex ſuppoſitione falſa et impoſſibili ſequitur falſum et impoſſibile. et ſic nihil concluditur verum aut poſſibile contra opinionem que dicit ꝙ propter vitandam culpam non eſt neceſſariũ nec licitum eligere penam inferni vel omnino nõ eſſe. Sed quidam homines dimittentes veritatem rei abſolute: volunt gloriari de conſequentijs logicis factis ex ypotheſi. Item predicta ſuppoſitio non ſolum eſt impoſſibilis ſed incompoſſibilis hoc eſt includens contradictoria. et talis ſuppoſitio non debet fieri ſm aliquam artem et ſm eam poſſunt concludi contradictoria. ſicut ſi ponatur ꝙ homo non ſit rationalis: ſequitur ꝙ homo non ſit homo: quia per ſuppoſitionem non eſt rationalis: et ſic non eſt homo cum rationale ſit de intellectu et de intrinſeca ratione hominis. et ſic eſt vna contradictio ſcilicet ꝙ homo nõ ſit homo. alia cõtradictio eſt quia ſequitur ꝙ homo ſit rationalis ex quo eſt homo et ꝙ non ſit rationalis per ſuppoſitionem. ꝙ auteʒ predicta ſuppoſitio includat contradictioneʒ patet. quia nullus poteſt peccare niſi volens cum đ ratione peccati ſit eſſe voluntarium ſm Auguſtinum. ſi ergo hominem non volentem peccare neceſſarium eſſet incurrere penam inferni vel omnino non eſſe iſta neceſſitas proueniret ex parte infligentis tales penas: et hic ẽ ſolus deus qui ſolus poteſt hominem annihilare et facere ꝙ omnino patiatur ab igne infernali. ſi autem deus poneret has penas infligere nolẽtibus peccare: quid aliud eſſet niſi ꝙ deꝰ diceret homini: aut tu peccabꝭ aut ego ponam te in iferno vel omnino ãnihilabo qđ eſſʒ

inducere hominem ad peccandum ex timore pe
ne cōminate. hoc aūt non ſoluz eſt impoſſibile ſꝫ
incōpoſſibile qꝛ includit contradictionē. qꝛ nullꝰ
conformādo volūtatē ſuā voluntati diuine volē
do quod deus vult eum velle peccat. ſed ſi deus
cōminatur has penas alicui īfligere niſi peccaret
induceret eum ad peccanduz et ſic vellet eū pec=
care. ergo homo faciendo hoc ad quod deus eū
induceret: non peccaret ſed induceret eū ad pec
candum. ergo non peccando peccaret quod im=
plicat dare contradictionem. Sed eſto ꝙ hee pe
ne poſſent infligi a creatura puta ab angelo ma=
lo: adhuc dicendum ꝙ propter eas vitandas nō
liceret peccare nec tamē liceret eas eligere ad vi
tandum peccatum ꝓpter rationes prius dictas.
et ſi dicatur ꝙ niſi peccaret incurreret has penas
concedatur tamē nō ſuſtineret eas voluntarius
ſed inuitꝰ. ſi enim eas volūtariꝰ ſuſtineret pecca=
ret. et eſt ſimile ſi quis maliuolus vult me occide
re et occidor ab eo inuitus: nō pecco. ſed ſi vellez
occidi peccarem. ⁊ ſimiliter eſt in propoſito quia
ex hoc tollitur ratio peccati: ꝙ tollitur ratio vo=
luntarij. propter quod non valet iſta conſequē=
tia. non eſt illicitum penā inferni ſuſtinere vel oī=
no non eſſe ne culpa incurrat̄: ergo non eſt illici=
tum eligere penā inferni vel omnino nō eſſe ꝓp=
ter culpam omnino vitandā. Confirmat̄ quia il=
lud quod ſeparat hominez a deo et ab eiꝰ viſione
in perpetuum: nullo modo poteſt recte eligi qꝛ
deus et viſio dei debent ſumme amari et optari.
ſed pena dāni ſeparat a deo et ab eius viſione in
perpetuuz. igitur illa pena nullo modo pōt recte
eligi etiā ſi milleſies poſſet a creatura infligi. Jtē
ſi aliquid moueret ad oppoſitū et ꝓ concluſione:
hoc maxime videret̄ ꝙ melius ē mala pati q̄ ma
lo conſentire et c̄. ſed ad hoc dicenduz eſt ꝙ hoc
eſt verum ſub hoc ſenſu ꝙ non eſt illicitum mala
pati ſi eſt ibi purum pati: quia omne illicitum cō=
ſiſtit in actione. ſed eligere mala pati cum non ſit
puruz pati ſed aliquo modo agere ſaltez quo ad
actum interiorem: nūq̄ eſt licitum ꝓpter malum
culpe euitanduz niſi ſit ad hoc neceſſarium qḋ eſt
quando tale maluz eſt materia virtutis vel ſit ꝓ=
motiuum boni virtutis et valeat ad impediēduz
facilius vitium oppoſitum. quod non habet locuz
in pena inferni. Sed contra hoc dicunt quidā ꝙ
licet pena inferni pro tempore quo infligitur nō
promoueat ad bonum virtutis nec ſimiliter om=
nino non eē quin potius deſtruit ſubiectuz ⁊ om=
ne bonum: tamen pro tempore electionis ꝓmo=
uent. quia electio eſt virtuoſior quando aliquis
tanta mala eligit ne faciat contra virtutem. exē=
plum de forti qui eligit mori propter bonum rei=
publice. ſed iſtud non probat ꝙ pena inferni vel
omnino non eſſe debeat eligi ad vitandum mor
tale niſi ſub condicione. ſ. ſi oporteret alterum in
currere. hec autem poſitio impoſſibilis et incom
poſſibilis eſt vt declaratum fuit. ſed poſito ꝙ eſſꝫ
poſſibilis: adhuc argumentum nō valet. quia mi
nor propoſitio eſt falſa. quia fortis ſm fortitudi=
nem virtutis moralis: nūquaz debet eligere mor
tem ad vitandum vitium oppoſitum fortitudini:
maxime quando poſt mortem non ſperatur alia
vita ſicut Ariſtoteles et alij gentiles non ſperaue
runt. ſed ſufficit ad virtutem fortitudinis mora=
lis ꝙ fortis eligat virtuoſe agere in rebus bellicis
propter bonum reipublice non obſtante timore
mortis qui eſt in talibus periculis. ita ꝙ ſi incur=
rat mortem: incurrat inuitus ⁊ non ex electione.
quia ex parte eius non erit pro tunc voluntariuz
ſimpliciter neq̄ mixtum: ſed eſt pura paſſio que
ſm ſe non eſt virtuoſa ſed ſolum ratione antece
dentis. quia propter timorem mortis qui quan=
doq̄ contingit in factis bellicis non omiſit ſe vir=
tuoſe exponere pro dēfenſione reipublice. et ſi for
tis eligat mori: electio non eſſꝫ virtuoſa imo eſſꝫ
vitioſa vt poſtea patebit. neq̄ ſimiliter pena in=
ferni et omnimoda non entitas non ſolum quā=
do infligerentur non promouerent ad virtutem
ſed ſi preeligerentur redderent electionem vi=
tioſam. hec ille in forma. ¶ Contra ſecundam
concluſionem arguit idem durandus probando
ꝙ diſtinctio ibidem facta non valeat dicens. cul=
pa quatenus eſt dei offenſiua et peccanti nociua
ratione pene culpe debite: ſunt vnum et idem in
ter que non debet poni diſtinctio. quod proba=
tur ſic. quia ira et offenſa non dicitur in deo ſm
affectum ſed ſm effectum in q̄m infert penaz et ſe
parat. ergo offenſa dei nō eſt niſi pena īflicta vel
infligenda peccatori. et ſic in idem coincidit offē
ſa cum pena. ſed inter talia non cadit diſtinctio.
ergo culpa non eſt magis odienda quatenus of=
fenſa dei: q̄ ratione pene per quā eſt nociua pec=
catori. Sed contra hoc arguunt vt dicit quidam
probare nitētes ꝙ offenſa dei eſt aliud realiter q̄
pena peccati. dicunt eniz ꝙ offenſa poteſt dici a=
ctiue vel paſſiue quando vnus offendit aliū. ſ.
ex parte offendentis et ex parte offenſi. offenſa
enim offendentis nihil aliud eſt q̄ illud ꝑ quod
offendēs diſplicet offenſo. ſ. aliq̊d dictū vel factū
vel omiſſio alicuius debiti fieri quod diſplicet of=
fenſo et maxime quādo talis diſplicētia ē ibi que
tollit amicitiā offēſi ad offendētē et merito debe
at inducere inimicitiā oppoſitā. offēſa aūt paſſiue

dicta ex parte. ſ. illius qui offendit: nihil aliud eſt
ꝗ̃ diſplicētia quā merito debet habere offenſus ꝺ
iniuria illata ab offendente: ſm quā dicit ꝙ ſimi-
liter ſunt odio impiꝰ et impietas eius. impietas
ſm ſe: impius aūt ratione impietatis. Probatur
ergo primo ꝙ impoſſibile eſt ꝙ offenſa actiue di-
cta ſit idē quod pena. qꝛ offenſa actiue dicta eſt il
lud ꝑ quod offendēs meret penaʒ. ſed pena nō ē
meritū pene. quia ſiue in bonis ſiue in malis: illud
quod retribuit ꝓ merito nō ē idē cuʒ merito. ergo
et c̄. Qꝛ autem offenſa paſſiue dicta ſm quā dici-
tur offenſus offendi et hoc in cōparatione ad de
um: et pena qua offendēs punit nō ſint idē: ꝓbat
triplici rōne. prima eſt quia illa q̄ poſſunt eſſe ſine
ſe inuicē: nō ſunt idē. ſed ſic eſt de offenſa dei ⁊ pe
na peccatoris. ergo et c̄. maior patet de ſe. minor
ꝓbat. ſ. ꝙ pena pōt eſſe ſine offenſa et offenſa ſi-
ne pena ſaltē ꝓ eodeʒ inſtāti qꝺ dico ideo qꝛ licet
nūq̃ poſſet eſſe pena niſi eſſet offenſa dei: nec of-
fenſa dei quin ſequat aliqua pena: tamē pōt eſſe
pena ꝓ aliquo tpe ꝓ quo non eſt offenſa et econ-
uerſo ſaltem in actu. qꝺ faciliter patet pͥmo q̄ ad
hoc ꝙ pena poſſit eſſe ꝓ aliquo ꝓ quo non eſt of-
fenſa. et hoc patet dupliciter. pͥmo qꝛ ablata offē
ſa ꝑ contritionem adhuc manet pena quā pecca
tor cōtritus ſoluit. ergo ⁊c̄. ſecūdo qꝛ deꝰ non ſo-
lum punit illū qui offendit pena exterminante: ſʒ
etiā pena emēdante ⁊ iā deo reconciliato ſatiſfa-
ciente. ſed talis pena infligitur ablata offenſa. er
go impoſſibile eſt ꝙ offenſa dei et pena ſint ideʒ.
et ſicut ꝓbatū eſt ꝙ pena pōt eſſe ſine pena: ita ꝙ
non oportet exiſtēte offenſa ꝙ ſtatiʒ ſit pena: qꝛ
ſtatim quādo peccator peccat eſt offenſa: ſʒ non
ſtatim eſt pena. ergo et c̄. Secūdo ꝓbat idem ex
cōparatione offenſe ad penam ſic. qꝛ offenſa dei
aut eſt diſplicentia dei de peccato: aut voluntas
penā inferendi. ſed neutrum iſtoꝝ eſt pena. ergo
offenſa nō eſt pena. maior patet de ſe. minor pro
batur. qꝛ diſplicentia de peccato importat actuʒ
volūtatis dei. ſed actus volūtatis dei nō ē pena.
ergo et c̄. Tertio qꝛ doctores cōmuniter dicūt ꝙ
dānato diſplicet peccatū non rōne offenſe diuine
ſed ratione pene. ſed hoc nō eſſʒ ſi offenſa diuina
et pena eſſēt idē. ergo ⁊ c̄. Hec autem friuola ſūt.
quia illa diſtinctio de offenſa actiue dicta et paſſi
ue: ſolū habet locū in illis in quibus eſt offenſa ꝓ
prie dicta que eſt motꝰ animi ad diſplicentiaʒ. i il-
lis enim illa diſplicentia per quā homo eſt forma
liter offenſus dicitur offenſa paſſiue: quatenus ē
ab alio cauſata. et illud dictum vel factuʒ ex quo
cauſatur talis diſplicentia: dicitur offenſa actiue
quia eſt cauſa talis diſplicētie. et in talibus offen-
ſa actiue dicta: non eſt pena ſed merituʒ pene vt
iſti bene dicūt quantū ad hoc. nec offenſa paſſiue
dicta eſt pena: ſed eſt motꝰ animi ſm diſplicētiaʒ
et ſunt ſeparabilia ꝓ aliquo tpe. in deo autem nō
eſt offēſa ꝓprie quia in eo nō eſt motus animi ad
diſplicentiam cauſatꝰ ex aliquo malo dicto vel fa
cto noſtro: ſed omnino ſimiliter ſe habet in ſe ſi-
ue peccemus ſiue bene faciamus. et per cōſequēs
reſpectu dei nulla eſt offenſa actiue dicta qꝛ om-
nis actio reſpōdet paſſioni et ecōtra. ſed dicitur
deus iratus vel offenſus: ſoluʒ metaphorice et ꝑ
ſimilitudinē ad hominē qui dicit offenſus ab alio
quādo vult ei infligere penam et infligit quando
punit. et ſimiliter deꝰ quia punit peccatorē infligē
do penā: dicitur ei offenſus vel iratus. ita ꝙ offē
ſa nec eſt in deo paſſiue nec in nobis actiue reſpe-
ctu dei: ſed eſt ꝺnominatio metaphorica rōne ſo
lius pene quā infligit peccatori. et ideo pͥmum ar
gumentū qꝺ ꝓcedit de offenſa dei actiue vel paſ-
ſiue dicta: nō eſt ad ꝓpoſitū. Ad ſecundū dicendū
eſt ꝙ offenſa dei nec eſt diſplicētia ꝺ peccato nec
voluntas infligēdi penā: ſed eſt ſola denomiatio
metaphorica ſumpta a pena quā deꝰ infligit ex ſi
militudine pene quā homo iratus vel offēſus al-
teri infligit eidē. Ad tertiū dicendū ꝙ verba do-
ctorum nō ſemꝑ ſunt ſacralia nec ꝓpria. qꝛ ſi ꝓpͤ
loquamur in hac materia: dicimus ꝙ dānatis diſ
plicet eorum culpa ratione pene ⁊ non qꝛ eſt cō-
tra rationem vel cōtra mādatum diuinuʒ. ſed ex
hoc nō offendit deus nec iraſcit. hec ille. ¶ Con-
tra tertiā cōcluſioneʒ arguit durādus ꝓbando ꝙ
loquendo de fortitudine pure morali de qua tra
ctauerunt philoſophi qui ignorauerūt aliā vitaʒ
futuram poſt iſtā: licet fortis non debeat recede-
re ab opere virtuoſo timore mortis: nūq̃ tamē li
cet ei eligere morteʒ ꝓ defenſione reipublice vel
in quocūq̃ alio caſu qui ad preſens occurrat. Ad
cuius euidētiā ſciendū eſt ꝙ ſicut dicitur. 8°. ethi.
amabile quidē bonū vnicuiq̃ aūt ꝓprium. et ſm
hoc in bonis q̄ dicuntur amari et eligi: accipit gra
dus dupliciter. vno modo ſm quantitateʒ boni
quia maius bonū magis eſt eligendū ceteris pa-
ribus. et ideo cum bonuʒ anime ſit potius bono
corporis et bonū corporis bonis exterioribꝰ: bo
na anime ſūt preeligenda bonis corpis et illa bo
nis exterioribus: ⁊ mala oppoſita ſunt magis odi
enda ⁊ fugienda. Alio modo poteſt accipi gradꝰ
in bonis diligendis et eligēdis ex parte hominis
quia ꝓprium bonum magis eſt diligendū ⁊ eligē
dum ꝗ̃ extraneū: ſicut quilibet tenet plus dilige
re ſe ꝗ̃ alterū. et ideo amicabilia q̄ ſunt ad alteꝝ
venerūt ex amicabilibꝰ ad ſeipſuʒ. dico aūt bonū
extraneum

extraneū ꝛ nō cōmune: q2 in bono ꝯmuni inclu=
dit formaliter bonū ꝓpriū. ſicut in bono totius
corporis includit bonū partis. ciuis enī pars ē
ciuitatis. ꝛ ideo ciuis pl9 debet diligere bonū ci
uitatis ꝙ̄ bonū ſuū ſolū. et pl9 velle ꝙ ↄ̄ſeruet
bonū toti9 ciuitatis: ꝙ̄ ſolū bonū ſuū incluſo bo
no ſuo in bono ciuitatis. ſic enī diligēdo bonū
ciuitatis: diligit bonū ſuū ꝛ bonū aliorū quod ē
meli9 ꝙ̄ diligere bonū ſuū ſolū. bonū aūt extra=
neū voco bonum ꝑſone ꝑuate vel reipublice cu
ius homo nō eſt pars. ſicut reſpectu ciuis pariſiē
ſis bonū extraneū ē bonū ciuis tholoſani et etiā
bonū ciuitatis tholoſe. ꝛ vtrūq3 bonū debet ci=
uis pariſiēſis minus diligere ꝙ̄ bonū ſuū ꝓpriū.
cū enī diligere aliquē ſit velle ei bonū: ſicut quili
bet homo tenetur plus diligere ſeipſum ꝙ̄ aliū
hominē vel quācūq3 cōmunitatē in qua ipſe non
includit: ſic tenetur plus velle bonū ſibi ꝙ̄ alicui
de ꝑdictis. ꝛ plus fugere malū ſuū ꝓpriū ꝙ̄ ma=
lum cuiuſcūq3 extranei. et plus debet diſplicere
illi q̄ peccauit peccatū ſuū: ꝙ̄ peccatū cuiuſcūq3
alterius ꝑſone ꝑuate vel omnium aliorū. ꝛ ſicut
eſt in malis culpe: ſic eſt in malis pene ceteris pa
ribus. Ex his arguitur ad ꝓpoſitū ꝑmo ſic. ele=
ctio ꝑ quā eligitur malū maximū ꝓ aliquo bo=
no ad cui9 cōſeruationē nihil penitus ꝓdeſt ſed
poti9 obeſt: non eſt virtuoſa ſed magis vitioſa.
iſtud patet q2 cum electio ſit eorū que ſunt ad
finem: ſi illud quod eligitur non ꝓſit ad cōſecu=
tionem finis ſed potius noceat: talis electio eſt
fatua nec ē ſm prudētiā q̄ facit electionē rectā.
ſed electio mortis q̄ eſt maximū malum ſm nō
credētes aliā vitā: nihil facit ad ↄ̄ſeruationē rei=
publice ſed poti9 nocet. ergo talis electio nō eſt
bona nec virtuoſa. maior iā patet. ſed minor ꝓ=
bat. q2 cum bellū ſuſcipit pro cōſeruatione rei=
publice: ad hoc ꝓficit ꝛ ꝓducit bellū cum victo=
ria. ꝑ hoc enī cōſeruat reſpublica: ꝙ ciues pug=
nāt fortiter cōtra hoſtes ꝛ eos vincūt. mors aūt
vnius ciuis vel pluriū magis impedit victoriā
ꝙ̄ ꝓmoueat. et ideo ꝙ̄uis fortis debeat eligere
fortit pugnare ꝓ defenſione reipublice nō obſtā
tib9 periculis q̄ ſunt in reb9 bellicis: non tū debet
eligere mori ſ3 oppoſitū. ꝛ ſi mors cōtigat: debet
ei diſplicere tāꝙ̄ nociua ſibi ꝛ reipublice. ¶ Con
firmat. q2 ſimile ē de vno ciue ꝛ de quolibet alio
ꝛ de oībus ſimul. ſed nihil ē dictu ꝙ omēs ciues
debeāt eligere mortē pro defenſiōe reipublice.
q2 cū res publica ꝑncipaliter cōſiſtat ī vita ciuiū
mors eorū non ē cōſeruatio reipublice ſ3 totalis
deſtructio. et mors cuiuſlibet eſt ei9 diminutio.
vñ mors ciuiū vni9 vel omniū: non ꝓmouet nec
cōſeruat rēpublicā ſed ſubuertit vel minuit. Itē
ꝛ redit ī idē. null9 aggrediēs bellū ſub ſpe victo=
rie: eligit mori in bello: q2 nō ſtāt ſimul in eodē
mors ꝛ victoria. ſed omnis virtuoſus aggredi=
ens bellū pro defenſione et cōſeruatione reipu=
blice: aggreditur ipſm ſub ſpe victorie q2 alit nō
pōt defendi nec cōſeruari. ergo talis non eligit
mori. ¶ 2°. ꝑncipaliter ad propoſitū arguitur.
q2 ſm beatū Auguſtinū de trinitate: oīs recte
eligēs efficit melior quādo illud aſſequit quod
recte eligit. q2 electio recta nō eſt niſi de vere bo
no nōdū habito vel minori malo quādo opor=
tet ipſm vel maius incurrere. aſſecutio autē veri
boni: reddit hoīem meliorē. vitatio etiā maio=
ris mali ꝑ min9 malum: reddit hominē min9 ma=
lum. ꝛ ſic aſſecutio eius qđ recte eligitur: reddit
hominē meliorē vel min9 malū ꝙ̄ eēt ſi nō aſſeq
retur qđ eligit. ſed q̄ aſſequit mortē nō credens
vel nec ſperās aliā vitā: non efficitur melior nec
min9 mal9 ꝙ̄ eſſet ſi viueret qualitercūq3 q2 effi=
citur oīo non ens ſm opinionē quā habuerunt
ph̄i gētiles de morte. ergo talis mors nō poteſt
eligi ſm rectā rationē. ſed oīs electio virtuo=
ſa ſm rectam rōnē eſt. ergo ꝑ nullā virtutē pure
moralē pōt recte eligere mortē. ꝛ ſi cōſtaret ciui
b9 vel ſi ꝓbabiliter crederēt ꝙ morerētur in bel=
lo: nō debēt ſe exponere. virtus enī fortitudinis
pure moralis ē circa timores et audacias vt pa=
tet. 3°. ethi. neutrū aūt iſtorū eſt circa ꝑicula cer=
ta ſeu q̄ certitudinaliter inferūt mortē. de malo
enim qđ eſt vel eſtimat ineuaſibile: nō eſt timor
ſed triſticia quia iā eſtimatur q̄ſi ꝑſens. audacia
etiā eſt cū fiducia euadēdi. ꝓpter qđ virtus for=
titudinis q̄ eſt circa timores et audacias: nunꝙ̄
eſt circa ꝑicula de quibus eſtimatur certitudina
liter ꝙ inferāt mortē. ꝛ multo minus virtus for
titudinis pure moralis cōſiſtit in electione mor
tis nec habet eā adiunctā. ſecus ē de fortitudine
adiūcta fidei cuiuſmodi fuit in martyrib9. ¶ 3°.
ad ꝑncipale. quia rō partis oppoſite dicēs ꝙ bo=
nū cōmune ꝑferēdū eſt bono ꝑuato: non valet.
quia bonū cōmune non ē ꝑferēdū bono ꝑuato
niſi quādo in bono cōmuni includitur bonū ꝓ=
priū. alias bonū cōmune ē extraneū nec ē ꝑferē=
dum bono ꝓprio. ꝛ cū cōcludit vlterius ꝙ pro
cōſeruatione boni cōmunis in quo includit bo=
nū ꝓpriū debet homo exponere vitā ſuā: verū
eſt etiā ꝙ debet exponere ꝑiculo de quo ꝑſumit
veriſimiliter poſſibilis euaſio et defenſio reipu=
blice. ꝙ autē ꝓpter hoc debeat eligi mors: non ē
verū quia hoc nō ꝓdeſſet cōſeruationi reipubli
ce ſed poti9 obeſſet. ¶ 4°. quia illud qđ addu=

citur de pħo. 8°. ethi. dicēte ꝙ ꝓ amicis oportet multa pati ⁊ mori ſi oporteat. ſed plus tenetur aliquis diligere cōmunitatē ꝙ̄ ꝑuatos amicos. ergo ꝓ bono communi debet hō eligere mori ſi neceſſe ſit ⁊c. hoc in quātū nō obſtat ſed potius cōfirmat ꝓpoſitū nr̄m. quia cōſtat ꝙ nullus debet diligere amicū plus ꝙ̄ ſeipm̄. et ideo nullꝰ debet eligere mori ꝓ conſeruatione vite amici. ſed debet facere illud qḋ ꝑtinet ad rōnē amicicie. ⁊ ſi ex hoc ſeq̄tur mors: nō ſequit̄ ex electione ſed cauſaliter. nec ſolū exponit ſe hō licite ꝑiculis mortis ꝓ defenſione reipublice vel amici: ſed etiā ꝓ defenſione bonoꝝ ſuoꝝ tēporaliū. et tn̄ nullꝰ ſapiēs diceret ꝙ hō virtuoſe eligeret mori ꝓ cōſeruatione bonoꝝ ſuoꝝ tēporaliū. hec ille.

Quātum ad tertium articulum ꝑmo notādum eſt ꝙ circa titulū q̄ſtionis ſex cōcluſiones formari pn̄t. ꝑma ē ꝙ nullū malum culpe eligēdum ē ꝓ vitando alio malo culpe vel pene. ⁊ huius rō eſt q̄a nihil eligēdū ē niſi qḋ recte rationi concordat. ſed quodcūq̄ maluʒ culpe a recta rōne diſcordat eo ipſo ꝙ ē malum culpe. ergo nullo mō recte eligēdum ē. implicat enī contradictionē ꝙ aliquid diſcordās a recta rōne ſit recta rōne eligēduʒ nec ſm̄ ſe nec ꝓ quocūq̄ malo vitādo. nā in eo ꝙ ponitur diſcordās a recta rōne: ponitur eē illicitum. in eo vero ꝙ ponitur eſſe recta rōne eligēdū: ponitur eſſe licituʒ. ⁊ ita ponitur idē ſimul eē licitum ⁊ illicitū. ¶ Si quis vero dicat ꝙ rō dicta ꝓbat nulluʒ malum culpe eē propter ſe eligēdum nec ꝓ vitādo malo pene: ſʒ non ꝓbat ꝙ minus maluʒ culpe nō ſit eligēdum ꝓ vitādo maiori malo culpe vt mēdaciuʒ ꝓ vitādo adulterio: reſpondemus ꝑmo q̄a cum peccatū includat ꝑ ſe ⁊ intrinſece rōnē illiciti: nullo mō pōt ſibi cōuenire eiꝰ oppoſitū. ſ. eē licitū. ſicut īpoſſibile ē ꝙ aīal ſit aliquo mō inſenſibile eo ꝙ de rōne eius ꝑ ſe ⁊ intrinſeca ſit eē ſenſibile. ac ꝑ hoc nec pro vitando maiori malo culpe nec quomodocūq̄ aliter: malū culpe ē eligēdū. Reſpōdemus ſecūdo ꝙ cū nullū malū culpe ſit ſm̄ ſe eligēduʒ eligere vel cōmittere minꝰ malū culpe ꝓ maiori malo culpe vitādo: nō poſſet ꝯtingere niſi quia neceſſariū eēt alterum illoꝝ eē eligēdum. ſʒ hoc in nullo caſu cōtingere pōt. nō enim dabilis ē caſus in quo neceſſariuʒ ſit aliquod malum culpe ꝯmittere. nā cū omīs culpa ſm̄ ꝓpriā rōnē ſit voluntaria ita ꝙ ſi non ē volūtaria nō ſit culpa iuxta dictum auguſtini: cōſequēs eſt ꝙ nulla culpa ſeu peccatuʒ culpabile debeat neceſſario cōmitti. vnde ꝓpoſitis volūtati duobꝰ malis culpe vt mēdacio ⁊ adulterio: pōt ⁊ debet vtrūq̄ refutare quia nullo caſu neceſſariū eſt alterū eoꝝ eligere. ¶ Secūda cōcluſio eſt ꝙ quādoq̄ licitum ē immo ⁊ neceſſariū eligere malū pene ꝓpter vitādum malū culpe queādmodū cōtingit in actibus virtutum q̄ hn̄t pro materia aliquod malū penale. ſicut fortitudo q̄ eſt circa ꝑicula mortis. nullus eniʒ pōt fortiter agere niſi triſtia et mala pene ſuſtinēdo ꝓut pħs dicit. 3°. ethi. ſed quandoq̄ neceſſariuʒ ē fortiter agēdo aggredi pericula mortis ꝓ vitādo malo culpe vt quādo occurrit fortiter eē agēdum ꝓ defenſione fidei vel reipublice ad quā tenetur ex vi ꝑcepti cuius fidelis ꝓ loco ⁊ tēpore. nā tūc peccaret q̄ fortit̄ agēdo: malum pene ſeu periculū nō aggrederetur. vt enī dicit. S. Doc. 2ª. 2ᵉ. q. 123. ar. 4. in cor. ad ꝟtutē fortitudinis ꝑtinet ne retrahat̄ a bono rōnis ꝓpter timorē mali corporalis. q2 nullū bonum corporale equalet bono rōnis. et ideo oportet ꝙ fortitudo animi dicat̄ q̄ firmiter retinet voluntatē hominis in bono rōnis contra maxima mala. maxime autē terribile iter omnia corporalia mala: mors eſt q̄ tollit oīa corporalia bona. ¶ Tertia cōcluſio ē ꝙ licitū eſt eligere maluʒ pene nō ſolum ꝓ vitādo malo culpe: ſʒ etiam ꝓ maiori bono ꝓmouēdo. ꝑ quē modum licitum ē corpꝰ affligere vigilijs ⁊ ieiunijs ad reꝑmēdam carnis cōcupiſcētiā ꝓpter boni tēperātie promotionē ⁊ ad ſupceleſtium cōtēplationē excitādam. Iuxta quod apoſtolus dicebat. 2ª. Corin. 6°. in omnibus exhibeamꝰ noſmetipſos ſicut dei miniſtros in multa patientia in tribulationibus in neceſſitatibꝰ in āguſtijs in plagis in carceribus in ſeditionibus in laboribus in vigilijs in ieiunijs. ⁊ hinc ē ꝙ auguſtinus hortatur ī regula dicēs. carnē vr̄am domate ieiunijs ⁊ abſtinētia eſce et potus quātuʒ valitudo ꝑmittit. ¶ Quarta cōcluſio ē ꝙ malum pene quandoq̄ eligēdum eſt ꝓ vitādo maiori malo pene: quando. ſ. maius malū vitari nō pōt niſi minꝰ malum pene incurratur. ꝑ quē modū ſectio mēbri quādoq̄ eligēda ē pro vitādo malo mortis vbi alterū ipoꝝ incurrere neceſſariū ſit. ¶ Quinta cōcluſio ē ꝙ conſiderādo penā inferni ſm̄ cōmunē curſuʒ inq̄m̄. ſ. hēt grauiſſima peccata adiuncta nullus debet eligere penā inferni pro quocūq̄ malo culpe vitādo. cuius rō eſt q̄m ſicut in ꝑma cōcluſione fuit deductū: pro vitādo malo culpe nulluʒ aliud culpe malum eligēdum eſt. ſʒ pena inferni ſm̄ cōmunē curſum ⁊ ſtatū dānatoꝝ hēt

mala culpe adiuncta et grauiſſima.ſ.odium dei inuidiā ꝓximoꝝ deſperationē ac impenitētiā ⁊ q̄ plura alia q̄ ex ip̄o penarum dolore ⁊ miſerrimi ſtatus ꝑpetuitate:dānati incurrunt.ergo nullo modo regulariter loquēdo pena inferni ꝓ aliq̄ malo culpe vitādo eligēda ē. Neqꝫ ē dabilis caſus poſſibilis in quo alterum illoꝝ neceſſario ſit eligēdum.nā caſus talis contingere non poſſet niſi deo p̄cipiēte alicui ꝙ eligat penā eternā ſubire.huiuſcemodi aūt caſus non ſolum ē impoſſibilis ſꝫ etiā incōpoſſibilis capiendo penā inferni vt in hac quinta concluſione accipitur. ꝓbatur hoc.nā pena inferni ſic accepta:hēt grauiſſimas culpas adiunctas.ſ.odium dei et obſtinationeꝫ in peccatis ⁊ q̄ plurima alia. vnde ſi deus p̄cipet homini hoc modo penaꝫ inferni eligere: p̄cipet grauiſſima peccata committere q̄ talia ſunt ex propria illoꝝ ratione. ⁊ tamē inq̄tū diuio p̄cepto illa committeret:peccata nō eēnt:nec ip̄e peccata cōmitteret. ⁊ ſic peccata cōmitteret ⁊ nō cōmitteret peccata quod eēt cōtradictoria ſimul eē vera. ¶ Sexta concluſio ē ꝙ loquēdo de pena inferni q̄m ad ip̄am penalitatē preciſe:magis eligere debet vere contritus penā inferni ſubire q̄ malum culpe cōmittere. cuius ratio ē quia cū homo debeat plus deūꝫ diligere q̄ ſeipſum:plꝰ debet refugere dei offenſaꝫ q̄ quodcūqꝫ ſibi nociuū. vnde licet pena īferni ſit maximū hominis nocumētum:plus debet homo bene diſpoſitus mēte eligere penā inferni ſubire q̄ malum culpe cōmittere. Sed vtrum dabilis ſit caſus ī quo neceſſariū ſit homini alterum illoꝝ incurrere: videtur dicēdum ꝙ ſm cōmunē curſum diuine ordinatiōis:non ē caſus poſſibilis loquēdo de potētia dei ordinata cui reſpōdet cōmunis rerum curſus.imo videtur ꝙ caſus ſit incōpoſſibilis. ꝓbatur hoc. q̄m vt dictū fuit in p̄cedēte cōcluſione:talis caſus dari non pōt niſi deo p̄cipiēte alicui ꝙ velit ⁊ eligat penā inferni ſubire.hoc autē poſſibile non ē de potētia dei ordinata ſm quā ſubire penā inferni ſe hēt vt conſequēs ad malū culpe mortalis cōmittere.nā ſm ordinē inſtitutum diuine iuſticie: ad malū culpe mortalis cōſequitur reatus pene infernalis. ⁊ nullus penaꝫ inferni incurrit niſi malū culpe cōmiſerit. vn̄ ſm cōmuneꝫ curſum diuine iuſticie:qui nō cōmittit malū culpe:non incurrit penā inferni.ſꝫ vt ponitur caſus q̄ non cōmittit malū culpe: debet penā inferni ſubire. ac ꝑ hoc ſtāte caſu ſimul cū cōmuni ordine diuine iuſticie:ſequitur ꝙ q̄ nō cōmittit maluꝫ culpe:incurrit penā inferni quod ē cōtradictoria eē ſimul vera. ⁊ ꝑ cōſequēs ſeq̇tur ꝙ caſus ſit incōpoſſibilis.Si vero pena īferni capiatur q̄m ad rationē penalitatis p̄ciſe:⁊ de ſpeciali dei diſpēſatione p̄ter cōmunē curſum diuine iuſticie:caſus nō eſt incōpoſſibilis de potētia dei abſoluta q̄m ex nulla parte implicatur cōtradictio.nā non repugnat contradictorie ꝙ deus reuelet alicui dānationē ſuā eternā.nec ꝙ illi p̄cipiat velle ⁊ eligere ip̄am ſuā dānationē ac penā inferni.nec iteruꝫ repugnat ꝙ quis ſubire eligat penā inferni ⁊ ſummū maloꝝ ex diuio p̄cepto ſibi impoſito. Et hoc videtur eſſe d̄ mēte. S. Tho. p°. ſen. diſ. vltima ar° vltimo ad. 2m. Et pa. 2e. q. 19. ar. 10. ad. 2m. Et de ve. q. 23. ar. 8. ad. 2m. Et p° quodlibet. ar. 9. Quod aūt ip̄e dicit in p̄allegatis locis hominēꝫ cui fieret reuelatio non teneri ad volēdū ſeu eligendum penas inferni illas ſingulariter explicādo ſꝫ ꝙ in tali caſu ſufficeret velle ⁊ optare penam inferni ſubire implicite et in genere vel in ſua cauſa volēdo.ſ. diuinā volūtatē et ordinē iuſticie diuine ſeruari debet itelligi q̄m eſt ex debito reuelationis de q̄ ponitur ab eo caſus.ſed ſi deus ſub p̄cepti debito imponeret illi cui fieret reuelatio ꝙ penā inferni q̄m ad oēs penalitates vellet ſubire:teneretur id eligere etiaꝫ explicite ex vi p̄cepti. quia licet malū pene ſub rōne qua tale malum ē nō cadat ſub electione eo ꝙ non hēat vt ſic rationem bonitatis: ⁊ tn̄ inq̄tū id ē a deo p̄ceptū: rationē hēt bonitatis ⁊ ē eligibile ſicut ⁊ hēt rationē eligibilis inq̄tū eſt ꝓmotiuū boni vel impeditiuū maioris mali ſicut dictuꝫ fuit in ſecūda ⁊ tertia ⁊ quarta cōcluſionibus.

¶ Secundo Notādū eſt ꝙ nomē offēſe actiue ſumptū ⁊ ſm cōmunē vſum loquēdi: importat de p̄ncipali ſignificato actū indebitū vel omiſſionē debiti actus in alterius iniuriā vel detrimētuꝫ. cōnotat vero relationem offēdētis ad offenſum. paſſiue vero in creaturis dicit aliquē effectū cōmiſſione vel omiſſione offendētis cauſatum. in deo vero nullum effectuꝫ dicit:eo ꝙ ex actione creature vel ex actus omiſſione nihil realiter in deo effici pōt. vn̄ offenſa qua deus dicit̄ offēſus creature:non ponit in deo aliquid reale: ſꝫ reſpectū quēdam ad creaturam. ē aūt generaliter veruꝫ d̄ relationibus q̄ dicūtur de deo ex tēpore ꝙ oēs ſunt realiter in creatura. in deo vero tm̄modo ſm rationē ꝓut declaratum fuit libro p° diſ. 30. vn̄ offenſa qua creatura dicitur deū offēdere:dicit relationē realē in creatura. in deo vero dicit relationē rōnis tm̄modo. dicit̄ eni deus offēſus:nō ab offēſa q̄ ſit aliq̄d realit̄ in deo: ſed

denominatione extrīſeca ab offēſa actiue ſumpta q̄ realiter ē in hoīe peccatore. queadmodum de⁹ dicit dñs creature nō a relatione dñij q̄ realiter ſit i deo: ſ; a ſeruitute q̄ realiter eſt in creatura. nō eni eſt incōueniēs ꝙ ab vna ⁊ eadē re numero diuerſe denominatiōes ſumātur. ſicut ab vno ⁊ eodē honore numero exiſtēte i honorante iuxta dictū phi in p° ethicoꝝ: denominat vn⁹ honorās ⁊ ali⁹ honorat⁹. ſi igit̄ querat de offenſa reali a q̄ de⁹ denominat realiter offēſus a peccatore: dicēdū erit ꝙ ē offenſa actiue exiſtēs realiter ī peccatore. ſ. vel act⁹ indebit⁹ vel omiſſio act⁹ debiti. nā vt p̄miſſum ē: de⁹ dicit realit̄ offenſus queadmodū ⁊ dñs denominatione extrinſeca. ſ. a reali offenſa extra deū exiſtēte i creatura. poteſt etiā huiuſcemodi denominatio relatiua trahi a relatione rōnis in deo inq̄ȝm relatio offēſe in creatura terminat ad deū cū dicit peccator offendit deum. ꝓpter quā terminationē: rō ſiue diuina ſiue humana intelligit reſpectū quēdam dei ad creaturā eo ꝙ omis termin⁹ relatiuus eſt correlatiu⁹ alteri termino. ¶ Ex quib⁹ inferim⁹ ꝙ q̄uis ex eo ꝙ de⁹ offendit a peccatore ſequat aliq̄s effect⁹ a deo i peccatore ſicut p̄uatio gr̄e ⁊ pene iſlictio: nō tñ offenſa q̄ de⁹ dicit offenſus ē ꝓprie loquēdo p̄uatio gratie vel pene inflictio aut aliq̄s ali⁹ effect⁹ ex offenſa ſecut⁹ ꝑut aliqui falſo putāt. niſi forte fiat denominatio p cauſaȝ p modū quo aliquādo vocam⁹ punitionē dei q̄ malos punit: irā dei q2 eſt effect⁹ ire dei. denominat eni quādoq̄ȝ effect⁹ a cauſa ⁊ cauſa ab effectu. ira vero dei dicit nō paſſio ſicut in nobis: ſed volūtas puniēdi. vñ rōnabili⁹ illi dixiſſent offenſaȝ dei eē volūtatē puniēdi peccatorē: q̄ȝ eē ipaȝ penā qua peccatoreȝ punit. q2 ꝓpiqui⁹ ſe hēt ad offenſam peccatoris q̄ de⁹ dicit offenſus: q̄ȝ pena ipa qua de⁹ peccatorē punit. q̄uis ⁊ talis denomiatio nō adhuc eēt ꝓpria aut formalis. Et ex his vlteri⁹ inferim⁹ ꝙ cū dicit de⁹ offenſus: nō ſoluȝ ē denomiatio metaphorica vt ſi ſenſus ſit ꝙ de⁹ ſe hēt in puniēdo offendētē ad modū hominis offenſi. ſ; etiā eſt denominatio vera denominatione extrīſeca mō ſupra expoſito. dicit eni de⁹ vere ⁊ realiter offenſus peccatori: q2 vere ⁊ realiter peccator deū offendit. queadmodū dicit de⁹ dñs creature: nō ſoluȝ q2 ſe hēt in regēdo ⁊ coercēdo ad modū hoīs q̄ dñs eſt aliorū: ſ; q2 vere ⁊ realiter eſt dñs creature ꝓpter realē ſubiectionē ⁊ ſeruitutē creature ad deū.

¶ Tertio Notādū eſt ꝙ vt. S. T. dicit. 2ª. 2ᵉ. q. 145. ar. p°. honeſtū idē eſt ꝙ virt⁹. bonū aūt honeſtuȝ ē qḋ ꝓpter ſe q̄rit. virtutes igit̄ propter ſe appetēde ſunt. qḋ ⁊ phus dicit i p° ethi. Neq̄ȝ obſtat ꝙ felicitas ſit finis ⁊ p̄miū virtutꝭ vt ibi phus inq̄t. nā vt phus ibidē diſtiguit: eorū q̄ ꝓpter ſe appetuntur: q̄dā appetunt ſolū ꝓpter ſe ⁊ nū q̄ȝ ꝓpter aliud ſicut felicitas q̄ eſt vltim⁹ finis. quedaȝ vero appetūtur ⁊ ꝓpter ſe inq̄ȝm hñt i ſeipſis rōnē bonitatis etiā ſi nihil boni p ea nobis adueniret: verūtamē ⁊ ſunt appetibilia inq̄ȝm. ſ. ꝑducūt nos in aliqḋ bonū ꝑfecti⁹. ⁊ hoc mō virtutes ſūt ꝓpter ſe appetēde. ⁊ inde eſt ꝙ phus dicit in. 3°. ethi. ꝙ viro forti honeſtū eſt ipa fortitudo ⁊ finis ipſi⁹. nā fortis honeſtatꝭ cauſa ſubit ⁊ agit ea q̄ ad fortitudinē ꝑtinēt. q̄uis igit̄ fortis nulluȝ vlterius p̄miū ſperet: ꝓpter ſolā fortitudinis opationeȝ ſubire debet pericula etiā mortis quādo oportet ⁊ pro quo oportet ſeruatꝭ ceteris circūſtantijs ad actū virtutꝭ req̄ſitꝭ. maius eni bonum eſt virtutꝭ bonū ⁊ ipſius opationis honeſtas: q̄ȝ ſit malū pene laborū ⁊ periculoꝝ etiā mortꝭ q̄ pro loco ⁊ tēpore fortis ſubire debet. q2 ergo p acq̄rēdo ſeu ꝓmouēdo bono virtutꝭ licitū eſt eligere malū pene ꝑut deductū fuit in tertia ꝯcluſione p̄mi notabilis: conſequēs eſt ꝙ fortis etiā fortitudine morali ſi caſus occurrat debeat non ſolū ꝑicula ſ; ⁊ mortē eligere pro cōſeruādo vl ꝓmouēdo bono virtutꝭ ſiue ne a bono virtutꝭ recedat. Neq̄ȝ valet vt q̄dā obijciūt ꝙ fortꝭ ſoluȝ moraliter nō credēs aliā vitā: nullum p̄miū ſperet poſt mortē ac p hoc ꝙ p mortē ſuā non efficiatur melior. omis aūt recte eligēs efficitur melior dū id qḋ eligit aſſeq̄tur ſm auguſtinum. hoc inquā non valet quoniā virt⁹ ⁊ ei⁹ virtuoſa operatio cū ſit de maximis bonis: ꝓpter ſe ē appetēda ⁊ eligēda etiā ſi nullum hēat vlteriorē finem ſicut premiſſum eſt. Neq̄ȝ eſt veꝝ ꝙ eligēs mortē corporalē pro bono virtutis conſeruādo vel aſſequēdo non efficiatur melior q̄ poſt hāc vitā aliā non credit nec ſperat: q2 p mortē deſinit eſſe omnino ſm opinionē ſuā: ⁊ tñ in eligēdo mortē et in ꝑicula mortis ſuſtinēdo q̄ mortē p̄cedunt: melior efficitur q̄ȝ fuerit anteq̄ȝ eligat mori et ꝓ illo tēpore dignus eſt laude ⁊ honore. vñ phus tertio ethicoruȝ tractatu de fortitudine capitulo penultimo dicit ꝙ vere fortes turpe fugere ⁊ mortē tali ſaluti p̄ferēdaȝ eē cēſent. ⁊ ca° vltimo dicit. vir fortis maxime dign⁹ eſt vita maximiſq̄ȝ bonis p̄uatur idipſum ſciēs qḋ quidē dolorem affert. verū nihilomin⁹ eſt fortis ⁊ eo magis fortaſſe: ꝙ honeſtateȝ q̄ eſt in bello his anteponit. Iuxta quod. S. Tho. inq̄t. 2ª. 2ᵉ. q. 123. ar. 5. in. cor. pericula mortis q̄ ſunt in bellicis: directe

īminēt hoī ꝓpt aliq̄d bonū inq̄tm videlicet deſendit bonū cōmune ꝑ iuſtū bellū. Facit ad hoc q̄d S. Tho. dicit. 3a. p. q. 50. ar. 6. in. cor. ꝙ de morte xp̄i dupliciter loq̄ poſſumus. vno modo ſm ꝙ eſt in fieri. alio modo ſm ꝙ eſt in facto eē. dicitur aūt mors eſſe ī fieri quādo aliq̄s per aliquā paſſionē naturalē vel violētā tendit in mortē. ꝛ hoc modo idē eſt loq̄ de morte xp̄i et de paſſione ipſi⁹. ſed ī facto eſſe mors xp̄i cōſideratur ſm ꝙ iā facta eſt ſepatio corporis ꝛ anime. Itē. 2a. 2e. q. 124. ar. 4. arguit ſic q̄rto loco. martyriū eſt actus meritorius. ſed actus meritorius non pōt eſſe poſt mortē. ergo āte mortē. ꝛ ita mors non eſt ō ratione martyrij. ad quod reſpōdet ꝙ meritū martyrij non eſt poſt mortē ſed ī ſpōtanea voluntaria ſuſtinētia mortis. ꝑut. ſ. aliq̄s volūtarie patiť inflictionē mortis.

Quantum ad articulū quartū reſpōdēdū eſt obiectionibus aduerſarioꝝ. Et q̄dē ad ꝑmū cōtra ꝑmā cōcluſionē dicitur ꝙ minor ē falſa inq̄tm dicit penā inferni vel oīo nō eſſe: nō eſſe meritoriā alicuius virtutꝭ. q̄uis enī pena inferni vel nō eſſe oīo poſtq̄ actu cōtigit non poſſit eſſe meritoria virtutꝭ ſm cōmunē ordinē diuine iuſticie pōt tamē eſſe meritoria virtutis anteq̄ ſit actu ꝛ ī facto eſſe dū. ſ. eſt ī fieri in ꝑmeditatione ꝛ electione aut etiam ī tollerantia doloꝝ ꝛ ꝑiculorū q̄ nata ſunt mortem inducere. ſic enī eſſe poteſt materia virtutꝭ obediētie ꝛ charitatꝭ vt ī caſu vltimo poſito ī ſexta cōcluſione ꝑmi notabilis vel etiā alterius virtutꝭ. vnde cum quis eligit exponere ſe morti et mortē ſubire ꝓpter bonū reipublice: ipſe electionis act⁹ eſt circa materiā virtutꝭ fortitudinis. et cōſimiliter dicēdū eſt de electione non eē ſimpliciter. ꝛ eſt ſimile quod. S. Tho. dicit. 3a. p. q. 50. ar. 6. in. cor. et ad. 2m. ꝙ mors xp̄i ſm ꝙ conſideratur ī fieri ꝑut. ſ. ꝑ paſſionem xp̄s tendebat ī mortē: fuit cauſa noſtre ſalutis ꝑ modū meriti. nō ſic aūt ſm ꝙ conſideratur ī facto eſſe poſt ſepationē corporis ꝛ anime. ¶ Ad 2m. dicitur ꝙ reſpōſio ibi data bona ē inq̄tm dicit ꝙ pena īferni vl' oīo nō eē pōt eē materia virtutꝭ neq̄ valēt contra nos eius improbationes. nō ꝑma q2 nos non loq̄mur de pena inferni vel de nō eſſe oīo poſtq̄ ſunt ī facto eſſe quicq̄d illi loquātur. ſed loquimur de ipſis penis ꝑut ſunt in fieri. ſ. in ꝑmeditatione ꝛ electione hoīs vere cōtriti q̄ ſe illis penis exponit ꝓpter bonū virtutis ꝛ vt fugiat malum culpe oppoſiti vitij. ſicut cum q̄s eligit mortē ſubire pro fidei confeſſione vel ne xp̄i fidē abneget aut etiā pro ſalute reipublice ſicut legiť p° machabeorū. 6°. ꝙ fecerit eleazar filius ſaura ſuppōnēs ſe elephāti vt illū occideret. ex cui⁹ caſu nō dubitabat ſe eſſe moriturū ꝛ hoc vt ſuū populū liberaret prout cōmendať in textu. Neq̄ valet ſecūda improbatio q2 nos nō loq̄mur in caſu ipſius: ſed ī caſu quādo pena eſt materia virtutis ꝛ fugere penā eſt totaliter virtuti contrariū. in quo caſu arguēs nobiſcum aſſentit. Cū aūt arguēs dicit ampliādo caſū ꝙ ſcilicet oporteat alteꝝ incurrere culpā videlicet aut penā inferni ſeu oīo non eſſe ꝙ caſus eſt impoſſibilis imo ꝛ incōpoſſibilis: dicimus ꝙ nō eſt vniuerſaliter verū ſed aliquādo ſic et aliquādo non ꝑut deductum fuit ī p° notabili ſub quīta ꝛ ſexta cōcluſionib⁹ vbi patet reſpōſio ad omia q̄ arguēs adducit ī contrarium longo ſuo ꝓceſſu. Unde reſponſio quorūdā ab eo recitata bona eſt. neq̄ valet improbatio arguētis qua ꝓbare nititur caſum eſſe impoſſibilē ſicut patuit ī ſexta concluſione ꝑmi notabilis. Neq̄ valet ſecunda ſuppoſito ꝙ caſus ſit poſſibilis. nam aſſumptum eſt falſum et cōtra doctrinā ph̄i vbi allegatū eſt in tertio notabili. ¶ Ad argumēta contra ſecūdam cōcluſionē ad pm dicitur ꝙ aſſumptū eſt falſum, nec valet eius ꝓbatio nā ſupponit falſum ꝙ ſcilicet ira ꝛ offenſa dei non eſt niſi pena inflicta vel infligēda peccatori. licet enī ira dicatur ī deo ſm effectum inq̄tm. ſ. infert penā: nō ideo ſeq̄tur ꝙ ira ſit idē quod pena. imo magis ſeq̄tur ꝙ ira dei ſit inferēs penā. huiuſmodi autē eſt volūtas puniēdi q̄ methaphorice denomiatur ira ad ſimilitudinē hoīs irati q̄ ex paſſione ire penā infert. deus aūt punit nō ex paſſione ſed volūtate recta ꝛ iuſto iudicio. vt enī. S. Tho. dicit cōtra gentiles libro p° ca°. 92. interdū volūtas ex ſapiētie ordine ī illum effectū tēdit ī quē aliq̄s ex paſſione defectiua inclinatur. iudex enī ex iuſticia punit ſicut ꝛ iratus ex ira. ꝛ ſic deus aliquando dicitur iratus inq̄tm ex ordine ſue ſapiētie aliquē vult punire. ſm illud pſalmi: cum exarſerit in breui ira eius. ¶ Reſponſiones aūt quas arguens dat ad rationes ꝓbantium ꝙ offenſa dei ſit aliud realiter q̄ pena peccati: non valēt. non ꝑma tum q2 licet offenſa paſſiue dicta nō ſit aliq̄d reale ī deo cauſatū ab offendēte ſicut ī nobis contigit: et tn̄ deus vere dicitur offenſus propter realem actum offenſionis hominis peccatoris contra deum. vnde quia per contritionē peccatoris deus deſinit eſſe offenſus manēte pena ꝛ reatu pene: manifeſtū eſt ꝙ offenſa aliud rea-

liter ſit ꝙ̄ pena. Tum etiã qꝛ ꝙ in deo nõ ſit rea=
liter offenſa paſſiue dicta ꝓut dicit effectũ offen
dẽtis: nõ ſoluit illoꝝ rõnem ſed magis iuuat. qꝛ
cum offenſa actiue dicta nõ ſit realiter idẽ quod
pena vt ipſe arguens concedit: ſi nulla eſt i deo
offenſa paſſiue dicta: conſequẽs eſt ꝙ nullo mõ
offenſa ſit idẽ realiter quod pena. vnde reſpon=
ſio arguentis magis eſt fuga ꝙ̄ vera reſponſio.
¶ Neqꝫ valet ſecunda reſpõſio naꝫ aſſumit fal=
ſum ꝓut patet ex ſecundo notabili. Neqꝫ tertia
reſpõſio valet ſed eſt manifeſte verboſa ⁊ ad fu=
gam. nã dictum illud doctoꝝ veriſſimũ eſt ⁊ ꝓ=
prie dictum. eſt eni ſenſus ꝙ damnato nõ diſpli=
cet peccatum ea rõne qꝛ eſt contra voluntatem
dei: ſed qꝛ pro illo penã ſuſtinet. deus autem dr̄
offenſus a peccatore non ſolũ denominatione
metaphorica vt arguens putat: ſed etiã deno=
minatione propria ꝙ̄uis ab extrinſeco prout in
ſecundo notabili expoſitũ fuit. ¶ Ad argumen
ta contra tertiam concluſionẽ ad $p^{m}$ dicit̄ ꝙ fun
datur in quodam falſo. ſ. ꝙ in nullo caſu mors
alicuius particularis ꝑficit ad ſalutẽ ⁊ bonũ rei=
publice. hoc enĩ falſum eſt. nam ⁊ contigere põt
⁊ nõnũꝙ̄ contigit ꝙ propter mortẽ vnius tota
reſpublica ſaluata eſt ſicut Aug⁹ narrat quinto
libro de ciuitate dei de mucio q̇ pro pace roma=
ne reipublice morti ſe obtulit regẽ porſenã occi
dere querẽs. ⁊ de curcio q̇ armatus equo conci
to in abruptũ hiatũ terre ſe ꝑcipitẽ dedit pro li=
beratione populi romani. ſic et ꝯtigerat de elea
zar p° machabeoruꝫ. 6°. ſi in beſtia loricata lori=
cis regis rex ſupꝑſederat vt ipſe putauit. vnde ⁊
textus dicit viſum eſt ei ꝙ in ea eſſet rex et dedit
ſe vt liberaret populum ſuum ⁊ acq̇reret ſibi no
men eternum. ¶ Ad. $2^{m}$. dicit̄ ꝙ minor eſt falſa.
immo eligẽs mori pro bono reipublice: multo
melior efficitur adipiſcendo bonum virtutis et
honorẽ ac gloriã pro actu virtutis etiam ſi poſt
mortẽ nihil premij aut boni adeptus eſſet. ſuffi
cit enĩ ꝙ ante mortẽ in ipſa mortis electione: bo
num virtutꝭ acq̇ſierit in quo ⁊ factus eſt melior.
Cum autẽ arguẽs dicit ꝙ ſi cõſtaret ciuibus vel
ſi probabiliter crederẽt ꝙ morerẽtur i bello: nõ
deberent ſe exponere: falſum eſt ⁊ contra veraꝫ
philoſophiam ſicut patet ex auctoritatibus phi
in tertio notabili. ⁊ iterum libro. 9°. ethi. ca°. 8°.
⁊ probus inq̇t obtẽperat mẽti. atqꝫ veꝝ eſt illud
quod de ſtudioſo dicit̄. complura inquã ipſum
agere ⁊ amicorũ ⁊ patrie gratia ⁊ ſi opus fuerit
mortẽ obire. ⁊ infra. expetit enĩ potius vitaꝫ ho
neſtam vno anno: ꝙ̄ annis multis. ⁊ vnuꝫ actũ
honeſtum magnũue: ꝙ̄ multos ⁊ paruos. atqꝫ
his q̇ pro amicis: qui pro patria mortem obeũt
hoc forſitaꝫ accidit. magnaꝫ igit̄ ſibi ipſis eligũt
honeſtateꝫ. Juxta quod dicitur ꝓuerbioꝝ. 12°.
q̇ negligit damnũ. ſ. corporale vel tẽporale ꝑp=
ter amicum: iuſt⁹ eſt. Item ⁊ eſt contra verbum
domini Joã. 15.° dicentis maiorẽ hac dilectione
nemo habet ꝙ̄ vt animam ſuaꝫ ponat quis pro
amicis ſuis. Quod ſecutus beatus Joãnes p$^{a}$
Joã. 3° inq̇t. ⁊ nos debemus pro fratribus aĩas
noſtras ponere. i. vitam corporalem. Juxta qđ
Auguſtin⁹ libro p° de doctrina chriſtiana ponẽs
ordinẽ diligendoꝝ ex charitate dicit. ꝙ plus di=
ligere debemus ꝓximuꝫ. ſ. quo ad ſalutẽ anime
ꝙ̄ corpus proprium. ita ꝙ exponere vitam cor
poralem pro ſalute proximi ſpirituali vel eſt ne
ceſſitatis in caſu: vel eſt ſuperogationis ⁊ perfe=
ctionis. Conſonat quod. S. Doc. 2$^{a}$ 2$^{e}$. q. 26.
ar. 4. ad. $2^{m}$. ⁊ ar. 5. per totum dicit. Itẽ in. q. đ
virtu. q. de charitate. ar. 9°. ad. $15^{m}$. ſic ait. dicen
dum inquit ꝙ ſꝫm ea q̇ pertinẽt proprie ad pro=
priam perſonã alicuius: plus debet exhibere di=
lectionis effectũ parẽtibus ꝙ̄ extraneis niſi for=
te inq̇ꝫ$^{m}$ in bono alicuius extranei depẽderet bo
num cõmune. quod etiaꝫ ſibi ipſi preponere de=
bet. vt cum aliq̇s ſeipſum periculo mortis expo
nit ad ſaluandũ in bello ducẽ exercitus vel in ci
uitate pricipem ciuitatis inq̇ꝫ$^{m}$ ex eis dependet
ſalus totius cõmunitatis. hec ille. Item. 2$^{a}$. 2$^{e}$.
q. 32. ar. 6. in. cor. expreſſe dicit ꝙ pro liberatio
ne magne perſone per quam eccleſia vel reſpu=
blica ſuſtentaretur: laudabiliter ſeipſum ⁊ ſuos
periculo mortis quis exponeret cum bonũ cõ=
mune ſit proprio preferendum. Patet igit̄ fal=
ſum eſſe ſuppoſitum arguẽtis. neqꝫ probat ipſi⁹
propoſituꝫ ꝙ virtus fortitudinis pure moralis
ſit circa timores ⁊ audacias que reſpiciunt futu
ra pericula quia etiã conſiſtit circa triſticias que
reſpiciunt malum iminens et preſens prout. S.
Tho. dicit. 2$^{a}$. 2$^{e}$. q. 136. ar. 4. ad. $2^{m}$. vñ phus
dicit li°. 3°. ethi. capitulo vltimo de fortitudine.
mors q̇dẽ atqꝫ vulnera forti viro moleſta erũt.
feret tamẽ ꝙ honeſtum eſt ea ferre vel turpe nõ
ferre. ¶ Ad. $3^{m}$. pricipale patet ſolutio ex reſpõ
ſione ad $p^{m}$. procedit eniꝫ ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ
homo etiam pro conſeruatione boni cõmunis
in quo bonum proprium includitur non debet
ſe exponere periculo mortꝭ de quo nõ preſumi
tur veriſimiliter ꝙ euadat. hoc autem falſum eẽ
ex ſupra dictis apparet. ¶ Ad. $4^{m}$. dicitur ꝙ etiã
procedit ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ nullus debet eli
gere mori pro cõſeruatione vite amici. hoc aũt
ex ſupra allegato philoſophi dicto. 9°. ethi. cõ=

uincitur eſſe falſum. quod exponens. S. Tho. in cõmento dicit. hoc autem accidit his qui moriũtur propter virtutem. q2 licet minus viuant vna tamen ſola actione qua ſe pro amico exponunt: maius bonum faciunt q̃3 in multis alijs actionibus. et ita in hoc ꝙ ſe exponunt mori pro amicis virtuoſe agendo: magnum bonum ſibi ipſis eligunt. Neq3 confirmat dictũ arguẽtis ꝙ homo pro conſeruatione ſuoꝝ bonorum tẽporalium non debet ſe morti exponere. tum q2 nõ eſt hoc veꝝ in omni caſu quãdo. ſ. bona temporalia multum conferunt ad bonum reipublice ⁊ ad virtuoſas operationes explendas. tum etiã q2 non eſt ſimile de bonis temporalibus q̃ min⁹ amari debẽt ab homine q̃3 corpus proprium. amicus autẽ magis diligendus eſt quo ad bona ſpiritualia q̃3 corpus proprium. ⁊ multo magis diligẽdum eſt bonum virtutis. ¶ Ad argumentuꝫ ante oppoſitũ reſpondeť ex dictis. S. Tho. ꝑ° quodlꝫ. ar°. 9°. ad ꝑᵐ ꝙ minor ẽ falſa. ⁊ ad ei⁹ ꝓbationem negatur aſſumptum. nam vt ibi dicit. S. Tho. plus preponderat bonum diuinuꝫ contra quod agit culpa bono nature create cui opponiť pena: q̃3 perpetuitas pene tẽporalitati culpe. ⁊ in hoc articul⁹ terminať.

Teruꝫ circa decimam ſeptimã diſtinctionem queriť vtruꝫ confeſſio facta ab illo q̃ non eſt contrit⁹ nec penitens: aliquid valeat ⁊ arguiť ꝙ nõ. quia cõfeſſio diſtinguiť contra contritionẽ ⁊ ſatiſfactionẽ. ſꝫ cõtritio ⁊ ſatiſfactio nõ valẽt ſine charitate. ergo nec ꝯfeſſio. ¶ In oppoſitũ arguiť q2 cõtritio valet ſine actuali cõfeſſione dũmodo hẽať in ꝓpoſito. ergo ſimiliter confeſſio valet ſine actuali cõtritiõe. ¶ In hac queſtione erunt q̃ttuor articuli vt ſupra.

Quantum ad ꝑmum articulum ſit iſta cõcluſio ꝙ cõfeſſio facta ſine contritione eſt ſacr̃alis q̃3uis tũc nõ valeat ad remiſſioneꝫ peccati valet tñ poſtea recedẽte fictione. in quo caſu ꝯfeſſus nõ teneť peccata ꝑus cõfeſſa iterũ confiteri ſed tñmodo fictionẽ. Hanc cõcluſionẽ tenet Sanctus Thomas in hac diſtictione queſtione tertia articulo quarto ſub articulo ꝑ°.

Quantum ad ſecundũ articulũ arguẽdũ eſt cõtra cõcluſionẽ. Et q̃dẽ cõtra eãdẽ arguit dnrãd⁹ dicẽs. aliquis põt dici non cõtrit⁹ ⁊ nõ penitẽs dupliciter. vno modo q2 dolet de peccatis ſꝫ nõ ſufficiẽter. alio modo q2 nõ dolet de peccatiſ nec pro tunc abſtinere ꝓponit. ꝑmo modo cõfeſſio facta a non contrito: valet q2 nulli põt conſtare de ſufficiẽti contritione. ⁊ ideo ad hoc ꝙ excuſetur a tranſgreſſione precepti de cõfeſſione: ſufficit ꝙ reputet ſe contritum: et credibile eſt ꝙ de⁹ ſuppleat reſiduum aut ꝙ per abſolutionem precedens dolor virtute clauium qui fuit inſufficiens: efficitur tunc ſufficiẽs: aut poſtmodum ſuperueniente contritione dimittiť peccatum nec tenetur ad iterandum confeſſionẽ prius factam. ſi autẽ ſit incontritus q2 non penitet nec pro tunc abſtinere proponit: ſic eſt difficilior queſtio. circa quaꝫ ſunt duo modi dicendi. primus ꝙ talis confeſſio valet ad remiſſionem culpe. quia impenitens quando cõfitetur abſoluitur licet tũc non recipiat fructuꝫ abſolutionis: tamẽ recedẽte fictione recipiet ſicut de baptiſmo dictum eſt. ⁊ forte ratio huius opinionis eſt q2 ſicut in baptiſmo imprimiť character ad quẽ recedẽte fictione conſequitur gratia: ſic in penitẽtia recipitur quedam diſpoſitio vel ornatus ad quẽ recedente fictione ſequitur gratia per quaꝫ eſt remiſſio peccatorum. ¶ Sed iſtud non videť alijs propter tria. primo quia nullus talis ornatus imprimitur in ſacramẽto penitẽtie ſed eſt adinuentio ficta. ¶. 2°. q2 ſi aliquid tale imꝑmitur: non manet niſi cum gr̃a: alioqui multiplicareť in eodeꝫ ſm̃ numeꝝ cum cõtigat iterari cõfeſſionẽ et abſolutionẽ de eiſdẽ peccatis. ⁊ iterata cauſa iteratur effectus quod eſt incõueniẽs. ſi autẽ nõ manet niſi cum gr̃a: non imꝑmiť niſi ꝑ confeſſioneꝫ ⁊ abſolutionẽ per quã cõferť gr̃a quod non eſt in ꝓpoſito. ¶. 3°. q2 dato ꝙ talis ornat⁹ poſſet eſſe cum gr̃a ⁊ ſine gratia: ad ipſum non ſequereť gratia recedẽte fictione quacũq3: cũ indifferenter ſe habeat ad gratiam et ad priuationem ei⁹ ſicut prius dictuꝫ eſt de charactere baptiſmi. ¶. 4°. arguiť contra illum moduꝫ ⁊ pro alio. ſ.

ꝙ talis confeſſio non valet ad remiſſionē culpe
nec pro tunc nec recedente fictione. qꝛ talis im-
penitens aut confitetur ſuam impenitentiam q̄
eſt propoſitum non abſtinēdi: aut nō. ſi non cō-
fitetur: tunc eſt fictus fictione q̄ eſt ſpeciale pec-
catum ⁊ contēptus ſacramēti. ⁊ ita cōfeſſio eius
non eſt integra cum omittat confiteri illud pec
catū. confeſſio aūt q̄ nō eſt integra nō valet ſed
eſt iterāda. ergo etc̄. ſi vero confitetur talem fi-
ctionem: non debet abſolui. quia miniſter cū ſit
inſtrumentū p̄ncipalis agentis. ſ. dei non debet
aliquē abſoluere quem ſcit a deo non abſolui.
ſicut inſtrumēta artis nō agūt niſi ꝑut mouētur
a p̄ncipali mouente. ſed ſacerdos ſcit illum qui
non penitet a deo non abſolui. ergo nullo mo-
do debet talem abſoluere. ⁊ ideo dicit dioniſius
in fine eccleſiaſtice hierarchie ꝙ ſacerdotibꝰ vtē
dum eſt virtutibꝰ hierarchicis quomodo diuini
tas eos mouerit. ſi autē ſacerdos preſumat de
facto talem abſoluere: peccat ſicut ille qui a di-
uino ordine auertitur. nec abſolutio conſequit̃
effectum aliquem: quia virtus ſacramentorum
eſt p̄ncipaliter a deo: non autē a ſacramētis vel
miniſtro niſi ſicut a cauſa ſine qua non. ⁊ ideo q̄
ſic confitetur ⁊ de facto abſoluitur: tenetur iterū
eadem confiteri ⁊ de eis abſolui. hec durandus
in forma etc̄. ¶ Contra eandem concluſionem
arguit godofredus. 5°. quodlibet. q. 12. multi-
pliciter. p̄mo quia ſi aliquis virtute abſolutiōis
facte conſequatur gratiam poſtea ⁊ non ſtatim
hoc eſt quia aliqua diſpoſitio imprimitur in ani
ma ad quam ſequit̃ gratia ceſſante impedimen
to quod eſt fictio que manet tranſeunte abſolu
tione ſicut poſt baptiſmum remanet character
ad quem ſequitur gratia recedente fictione. ſed
hoc non poteſt poni in abſolutione ſacramen-
tali. quia ſi ibi aliqua diſpoſitio imprimitur: non
manet q̄ʒdiu abſolutio impeditur. ergo non po
teſt poni ꝙ in ficte confitēte vi abſolutionis pre
terite ſequatur poſtea gratia et remiſſio pecca-
torum. minor patet. quia illa diſpoſitio aut po-
teſt manere cum peccato: aut non. ſi non: ergo
nulla talis facta eſt in ficte confitente cum remā
ſerint peccata. ſi autem poteſt manere cum pec-
cato: tūc habēs ex vna abſolutione talē diſpo-
ſitionem ſi iterauerit peccatum: nō tenetur iterū
confiteri quia habet diſpoſitionem que innata
eſt ꝑ ſacramentalem abſolutionem ad quā de-
bet ſequi gratia ⁊ remiſſio peccatorū niſi ſit im-
pedimentū ex parte hominis. hoc autē videtur
inconueniēs. ergo inconueniens eſt ponere ta-
lem diſpoſitionem manentem in ficto per quā

poſtea ſequatur remiſſio peccatorū. ¶. 2°. quia
de ratione ſacramenti penitentie vel penitentie
ſacramentalis eſt habere iſtas tres partes ſimul
ſaltem in propoſito ſcilicet confeſſionem contri
tionem ⁊ ſatiſfactionem. nec ſufficit vnum eorū
ſine alio in re vel in propoſito. ſed illa non ſunt
in ficte confitente nec in re nec in propoſito. er-
go eiꝰ confeſſio non eſt pars vere penitentie ſa-
cramentalis. nec per conſequens liberat̃ niſi cō-
fitendo iterato confeſſione que ſit pars vere pe
nitentie. ¶. 3°. quia talis fictus ſaltem facto mē
titur et committit nouum peccatum fingendo
ſe velle dimittere peccatum quod quidem non
confitetur. ⁊ ſic eius confeſſio nō eſt integra. er-
go debet haberi pro nulla. et ſic non tollit̃ obli-
gatio precepti per talem confeſſionem. ¶. 4°.
quia iſta fictio aut eſt falſa aſſertio qua confitēs
aſſerit ſe contritum cum non ſit vel eſt defectus
purus diſplicentie de peccato. ſi primo modo
tunc committit nouum peccatū quod non con
fitetur. ⁊ ſic confeſſio nulla eſt quia non eſt inte-
gra. ſi ſecundo modo: aut tenetur cōfiteri fictio
nem illam aut non. ſi non: hoc eſt contra te qui
ponis ꝙ debet confiteri fictionem. ſi ſic: contra.
quia non poteſt confiteri fictionem modo quo
debet niſi dicat in ſpeciali ꝙ talia peccata in ſpe-
ciali confeſſus fuit ſine diſplicentia. quia ſic ſo-
lum reducuntur ad noticiam ſacerdotis omnia
peccata confeſſa: niſi forte confiteretur eidē cui
prius: et tunc ſufficeret dicere confeſſus fui vo-
bis ſine diſplicentia et de hoc confiteor. Item
cum defectus talis diſplicētie non dicat ſpeciale
peccatum: non videtur ꝙ indigeat ſpeciali con-
feſſione ſi in confeſſione tali confertur aliquid
vnde recedente fictione conſequatur remiſſio
peccatorum. ſicut etiam baptizatus cum fictio-
ne: non indiget alio ſacramento ad tollendum
reatū illius fictiōis niſi ꝙ recedat. ſic ergo ſequi
tur ꝙ ficte confitens tenetur iterū confiteri. ita
ꝙ ſi redit ad eum cui prius confeſſus fuit pecca
ta ſua ſi ille habeat in memoria: ſufficit confite-
ri in generali fictionem ſuam. ſi autem alij: tene-
tur ſolū iterare in ſpeciali. ¶. 5°. quia rationes
alterius partis non valent que ſunt potiſſime
tres. prima eſt quia confeſſio que eſt pars peni-
tentie que eſt ſacramentum: non requirit niſi ꝙ
homo ordinet ſe ad ſacerdotem notificando ei
peccata ſua ⁊ ſubijciat ſe clauibꝰ eccleſie. ſed hoc
poteſt facere tam fictus q̄ʒ contritus. ergo con-
feſſio ſic facta ſufficit ad penitentiam prout eſt
ſacramentum: ita ꝙ non oportet ea iterare ſequi
tur tamen ſuam fictionem confiteri. Secūdo qꝛ

ficte confitens implet preceptum eccleſie. ſed nõ impleret niſi faceret illud quod requiritur ex parte confeſſionis. ergo et cẽ. Tertio quia ſacramentum noue legis eſt rememoratiuum demonſtratiuum et pronoſticum. ſed pronoſticum eſt reſpectu futuri. ergo ſacramentum noue legis reſpicit gratiam futuram. et licet aliquis per confeſſionẽ preſentẽ dato ꝙ non conteratur non habeat gratiam: tamen poteſt eam vi confeſſionis facte habere in futuro. ergo et cẽ. ¶ Sed iſte rationes nõ cogunt quod patet diſcurrendo per ſingulas. qr ad primam diceretur ꝙ confeſſio que eſt pars penitentie ſacramentalis proprie accepta: requirit diſplicentiam peccati ſine qua non eſt perfectum ſacramentum penitentie propter defectum materie conuenientis que debet eſſe peccator contritus vel attritus: licet ſit ibi aliquid pertinẽs ad confeſſionez ſacramentalem quia tenetur celare audita ſub ſigillo confeſſionis. ad quod tenetur etiam ſi nullam abſolutionez impenderit. ¶ Ad ſecundum dicendum eſt ꝙ preceptum de confitendo abſolute: non eſt preceptũ eccleſie ſed dei. ſed confiteri tempore determinato: eſt preceptũ eccleſie. vnde dicendum ꝙ ſimplex narratio peccati ſufficeret ad implendum preceptum eccleſie non tamen ad implendum preceptuz dei ſine diſplicentia. vel poteſt dici ꝙ etiam non implet preceptum eccleſie quia eius confeſſio vt dictum eſt non eſt integra. item etiam non ſatiſfacit intentioni eccleſie que intendit confeſſionem faciendã ad receptionem euchariſtie dignam ad quam requiritur diſplicentia peccati. ¶ Ad tertium dicẽdum ꝙ ſacramenta noue legis non dicuntur ſigna pronoſtica reſpectu gratie formaliter ſatiſfacientis: ſed magis demonſtratiua quia ſemper in eis confertur gratia niſi ſit defectus ex parte recipientis. ſed dicuntur ſigna pronoſtica reſpectu q̃rundam aliorũ. puta reſpectu coniunctionis chriſti et eccleſie dicitur matrimonium ſignum pronoſticum. et ideo argumentum procedit ac ſi eſſent ſigna pronoſtica reſpectu gratie et ideo non valet. hec godofredus in forma.

QUantum ad articulum tertiuz primo notandũ eſt prout accipitur ex dictis Sãcti Thome in hac diſtinctione q̃ſtione tertia ſub diuerſis articulis ꝙ in confeſſione ſꝫm ꝙ eſt pars ſacramẽti: duo poſſunt conſiderari ex quibus pendet valor eius et neceſſitas. primum eſt debitum quo omnes ſemel in anno omnia peccata ſua tenentur confiteri chriſtifideles poſtꝗ̃ ad ãnos diſcretionis peruenerint iuxta capitulum omnis vtriuſqꝫ ſexus de peni. et remiſſi. Secundum eſt fructus ſeu effectꝰ confeſſionis: et hic eſt duplex. vnus eſt ordinare confitentem ad ſacerdotem ſubijciendo illũ clauibus eccleſie quas habet ſacerdos ex inſtitutione chriſti tanquã iudex peccatorum datus in terris ſꝫm illud Joan. 20. quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta erunt. ſubijcitur autem is qui cõfitetur iudicio ſacerdotis per confeſſionem per quam ſacerdos eius conſcientiam cognoſcit. nam in foro penitẽtie in quo ſacerdos iudex peccatorum eſt conſtitutus: non ad alterius accuſationem vel teſtimonium fertur ſententia: ſed ipſe peccator eſt ſui accuſator et teſtis per confeſſionem per quam conſcientia peccatoris innoteſcit ſacerdoti. Alius effectus eſt principalis et vltimatus confeſſionis ſicut cauſe diſponentis ſcilicet remiſſio peccatorũ ſꝫm illud Jacobi vltimo confitemini alterutrum peccata veſtra et orate pro inuicem vt ſaluemini. vnde ambroſius libro de paradiſo: non poteſt quiſqꝫ iuſtificari a peccato niſi ante fuerit peccatum confeſſus. Conſiderando igitur confeſſionẽ quantum ad debitum quo fideles confiteri tenẽtur et quantum ad primuz ipſius effectum. ſ. peccatorem clauibus eccleſie ſubijcere: contritio nõ neceſſario requiritur ad confeſſionez. De primo probatur. tum quia preceptum de confeſſione ſicut iacet in capitulo omnis preallegato: non obligat ad confeſſionem faciendam cũ contritione. tum etiam quia contritio ſi vera eſt: non eſt ſine gratia quaz nemo de cõmuni curſu ſcire poteſt ſe habere. iuxta quod apoſtolus dicebat prima Corinthiorum. 4°. nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. et Job. 9°. dicitur. et ſi ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit anima mea. nullus igitur ſcire poteſt an ſit vere contritus. vnde ſi preceptum de confeſſione peccatorum fienda obligaret confitentem ad contritionem tunc habendam: nullus ſcire poſſet an per confeſſionem a ſe factam liber fieret a precepto eccleſie. ex quo duo ſequerentur. vnum eſt ꝙ oporteret pluries eadem peccata confiteri. aliud eſt ꝙ per quamcũqꝫ reiteratam confeſſionem nõ poſſet quis implere eccleſie preceptum. ac per hoc ꝙ preceptuz eccleſie obligaret ad aliquid impoſſibile quod ẽ contra dictum hieronimi anathematizantis euz qui dixerit deum precepiſſe aliquid impoſſibile. deniqꝫ ſꝫm veriorẽ ſentẽtiã doctoꝝ theologoꝝ ꝑcepta dei moralia nõ obligant hoiẽ ad illa ex

charitate implenda. nulla ergo ratione dicendũ
eſt ꝙ preceptum de cõfeſſione ex vi precepti obli
get confitentem ad contritionem habendaꝫ que
ſine charitate eſſe non poteſt. De ſecundo ꝓbaт.
nam abſqꝫ gratia et per conſequens ſine contri=
tione: poteſt peccator ſua cõfeſſione manifeſta=
re ſacerdoti peccata ab eo cõmiſſa. ac per hoc ſe
clauibus eccleſie ſubmittere que contra peccata
ex inſtitutione xpi ordinanт. item et poteſt reci=
pere abſolutionem ſacerdotis quãuis ꝓ tunc nõ
valeat ad peccatorum remiſſionem. Si vero cõ=
ſideretur confeſſio quantum ad vltimũ et princi
palem effectum. ſ. remiſſionem peccatorum: ne=
ceſſario requirit in confitente contritionẽ de pec
catis. nam remiſſio peccatorum eſſe non poteſt
ſine iuſtificatione. iuſtificatio autẽ peccatoris nõ
fit ſine contritione. vnde gloſa ſuper illud pſalmi
ſacrificium deo ſpiritus contribulatus dicit. ſpũs
contribulatus et contritus: eſt ſacrificium in quo
peccata ſoluuntur. Iſta videtur eſſe ſentẽtia. S.
Doc. de confeſſione peccatoꝝ loco preallegato
articulo quarto vbi et tenet expreſſe ꝙ confeſſio
ſacramẽtalis põt eſſe informis et ꝙ agens confeſ
ſionẽ peccatoꝝ coram ſacerdote fictꝰ. i. non con
tritus: nõ tenetur recedente fictione iterare con
feſſionẽ. ex quo ſequitur ꝙ valuit confeſſio quam
fictus. i. nõ cõtritꝰ fecit quãtum eſt ad implendũꝫ
eccleſie preceptum. Et in reſpõſione ad. 2^m^. dicit
ꝙ licet de ratione cõtritionis et ſatiſfactionis ſit
ꝙ homo vnitus ſit deo ꝑ charitateꝫ: non autem
eſt hoc de ratione confeſſionis. Item infra diſtin
ctione vigeſſima prima queſtione tertia articulo
primo ſub articulo primo ad primum dicit. ſicut
enim baptiſmus eſt ſacramentum quamuis quis
fictus accedat nec eſt mutandũꝫ propter hoc ali=
quid de eſſentialibus ſacramenti: ita confeſſio nõ
deſinit eſſe ſacramentalis quamuis ille qui confi=
tetur emendationem non proponat.

¶ Secundo Notandum eſt prout
S. Tho. expõit ſupra
diſtin. 4. q. 3. ar. 2. ad. p^m^. ꝙ fictus ꝓprie dicitur
qui aliquid oſtẽdit dicto vel facto quod nõ eſt in
rei veritate. hoc aũt circa ſacramẽta contingit q̃
drupliciter ſicut ipſe doctor ſanctꝰ deducit ex ver
bis Auguſtini tertia parte queſtione ſexageſſima
nona articulo nono in corpore. vno modo ſi is
qui ad ſacramentum accedit: non credit. alio mo
do dicitur fictꝰ qui credẽs ſacr̃m: ipſum contẽnit
nolens illud recipere. tertio modo dicitur fictus
qui circa ſacramenti celebrationeꝫ ritum eccleſie
non ſeruat. quarto modo accedit quis fictus ad
ſacramentũ per hoc ꝙ indeuotus. i. cum cõſcien=
tia peccati mortalis accedit. et de ficto iſto mo=
do vltimo nunc loquimur. cuius fictio contingit
dupliciter prout ideꝫ Sanctus Doctor notat lo
co preallegato quarta. ſ. diſtinctione huius. vno
modo quando ex hac intentione aliquid dicitur
vel fit vt aliud oſtendatur q̃ꝫ rei veritas habet.
et iſto modo fictio eſt ſpeciale peccatuꝫ. alio mo
do contingit fictio quãdo. ſ. aliud oſtenditur di=
cto vel facto q̃ꝫ rei veritas habet: veruntamẽ nõ
ea intentione id dicitur vel fit vt aliud oſtendaт
q̃ꝫ ſit in rei veritate. et iſto modo vt ibi Sanctus
Thomas innuit fictio non eſt ſpeciale peccatum
ſed circunſtantia ſeu condicio aggrauans pecca=
tum non mutans ſpeciem peccati. Ex quibus in=
ferimus ad propoſitum noſtrũ ꝙ loquendo de fi
ctione ſm vltimũ modum in eo qui fictus acce=
dit quia non cõtritus ad cõfeſſionẽ: fictio non eſt
nouum peccatum mortale alias eſſꝫ ſpeciale pec
catum ab alijs diſtinctũ que fictus confitetur. qđ
negat Sanctus Thomas in preallegatis verbis
de illo qui fictus accedit ad baptiſmũ quia nõ cõ=
tritus vel indeuotus. Et eſt omnino ſimile de ſa=
cramento penitẽtie. nam capiẽdo eodẽ modo fi=
ctum in vtroqꝫ ſacramento: eadem ratio eſt de fi
ctione vtrobiqꝫ. Cũ ergo. S. Tho. dicat ꝙ in eo
q̃ fictus accedit ad baptiſmum fictio non eſt ſpe
ciale peccatum: conſequens eſt ꝙ nec in eo qui fi
ctus quia non contritus accedit ad confeſſioneꝫ.
Et confirmatur. quoniam ſi fictio qua quis non
contritus ad confeſſionem accedit eſſet ſpeciale
peccatum: teneretur illã confiteri ſimul cum alijs
peccatis mortalibus. alioquin confeſſio non eſſet
integra et per conſequens eſſet nulla ac per hoc
eſſet reiteranda. quod Sanctus Thomas in pre
allegatis verbis negat cum dicit: vnde non tene
tur iterare confeſſionem qui fictus accedit. in eo
vero quod ſtatim ſubiungit dicens: ſed tenetur
poſtmodum fictionem ſuam confiteri: ſatis appa
ret ꝙ fictio non fuit cum alijs peccatis confitẽda
ex neceſſitate.

¶ Tertio Notandum eſt ꝙ in dictis
Sancti Thome loco preal=
legato in hac diſtinctione queſtione tertia articu
lo quarto ſub articulo primo vbi dicit ꝙ qui fictꝰ
accedit ad confeſſionem tenetur poſtmodum. ſ.
fictione recedẽte confiteri fictioneꝫ ſuã: videtur
eſſe quedã repugnãtia. nam ſi talis fictio ẽ ſpecia
le peccatũ: ſimul cum alijs peccatis debuit peni=
tens illã confiteri. ſi vero non eſt ſpeciale pecca=
tum prout. S. Tho. videtur ſentire: nec ſimul cũ
alijs: nec poſtmodum fictione recedente eſt ne=
ceſſario confitenda. propter quod ſciendum eſt

ꝙ in eo qui accedit ad confeſſionem fictus quia
non contritus: duo poſſunt conſiderari quantuꝫ
pertinet ad propoſitum. vnum eſt ꝙ accedit im=
penitens vel non penitens de peccatis que con=
fitetur. et hoc eſt materiale in fictione ſup quod
fictio ipſa fundatur. aliud eſt quia inquantū acce
dit impenitens vel non penitens: ipſo facto aliō
oſtendit q̄ꝫ in rei veritate ſit. qui enim confitetur
peccata ſua ſacerdoti: eo ipſo oſtendit ſe remiſſio
nem peccatorum per abſolutioneꝫ ſacerdotis q̄=
rere. ac per hoc oſtendit ſe de commiſſis dolere ⁊
propoſitum habere non ea iterū cōmittendi ſine
quibus remiſſio peccatoꝝ haberi non pōt. quod
non ſic eſt in veritate in eo qui non contritus ad
confeſſionem accedit. et hoc ſecundū eſt formali
ter ipſa fictio. vtrūqꝫ autē horū ẜm ea q̄ premiſſa
ſunt de mente Sācti Thome eſt circūſtantia ag=
grauans et nō trahens in aliam ſpēm peccati. vt
enim Sāctus Thomas dicit. pª 2ᵉ. q. 18. arti. 11º.
illa circunſtantia que non reſpicit ſpecialem ordi
nem rationis in bono vel malo morali niſi pre=
ſuppoſita alia circunſtantia a qua actus moralis
habet ſpeciem boni vel mali: non dat ſpecieꝫ bo=
ni vel mali ipſi actui. ſicut tollere aliquid in mag=
na quantitate vel parua: nō reſpicit ordinem ra=
tionis in bono vel malo: niſi preſuppoſita aliqua
alia condicione per quaꝫ actus habeat ſpeciē bo
ni vel mali quemadmodum hoc quod eſt eē alie
num quod repugnat rationi. vnde tollere alienū
in magna vel parua quantitate: non diuerſificat
ſpeciem peccati: ſed poteſt peccatum minuere vł
aggrauare. cum igitur fictio qua quis non contri
tus accedit ad confeſſionem non reſpiciat ẜm ſe
ſpecialem ordineꝫ rationis in bono vel malo nec
q̄ꝫᵐ ad materiale nec quantū ad ſui formale: con
ſequens eſt ꝙ neutro modo addat nouā ſpecieꝫ
peccati ſed ſit circunſtantia quedaꝫ aggrauans.
Qꝫ auteꝫ neutro modo fictio ẜm ſe reſpiciat ſpe=
cialem ordinem rationis: probatur de primo. nā
non conteri vel non penitere de peccato ſeu ac=
cedere ad confeſſionem abſqꝫ contritione et pe=
nitentia de peccatis mortalibus: nō repugnat ẜꝫ
ſe ordini rationis vel legi dei niſi preſuppoſita a=
lia condicione. ſ. ꝙ talis accedens: peccata cōmi=
ſerit mortalia de quibus non penitet. niſi enī hoc
preſuppoſito: accedens ad confeſſionem ſine pe=
nitentia ac contritione de peccatis mortalibus
nō peccat mortaliter. ſicut patet in eo qui ſine cō
ſcientia peccati mortalis accedit ad confeſſioneꝫ
alicuius venialis propter eccleſie preceptum im=
plendum vel ad ſupererogationem. iſte enim ac
cedit ad confeſſionem non cōtritus nec penitēs
de peccatis mortalibus quia illa non cōmiſit aut
eorum conſcientiam non habet: et tamen ſic ac=
cedens non peccat. non ergo fictio materialiter
ſumpta que vt dictum eſt conſiſtit in eo ꝙ q̇s ac=
cedit ad confeſſionem non penitens vel non cō=
tritus addit nouam ſpeciem peccati. Deniqꝫ nec
ſecundum. ſ. ipſa fictio formaliter ſumpta. naꝫ vt
patuit ex dictis Sācti Thome in precedēte nota
bili: fictio qua aliquid oſtenditur dicto vel facto
quod rei veritas non habet ſed non ea intentio=
ne vel fine vt aliquid oſtendatur q̄ꝫ ſit in rei veri
tate: non eſt ſpeciale peccatum ſed circunſtantia
non trahens in aliam ſpeciem. cum ergo fictio q̄
quis oſtendit facto ſe contritum per hoc ꝙ acce=
dit ad confeſſionem cum tamen cōtritus non ſit
non ea intentione fiat ẜm cōmunem curſum vt
aliud oſtēdat q̄ꝫ rei veritas habeat ſed magis in=
tentione implendi preceptum eccleſie de facien=
da confeſſione vel propter aliquod periculuꝫ im
minens aut etiam quandoqꝫ deſiderans per cō=
feſſionem et conſilium ſacerdotis moduꝫ inueni=
re quo a peccato reſipiſcat ⁊ in futurum cauere ꝓ=
ponat: conſequens eſt ẜm mentem Sancti Tho
me ꝙ talis fictio etiam formaliter ſumpta nouaꝫ
ſpeciem peccati non addat nec ſit ſpeciale pecca=
tum. ex quo vlterius ſequitur ꝙ nec cum alijs pec
catis que fictus confitetur nec poſtmoduꝫ fictio=
ne recedente: ſit neceſſario confitenda. quoniam
ẜm doctrinaꝫ Sācti Thome et cōmuniter docto
rum theologorum: circunſtantie que in aliaꝫ ſpe
ciem non trahunt: non ſunt de neceſſitate confeſ
ſionis etiam ſi peccatum aggrauent. Quod ergo
Sanctus Thomas dicit ꝙ qui fictus accedit ad
confeſſionem tenetur poſtmodum fictione rece=
dente ſuam confiteri fictionem: intelligendū eſt
ẜm diſtinctionem quam ipſe ponit circa peccata
recidiuantis infra diſtinctione vigeſſima ſecunda
queſtione prima articulo quarto in corpore. dicit
enim ꝙ in confeſſione dupliciter eſt aliquid expo
nendum. vno modo directe: et ſic exponi in cōfeſ
ſione debet ſacerdoti omne illud cuius abolitio
ſeu remiſſio per confeſſioneꝫ queritur. et iſto mo=
do peccata dimiſſa nullo modo confiteri tenetur
recidiuans nec in generali nec in ſpeciali cuicūqꝫ
confiteatur. alio modo indirecte ſicut illud ſine q̊
ſciri non poteſt debitus ſatiſfaciendi modus. ſicut
confitens confitetur interdū ſacerdoti ſe eſſe in=
firmuꝫ vt ei ieiunium non imponat. hec. S. Tho.
Et ꝯſimili diſtīctione dici pōt in ꝓpoſito nr̄o ꝙ q̄
fict⁹ qꝛ nō ꝯtrit⁹ ꝯfeſſus ē peccata ſua: tenet̄ poſt=
modū. ſ. recedēte fictione ſuā fictionem confiteri
non directe tanquā aliquid neceſſario delendum

per cõfeſſionem: ſed indirecte vt cõſiderata cauſa fictionis: debita cautela p ſacerdotez deinceps adhibeat. nõ eni cauſa fictionis vna eſt ſemp nec in grauitate equalis. et ideo ad remediũ adhibẽdũ et in futurũ precauẽdũ: debet fict⁹ fictionẽ ſuã poſtq̃z receſſit ſacerdoti pãdere. ¶ Sed ↄ id qđ eſt premiſſum q. ſ. fictio accedẽtis ad cõfeſſionez nõ cõtriti nõ ſit ſpeciale peccatũ obijci põt. qm ſ3 regulã ſupra poſitã ex dictis. S. Tho. illđ eſt ſpeciale peccatũ quod eſt ↄtra ſpecialẽ ordinem rationis. ſed predicta fictio importat aliquid contra ſpecialem ordinẽ rationis. ſ. ſacrilegium. nam accedẽs ad ſacrm indigne: ſacrilegiũ cõmittit qđ eſt ſpeciale peccatum queadmoduz ſi quis rapiat alienã rem de loco ſacro. ¶ Ad hãc autẽ obiectionem reſpondem⁹ q minor ppoſitio nõ eſt vera. non enim accedens ad confeſſionẽ fictus qr non ↄtritus non tamẽ ea intẽtione vt aliud oſtendat q̃z rei veritas habet: cõmittit ſacrilegiũ. nã ſacralis confeſſio nõ exigit neceſſario cõfitentẽ contritum eo q ſit medicina infirmis. i. peccatorib⁹ debita. vñ. S. Tho. ſupra diſti. 9. ar. 3. ſub. ar. p° ad 2m. duplex inqt eſt medicina. vna remouẽs morbum et talis debet infirmis. et huic cõparat baptiſm⁹ et penitentia. alia medicina eſt pmouẽs in ſanitatem pfectam: et talis non debetur infirmis ſed iam ſanis. et huic comparatur euchariſtie medicina. Item infra diſtin. 24. q. pª. ar. 3. ſub. ar. p°. ad. 3m. alique inquit medicine ſunt q̃ exigunt robur nature alias cum periculo mortis aſſumũtur. et alie ſunt que đbilibus dari poſſunt. ita etiã in ſpiritualibus q̃dam ſacra ſunt ordinata ad remedium peccati: et talia peccatoribus ſunt exhibenda ſicut baptiſmus et penitentia. illa vero q̃ perfectionem gře conferunt: requirunt hominez per gratiam confortatũ. Idem dicit. 3ª. p. q. 80. arti. 4. ad. 2m. Ex quibus apparet nõ eſſe neceſſarium vel debitum q ſacramentum penitentie quantum ad confeſſionem et abſolutionem ſine quibus non eſt: conferatur contritis qui ſunt ſani ab infirmitate peccati cum ſit medicina infirmis ideſt peccatoribus debita. nec per conſequẽs cõmittit ſacrilegium qui ad confeſſionez accedit nõ contritus. nam ſacrilegium cum ſit ſacramẽti vł rei ſacre violatio: non cõmittitur niſi quando aliquis facit contra id quod debitũ eſt rei ſacre vel ſacramento.

¶ Quarto Notandum eſt q vt Sãctus Thomas deducit pª 2e. q. 100. arti. 9. illud proprie cadit ſub precepto legis: pro quo pena legis infligitur. ad inſtituendum autem penam: aliter ſe habet lex diuina et aliter lex humana. non eniz pena legis infligitur niſi pro illis de quibus legiſlator habet iudicare quia ex iudicio lex punit. homo autem qui eſt legiſlator humane nõ habet iudicare niſi de exterioribus actibus quia homines vidẽt ea q̃ parẽt vt dicitur pmo Regũ. 16°. ſed ſolius dei qui ẽ lator legis diuine eſt iudicare de interioribus motibus voluntatũ ſm illud pſalmi ſcrutãs corda et renes de⁹. et inde eſt vt ibi ſubiũgit q modus virtutis qui ad motum vel actuz tãtũmodo interiorem pertinet: non cadit ſub pcepto humano. quã obrem lex humana nequaquam diiudicat vtruz volens vel eligens aut tali vel tali ĩtentione homo legis preceptuz adimpleat. ſufficit eniz q homo legi humane ſubditus impleat legis preceptum quantũ ad ſubam operis. et pari ratione homo non tenetur implere legis preceptum ex habitu informãte et radicato. vnde lex humana nõ punit illum qui vult occidere ſed non occidit: nec iudicat tranſgreſſorem eſſe legis qui debitum honorem parẽtibus impendit ex naturali compaſſione licet non ex electione rationis vel ex habitu pietatis. Ex quibus inferimus q preceptuz de confeſſione ſemel in ãno fienda per capitulũ omnis vtriuſq̃z ſexus: non obligat confitentẽ vt confiteatur peccata ſua contritus: cum illud preceptum ſit legis humane et contritio ſit actus interior. vnde quod decretalis dicit omnia: debet ĩtelligi diſtributio de oĩb⁹ pctĩs exteriorib⁹ nõ đ pctĩs cordis dũtaxat: de q̃bus tñ põt dictuz accipi per modũ ↄſilij. Et ſi dicat q ↄfeſſio ſacřalis ẽ đ foro penitẽtie et p ↄſequẽs de foro conſcientie que eſt act⁹ interior: reſpõdem⁹ q licet cõfeſſio ſm ſe ſit đ foro penitẽtie: pceptũ tñ đ ↄfeſſione fiẽda p dictũ capitulũ eſt đ foro iudiciali. vñ nõ ĩplicat ſigillũ ſecreti queadmodũ ſacřalis ↄfeſſio imo a legiſlatore ẽ toti eccłie pmulgatuz. Sz neq̃z ↄfeſſio put ẽ đ iure diuĩo ĩſtituta a xp̃o et pmulgata a iacobo obligat ↄfitẽtem vt cõfiteat pctã ſua corde cõtritus. nõ qr a deo dari nõ poſſit đ hoc pceptũ q̃ iudex ẽ actuũ interiorũ ſcrutãs renes et corda: ſ3 qr non legit tale pceptũ de facto fuiſſe ĩpoſitũ. vñ et btũs iacob⁹ qui ↄfeſſionis đterminationẽ expſſit: ſimplr locut⁹ eſt dicẽs. cõfitemini alterutrũ peccata vřa. qđ aũt addit vt ſaluemini vbi videt contritio implicari ſine q̃ pctõrib⁹ non eſt ſal⁹ magis deſignat finẽ pcepti q̃z ſit pcepti ↄdicio. finis eni pcepti nõ cadit regularit ſub pcepto alias ĩplẽs pceptũ diuinũ ſine charitate: eẽt diuini pcepti trãſgreſſor qr finis pcepti ẽ charitas vt apłs dicit pª Thimo. p°. qđ tñ coiter nõ tenet. Nec obſtat q finis ſit a legiſlatore intẽtus: qr vt. S. T. dicit. pª 2e. q. 100. ar. 9.

ad.2m.intentio legiſlatoris eſt ꝺ duobꝰ. de vno quidem ad qꝺ intēdit ꝑ precepta legis inducere et hoc eſt virtꝰ. aliud aūt eſt de q̄ intēdit preceptū ferre:et hoc eſt qꝺ ducit vel diſponit ad virtutem.ſ.actꝰ virtutis.nō enim idē eſt finis precepti et id de quo daꝛ preceptū. ſicut neqꝫ in alijs rebꝰ idē eſt finis et qꝺ eſt ad finē.hec.S.Tho. Ex quibus accipiꝛ ꝙ non oīe qꝺ legiſlator intēdit quādo fert legem:cadit ſub legis precepto ; ſed illud tm̄modo de quo intēdit ferre preceptum.omnis eni legiſlator intendit ꝑ leges et precepta ab illo edita:ſubditos facere virtuoſos ꝑ aſſuetudinem ex actibꝰ preceptoꝝ. et tamen nō illis ſub ꝓcepto imponit ꝙ ſint virtuoſi aut ꝙ opa faciāt vt v̄tuoſi. nam hoc preceptū non eſt ſed finis precepti.

arbitriũ ſe extẽdit ad culpã. nã reatus pene eter-
ne ſimul cũ culpa vel remittit̃ vel retinet̃. ſecun-
do quantũ ad penã tẽporalẽ: ligãdo quidẽ pͥmo
cõmutãdo ꝑ collationẽ ſacri penã eternã in penã
temporalẽ ad quam penitẽs obligat̃ ſoluẽdã in
hoc ſeculo vel in futuro. ſecũdo iniungẽdo peni-
tentiã ꝓ ſatiſfactione et cautela peccatorꝝ. quam
penã penitẽs tenet̃ ſoluere in foro eccleſie etiam
ſi culpã cõmiſſam excederet: quãuis in foro dei in
futuro ſeculo ad exceſſum nõ teneat̃. in abſoluen
do vero eſt arbitriũ ſacerdotis pͥmo aliqͩ de pe-
na peccato debita ꝑ abſolutionẽ remittẽdo virtu
te clauiũ. ſecundo remittẽdo penã purgatorij in
toto vel in parte imponẽdo penitẽti penitentiã
ꝓ peccatis cõfeſſis iniunctam cui⁹ ſolutione facta
in hac vita tantũdẽ remittit̃ de pena in purgato-
rio perſoluẽda. ¶ Aduertendũ tñ ꝙ huiuſcemo-
di arbitriũ ſacerdotib⁹ a xpo cõmiſſum: eſſe debꝫ
nõ ſm ipſorũ meram et liberã voluntatẽ ſed cla-
ue diſcretionis regulatũ penſatis diuinis regulis
et qualitate penitẽtium ac etiã cauſis et facilitate
peccatorꝝ. et precipue regulari debet diuino inſti-
ctu et ſpũſſancti motione. Juxta quod dioniſius
in fine eccleſiaſtice hierarchie dicit ꝙ ſacerdotib⁹
vtendũ eſt virtutibus hierarchicis q̊modo diui-
nitas eos mouerit. verum quia iudex arbiter nõ
ita eſt aſtrict⁹ iuris regulis preſertim in penis vel
inferendis vel remittendis quin poſſit ꝓ qualita
te loci tẽporis vel perſone et alijs penſatis circũ
ſtantijs diſpenſare in ſtatutis aut cõſuetis penis
ac regulis vel illas ꝓ ſuo arbitrio cõmutare. ideo
ſacerdos iudex arbiter cõſtitutus a xpo inter deũ
et peccatorẽ: nõnũquã etiã claue nõ errãte ꝓ pec
catis grauiorib⁹ leuiores iniũgit penitẽtias et ꝓ
leuioribus grauiores et pro eiſdẽ cõmiſſis diuer-
ſas ſm diuerſitatẽ ꝑſonarũ et mores hominũ im
ponit penitẽtias. queadmodũ et prudẽs medic⁹
ſm ꝓpriũ arbitriũ arte medicine regulatũ: va-
rias infirmis apponit medicinas pro ſingulorum
egrotantiũ qualitate cõſideratis tẽporis et loci
atqꝫ alijs circunſtãtijs. pene ſiquidẽ ſatiſfactorie
precipue in foro penitentie vt medicine ſunt pec
catoribus adhibẽde. et quãtũ ad eiuſcemodi va-
rias cõmutationes et diſpẽſationes attendit̃ ar-
bitriũ ſacerdotis iudicis fori penitẽtialis. qd̃ mo-
do expoſito regulatũ in terris: iuxta verbũ domi
ni Mathei. 10. approbatur in celis. Neqꝫ obſtat
huic approbationi ꝙ aliquãdo poſt peractã peni
tentiã iniũctam a ſacerdote diſcreto et circũſpe-
cto: aliquid plus ꝺ pena exigat̃ a peccatore ĩ pur-
gatorio. qm̃ ſacerdos prudẽs et circũſpectus nõ
iniungit penitẽtiam tanquã ſimpliciter ſatiſfacto
riam in oĩ foro: ſed ſatiſfactoriam in foro eccleſie
militãtis in quo de occultis cõſcientie iudicat̃. nõ
ex cordis inſpectione: ſed per cõiecturas et ſm al
legata ac cõfeſſa a reo et nõ alias ꝓbata. vnde diſ
cret⁹ confeſſor ꝓpter incertitudinẽ humani iudi-
cij vltra penitentiã iniunctã: merita paſſionis xpi
penitenti applicat vel applicanda precat̃ ad debi-
te ſatiſfactionis complemẽtũ. inſuꝑ et dei miſeri-
cordiã ſuꝑ penitẽtem implorat in ſignũ ꝙ penitẽ
tia iniũcta ab eo nõ imponit̃ tanquã plene ſatiſ-
faciens ſed aliũde complẽda remittat̃. veruntã-
men ſententia ſacerdotis approbat̃ in celis qꝛ vt
ab homine et in foro eccl̃ie iuſte lata fuit penſa-
tis omnib⁹ q̃ ſm humanã extimationẽ cõſiderari
potuerũt ꝓ q̃litate penitentis. cui vt Sãct⁹ Doc.
inquit infra diſti. 20. ar. 2. ſub. ar. 2. ad. 3ᵐ. plus
ꝓdeſt quãdoqꝫ minor debito penitẽtia qꝫ maior
q̃ magnitudine ſua poſſet illũ a expletiõe retrahe
re. et ideo id quod ꝑ eam in terris abſolutum eſt
et remiſſum a ſacerdote: in celis remittit̃ et abſo-
lutũ habetur a deo. quãuis reſiduũ debiti a iudi-
ce exactiſſimo vſqꝫ ad vltimũ quadrantem vt in
euangelio legitur exigatur in purgatorio.

QUantũ ad arti-
culum quartũ reſpõdẽdũ eſt ob
iectionib⁹ in contrariũ. Et qͥdẽ
ad primũ ſcoti ꝯtra primã cõclu
ſionẽ negat̃ minor. et ad ei⁹ pro-
bationẽ negat̃ aſſumptũ. imo in cena dñi per illa
verba hoc facite ⁊c̃: xp̃s dedit ptãtẽ et ꝯficiendi
⁊ ligãdi atqꝫ ſoluẽdi in foro penitẽtie: quãuis ad
vſum ligãdi et ſoluẽdi nõ illã extẽderit vſqꝫ poſt
reſurrectionẽ cũ dixit apoſtolis: accipite ſpũſſan

ctum quorum remiſeritis peccata et cetera. vnde Sā-
ctus Thomas infra diſtinctione vigeſſima quar-
ta queſtione ſecunda articulo tertio ad ſecundū
dn̄s inquit diſcipulis dedit ſacerdotalē poteſtatē
quantū ad principalē actū ante paſſionē in cena
quando dixit: hoc facite in meam cōmemoratio-
nem. ſed poſt reſurrectionē dedit eis ſacerdota-
lem poteſtatē quantū ad actū ſecūdariū qui eſt
ligare et abſoluere. Et p̄ hec patet reſponſio ad
2m. quia pari modo epiſcopꝰ confert ordinando
in ſacerdotē totam ptātē ſacerdotalē ſimul: ſed
primo quantū ad actū cōficiendi: et ſecūdo quā-
tum ad actū ligandi et ſoluēdi. ¶ Ad. 3m. dicitur
ꝙ vtraq̄ ꝓpoſitio et maior et minor eſt falſa. ma
ior quidē q̄m vt determinatū fuit ſupra diſtictio-
ne quarta character de principali ſignificato rem
abſolutam dicit cū reſpectu quodā adiuncto. mi-
nor etiam eſt falſa q2 vt cōcluſum fuit tertio libro
diſtinctione octaua: vna relatio realis termina-
ri pōt ad plures reales terminos: ſicut eadē filia-
tione refertur vnꝰ filiꝰ ad prēm et matrē. ¶ Ad
4m. dicit ꝙ argumentū ꝓcedit ꝺ poſſibili qꝺ non
negamꝰ. nos vero loquimur de facto eſſe et ideo
nō eſt ad ꝓpoſitū. ¶ Ad argumēta cōtra ſecūdā
concluſionē ad primū dicit ꝙ minor eſt falſa ſi de
bitus miniſter dicat et quantū ad ptātem et q̄ꝫm
ad ptātis exercitiū. et ad eiꝰ ꝓbationē cōcedimus
aſſumptū ſed minor eſt falſa. nā vt deductū fuit
in ſecundo notabili: ſacr̄m penitētie ſimpliciter lo-
quendo nō eſt volūtariū imo quantū ad omnes
ſui partes implicat rōnem debiti. falſum eſt etiā
ꝙ ſacerdos ſit index arbitrarius de volūtate par
tiū aſſūptus. imo eſt a ſolo xp̄o ſūmo iudice ſub
delegatꝰ. nō enim de cōſenſu hominū peccatorū
dictum eſt ſacerdotibꝰ a xp̄o in perſona apoſto-
lorū. quecūq̄ alligaueritis ſup terrā et cetera. Mathei
18. et quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: et
quorum retinueritis retenta erunt Joā. 20. vnde
gregoriꝰ illud exponēs. principatū inquit ſuperni
iudicij ſortiuntur: vt vice dei quibuſdā peccata reti
neant quibuſdā vero relaxent. neq̄ eſt verū ꝙ
peccator ꝓpria volūtate ſe exponat iudicio ſacer
dotis ſed ex debito diuini precepti ꝓmulgati per
apl̄m iacobū dicentē: confitemini alterutrū pec
cata vr̄a. in cuius figurā xp̄s iuſſerat decē lepro-
ſis: ite oſtēdite vos ſacerdotibus Luce. 17. vbi ſu
per verbo ſacerdotibus interlinearis dicit: q̄ ſunt
figura ſacerdotij futuri in eccleſia. ¶ Ad cōfirma
tionem dicit ꝙ aſſumptū eſt falſū quātū ad forū
penitētie in quo q̄libet ſacerdos ptāte ſacerdota
li iuriſdictionē habet ſup omnē hominē etiā ſup
papā. put deductum fuit in ſecūdo notabili. quā-
uis determinatio talis iuriſdictionis fuerit pape
cōmiſſa. qui eo ipſo ꝙ eligit aliquē in cōfeſſorem
determinat quo ad ſe iuriſdictionē quā ipſe con
feſſor ex ordine ſacerdotali habet quantū ad ip-
ſam eſſentiā poteſtatis. Et ſm hec debet intelli-
gi quod. S. Tho. dicit diſtin. precedēte. q. 3. ar. 3
ſub. ar. 4. ad. 4m. q. ſ. prelatis eccleſie conceſſū
eſt a iure ꝙ poſſunt ſibi eligere proprios cōfeſſo-
res qui quātū ad hoc ſunt eis ſuperiores. ſicut etiā
vnus medicus ab alio curatur nō inquantū eſt me-
dicus ſed inquātū eſt infirmus. hec ille. vbi cū di-
cit qui quantū ad hoc ſunt eis ſuperiores: ſatis inu-
it ꝙ talis ſuperioritas cōueniat ſacerdotibꝰ ex ordi
ne ſacerdotali. ita vt eligere cōfeſſorē. i. determi-
nare materiā ꝯfeſſori: cōueniat prelatis pape in-
ferioribꝰ iure humano cōmiſſione. ſ. pape. ipſi ve-
ro pape conueniat iure diuino xp̄i. ſ. inſtitutione.
ptās vero ligādi atq̄ ſoluēdi iudicialiter ſeu iuriſdi-
ctionaliter omnē prelatū etiā papā: cōueniat ſa-
cerdotibꝰ nō iure humano ſed diuino ex iſtitutio-
ne xp̄i. ¶ Ad. 2m. dr̄ ꝙ argumētū ꝓpoſitū nr̄ū cō
firmat. nā q2 papa iure humano nulli ſubiectus ē
nec ipſe alicui hominū ſe ſubijcere pōt: nullꝰ ſacer
dos poſſet iudicare papā in foro penitentie ſicut
nec in foro exteriori cauſarū niſi hr̄et iure diuino
. ſ. a xp̄o iuriſdictionē in foro penitētie ſup illū. vn̄
falſum ē ꝙ iuriſdictio ſacerdotis in papā ſit ei ſo-
la volūtate pape cōceſſa. et de hoc latiꝰ dictū fuit
in ſecūdo notabili. ¶ Ad. 3m. ꝯcedimꝰ totū argu-
mentū q2 niſi iuriſdictio q̄ꝫm ad eſſentiā fuiſſet da-
ta a xp̄o omni ſacerdoti in quēlibet hoīem: nullꝰ
poſſet etiā in extrema neceſſitate abſolui ſacramentaliter
a quocūq̄ ſacerdote. vn̄ ratio ꝓ nobis facit. facul
tas igitur qua ius canonicū tribuit oībus ſacer-
dotibus ꝙ in caſu extreme neceſſitatis abſoluere
poſſit quēlibet hoīem a peccatis: nō eſt ptās iuriſ
dictionis quantū ad ſui eſſentiā: ſed ē determina
tio extēſiua materie iuriſdictionis. quā ex ſua or-
dinatiōe habēt oēs ſacerdotes a xp̄o. ¶ Ad. 4m
dicit ꝙ talē iuriſdictionē nō habēt ſacerdotes ex
cōſuetudine ſed iure diuino. vnde argumētū pro
cedit ex falſo ſuppoſito. ¶ Ad argumēta ſcoti con
tra tertiā ꝯcluſionē: ad primū dicit ꝙ minor ē fal-
ſa. imo ſi cōfeſſor diligēs ſit et circūſpectꝰ: ſua diſ-
cretione et ſm regulas canonū et preſertī diuino
inſtinctu adiutꝰ poterit attingere in ligando aut
ſoluēdo penitentē: rectū iudiciū q̄ꝫm ptinet ad fo-
rum eccl'ie in quo nō iudicat ſemp ſm abſolutam
adequationē pene ad culpā: ſed ſm ꝙ expedit ſa
luti penitētis. et de hoc dictū fuit late in tertio no
tabili. Et preterea ad rectū iudiciū ſacerdotis cū
ſit puri hoīs nō requiritur ꝙ attigat pūctualiter qꝺ in

ſtū eſt: ſ ſufficit ꝙ parū a limite iuſticie diſtet. Et ꝑ hec patet rñſio ad ſecūdū et tertiū q̄. ꝓcedūt ex eodē falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ īpoſſibile ſit ſacerdoti recte arbitrari circa penas debitas pctīs ſibi ꝯfeſſis. ¶ Ad. 4m. dicit ꝙ nō eſt ſile de penitētia maiore ꝯdigno et ḋ minore cōdigno. qꝛ penitētia maior ꝯdigno: nō tm̄ obligat ex delictoꝝ grauitate ſ ex iniūctione ꝯfeſſoris. q̄ nō ſolū iniūgit penitētiam ad ſatiſfaciēdū ꝓ pctīs: ſ etiā ad cautelā futurorū et emēdationē penitētis. vſ et poſt hāc vitā ꝑut S. Tho. dicit īfra diſ. 20. ar. 2. ſub. ar. 2. ad. 2m. nō exigit a penitēte illud ſuperexcedēs ex iniūctione ſacerdotis: ſ ſolū q̄tm̄ ſufficit ad debitū ſoluendū. pena aūt minor ꝯdigno nō attingit ad plenā ſatiſfactionē ꝓ peccatis cōmiſſis et ideo oportet aliūde cōpleri. ¶ Ad argumētū ante oppoſitū pꝫ rñſio ex ſup dictis. Et in hoc articulus terminat.

## ¶ Diſtictio vigeſſima.

Circa vigeſſimā diſtictionē q̄rit vtrū per indulgētias poſſit aliqd remitti de pena ſatiſfactoria et arguit ꝙ nō. qꝛ hoc ad ptātem excellētie ptinet vt ſine ſacro effectus ſacramētorū tradat. ſ null9 hēt ptātem excellentie niſi xp̄s. cū ergo ſatiſfactio ſit pars ſacrī opās ad dimiſſionē pene debite: videt ꝙ null9 pur9 homo poſſit dimittere debitum pene ſine ſatiſfactione. ¶ In oppoſitū arguit. qꝛ ecclīa generalis nō pōt errare. qꝛ ille q̄ in oībus exaudit9 eſt ꝓ ſua reuerētia dixit petro ſup cui9 ꝯfeſſione fundata ē ecclīa ego ꝓ te rogaui petre vt nō deficiat fides tua Luce. 22°. ſ ecclīa generalis indulgētias approbat et facit. ergo indulgētie aliquid valēt. ¶ In hac queſtione erunt quattuor articuli vt ſupra.

Quantuꝫ ad primū articulū ſit pma ꝯcluſio ꝙ indulgentie valorē hñt ex meritis xp̄i ꝛ alioꝝ ſctōꝝ. Hāc ꝯcluſionē tenet. S. Tho. ī hac diſ. ar. 3. ſub ar. p°. ¶ Secūda ꝯcluſio ē ꝙ indulgētie valēt per modū recōpēſationis et ſatiſfactionis capiendo de meritis xp̄i et ſanctoꝝ. Hāc cōcluſioneꝫ tenet S. Tho. vbi ſupra. et. 2°. quodlibet. ar. vltimo.

Quantum ad ſecūdū articulū arguēdū eſt cōtra ꝯcluſiones. Et qdem cōtra ſecūdā arguit durād9 preſerti contra aliq̄ cōtēta in ꝓbatione eius dicens. ḋ merito xp̄i nullū eſt dubiū qui ptineat ad theſaurū ecclīe et ſufficiat. xp̄s eni ꝑ paſſionē ſuā ſatiſfecit q̄tm ad ſufficiētiā ꝓ peccatis mūdi ſicut ꝑ dixerat ioānes baptiſta: ecce agn9 dei ecce q̄ tollit peccata mūdi vt habet Ioā. p°. et pa. cañ. Ioā. 2°. caplo. dicit ꝙ ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris et nō ſolū pro peccatis noſtris ſed totius mundi. conſtat aūt ꝙ nō oēs de mūdo ſaluantur ſed pauci reſpectu alioꝝ ſm illud euangeliūꝫ multi ſunt vocati pauci vero electi. ergo de pena xp̄i que ſufficere pōt ad recōpenſandū penā omnium peccatorum mundi debitā: ſemper multuꝫ reſtat cum pro paucis qui ſaluantur ſatiſfaciat. et ſi omnes de mundo ſaluarentur adhuc meritum paſſionis xp̄i ſupabundaret. quia qua ratione ſufficiēs eſt ad ſatiſfaciendū ꝓ peccatis toti9 mundi eadē ratione ſufficiēs eſt ad ſatiſfaciēduꝫ pro peccatis plurium mūdoꝝ ſi eſſent. de merito aūt paſſionis ſanctoꝝ poteſt verti in dubiū vtrum pertineant ad theſaurū eccleſie. poſſet enim videri ꝙ nō. qꝛ vnus nō pōt mereri alteri ſic ꝙ meritū vni9 cedat alteri ad meritū ſed ſolū qꝛ fruct9 ſeu merces meriti vnius redūdat in alterum vt cum aliquis ſeruit diuiti vt pauper ei obligatus a debito liberetur vel vt habeat mercedem operis in toto vel in parte prout placet operanti transferre. ex hoc ſic arguitur. intētio merētis eſt neceſſaria ad hoc ꝙ fructus ſeu merces meriti ſui redundet in alterum. ſic eni fructus meriti paſſionis xp̄i in nos redundat ex eius expreſſa intentione. dixit enim hoc eſt corpus meū quod pro vobis tradetur: et hic eſt calix et c̄. ꝙ aūt intentio quorumcūq̄ fuerit fructum paſſionū ſuarum in nos trāſferre: nulla hiſtoria docet nec in geſtis martyrum legitur. qualiter nobis per indulgentiā factam a quocūq̄ nō bene appareat. ¶ Idē probatur ſic. illud quod eſt plenarie remuneratum vel poſtea remunerabitur: non videt ꝙ ſit pro alio ſatiſfactorium. ſed quicquid pene ſuſtinuerūt ſancti martyres vltra q̄ peccata eorum meruerunt eſt eis plenarie remuneratum vel reſumpto corpore remunerabitur plenarie. ergo non videtur ꝙ illud poſſit nob cedere ad ſatiſfactionem. ſed de theſauro eccleſie

datur nobis per indulgentiam pene ſatiſfactori-
am ſm hanc opinionem. ergo pene quas ſcti ſuſti-
nuerunt non pertinent ad theſaurū eccleſie: ſed
ſolum paſſio chriſti que excedit penam omnibꝰ
peccatis mundi debitam. minor ſupponitur. ma-
ior etiam videtur ex precedentibus ſatis clara.
quia ſi tota merces meriti reddetur merēti ⁊ eā
in ſeipſo et pro ſeipſo recipit: nihil reſtat quod in
vtilitatem alterius poſſit cedere quia extra totū
nihil eſt. Sed tamen contra hanc rationem dicūt
aliqui ꝙ ſm eā ſequitur ꝙ nullus homo nec etiā
xp̄s homo poſſit ſatiſfacere pro alio nec in toto
nec in parte: nec aliquis pro ſeipſo que ſunt falſa
et erronea. quod probāt ſic. quia dicūt ꝙ ipſi xp̄o
et omni homini plene remuneratū eſt vel plena-
rie remunerabitur ī reſurrectione quicq̄d merue-
runt ſuſtinendo quaſcūq; paſſiones et quoſcūq;
labores. ſi ergo illud quod plenarie remuneratū
eſt alicui non poteſt cedere ad ſatiſfaciendum ꝓ
alio: ſequitur ꝙ nec ipſe xp̄s per paſſionem ſuam
nec aliquis ſanctus fecit vel paſſus eſt aliquid qḋ
poſſit alijs cedere ad expiationē alicuius pene. im
mo nec ſibi ipſi cum totum remuneretur. Hec aūt
inſtantia continet quedam manifeſte falſa. con-
ſtat enim ꝙ merita xp̄i non fuerunt ei in ſeipſo a
deo plene et perfecte remunerata nec remunera
buntur ſicut ceteris ſanctis. nam ſūma merces q̄
remunerātur ſancti pro ſuis meritis eſt viſio bea
ta et fruitio. cetera enim omnia ſicut dotes corpo
ris et quecūq; alia pertinēt ad premiū accidenta
le quod eſt minus et reſpectu primi eſt quaſi ſm
quid. cum ergo xp̄s ꝓ ſuis meritis nō fuerit remu
neratus viſione et fruitione beatis: hec enim ha-
buit pleniſſime abſq; vllo merito ab inſtanti ſue
conceptionis: patet ꝙ merita eius nō fuerunt ei
in ſeipſo remunerata eque plene et perfecte ſicut
ceteris ſanctis nec illo ſummo premio quo deus
merita ſanctorū et paſſiones remunerat ſupra cō
dignū ſm illud Ro. 8. non ſunt condigne paſſio-
nes huius temporis ad futurā gloriam que reue
labitur ī nobis. ergo qḋ eſt ei minꝰ plene remune
ratū: poteſt nobis cedere ad ſatiſfactionē et illud
potiſſime fuit meritū ſue paſſionis. vnde omnes
doctores concorditer dicunt ꝙ xp̄s per ſuam paſ-
ſionē nō meruit ſibi niſi gliam corꝑis et exaltatio
nem ſui nominis. nobis aūt meruit redemptionē
ſeu liberationem a peccatis. et ſic clare falſum eſt
qḋ iſti dicunt ḋ merito xp̄i ⁊ eius remuneratione
in ſeipſo et c̄. Item falſum eſt quod dicunt ꝙ ſm
rationem nr̄am ſequeret̄ ꝙ nullus homo poſſet
ſatiſfacere pro alio nec etiam pro ſeipſo. quia pe-
na per penam recompēſatur. ſi ergo quis ꝓ pecca
tis ſuis ſit debitor pene et ipſe cōtritus ꝓpria ſpō
te vel ex ſacerdotis impoſitione faciat aliquā pe
nitētiā: quare nō ſatiſfaciet in aliquo ꝓ ſeipſo. ſi-
militer ſi de voluntate ſacerdotis vel ſatiſfacien
tis vnus faciat penitentiam ꝓ alio impoſitā: qua
re non ſatiſfaciet pro eo in aliquo non apparet ex
ratione noſtra nec ſequit̄. Circa quod intelligen
dum ꝙ omne opus bonū factū ꝓ deo in charita-
te eſt meritorium vite eterne. ſi autē ſit penale nō
ſolum eſt meritorium quia bonum: immo eſt ſa-
tiſfactorium pro pena nec plus remunerabit̄ in-
quantum penale niſi per expiationem pene debi
te. ſemper tamen acceptum erit deo inquantum
eſt bonum et virtuoſum et remunerabitur p̄mio
eſſentiali. ſi autem operans non ſit debitor alicu-
ius pene vel non tante: tunc opus ſuum penale
remunerabitur non ſolum premio eſſentiali quia
bonum fuit: ſed premio accidentali quia fuit pe-
nale. et ſm hoc martyres non ſolum dicuntur ha
bere auream hoc eſt premium eſſentiale: ſed au-
reolam hoc eſt aliquod premium accidētale ꝓp-
ter penalitatem martyrij. cum ergo dicitur ꝙ om-
ne opus bonum remuneratum eſt vel remunera
bitur cuilibet in reſurrectione: verum eſt quantū
ad premium eſſentiale. ſed ſi ſit non ſolum bonū
ſed penale et operans ſeu ſuſtinens penam facit
debitor pene pro ſeipſo vel ſuſtinuit eam ꝓ alio
tunc talis pena non plus remunerabitur quia iam
ceſſit in ſolutionem alterius. hec durandus in for
ma. ¶ Contra eandem concluſionem arguunt q̇
dam alij dicentes ꝙ dubium eſt de merito xp̄i et
quo ad penam damni et quo ad penam ſenſus.
quia quicquid ſit de pena actualis peccati quo ad
penam ſenſus: non videtur ꝙ penam dānī chriſtꝰ
ſoluerit qui illam non ſuſtinuit. ¶ 2°. quia cum
actuali mortali debeatur pena eterna: non fuit
tantum de penalitate in morte chriſti nec intenſi
ue nec extenſiue quantum eſt in pena ſenſus eter-
na que eſt in inferno. vnde cum equalitas ſatiſfa-
ctionis attendatur ſm comparationem pene ad
penam: chriſtus quidem potuit mereri dimiſſio-
nem pene eterne totalem damni ⁊ ſenſus que fit
in baptiſmo adulti peccatoris: et commutatio-
nem pene eterne in temporalem que fit in peni-
tentia quia diuinitas illud operata eſt quia deus
agere et coagere poteſt et ſic meritum fuit infini-
tum. ſed non potuit vt videtur ſatiſfacere ꝓ pe-
na eterna. quia non potuit ex humanitate ſuſti-
nere tantam penam quanta eſt illa inferni. nec di-
uinitas cōpaſſa ē quia pati nō potuit. imo videt̄
ꝙ nec ſolutio pene tp̄alis fieri poſſit. quia nō potu-
it eē tātꝰ dolor ī morte xp̄i: quātꝰ ē dolor debitus

omnibus peccatis confeſſis et confitendis in hac vita. ¶3°. arguitur quia ad ptātem excellentie chriſti pertinet dare effectum ſacramenti ſine ſacramento. ergo purus homo per indulgentias q̄ non ſunt ſacramēta non poteſt dimittere penam q̄ eſt effectus ſacramenti. ¶Contra ſecundā cōcluſionē arguit aureolus probando ꝙ papa pōt dare indulgētias non ſolum per modū recōpenſationis et ſatiſfactionis quod fit accipiendo de merito xp̄i et ſanctorum: ſed etiam auctoritate ſibi tradita a xp̄o cum dicit: quodcūqꝫ ligaueris ſuper terram erit ligatum et in celis et quodcunqꝫ ſolueris et c̄. abſolute nihil aliud pro recompēſatione dando: poteſt penas quas voluerit relaxare. probatur hoc. quia reſcripta papalia obtinent vim iuris et auctoritatis ſanctorum. cuius ratio ē quia ſunt maioris auctoritatis in diffiniendo cū ipſe confirmet et det vim auctoritatibus ſanctorum et iuriſperitorum. ſed in reſcriptis papalibꝰ vbi continetur tenor indulgentie quam largitur videtur ꝙ relaxet auctentico modo: non autem per modum recompenſationis accipiēdo de merito chriſti. non eniꝫ continetur in reſcripto pape volumus ꝙ d̄ merito xp̄i quod tibi applicamus relaxentur tibi centuꝫ dies. ſed dicitur ſic. nos ergo de omnipotentis dei miſericordia et auctoritate apoſtolorum petri et pauli confiſi relaxamus tibi centū dies et c̄. ex quibus patet ꝙ ibi non exprimitur niſi dei miſericordia cuius miniſtri ſumus ꝛ auctoritas apoſtolica. ¶2°. quia dictum fuit petro: quodcūqꝫ ligaueris et c̄. tunc qui dicit quodcūqꝫ nihil excludit. tunc arguitur ſic. omne vinculum ſuper terram impediens ab ingreſſu celi papa poteſt ſoluere et in eius poteſtate eſt auctentice relaxare apud quem eſt clauium plenitudo. ſed obligatio ad penam eſt vinculum impediens ſuper terram ab ingreſſu celi. nullus enim ingreditur quouſqꝫ reddat vltimū quadrantem. ergo et c̄. ¶3°. ſic. cui cōmittitur maius cōmittitur minus. ſed maius eſt abſoluere a culpa q̄ꝫ a pena. et cōmiſſum eſt capiti eccleſie ab omni culpa ſine exceptione abſoluere. ergo et c̄. ¶4°. quia claues non ſolum extendunt ſe ad culpam ſed ad penā. ſed in aliquo ſacramento quandoqꝫ poteſt relaxari tota pena ſicut in baptiſmo. ergo videtur ꝙ datum ſit alicui in eccleſia maxime principi ꝙ ſaltem miniſtrando ſacramentuꝫ penitentie poſſit totam penam relaxare. nā relaxatio culpe fit mediante ſacramento. relaxatio pene fit abſolute licet quandoqꝫ fiat etiam mediante ſacramento. hec aureolus.

Quantuꝫ ad tertium articulū primo notandum eſt ꝙ vt ex verbis ap̄li accipitur Colo. p°. et ibi notat. S. T. xp̄s ꝛ eccl̄ia eſt vna pſona myſtica cuius caput eſt xp̄s: corpus vero oīes iuſti ex qbꝰ ꝯſtituit̄ eccleſia. q̄libet aūt iuſtus eſt quaſi mēbrū huiꝰ corpis. iuxta quod ipē apoſtolꝰ dicit Ro. 12. multi vnū corpꝰ ſumus in xp̄o: ſinguli autē alter alterius mēbra. dicitur autem eccleſia corpꝰ ad ſimilitudinē vniꝰ hoīs put. S. Doc. exponēs dictū verbū ap̄li Colo. p° ait. Attendit̄ vero ſimilitudo quantū ad tria. p° q̄ꝫ ad diſtictionē mēbrorū ſm illud Ephe. 4°. et ipē. ſ. xp̄s dedit q̄ſdā qdē apoſtolos: q̄ſdā aūt pphetas: alios vero euāgeliſtas: alios aūt paſtores et doctores ad cōſumationē ſanctoꝝ in opus miniſterij in edificationē corpis xp̄i. Secūdo q̄ꝫ ad miniſterium quo vnuꝫ membrū alteri ſeruit ſm illud apoſtoli. pª. Cori. 12°. nō pōt oculꝰ dicere manui opa tua nō idigeo aut iterū caput pedibꝰ: non eſtis mihi neceſſarij. Tertio quia ſicut cōſtituit̄ vnuꝫ corpꝰ ex vnitate anime: ita et eccleſia vna cōſtituit̄ per vnitatem ſpūs. vnde apoſtolꝰ pª Corin. 12°. eteni ī vno ſpiritu oīes nos in vnū corpus baptizati ſumus. et Ephe. 4°. vnuꝫ corpꝰ et vnꝰ ſpiritus ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtre. Chriſtꝰ cōſimiliter dicit̄ caput eccl̄ie ad ſimilitudinem capitis ī corpore naturalis quantū ad tria put ibi Ephe. p°. S. Tho. deducit. et. 3ª. p. q. 8. arti. p°. ſ. quātuꝫ ad ordinem et pfectionem et virtutem. q̄ꝫ ad ordinem quidem: quia ſicut caput eſt pma pars hominis incipiendo a ſupiori et altior ceteris: ita et xp̄s eſt primꝰ ppinquitate ad deū et altior cūctis gratia et virtutibꝰ. iuxta qđ ap̄ls dicit Ro. 8°. vt ipſe ſit primogenitus in multis fratribꝰ. Item et quantū ad pfectionem. q2 ſicut in capite hoīs eſt omniū membroꝝ perfectio eo ꝙ in capite vigeāt oīes hoīs ſenſus et interiores et exteriores: ita et perfectio ſpiritualis omniū membroꝝ eccleſie viget in capite xp̄o in quo eſt plenitudo omniuꝫ gratiarū ſm illud Joā. p°. et vidimus gloriā eius quaſi vnigeniti a patre plenum gratie et veritatis. Tertio quantuꝫ ad virtutem influendi. q2 ſicut virtus et motus ceterorum membroꝝ ꝛ eoꝝ gubernatio fluit a capite propter vim ſenſitiuam et motiuā ibi predominantē: ita et omnis virtus ac motus ī ſpirituali vita fluit a xp̄o in omnia mēbra eccleſie ſm illud Joānis pmo. de plenitudine eius nos oīes accepimꝰ. ¶Ex ſupradictis inferimꝰ ꝙ ſicut in corpe naturali virtus et motꝰ ſin-

gulo℞ membro℞ naturaliter cedit in miniſteriū et pfectū toti⁹ corpis et p cōſequēs omniū membro℞ corporis: ita et virtus et opatio ac mot⁹ et paſſio cuiuſlibet iuſti ſm vitā ſpiritualez ordināt lege diuina in miniſteriū totius corpis eccleſie et ex conſequenti cedunt in profectum ſingulorum eccleſie membrorum. Iuxta quod apoſtolus dicebat Gala. 6°. alter alterius onera portate ꝛ ſic adimplebitis legem xp̄i legem videlicet charitatis et dilectionis quam xp̄s ſuis fidelibus pro nouo mandato reliquit dicens Ioā. 13°. mandatuꝫ nouum do vobis vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Unde prima Corin. 12°. apoſtolus dicebat: pro inuicem ſolicita ſunt membra. ꝛ ſi qd patitur vnum membrū: compatiuntur omnia membra. ſiue gloriatur vnum membruꝫ: congaudent omnia membra. vos autem eſtis corpus chriſti ꝛ membra de membro. Ihinc eſt ꝙ beatus petrus in canonica prima capl'o q̄rto inquit. vnuſquiſq; prout accepit gratiam in alterutrum illā adminiſtrantes ſicut boni diſpēſatores multiformis gr̄e dei. vbi ſuper verbo accepit iterlinearis dicit: qd-libet donum ſpiritus ſancti ad ſeruiendum alijs tam ſecularibus ꝙ̄ ſpiritualibus.

¶ Secundo Notandū eſt ꝙ vt accipitur ex dict. S. T. in hac diſtin. ar. 3. ſub. arti. 2. ad. 5m. et infra diſ. 4. q. 2. ar. p°. ſub. ar. p°. et. 2°. bonum vnius cōtinuatur alteri dupliciter. vno modo p charitatē que eſt vinculum vniens membra eccleſie ex qua vnione ex mutuis operibus quodlibet membruꝫ aliquod emolumentū reportat ſm menſurā ſtatus vniuſcuiuſq; queādmodū fit et in corpe naturali. et non ſolum in hac vita ſed etiaꝫ in patria in qua omnes d̄ bonis ſingulo℞ gaudebūt. vñ apoſtolus Ephe. 4°. creſcam⁹ inquit in illo p oīa qui eſt caput xp̄s ex quo totū corpus cōpactū et connexū p omnē iūcturā ſubminiſtrationis ſm opationem in menſuram vniuſcuiuſq; membri augmentum corporis facit in edificationē ſui in charitate. et de hac cōmunione ponitur articulus fidei cum dicitur ſancto℞ cōmunionem. propt̄ hāc cōmunionez pp̄heta dicebat. particeps ego ſum omnium timentium te et cuſtodientium mandata tua pſalmo. 118. vbi interlinearis dicit: mēbruꝫ particeps eſt totius corporis. et iſte modus continuationis et cōmunicationis eſt inter membra eccleſie et ſine indulgentijs et abſq; intentione facientis ex virtute charitatis que omnia omnib⁹ charitate vnitis facit cōmunia. Alio modo bonū vnius cōmunicatur alteri per intentionem faciētis et hoc dupliciter. vno modo per intentionem determinate directam ad aliquem vt quādo qs aliqua opera ſpecialiter et d̄terminate ad hoc facit vt alteri proſint. huiuſcemodi enim opera ſm intentionem facientis efficiuntur eius pro q̄ fiūt quaſi ei a faciente collata. et iſto modo cōmunicatio bonorum vni⁹: alteri fit etiā nō per indulgentias ſed quilibet poteſt de bonis ſuis ꝓprijs pro alio ſatiſfacere ſeruatis his q̄ ad verā ſatiſfactionem requirunt. Alio modo fit cōmunicatio ꝛ cōtinuatio bono℞ vnius alteri per intētionē facientis nō imediatā et determinatam ad illū ſed mediate ꝛ ex conſequēti. et hic modus ē qui fit p indulgentias quibus fit cōmunicatio ex intentione facientis primo et imediate cōmuniter toti eccleſie cuius ipſe bona faciens membrū eſt. et ex conſequenti ac mediate et indeterminate fit cuilibet membrorum eccleſie ſm determinationem eius qui preeſt eccleſie cuius eſt bona eccleſie communia ſingulis eius membris diſtribuere ad ſimilitudinem capitis naturalis a quo fluit ꝛ diſtribuitur virtus et operatio ſingulis membris corporis. vnde ſicut aliquis conſequeretur fructum vt remiſſionem pene debite ex bonis alterius ſibi datis ad ſatiſfactionem: ita et idipſum conſequitur ſi ei bona alterius per eum qui poteſt ad ſatiſfactionem ſuorum delictorum diſtribuantur. ꝛ iſtū modum cōmunicationis inter membra eccleſie docuit nos apoſtolus paulus Colo. p̄mo dicens gaudeo in paſſionib⁹ pro vobis et adimpleo ea q̄ deſunt paſſionum xp̄i in carne mea pro corpore eius quod eſt eccleſia. vbi gloſa ordinaria paſſiones inquit adhuc deſunt eo ꝙ paritoria meritorum eccleſie non eſt plena neq; adimplebitur niſi cum ſeculum fuerit finitum. dicitur autem paritoria vas aut dom⁹ vbi pariter multa inferuntur. Et eniꝫ. S. Doc. ibi dicit in poſtilla: deus ordinauit in ſua predeſtinatione quantum meritorum deberet eſſe per totam eccleſiam tam in capite ꝙ̄ in membris ſicut et predeſtinauit numerum electorum. et inter hec merita precipue ſunt paſſiones ſanctorum. ſed chriſti ſalicet capitis merita ſunt infinita. quilibꝫ vero ſanctus exhibet aliqua merita ſm menſuram ſuam. et ideo dicit apoſtolus adimpleo ea que deſunt paſſionum chriſti. i. totius eccleſie cuius caput eſt chriſtus. adimpleo inquit id eſt addo menſuram meam. hec Sanct⁹ Thomas. Quibus conſonat quod auguſtinus dicit ſuper. ps. 61. exponens p̄miſſa apoſtoli verba. ad cōmunem inquit hanc quaſi rempublicaꝫ noſtram quiſq; pro modulo noſtro exſoluimus quod debemus et pro poſſe virium noſtrarum quaſi canonem paſſionum inferimus. Ihunc etiā

modū cōmunicatiōis inuit idē apl's. 2ª. ad Thi. 2°. cā dicit. omnia ſuſtineo ꝓpter electos vt et ipſi ſalutem ꝯſequant̄. quod. S. Tho. exponens in poſtilla dicit. q2 quecūqʒ bona fiūt: ſpecialiter cedunt in bonū electoꝝ: non reprobozum.

¶ Tertio Notādū eſt ꝓut colligit̄ ex dictis. S. Tho. in hac diſ. ar. 2. ad. 3$^{m}$. Et infra diſ. 45. q. 2. ar. p̊°. ſub. ar. 4. Et diſ. 49. q. 5. ar. p̊°. in coꝛ. ꝙ opus bonū et penale ex charitate ꝓcedēs tripliciter poteſt conſiderari. vno modo ſm ꝙ ꝓcedit ex radice charitatis: et ſm hoc eſt meritoꝛiū vite eterne. alio modo ſm ꝙ ex genere ſuo eſt op⁹ bonū et virtuoſuʒ et vt ſic eſt meritoꝛiū cuiuſdā p̄mij accidētalis vt gaudij et laudis et hm̄oi. habet eni opus bonum ex habitu eliciente et ex ꝓximo fine ac ex debitis circūſtantijs rōnem laudabilis ⁊ delectabilis. tertio modo pōt conſiderari inq̄ꝫ$^{m}$ eſt penale: et ſm hoc habet ꝙ ſit ſatiſfactoꝛiū ꝓ peccato. fit eni ſatiſfactio ꝑ opa penalia inq̄ꝫ$^{m}$ eſt q̄dā recompenſatio per quaʒ aliquid ſubtrahitur a peccāte quod ſibi eſt pena ſm adequationeʒ ad id qđ peccatoꝛ quantū in ſe fuit ſubtraxit de honoꝛe dei. vñ ſm hanc triplicē conſiderationē huiuſcemodi op⁹ bonum et eſt remunerabile p̄mio eſſentiali vite eterne: et eſt remunerabile pꝛemio accidētali ſm duplicem rationem quam habet meriti: et eſt ſatiſfactoꝛiū ꝓ peccato ratione penalitatis: ita ꝙ vnū hoꝛum nec impedit nec diminuit aliud. licet eniʒ opus bonum de quo loquimur ſit remuneratum pꝛemio eſſentiali: non ideo minus remunerabile eſt pꝛemio accidentali. neqʒ his duobus pꝛemijs remuneratū: remanet min⁹ ſatiſfactoꝛiū ꝓ peccato. ſicut enim vna ratio bonitatis ipſius opis aliā non conſumit: ita nec cuiuſlibet bonitatis ꝓfect⁹ alterius pꝛofectum conſumit aut minuit ſed magis iuuat. potentius eſt eni bonū q̄ʒ malū et magis ſui diffuſiuū ac cōmunicatiuū ſm regulā dioniſij libꝛo de diuinis nominibus. et tamē opus malum ſm plures rationes malicie: multipliciter eſt punibile: neqʒ pena vna aliam euacuat. Facit ad iſta quia vt. S. Tho. dicit infra diſti. 49. q. 5. ar. 2. ſub. arti. p̊mo ad p̊mū: eidem merito ſm diuerſa que in ipſo ſunt diuerſa pꝛemia reſpondēt. vnde et virginitati reſpondet aurea ſm ꝙ pꝛopter deum ſeruatur imperio charitatis. aureola vero ſm ꝙ eſt quoddam perfectionis opus habēs rationem victoꝛie excellentis. fructus vero ſm ꝙ ꝑ virginitatem homo in quandam ſpiritualitatem trāſit a carnalitate recedēs. ¶ Ex pꝛemiſſis duo inferimus. vnum eſt ꝙ licet opera bona ſanctoꝛū et paſſiones quas pꝛo xp̄o aut pꝛo iuſticia ſuſtinuerunt ſint ſufficienter remunerata vel remuneranda pꝛemio eſſentiali et accidentali ſm ꝙ habent rationem meriti: nihilominus adhuc remanent ſatiſfactoꝛia pꝛo peccato ex ratione penalitatis. vnde opera martyꝛum penalia non min⁹ reſtant ſatiſfactoꝛia pꝛo peccato poſtq̄ʒ aureā. i. pꝛemium eſſentiale et aureolam quod pꝛemium eſt accidentale ſancti martyꝛes receperunt: q̄ʒ ante earum receptionem. ex quo fit vt quantumcūqʒ ſancti viri remunerati vel remunerandi ſint pꝛemio eſſentiali vel accidentali pꝛo merito ſuorum operum: nihilominus opera ipſa inq̄ꝫ$^{m}$ ſatiſfactoꝛia ſunt pꝛo peccato: permanent in theſauro eccleſie in quo ſemel repoſita fuerunt diſtribuenda membꝛis eccleſie per illum qui eccleſie preeſt. non enim opus bonum ſatiſfactoꝛium inquātum huiuſmodi eſt remunerabile pꝛopꝛie loquēdo. quoniam vt ſic non eſt meritoꝛium cum ſit datum in recompenſationem ⁊ ſolutionem delicti. ratio autē ſoluti alia eſt a ratione meriti. ¶ Secundo inferimus ex dictis. S. Docto. in pꝛeallegatis locis ꝙ huiuſcemodi opa bona quātūcūqʒ pꝛo alijs deo offerantur vel alijs ad ſatiſfactionē applicentur: nihilominus pꝛoſunt ipſis facientib⁹ et offerentibus vel applicantibus ſm rationem q̄ meritoꝛia ſunt ſiue pꝛemij eſſentialis ſiue accidentalis. eo ꝙ omne opus ex charitate pꝛocedens ē meritoꝛium facienti vt ei conueniat illud pꝛophete. et oꝛatio mea in ſinū meum conuertetur. verūtamen inq̄ꝫ$^{m}$ ipſa opera bona ſunt ſatiſfactoꝛia pꝛo peccato non pꝛoſunt facienti ſi ex ipſius intētione fiant et offerantur deo in ſatiſfactioneʒ alterius. quia opus bonum inquantum ſatiſfactorium habet ꝙ ſit recompenſatiuum pene debite ad reatum. recompenſatio autem fit ſm adequationem vnius ad alterum. vnde quia reat⁹ duorum peccantium maioꝛem recompenſationem exigit q̄ʒ reatus vnius: conſequens eſt ꝙ ſatiſfactio facta pꝛo vno et quantitatem ſui reatus non excedens non valet ad ſatiſfactioneʒ alteri⁹. op⁹ autem bonum ſm ꝙ eſt meritoꝛiuʒ taxatur ex radice charitatis que rationem meriti non extēdit per ſe loquendo ad aliū preterquā ad habenteʒ ipſam et per eam opanteʒ. vt eni. S. Tho. notat infra diſti. 45. q. 2. ar. p̊°. ad p̊mū: ſoꝛs vite eterne alicui non datur niſi pꝛo ſuis operibus. nam et ſi quis impetrat alteri vt ad vitam eternam perueniat: nūquam tamen hoc fit niſi per opera illi⁹ pꝛopꝛia. dum ſcilicet pꝛecibus alicuius alteri datur gratia per quam vitam eternam meretur. et ſm hoc Apocha. 13°. ſcribitur opera enim illoꝛū ſequūtur illos. hinc et apoſtolus ait. 2ª. Coꝛi. 5°.

oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal xp̄i vt recipiat vnuſquiſqꝫ ꝓpria corporis prout geſſit. Rationẽ aũt differentie aſſignat. S. Tho. in hac diſ. ar. 2. ſub. ar. 3. ad. p̄m. Et infra diſti. 45. q. 2. ar. p̄o. ſub. ar. p̄o. q2 premiũ eſſentiale reſpondẽs operibus ratione meriti: redditur ſm diſpoſitionem hominis. nã ſm capacitatẽ videntium erit plenitudo viſionis diuine. et ideo ſicut vn9 nõ diſponitur per actum alterius: ita vnus alteri non meretur premium eſſentiale: niſi meritũ eius habeat efficaciam infinitam ſicut xp̄i cui9 merito ſolo pueri baptizati ad vitam eternam perueniũt. ſed pena tẽporalis ꝓ peccato debita poſt culpe remiſſionẽ: nõ taxatur ſm diſpoſitionẽ eius cui debetur: quia quãdo q2 ille qui eſt melior habet maioris pene reatũ. et ideo quãtũ ad pene dimiſſionem act9 vni9 efficit alteri9 charitate mediante.

¶ Quarto Notandũ eſt q2 vt. S. T. dicit ſupra diſ. 15. q. p̄a. ar. 2. ad. p̄m. ſatiſfactio non reſpondet peccato niſi ſm q2 eſt offenſa dei. vnde talis modus eſſe deb3 ſatiſfactionis qui conueniat ad tollendam offenſam deo illatam. offenſa autem alicui illata non conuenienter tollitur niſi fiat ſm recompenſationem ad illatam iniuriã. huiuſcemodi aũt recompenſatio ſufficiens eſſe non poteſt deo niſi ſm ipſius acceptationem eo q2 ſatiſfactio fieri non poſſit deo ſm equiualentiam pene ad culpam conſiderato genere pene. et inde eſt q2 licet pena debita ꝓ peccato mortali ſit pena eterna dãni ⁊ pena ſenſus eterna: homo vere ⁊ plene ſatiſfacere põt pro culpa mortali penam temporalem ſenſus tã tũmodo ſuſtinendo hic vel in purgatorio: ea rõne quia deus per miſericordiam ſuam talẽ pena3 acceptat in recompenſationem ſibi illate iniurie. Ex quibus inferimus neceſſariũ non eſſe ſi aliq̃s pro peccato alterius ſatiſfaciat q2 omnem pena3 exſoluat q̃ debita eſt pro peccato ex ipſo genere culpe. ita vt ꝓ pena dãni eterna peccato debita ſuſtineat penam dãni eternam. et ꝓ pena eterna ſenſus: ſuſtineat penam ſenſus eternã. ſed ſufficit q2 exſoluat ꝓ peccato penam ſm arbitriũ dei illã acceptantis. nam et homini offenſo ſufficiẽs pena eſt in recõpenſationem offenſa illa quã exſoluit offendẽs ad beneplacitum et acceptationem offenſi. vnde et ꝓ manu abſciſa nõnũq̃ offendẽs pecunia ſatiſfacit eo q2 offenſus illã in recõpenſationem dãni acceptat. Inepta eſt igitur quorũdam inſtantia qua inferre putant q2 xp̄s ſatiſfacere non potuit ꝓ peccato mortali actuali eo q2 penam dãni hominis peccato debitam ipſe nõ ſuſtinuerit. falluntur certe iſti ignorantes propriã rationem ſatiſfactionis que non conſiſtit principaliter in adequatione ſm quantitatem et qualitatem pene quemadmodum reſtitutio: ſed magis in acceptatione dei cui offenſa ẽ illata prout Sanctus Thomas expreſſe dicit ſupra diſtictione decima quinta queſtione prima articulo tertio ſub articulo ſecundo. quãuis loquendo de quantitate pene xp̄i quam pro peccato humani generis moriendo exſoluit: dici poteſt q2 virtualiter adequauit penam debitam pro peccato imo ⁊ ſuperauit conſiderata condicione perſone q̃ erat verus deus et homo cuius vita corporalis infinitũ habuit valorem ex coniuncta diuinitate ac ꝓ hoc potuit eſſe ſufficiens recompẽſatio vite ſpiritualis hominis perdite pro peccato. vnde. S. Tho. 3a. p. q. 48. arti. 2. ad. 3m. dignitas inquit carnis chriſti non eſt extimanda ſolum ſm carnis naturam: ſed ſm pſonam aſſumẽtem inquãtu3. ſ. erat caro dei ex quo dignitatẽ habebat infinitam.

¶ Quinto Notandum eſt ꝓut accipitur ex dictis. S. Tho. i hac diſ. ar. 3. ſub. ar. 2. ad. p̄m. q2 remiſſio q̃ fit p indulgentias nõ ptinet ad diſpẽſationẽ ſacrorũ ſed ad diſpẽſationem bonoꝝ cõmuniũ eccleſie. vnde et legati ac alij non ſacerdotes indulgentias facere poſſunt. et iterũ in arbitrio dantis indulgentiã ẽ taxare quantũ per indulgentiã de pena remittatur. ſacerdos vero taxare non poteſt quantum per clauem ordinis in foro confeſſionis de pena peccato debita remittat: ſed tantum remittitur quantum deus ordinauit. ex quo ſequitur q2 poteſtas faciendi indulgẽtias non fuit petro conceſſa p illa verba Mathei. 16o. tibi dabo claues regni celoꝝ et quodcũq3 ligaueris ſup terrã erit ligatum et in celis et quodcũq3 ſolueris ſup terrã erit ſolutum et in celis. neq3 per verba illa quecũq3 aligaueris ſup terram et c̃. Mathei. 18. neq3 p illa verba: accipite ſp̄m ſanctũ quorũ remiſeritiſ peccata remittuntur eis et c̃. Joã. 2o. nam per omnia iſta verba data eſt petro et apoſtolis ac eius ſucceſſoribus poteſtas clauium ligãdi et ſoluẽdi in foro penitẽtie ſm cõmunem ſanctorũ doctoꝝ ſententiã. que ptãs directe ordinat ad diſpẽſationem ſacramẽti penitentie. ad quam ptãtem vt ex verbis. S. Tho. eſt premiſſum: nõ ptinet relaxatio q̃ per idulgẽtias fit imo vt videtur nec huiuſmodi indulgẽtiarũ relaxatio ptinet ad ptãte3 iuriſdictionis tãq̃ ſit eius effectus directe et imediate. probatur hoc ex duobus. primo quia effectus ꝓpri9 iuriſdictionis cadit in inuitu3. põt eni homo inuit9 excõmunicari et inuit9 ab excõmunicatione abſolui. ſed nulli inuito relaxatio que fit

per indulgentias communicari pōt. ſecūdo quia nullus pōt vti iuriſdictione quā habet in ſeipſum nec in ſuꝑiorē vel equalē. nemo enī pōt etiā ſi velit ſeipſum aut ſuꝑiorē vel equaleꝫ excōmunicare aut ab excōmunicatione abſoluere. et tamē faciens indulgētias vti pōt ꝓ ſeipſo indulgētia quaꝫ alijs concedit et eiꝰ effectū conſequit̃. et parimodo pōt indulgētiam cōcedere ſuo ſuꝑiori aut eq̄li. vnde quod. S. Tho. dicit loco ꝓxime allegato ꝙ .ſ. remiſſio que fit ꝑ indulgētias eſt effectꝰ clauis iuriſdictionis: d̄bet intelligi ſm̄ preſuppoſitionem qꝛ .ſ. faciēs indulgētias debet habere ſuꝑioritatē et poteſtatē iuriſdictionis ordinariā vel d̄legatam ſuꝑ eos quibꝰ dat indulgentiā. nō quaſi facere indulgētias ſit directe et imediate effectꝰ poteſtatis iuriſdictionalis: ſed qꝛ poteſtas diſpēſandi theſaurū eccleſie merita videlicet xp̄i et ſctōꝝ non ꝑtinet niſi ad illū qui preeſt illis quibus īdulgentiā ꝯcedit. eo ꝙ diſpenſare bona cōmunitatis nō poteſt niſi q̄ cōmunitati preeſt. nec alijs ea diſpēſare pōt niſi illis q̄bus in cōmunitate degētibꝰ preſidet. Et ꝙ iſta fuerit mens. S. Docto. plane accipit̃ ex his q̄ dicit infra. ar. 5. ſub. ar. 4. ad. p̄m. vbi dicit ꝙ epiſcopꝰ poteſt accipe ſibi ſuffragia eccleſie que alijs diſpenſat. quoꝝ effectꝰ imediatꝰ ē remiſſio pene ꝑ indulgētias et nō iuriſdictionis. Et in reſponſione ad tertiū dicit ꝙ excōmunicatio ꝓfertur ꝑ modum ſententie quā nullus ī ſeipſum ferre pōt: eo ꝙ in iudicio non pōt idē eſſe iudex et reus. indulgentia aūt nō per modum ſententie datur ſed per modum diſpenſationis cuiuſdam quā homo pōt facere ad ſeipſum.

Quantū ad articulū quartum reſpōdendum eſt obiectionibꝰ aduerſarioꝝ. Et q̄dem ad primū durādi cōtra primā concluſionē dicit̃ ꝙ minor ē falſa ſicut diffuſe deductū fuit in p̄mo et ſecundo notabili. ¶ Ad. 2m. dicitur ꝙ maior ꝓpoſitio nō eſt vl̄r vera. nam cum in operibus bonis alia ratio ſit remunerabilis alia ratio ſatiſfactoria: poſſunt bona opera ſufficienter remunerari ſiue ī re ſiue in ſpe et ꝙ inſuper maneat in eis ratio ſatiſſactoria quia non obſtāte eorū remuneratione ſint vlterius ſatiſfactoria ꝓ peccato. et de hoc latius dictum fuit in tertio notabili. reſponſione autem quā arguens introducit nō indigemꝰ. ¶ Ad argumēta alioꝝ contra eandē ꝯcluſionē ad p̄mū dicitur ꝙ ꝓcedit ex falſo fundamēto .ſ. ꝙ ſatiſfactio p̄ncipaliter cōſiſtat in adequatione pene ad culpam vel ad penā debitā ꝓ peccato ſm̄ quantitatem et qualitatē ad modū reſtitutionis. hoc aūt falſum eſt. imo p̄ncipaliter conſiſtit ſatiſfactio in acceptatione eius cui offenſa fuit illata. et de hoc dictum fuit in quarto notabili. vnde nec ex ordinatione diuina nec ex ipſius acceptatiōe pena dāni recōpenſat̃ per penā dāni. imo ex diuina inſtitutione pro pena damni et pro pena ſenſus eterna fit ſufficiens recōpenſatio per penam temporalem virtute ſacramenti penitētie ꝑ quod huiuſcemodi fit cōmutatio: et ex chriſti inſtitutione et ex efficacia paſſionis chriſti cuiꝰ virtꝰ in ſacramētis opatur. ¶ Ad. 2m. dicitur p̄mo ꝙ procedit ex eodem falſo fundamēto ꝙ .ſ. ſatiſfactio conſiſtat p̄ncipaliter in adequatione pene ſatiſfactorie ad penam abſolute debitam ꝓ peccato ſm̄ quantitatem et qualitatem qꝺ falſum eſt. quinimo magis conſiſtit in acceptatione dei q̄ pronior eſt ad remittendū penā q̄ꝫ ad illā exigenduꝫ. Dicit̃ ſcd̄o ꝙ licet pena paſſionis et mortis xp̄i ſm̄ genꝰ ſuū non fuerit tāta quāta pena ſenſus inferni: fuit tamen tanta imo et ſuꝑexcedēs in virtute conſiderata ꝑſona chriſti q̄ mortem et paſſioneꝫ ſubijt q̄ erat ꝑſona diuina ac ꝑ hoc infiniti valoris et ad merendū et ad ſatiſfaciendū. et de hoc dictuꝫ fuit in quarto notabili. Quod autē arguēs dicit diuinitatem in xp̄i paſſione nō fuiſſe compaſſaꝫ: falſum eſt et hereticum vtpote contra ſymboluꝫ fidei quod in eccleſia aperte concinit deum paſſuꝫ crucifixum ac mortuum. vnde articulus fidei eſt deum vere fuiſſe paſſuꝫ et mortuuꝫ: quamuis nō ſm̄ diuinitatem ſed ſm̄ humanitatem. ¶ Ad. 3m reſpondet Sanctꝰ Thomas in hac diſtinctione articulo tertio ſub articulo p̄mo ad tertium: ꝙ effectus ſacramentalis abſolutionis eſt diminutio reatus. et hic effectus non inducitur per indulgētias ſed pro eo faciens indulgentias ſoluit penā quam debebat de eccleſie cōmunibus bonis. hec Sanctus Thomas. Et ſupra in reſponſione ad ſecundum dicit ꝙ qui indulgētias ſuſcipit nō abſoluitur ſimpliciter loquendo a debito pene: ſed datur ſibi vnde debitum ſoluat. hec ille. et ſtat ſolutio in hoc ꝙ effectus ſacramēti penitentie proprie eſt abſolutio a peccato et reatus pene diminutio: non penam pro pena exſoluere quod fit ꝑ indulgentias. ¶ Ad argumēta aureoli contra ſecundam concluſionem: ad primum dicitur ꝙ minor eſt falſa. nam prelati eccleſie etiam papa circa ſacramenta et effectus ſacramentorū ſunt miniſtri tantummodo et diſpenſatores non auctores ſiue inſtitutores ſm̄ illud prima Corinthioꝝ 4°. ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti ⁊ diſpenſatores miniſteriorum dei. Item nec ſunt

dominibonorũ eccleſie. non temporalium prout. S. Tho. notat. 2ª2ᵉ. q. 185. arti. 7°. et multo minus ſpiritualiũ quod et. S. Tho. notat eo dez libro. 2ª2ᵉ. q. 100. ar. p°. in cor. et in reſponſione ad vltimũ ſic ait. quãuis enī res ecclīe ſint eius. ſ. pape vt pncipalis diſpẽſatoris: nõ tñ ſunt eius vt domini et poſſeſſoris. et loquit̃ de reb⁹ ſpũalibus vnde et ſtatiz ſubdit. et ideo ſi recipet ꝓ aliqua re ſpirituali pecuniã nõ careret vitio ſimonie. miniſtri aũt et diſpẽſatores nec auctoritatiue nec ꝓ libito ſue volũtatis diſpẽſare pñt bona domini ſui ſed iuxta cõmiſſionẽ a dño ſibi cõceſſam. vñ et fidelis et infidelis īueniri põt iuxta illud Mathei 24°. quis putas eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens quẽ ꝯſtituit dñs ſupra familiã ſuã. qđ exponẽs chriſoſtomus in homelia inquit. fidelem eum dicit: qm̃ nihil qđ dñi ſui eſt ſibi ꝓpriũ fecit. nihil etiã de rebus ſui dñi vane et inaniter conſumpſit. quocirca apoſtolus loco ꝓxime allegato dicebat. hic iã q̃ritur inter diſpenſatores ſi fidelis quis inueniatur. Qđ autẽ arguẽs allegat ꝙ in reſcriptis papalib⁹ indulgẽtiaꝝ nõ expreſſe dicit̃ de merito xp̄i qđ tibi applicam⁹ et c̃: non obſtat. nã poſtq̃ȝ fidei regula et ecclīe doctrina nobis ꝯſtat cunctos eccleſie prelatos miniſtros eſſe xp̄i: nõ opus eſt in q̃libet miniſterij actu idipm̃ exp̄mere. verũtamẽ in ipſis indultis papalib⁹ ſatis implicat̃ auctoritas indulgẽdi apud deũ et erga papã miniſteriũ cũ dicitur vt arguẽs refert ŏ omnipotẽtis dei miſericordia. quaſi relaxatio indulgẽtiaꝝ pncipaliter et primena auctoritate aploꝝ petri et pauli: debeat intelligi de auctoritate nõ p̄meua ſed delegata. ¶ Ad 2m. dicitur p̄mo ꝙ auctoritas allegata nõ eſt ad ꝓpoſitũ. nam p illa verba nec data fuit petro nec ꝓmiſſa poteſtas diſpẽſandi merita xp̄i et ſanctorum repoſita in theſauro eccleſie ꝓut deductum fuit in quinto notabili. Dicit̃ ſecũdo falſum eẽ ꝙ relaxare peccata aut peccatoꝝ debita auctentice ſit apud illũ apud quẽ eſt clauiũ plenitudo loquẽdo de plenitudine data puro homini: niſi intelligatur auctẽtice dictum ab auctoritate delegata. ¶ Ad. 3m. dicit̃ ꝙ aſſũptũ nõ eſt vlr veruȝ. vnde ſi valeret modus arguẽdi: nõ ſolũ papa poſſet indulgẽtias facere: ſed et omnis ſacerdos cui commiſſuȝ ẽ a culpa abſoluere. ¶ Ad. 4m. dicit̃ p̄mo ꝙ argumẽtũ non eſt ad ꝓpoſitũ. qm̃ relaxatio q̃ fit p indulgẽtias non ptinet ad claues ecclīe nec ad ſacramẽtoꝝ diſpenſationẽ prout dictũ fuit in quinto notabili. Dicit̃ ſecũdo ꝙ ſimilitudo nõ tenet. qm̃ baptiſm⁹ eſt q̃dam ſpũalis regeneratio ī qua baptizatus chriſto regeneratur. ⁊ ideo nimirum ꝙ in eo tota pena debita pro peccatis relaxetur ſicut et fit plena abſolutio peccatorum. ſacramentum vero penitentie ordinatur ad ſanationem per modum medicine cuius non eſt omnes morborum reliquias et defectus totaliter eradicare. ¶ Ad argumentum ante oppoſitum reſpõdet Sanct⁹ Thomas in hac diſtinctione articulo tertio ſub articulo primo ad tertium ꝓut recitatum fuit ſupra in reſponſione ad tertiũ contra eandẽ cõcluſionẽ. Et in hoc articulus terminat̃.

## Diſtinctio vigeſſima. j.

Circa vigeſſimam p̄maȝ diſtinctionẽ q̃ritur vtrum peccatum veniale poſſit expiari q̃ ad culpam per penam purgatorij ⁊ arguit̃ ꝙ non. quia cl'pa actualis non delet̃ niſi per contritionem. ſed poſt hanc vitam nõ erit contritio que eſt actus meritorius. quia tunc nõ erit meritum nec demeritum cum ſm̃ Damaſcenum hoc ſit hominibus mors quod angelis caſus. ergo poſt hanc vitam non dimittitur veniale in purgatorio quo ad culpam. ¶ In oppoſituȝ arguitur. quia prima Corin. 3°. per lignum fenuȝ ſtipulam venialia intelliguntur. ſed lignum fenũ ſtipula per purgatorium conſumuntur. ergo ipſe culpe veniales poſt hanc vitam remittent̃. ¶ In hac q̃ſtione erunt quattuor articuli vt ſupra.

Quantuȝ ad primum articulum ſit prima cõcluſio ꝙ culpa venialis in eo qui cũ gratia decedit remittit̃ poſt hãc vitam in purgatorio. Hanc concluſionẽ tenet. S. Tho. in hac diſtin. q. pª. ar. 3°. ſub. ar. p°. Item in q̃ſtionibus ŏ malo. q. 7ª. ar. 11° ¶ Secunda cõcluſio eſt ꝙ peccatũ veniale mortali adiunctuȝ in inferno punit̃ pena eterna. Hãc concluſioneȝ tenet. S. Tho. in hac diſtin. q. p̄ma articulo. 2. ſub. arti. 3. Et in queſtionibus de malo queſtione. 7ª. arti. 19.

Quãtũ ad ſecũdũ

Quantum ad ſecundū articulū arguēdū eſt cōtra cōcluſiones. Et quidē cōtra ꝑmam arguūt aliqui. ſ. ꝙ nulla culpa venialis remittat̃ in purgatoꝛio ſed ī via ſolum. qꝛ decedēs in gr̃a cum moꝛitur aut recolit de veniali aut non. ſi recolit actu ⁊ penitet: culpa dimittit̃. ſi nō penitet peccat moꝛtaliter quia eligit a gloꝛia retardari. Si vero nō recolit: aut ſic eſt diſpoſitus ꝙ ſi recoleret peniteret ⁊ tunc dimittit̃. aut nō peniteret ⁊ ſic moꝛtaliter peccat. ¶ Cōtra ſecundā cōcluſionē arguit̃ a quodā. qꝛ volēs malum ſimpliciter pōt velle bonum ſm qd. ſicut adherēs bono fini ꝑ charitatē firmiter: pōt nihilominus peccare venialiter. ſic e conuerſo adherēs firmiter malo fini: pōt ſm quid velle bonum et ſic penitere de veniali. Cōfirmat̃ rō qꝛ magis eſt dare ſummuꝫ bonum ꝙ̃ ſummuꝫ malū. ſi ergo adherere ſummo bono cōpatit̃ malum imꝑfectuꝫ: multo magis ecōtra adherere ſummo malo cōpatit̃ imꝑfectum bonum. ¶ 2°. videt̃ ꝙ neceſſaria adherētia non plus faciat ꝙ̃ voluntaria ꝙ̃diu eſt voluntaria. ſicut enī illud quod eſt neceſſario albū non pōt eſſe nigrum: ſic illud qđ eſt voluntarie album ꝙ̃diu vult eſſe albuꝫ non pōt eſſe nigrū. ꝙ ſi per voluntatem pōt eſſe ſimul album et nigrum: pari rōne ſi per neceſſitatē eſt albū nihilominus cum hoc poterit eſſe nigrū. qꝛ contrarietas non cauſat̃ ex neceſſario ⁊ voluntario ſꝫ ex natura rei intrīſeca qꝛ contrarietas eſt differentia ſm foꝛmā. cum ergo voluntarie adherēs bono fini poſſit velle malum ſm qd ſicut iuſtus in via pōt peccare venialiter: ⁊ ecōtra adherēs voluntarie malo fini facere bonum ſm quid ideſt ex circunſtātijs ſicut infidelis. ergo quādo ſunt ī termino cui neceſſario adherēt: ⁊ beati poſſūt peccare venialiter ⁊ dānati penitere de veniali. ¶ 3°. arguitur contra quoddam contētum in pꝛobatione concluſionis. ſ. ꝙ peccatum veniale non poteſt dimitti quo ad penam niſi dimittat̃ quo ad culpam. Contra hoc poteſt dubitari qꝛ ſi nihil aliud impediat niſi defectus gratie q̄ impedit penaꝫ moꝛtalis ſolui culpa durante quia exiſtēs in ſolo veniali habet gratiam ⁊ bona eiꝰ penalia ſunt deo accepta ⁊ grata aliter non videretur ꝙ aliqui adulti poſſent euolare qꝛ omnes habent multitudinē venialiuꝫ quia ſepties in die cadit iuſtus que quidem in momēto moꝛtis poſſunt deleri quo ad culpam. Si autem reſtet ſolutio pene: diu ſtabunt ī purgatoꝛio ⁊ ſic non euolabunt niſi dicatur ꝙ prius ſatiſfecerūt ⁊ tunc remiſſio pene ꝓceſſiſſet remiſſionem culpe quod eſt pꝛopoſitum ⁊ contra cōcluſionem.

¶ Contra eandem concluſioneꝫ arguit ſcotus ꝓbando ꝙ peccato veniali nullo modo debeatur pena eterna nec per ſe nec per accidēs. ⁊ q̄dē ꝙ non per ſe: pꝛobat tripliciter. pꝛimo ſic. qꝛ nō ſtat cum charitate debitum pene eterne. ſed cuꝫ charitate ſtat veniale non tantum non deletuꝫ poſt actuꝫ ſed etiam actualiter commiſſum ſm omnes. ergo ⁊c. pꝛobatur maioꝛ. quia per charitatē eſt aliquis dignus vita eterna. ſi ergo cuꝫ hoc ſtat debitum pene eterne vel ad penā eternam: ergo aliquis ē dignus ſimul vita eterna et pena eterna. ſed hoc eſt impoſſibile quia nullus pōt eſſe debitoꝛ pene pꝛo inſtāti ꝓ quo ē oꝛdinatus ad gloꝛiaꝫ. qꝛ tūc ſimul poſſent ſtare gloꝛia ⁊ aliqua pena. Pꝛobat̃ ſecundo eadē maioꝛ. qꝛ poſt actū peccati moꝛtalis nihil manet de peccato niſi debitū pene. ergo ſi debitum pene eterne poſſet ſtare cum gr̃a: peccatum moꝛtale nō remiſſum poſſet ſtare cum gr̃a eo modo quo manet. ⁊ tunc idem eſſet amicus ⁊ inimicus. ¶ 2°. qꝛ eſſentialis pena damnatoꝛuꝫ non ē pena ſenſus ſed dāni. illa autē neceſſario concomitatur quamcunq; penam qꝛ nulla pena pōt ſtare cuꝫ beatitudine. ergo debitum ad quācunq; penaꝫ eternam: includit debitum ad penam eternam dāni. et per conſequēs ad penam eſſentialis dānationis. ſed iſta non coꝛreſpondet venialibus ¶ 3°. qꝛ peccatū veniale ⁊ moꝛtale ſunt impꝛopoꝛtionabilia in rōne malicie vel offenſe. qꝛ infinita venialia ſi eſſent non equarētur vni moꝛtali in rōne offenſe qꝛ nec omnia iſta auerterent a fine vltimo ſicut vnum moꝛtale. ergo pena ſm iuſticiā coꝛreſpondēs moꝛtali: impꝛopoꝛtionabiliter ⁊ in infinitum excedit penam debitam veniali. ſed non impꝛopoꝛtionabiliter ⁊ ī infinituꝫ intēſiue excedit. qꝛ quelibet pena ſm intēſioneꝫ finite ſoluꝫ excedit vel excedit̃ ab illa. ergo hoc erit ſm extēſioneꝫ. ergo non debetur veniali de ꝑ ſe pena eterna. ¶ 2°. arguit ꝙ nec per accidēs debeatur ſibi pena eterna quando coniungitur moꝛtali. qꝛ deus ſemper punit citra condignū. et eſto ꝙ ſimpliciter ſm rigoꝛeꝫ puniret vſq; ad condignuꝫ: omnino iniuſtum eſſet penam eternam infligere pꝛo illo cui ſm ſe debetur pena tēpoꝛalis. quantūcunq; enī coniungat̃ alteri: hoc non facit illud ī infinitum exire illud genus culpe. ergo non iuſte coꝛreſpōdet ſibi pena ī infinitum excedēs. hec ſcotus ī foꝛma.

Quātum ad tertium articulū primo notādū eſt φ in homine ſunt duo affectus. vn⁹ charitatis quo aīa deſiderat eſſe cū xpo. ali⁹ naturalis quo aīa refugit ſeparationē a corpore. q̄ adeo eſt hoī naturalis: φ eū petro nec ſenectus abſtulit vt auguſtin⁹ dicit ſup ioānē. ex cōiūctione ergo horum duoꝝ affectuū: vellet aīa ſic cōiungi deo: φ non ſepararet a corpore ſm illō apoſtoli. 2ª. ad Corin. 5°. nolum⁹ expoliari ſed ſupueſtiri vt abſorbeat qō mortale ē a vita. ſꝫ qꝛ hoc ē impoſſibile: quādiu enī ſum⁹ in corpore pegrinamur a deo vt ibidē ſubdit: inſurgit q̄dā cōtrarietas inter p̄dictos affect⁹: ꝛ quāto charitas eſt pfectior tāto ſenſibili⁹ affect⁹ charitatis vicit affectū nature. ꝛ hoc ad pfectionē charitatis ptinet. Huiuſcemodi aūt pfectio charitatis pōt intelligi dupliciter. vno mō ex parte diligibilis. alio mō ex parte diligētis. ex parte q̄dē diligibilis pfecta ē charitas vt diligat aliq̄d q̄ꝫtū diligibile eſt. de⁹ autē ſicut infinite bon⁹ eſt: ita ꝛ infinite diligibilis ē. ꝛ p hūc modū nulli⁹ creature charitas pōt eē perfecta: ſed ſolū charitas dei qua ſeipm diligit. Ex parte vero diligētis tunc eſt charitas pfecta: qn̄ diligit tātū quātū pōt. qō q̄dē contigit tripliciter. vno mō ſic φ totum cor hoīs actualiter ſemp feratur in deū: ꝛ hec eſt pfectio charitatis patrie q̄ nō eſt poſſibilis i hac vita i qua impoſſibile eſt ppt humane vite infirmitatē ſemp actu cogitare de deo ꝛ moueri dilectione ad ipm. Et de hac pfectione loq̄tur apl'us phili. 3°. cum dicit. nō φ iaꝫ acceperi aut iā pfect⁹ ſim. ſequor autē ſi quo mō cōprehēdā. Itē ꝛ pª Cori. 13°. vbi dicit. cū venerit qō pfectū eſt euacuabitur ꝛc. Alio mō vt homo ſtudiū ſuū deputet ad vacāduꝫ deo ꝛ reb⁹ diuinis p̄termiſſis alijs niſi q̄ꝫtū neceſſitas p̄ſentis vite req̄rit. ꝛ iſta eſt pfectio charitatis q̄ eſt poſſibilis i via: nō tn̄ eſt cōis oībus habētibus charitatē: ſꝫ eſt ppria pfectoꝝ q̄ cū apl'o dicere poſſūt. audem⁹ ꝛ bonā voluntatē habemus magis peregrinari a corpore ꝛ p̄ſentes eē ad deuꝫ. ꝛ ideo cōtēdimus ſiue abſentes ſiue p̄ſentes placere illi. 2ª. Cori. 5°. Et iteꝝ. phili. p°. deſiderium habēs diſſolui ꝛ eſſe cū xpo. Tertio mō ſic φ habitualiter aliq̄s totū cor ſuū ponat in deo ita. ſ. φ nihil cogitet vel velit qō diuine dilectioni ſit cōtrariū: ꝛ hec pfectio eſt cōis oībus charitatē habētibus. hec enī pfectio conſeq̄tur ſpēm charitatis ꝛ ideo conuenit oīb⁹ charitatē habētib⁹ ꝛ ſm oē tēp⁹. quēadmodū eſſe pfectū aīa rōnali conuenit oī homini ꝛ ſemp. vn̄ iſta pfectio charitatis eſt q̄ eſt d̄ neceſſitate precepti charitatis traditi Mathei. 22°. cū dicit diliges dn̄m deū tuuꝫ ex toto corde tuo ꝛc. Accipiunt premiſſa ex dictis Scti thoᵉ. in. q. de vir. q. 2ª. de charitate ar°. 11°. ad. 8ᵐ. Et. 2ª. 2ᵉ. q. 24. ar. 8. in. cor. ¶ Ex q̄b⁹ inferimus φ nō repugnat charitati vie nolle diſſolui ꝛ eſſe cum xpo. nec peccat mortaliter q̄ vel appetitu viuēdi i corpore ſine tn̄ creatoris offenſa: vel mortē refugiēdo vult peregrinari a dn̄o ꝛ a gloria retardari. ita vt voluntati dei vitaꝫ ꝛ mortē ſuā ſubijciat. qm̄ vt deductuꝫ ē: de neceſſitate p̄cepti charitatis id tm̄modo eſt φ nihil hō velit aut operet qō ſit diuine voluntati ꝛ ei⁹ preceptis repugnās. nec aliq̄d creatū pluſq̄ꝫ deum aut equaliter diligat. ſed his nō cōtrariatur q̄timēs mortē aut etiaꝫ vita iſta carnis infirmitate cōtēt⁹ pegrinari vult a dn̄o ꝛ a gloria retardari. nō eniꝫ ex p̄cepto diuino hō tenet velle diſſolui ꝛ eſſe cū xpo vel ad gloriaꝫ eterne vite q̄ꝫcit⁹ feſtinare. q̄ꝫuis ſit contra p̄ceptū charitatis p̄ferre ſimpliciter p̄ſentē vitā: glie. Et confirmat quia redēptor noſter qui pctūm nō fecit nec inuētus eſt dolus in ore ei⁹: mori timēs viuere poſtulabat dicēs. pat mi ſi poſſibl'e ē tranſeat a me calix iſte. q̄ſi homo mortē recuſans vt ābroſius dicit. quocirca Auguſtin⁹ exponēs illō ioānis vltimo ꝛ alius te ciget ꝛ ducet quo tu nō vis: inq̄t. quia ad illā moleſtiā nolens eſt duct⁹: nolēs ad eā venit: ſed volēs eā vicit et reliq̄t affectū infirmitatis quo nemo vult mori. q̄ adeo ē naturalis: vt euꝫ nec ſenect⁹ abſtulit petro. vnde et dn̄s: trāſeat a me calix iſte. hec auguſtinus.

¶ Secundo Notādū eſt φ vt accipit ex dictis ſcti thome in. q. de malo. q. 7. ar. 11°. in. cor. aliter remittitur peccatū veniale ꝛ q̄ꝫtum ad culpā ꝛ q̄ꝫᵐ ad penā: ꝛ aliter peccatum mortale. nā q̄ꝫtū ad culpā peccatuꝫ mortale remittit p nouā gr̄e ꝛ charitatis infuſionē per quā remoueat impedimentum puenīedi ad eternam gloriā qō eſt peccatū mortale cui gr̄a ꝛ charitas opponit. ad remiſſionē vero peccati venialis: nō neceſſario req̄ritur noua gratie et charitatis infuſio. eo φ peccatuꝫ veniale gr̄e ꝛ charitati nō repugnat ſed cum ea ſtare poſſit. ſed ſufficit actus charitatis feruidus ipſi peccato veniali oppoſit⁹. quēadmodum impedimētum corporis grauis deſcēdēdi ad locū ppriuum qō eſt p corruptionē grauitatis in ipſo tolli non pōt niſi p eiuſdē grauitatis reſtitutionem: qō fit p iteratā ipſius generationē. impedimētuꝫ vero quod eſſet ex aliquo obice oppoſito

tollitur p violētū motū ipſum obicēre mouētē. nec ex p̄dictis ſeqtur q plus reqraṫ ad culpe venialis remiſſionē ad quā exigiṫ ſupra grā3 τ charitatē aliqs in actu charitatiſ feruor: ad remiſſionē3 vero culpe mortalis reqritur ſol9 habit9 grē τ charitatis. quoniā3 vt ſctūs thomas reſpōdet ad ſimile argumētū loco ſupra allegato ar°. 11°. ad. 2m. habēti vſu3 liberi arbitrij: nō infunditur noua grā ſine feruore charitatiſ. vn̄ plura reqrūtur ad remiſſionē peccati mortalis q̄3 ad remiſſionē venialis. licet eni ad feruorē charitatis reqratur grā τ charitas: et tn̄ ipſe charitatis feruor reqritur p ſe τ imediate ad deletionē peccati venialis. Quo ad penā aūt peccatū mortale q̄tū eſt de ſe non eſt remiſſibile eo q peccās mortaliter quaſi inimic9 dei mereṫ penā interminabilē τ eternā. peccatū vero veniale remittiṫ p ſolutionē pene tēporalis finite: qr ex ſui rōne non p̄uat hoiem p̄ncipio ſoluēdi τ ſatiſfaciēdi qd eſt grā ſicut p̄uat peccatū mortale. verūtamē in hac vita ſicut pctm̄ mortale p miā3 dei fit remiſſibile quo ad culpā: ita τ q̄tū ad penā p grām ſacror: vel totaliter ſicut fit in baptiſmo: vel p cōmutationē pene interminabilis τ eterne i penā finitā τ tēporalē ſicut fit in penitētia. ſed i futura vita peccatum mortale remitti nō pōt q̄tum ad culpa3 eo q poſt hāc vitā aīa nō imutaṫ eſſentiali imutatione p nouā charitatis et grē infuſionē: eo q ſtat9 ille nō ſit ſtat9 nouā grām recipiendi. culpa aute3 non remiſſa: nec remittiṫ pena. qr quādiu manet culpa: manet debitū pene qd p ſe ad culpā conſeqtur. pctm̄ autē veniale remittitur poſt hāc vitā q̄tū ad culpā eo modo quo remittitur in hac vita. ſ. p actum charitatis repugnātē venialib9 in hac vita cōmiſſis. q̄uis eni ſtatus future vite nō ſit ſtatus merēdi nec recipiēdi grām d nouo: eſt tn̄ ſtatus exercēdi act9 grē τ charitatis in hac vita recepte. q̄tum ad penam vero pctm̄ veniale remittiṫ in futura vita p ſolutionem pene. q etiā hēt vim ſatiſfactionis p̄pter grām a q p̄cedit cui9 virtute ſolutio pene fit deo accepta ſumendo large ſatiſfactionē p̄ut ſctūs thomas notat ſup̄ diſ. 17. q. 2. ar. 4. ſub. ar. 3. ad. 3m.

Tertio Notādū eſt q in hac materia de remiſſione peccati venialis i purgatorio videtur eē quedā repugnātia in dictis ſcti thome. qm̄ in hac diſ. q. p̄a. ar. 3°. ſub. ar. p̄°. ad. 4m. dicit q poſt hāc vitā non pōt eſſe meritū reſpectu p̄mij eſſentialis: ſ3 reſpectu alicui9 accidentalis pōt eē q̄diu manet homo in ſtatu vie aliquo mō. et ideo i purgatorio pōt eē act9 meritori9 q̄tum ad remiſſionē culpe venialis. In queſtionib9 vero de malo. q. 7. ar. 11°. ad 6m. videṫ dicere q poſt mortē nō pōt homo mereri nec p̄mium eſſentiale nec accidētale. arguit eni ſic ſexto loco. eiuſdē rōnis eſſe videtur q aliquis mereatur p̄mium eſſentiale vel accidētale τ q ei remittatur peccatum. qr eadem rōne qua aliqd accedit ad vnum oppoſitorum: recedit ab altero. ſed homo poſt mortē nō pōt mereri nec p̄mium eſſentiale nec accidētale. ergo pari rōne non pōt p̄cipere remiſſionē peccati nec venialis nec mortalis. ecce argumētum. ad qd reſpōdet q meritum glorie eſſentialis vel accidētalis p̄tinet p ſe ad profectum ſpiritualē q eſt p augmentum ſpiritualis boni. vn̄ non ē ſimilis rō. hec ille. vbi videṫ concedere q homo poſt mortē mereri nō pōt nec p̄mium eſſentiale nec accidētale. p̄ut i argumēto ſupponebatur. Idipſum videṫ tenere ſupra diſ. 17. q. 2. ar. 4. ſub. ar. 3. i. cor. vbi dicit q illi q in purgatorio ſunt hn̄t dolorem de peccatis grā informatu3 ſed nō meritorium qr non ſunt i ſtatu merēdi. Et in reſpōſione ad. 3m pena inqt illa quā aīe in purgatorio ſuſtinēt: nō pōt proprie dici ſatiſfactio qr ſatiſfactio op9 meritorium reqrit. ſed largo mō dicitur ſatiſfactio pene debite ſolutio. hec ille. vbi videtur loq de merito premij accidētalis. ſ. remiſſionis peccati quo ad penā qd reſpicit ſatiſfactio. Ad tollendam p̄miſſorū repugnātiā conſiderandu3 eſt q meritum dupliciter accipi pōt. vno mō ſtricte vl' magis proprie: τ ſic includit p̄fectum quendam ſpūalem ſiue reſpectu p̄mij eſſentialis ſiue reſpectu premij accidētalis. p quē modum opus martyrij τ virginitatiſ dicunṫ opera meritoria qr aliqd p̄fectus ſpūalis addunt i martyre et virgine ſupra p̄fectum ſpūalem quē hn̄t i ordine ad premium eſſentiale. vnde martyr τ virgo ſupra aureā dicunṫ mereri aureolā. τ iſto modo capiēdo meritum loqtur ſanct9 thomas vbi dicit q poſt morte3 vel i purgatorio non pōt homo mereri nec p̄miu3 eſſentiale nec accidētale. Alio modo meritum accipitur large vel min9 p̄prie p quacu3q operatione vel diſpoſitione aliqd conferēte: ſiue p ſe aliqd efficiēdo ſiue per accidēs remouendo prohibens ad conſecutionem p̄mij ſiue eſſentialis ſiue accidentalis: etiam ſi nihil profectus ſpūalis addat vel afferat. τ iſto modo loqtur ſanctus thomas loco preallegato i hac. diſ. vbi dicit q poſt hanc vitā pōt eſſe meritu3 reſpectu p̄mij accidētalis: τ q in purgatorio pōt eſſe actus meritorius q̄tu3 ad remiſſionē culpe venialis. na3 remiſſio culpe venialis p̄ut ſctūs doctor notat loco p̄rime allegato i queſtionib9 de

in malo reſpōdēdo ad quītū: nō facit p ſe profectū ſpūalē ita ꝙ addat aliqd ad augmētum ſpūalis boni. confert tñ per accidēs ad bonū ſpūale conſequēdum: remouēdo impedimētū. ſ. pctm̄ veniale qđ prohibebat glorie eterne adeptionem. nō eniꝫ remiſſio venialis peccati aliqd addit aīe bonitatis aut pfectionis intriſece quam p̄us nō haberet. nā nō addit aliquē gradum charitatis aut feruoris quem p̄us aīa non hēret. nec aliqd bonitatis ſm gen⁹ operis addit bonis ipſi⁹ operibus. ac p hoc nihil meriti addit ſm ꝙ meritum dicit profectum ſpiritualem ad p̄mium accidētale vel eſſentiale: ſed tm̄modo remouet ꝓhibens cōſequēdi tale p̄mium. queadmodum ille q remouet trabē prohibētē motū lapidis deorſum nihil grauitatis aut alterius qualitatis intriſece diſponētis ad motū cōfert lapidi: ſed tm̄modo remouet exterius ꝓhibēs motum. Et ꝙ iſta cōcordātia fuerit ſm mentē ſcti thome: plane accipitur ex reſpōſione ad ſextum ſupra allegata in q̄ſtionibus de malo. vbi declarās quomodo capiat meritum ꝓprie: dicit ꝙ meritum glorie eēntialis vel accidētalis ptinet p ſe ad ꝓfectum ſpiritualem q eſt p augmētum ſpūalis boni. et ſupra ad q̄ntum vt p̄miſſum eſt dicit ꝙ remiſſio culpe venialis nō facit ꝓfectum ſpūalem p ſe. ſ. q̄tum ad augmētum ſpiritualis boni.

Quantum ad articulum quartū reſpōdēduꝫ eſt ad argumēta ꝯtra cōcluſiones. Et quidē ad argumētum cōtra p̄mam concluſionē dicit̄ falſum eſſe ꝙ ſi quis recolat de veniali ꝛ nō penitet: peccat mortaliter. nō eni tenetur homo ex vi pcepti dolere et penitere de venialibus quotiēs memorie occurrunt: ſicut nec tenetur illa confiteri. vt eni bene arguit petrus đ palude: ſi ſine peccato mortali pōt homo nō vitare veniale: poterit abſq; peccato ipm̄ p contritionē non expiare. qꝛ nō tenet̄ homo pl⁹ pctm̄ expiare q̄ illud vitare. vnde argumētū procedit ex falſis. ¶ Ad argumēta cōtra ſecūdā cōcluſionē ad p̄mū dicit̄ ꝙ argumētū ꝓcedit de volētib⁹ bonuꝫ vel malum in ſtatu vie: nō de exiſtētibus in termino q̄les ſunt beati ꝛ dānati. vñ ſicut bti nullum malum agere poſſunt nec ſimpliciter nec ſm qđ qꝛ ſunt in gr̄a cōfirmati q nullū pctm̄ ſecū cōpatitur nec mortale nec veniale nec maluꝫ aliqđ: ita ꝛ dānati qꝛ ſunt i malo obſtinati nullū bonū agere poſſunt nec ſimpliciter nec ſm qđ. nam voluntas i malo obſtinata nulluꝫ bonū velle aut agere pōt rōne deliberatiua. ꝛ huius rōnem aſſignat ſctūs thomas infra diſtictione vltima. q. 2. ar. p̄°. ſub. ar. p̄°. qꝛ dānati ꝛ obſtinati i malo: ſunt oīno auerſi a fine vltimo recte volūtatis. voluntas aūt bona eē nō pōt niſi p ordinē ad finē vltimuꝫ. ¶ Ad 2^m. dicit̄ ꝙ conſequētia vltima totius ꝓceſſus ē nulla. nā nō eſt ſimile de his q adherēt bono vel malo exiſtētes i ſtatu vie: ꝛ de his q ſunt i termino ſicut dictuꝫ eſt. ¶ Ad. 3^m. dicitur ꝙ pcedit ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ nihil aliud impedit penā ſolui ꝓ quocūq; peccato niſi defect⁹ gr̄e. hoc autē eſt falſum de peccato veniali. q̄m ſicut dictū fuit in ſecūdo notabili: ad ſolutionē pene peccati venialis: p ſe ꝛ directe impedit defect⁹ actus charitatis excitati cōtra ipm̄ veniale pctm̄: etiā ſi non deficiat gr̄a habitualis. Nec obſtat ꝙ bona penalia exiſtētis i ſolo veniali cum gr̄a ſint deo accepta ꝛ grata: qꝛ id poterit eē quo ad aliqđ meritum vel ad ſolutioneꝫ pene ꝓ peccato veniali p̄us remiſſo quo ad culpā. ſꝫ nō erunt ſatiſfactoria aut ſolutoria pene debite ꝓ peccato veniali cui adhuc inheret. nā q̄diu manet culpa venialis: manet ꝛ reat⁹ pene debite. Nec valet ꝙ ſepties i die cadit iuſt⁹: qꝛ ſepties etiam ſurgere poteſt. illi auteꝫ adulti q euolare dicunt̄: p̄us ſemp cōterunt̄ de culpis q̄ penas pro culpis debitas exſoluant. p̄us inquā vel tēpore vel natura. nā tantus eſſe pōt feruor charitatꝭ ꝙ nō ſolū culpā venialē deleat ſed ſimul etiā pene reatū. ¶ Ad argumenta ſcoti contra eandem concluſioneꝫ dicitur ꝙ rōnes ꝓbantes ꝙ pro peccato veniali nō debet̄ p ſe pena eterna: nō militāt cōtra nos. nā idipm̄ tenet ſctūs thomas in hac diſ. q. p̄ª. ar. 2. ſub. ar. 3. ad. p̄^m. Et in. q. de malo. q. 7. ar. 10. in. cor. Ad illa autē q ſecūdo loco inducit ad ꝓbādū ꝙ nec p accidēs rōne mortalis adiūcti debeat̄ peccato veniali pena eterna reſpōdet ſctūs thomas loco ꝓxime allegato ad. 2^m. et. 7^m. ad p̄mam partē argumēti de punitione dei citra cōdignū reſpōdet ad. 7^m. ꝙ pena peccati venialis etiā cū in inferno punit̄: mitigat̄ q̄tum ad acerbitateꝫ: q̄uis graui⁹ puniat̄ q̄ ab hoīe puniret̄. qꝛ multo maiorē grauitatē hēt ſm ꝙ cōparatur ad deū prout punit̄ a deo: q̄ ſm ꝙ comparatur ad hoīem ꝓut punit̄ ab hoīe. hec ille. Ad ſecundā vero partē reſpōdet ad. 2^m. ꝙ acerbitas pene directe reſpōdet quātitati peccati. ſed eternitas pene reſpōdet indelebilitati ei⁹. q quidē cōuenit aliquādo veniali peccato p accidēs vt dictū eſt. Et i reſpōſione ad q̄ntū dicit ꝙ nō ꝓpter maioritatē culpe pctm̄ veniale cōiūctū mortali diuti⁹ punit̄: ſed ꝓpter indelebilitatem q ꝓuenit

ex adiūcto vt dictū eſt. Idē in ſententia dicit p̊ª 2ᵉ. q. 87. ar. 5°. ad. 3ᵐ. ¶ Ad argumētū ante oppoſitū reſpōdet. S. Tho. in hac diſ. q. p̊ª. ar°. 3°. ſub. ar. p̊°. ad. 4ᵐ. ꝙ poſt hāc vitā nō poteſt eſſe meritū reſpectu p̄mij eſſentialis. ſed reſpectu alicui⁹ accidētalis pōt eſſe ꝗdiu manet homo ī ſtatu vie aliquo mō. et ideo in purgatorio pōt eſſe act⁹ meritori⁹ ꝗtū ad remiſſionē culpe venialis. Q̄liter aūt capiat ſctūs doctor hic meritū: dictū eſt ī tertio notabili. ⁊ ī hoc articul⁹ terminat̄.

Quarta eandem diſtictionē iterū q̄rit̄ vtrū in quolibet caſu teneat̄ ſacerdos celare peccata q̄ ſub ſigillo cōfeſſionis nouit et arguit̄ ꝙ nō. q꞉ mag̈ debet homo ſeruare conſciētiā ſuā ꝗ famam alterius: q꞉ charitas ordinata eſt. ſed aliquando aliquis peccatum celans incurrit proprie conſcientie detrimentum ſicut cum in teſtimonium adducitur pro peccato illo et cogitur iurare de veritate dicenda. ergo videtur ꝙ ī aliquo caſu liceat confeſſionē publicare. ¶ In oppoſitum arguit̄. q꞉ dicit decre. de pe. ⁊ re. caueat ſacerdos ne verbo vel ſigno vł alio quouis mō ꝓdat aliquaten⁹ peccatorē. ¶ In hac q̄ſtione erunt quattuor articuli vt ſupra.

Quantum ad p̊mum articulū ſit prima concluſio ꝙ de neceſſitate ſacramenti penitentie eſt ꝙ ſacerdos cōfeſſor celet confeſſionē ſibi factā. Hanc concluſionē tenet ſanctus thomas in hac diſtictione vigeſſima p̊ma. q. 3. ar. p̊°. ſub. ar. p̊°. ¶ Secunda cōcluſio eſt ꝙ ſacerdos debet celare non ſolum peccata confitentis: verumetiam alia in confeſſione ſibi dicta per que peccata confitentis poſſent deprehēdi. Hanc concluſionem tenet ſanctus thomas vbi ſupra ſub articulo ſecundo. ¶ Tertia cōcluſio eſt ꝙ ſacerdos ꝓpter nullum p̄ceptū eccleſie vel p̄lati debet reuelare ꝯfeſſionē. Hanc cōcluſionē tenet ſanct⁹ thomas vbi tenet p̊mā cōcluſionē ī reſpōſione ad ſecūdū ¶ Quarta ꝯcluſio ē ꝙ ſacerdos de volūtate ⁊ licētia ꝯfitētis pōt reuelare pct̄m ſibi cōfeſſū. Hāc cōcluſionē tenet ſctūs thomas vbi ſup̄. ar. 2°.

Quantum ad ſecundū articulum arguēdū eſt contra cōcluſiones. Et q̄dē cōtra p̊mā cōcluſionē vel ei⁹ ꝓbationes arguit ſic durādus dicēs ꝙ rō ad cōcluſionē adducta nō valet. ꝗuis enī illud qḋ agit̄ interius ꝑ xp̄m: rep̄ſentet̄ exterius ꝑ miniſtrū factis ⁊ verb̄ vel altero eoꝝ ꝗtū ad p̊ncipalē effectū ſacr̄i: nō tñ oportet ꝙ oēs circūſtātie rep̄ſentent̄. verbi grā. miniſter baptizās facto ſuo quo lauat exteri⁹ et verbo ſuo quo dicit ego te baptizo etc̄: rep̄ſentat ablutionē ſp̄ūalē a peccatis quā xp̄s facit interi⁹. ⁊ hoc eſt effect⁹ p̊ncipalis baptiſmi. et cōſimiliter eſt ī cōfirmatione ordie extrema vnctione. ⁊ eodē mō eſt ī cōfeſſione q꞉ p̊ncipalis effect⁹ quē de⁹ facit interi⁹ eſt remiſſio pctōꝝ. et iſtud rep̄ſentat̄ exteri⁹ per miniſtrū cū dicit abſoluo te ⁊c̄. celare autē peccata cōfeſſa: nō eſt effect⁹ ſacr̄i ſed obligatio miniſtri de qua q̄rit̄ vñ veniat. nec apparet ꝙ veniat ex hoc ipſo ꝙ illud qḋ interi⁹ agit̄ a xp̄o debet rep̄ſentari ꝑ illud qḋ gerit̄ exterius a miniſtris. hoc enī intelligit̄ de effectu ſacr̄i. ſic enī et nō aliter intelligitur ꝙ ſacr̄a efficiunt quod ſignificāt. ¶ 2°. q꞉ q̄ritur q̄liter intelligit̄ ꝙ xp̄s celat peccata cōfitētiū. aut enī hoc intelligitur ꝓ preſenti ſeculo vel pro futuro. nō pro p̄ſenti: q꞉ ſic xp̄s equaliter celat peccata nō cōfeſſa ſicut cōfeſſa. nō enī reuelat iſta vel illa. ſi aūt intelligit̄ ꝓ futuro: nō apparet q̄liter ſit veꝝ. q꞉ licet ſacr̄a ſignificēt illud qḋ p̄ſentialiter efficit̄ niſi recipiēs ſit īdiſpoſit⁹: tñ ꝙ ſignificet illḋ qḋ ī futuro ſeculo agit̄: null⁹ vnꝗ dixit. ¶ 3°. q꞉ in futuro ſeculo nō celabunt̄ peccata cōfeſſa neq₃ incōfeſſa: ſ₃ oīa erūt oīb⁹ manifeſta virtute diuina. ꝓpter qḋ ex iſto latere non apparet ꝙ ſacerdos debeat celare peccata ſibi cōfeſſa. ¶ Cōtra ſecūdā cōcluſionē pōt argui. q꞉ ſi circūſtātie peccatoꝝ cōfeſſoꝝ eēnt celāde ſicut ⁊ peccata cōfeſſa: tūc videret̄ ꝙ tertia ꝑſona cū q̄ cōfitēs cōfitet̄ ſe peccaſſe caderet ſub ſigillo cū ſit circūſtātia peccati ⁊ aliq̄d faciēs ad neceſſitatē vel bonitatē cōfeſſionis ī caſu. ſ₃ hoc ꝯſequēs eſt falſum, ꝓpter multa. p̊mo q꞉ tertia ꝑſona nō eſt pct̄m neq₃ circūſtātia peccati. ſed nihil aliḋ cadit ſub ſigillo cōfeſſionis niſi pct̄m vł ei⁹ circūſtātia. ergo ⁊c̄. ¶ 2°. q꞉ nihil cadit ſub ſigillo confeſſionis niſi illud ꝑ qḋ cōfitēs poſſet ꝓdi. ſ₃ quādoq₃ cōfeſſor poſſet loq̄ de peccatis illius tertie ꝑſone abſq₃ ꝓditione cōfitētis. ergo ⁊c̄. ¶ 3°. q꞉ hora tēp⁹ ⁊ loc⁹ nihil faciūt ad expſſionē peccati ideo nō cadūt ſub ſigillo ꝯfeſſionis. ergo a ſimili

nectertia pſona. ¶.4°.qꝛ rō q̄re teneť cōfeſſio
nē celare: eſt qꝛ p̄ſumiť ꝙ de⁹ celet remittēdo. ſꝫ
nō ſic p̄ſumiť ꝺ peccato tertie pſone pdite. ergo
etc̄. ¶.5°.qꝛ nihil cadit ſub ſigillo ꝯfeſſionis qꝺ
nō expectat ad iudiciū illi⁹ fori. ſed tertia pſona
nō eſt hmōi. ergo ꝛc̄. ¶.6°.qꝛ gen⁹ peccati ē ma
gis intimū rei q̄ꝫ circūſtātia. ſꝫ gen⁹ peccati nō ca
dit ſub ſigillo qꝛ licitū eſt ꝯfeſſori dicere talis p=
ſona cōfeſſa eſt mihi de oībus peccatiſ ſuis. ergo
multo min⁹ circūſtātia tertie pſone. ¶.7°.qꝛ cō
feſſor pōt loq̄ de peccatis cōfitētis nō referendo
ad ipm. ergo multo magis de peccatis nō cōfitē
tis. ¶.8°.qꝛ ſi ſic: tūc ſigillū cōfeſſionis eēt i p̄iu=
diciū obſeruātie diuine. qꝛ tūc nō poſſet corrigi
tertia pſona accuſata in cōfeſſione. ¶ Cōtra ter
tiā cōcluſionē arguiť. qꝛ rō pro illa ꝯcluſione po
tiſſima eē videtur iſta ꝙ eccleſia nō pōt mutare
illa q̄ ptinēt ad veritatē articuloꝝ et ſacroꝝ: cuꝫ
p̄lati eccleſie nō ſint dñi ſed miniſtri nō fundato=
res ſed executores. ſꝫ ad celationē cōfeſſionis te
neť miniſter ex natura ſacri. ergo i hoc nō pōt p
aliquē diſpēſari. ſed iſta rō videť deficere i mino
ri. qꝛ licet ex natura ſacri cōfeſſionis ꝛ abſolutio
nis teneať penitēs ad faciēdū penitētiā ſibi iniū=
ctā: tñ papa pōt cuꝫ eo diſpēſare vt nō teneať eā
facere. nec pp̄ter hoc dicit veritatē ſacri mutare
¶.2°.qꝛ ex natura ſacri ſacerdotij teneť ſacer=
dos celebrare. pōt tñ papa cū eo diſpēſare licite
vt nō celebret. ¶.3°.qꝛ rō p ſanctuꝫ thomā ad=
ducta videtur nō valere. cum enī dicit ꝙ occul=
tatio eſt de natura ſacri: hoc nō videť valere. qꝛ
illa occultatio nō ptinet ad formā nec ad mate=
riā ſacramēti. ſimiliter ſine tali occultatiōe rema
neret pfectū ꝛ integruꝫ ſacrm̄. ergo videť ꝙ ſup
hoc papa poſſet diſpēſare. ¶ Cōtra quartā con
cluſionē arguiť p durādum p̄mo qꝛ ſi licētia con
fitētis nō ſufficit ad dicēdum id qꝺ auditum ē in
cōfeſſione niſi hēatur noua noticia: tunc nō ſuffi
ciunt verba p q̄ non hētur de peccato noua no=
ticia ſꝫ ſolum de p̄cedēte noticia datur licētia. ſꝫ
p hec verba: licētio te ad dicēdum illud qꝺ a me
in cōfeſſione audiſti: nō datur aliqua noua noti
cia: alioquī oīs audiēs hec verba acciperet noti
ciā de peccato dicto in cōfeſſione. ſed ſolum dať
licētia qꝛ nec plus verba ſonāt. ergo p illa nunq̄ꝫ
ē licitū ſacerdoti dicere qꝺ audiuit in cōfeſſione.
¶.2°.qꝛ ſi talis licētia ſufficeret: eſſet via ad re=
uelationē cōfeſſionuꝫ ꝛ ſuſpicionē criminum. qꝛ
iudex habēs aliquē ſuſpectum ꝺ aliquo crimine
poterit ei dicere da ſacerdoti licētiā dicēdi quid
audiuit de te. ſi dat licētiam ꝛ data valeat: habe
bit teſtimoniuꝫ contra ſe. ſi nō dat ꝛ dare poſſit
vt ponit tua opinio: merito habebitur amplius
ſuſpect⁹. ꝛ ita nō erit vſq̄ꝫquaq̄ꝫ ſecretum quod
dictum erat in cōfeſſione: cum oporteat vel ta=
lē licētiam dare ad reuelationē confeſſionis: vel
incurrere notam grauis ſuſpicionis. melius eſt
ergo vt dicatur ꝙ talis licētia nec verba q̄ ſonāt
talē licētiam ſufficiunt: ſed oportet ꝙ penitēs di
cat ſacerdoti extra confeſſionē in generali vł in
ſpeciali peccatum qꝺ vult alteri reuelari. ¶.3°.
arguiť ab alijs quia ſicut iudex ꝺ crimine occul=
to quod vidit non poteſt iudicare reum p hoc
ꝙ reus dat ei licētiā vt iudicet eum ſm̄ ꝙ ſcit vel
vidit. ergo a ſimili in pp̄oſito. ¶.4°.qꝛ in lege
nature ſol⁹ actor eius pōt diſpēſare ſicut de plu
ralitate vxoꝝ. ſꝫ de lege nature ē celare crimē. er
go ꝛc̄. ¶.5°.qꝛ nō minus debet celare qꝺ audi=
uit in cōfeſſione q̄ꝫ ſi vidiſſet occultū. ſꝫ tunc nō
poſſet licētiare ꝺ dicēdo. qꝛ ſicut nō pōt mihi da
re licētiam vt occidā eum: ſic nec ꝙ diffamē eum
¶.6°.qꝛ teneť obedire p̄lato i licitis ꝛ honeſtiſ.
ſi ergo ꝺ licētia cōfitētis licet ſibi reuelare: ergo
tūc teneť p̄lato p̄cipiēti reuelare obedire qꝺ fal=
ſum ē. ¶.7°.qꝛ ſicut qꝺ ptinet ad foꝝ exteriorē
ꝺ nullius licētia pōt ptinere ad foꝝ conſciētie ſic
ſcilicet quaſi de licētia pape ex his q̄ dixi tibi i fo=
ro exteriori poſſis me abſoluere in penitētia ni=
ſi iterꝝ dicā tibi vt cōfeſſori: ſic nec ecōuerſo q̄ di=
cta ſunt in hoc foro: ꝺ nullius licētia poſſunt di=
ci in alio foro niſi aliter dicatur.

## Quātum ad ter=

tium articulū p̄mo notāduꝫ eſt
put ſanctus thomas dicit expo
nēs illud pſalmi. 31. beati quoꝝ
remiſſe ſunt iniq̄tates ꝛ quorū
tecta ſunt peccata: ꝙ in peccato duplex ē defor=
mitas. vna q̄ eſt ex p̄uatione gr̄e qua. ſ. aīa p̄ua=
tur p pctm̄: ꝛ hec deformitas nō tegitur ſꝫ tota=
liter tollitur q̄ndo reſtituitur ei gr̄a. alia macu=
la ē q̄ cōtrahiť ex actu p̄terito: ꝛ hec non deletur
qꝛ nō datur ei ꝙ nō fecerit: ſꝫ datur ei ꝙ illud qꝺ
fecerat nō imputeť ei ad culpā. et hec tegitur. ſ.
p gr̄am ꝛ charitatē remittentē culpam. iuxta qꝺ
apoſtolus petrus dicebat p̄ͣ petri. 4°. charitas
operit multitudinē peccatoꝝ. Secūdū hec igiť
tectio ſeu optio vel celatio peccatoꝝ apud deū
eſt effectus gr̄e ꝛ videtur eē idē re cum remiſſio
ne peccatoꝝ. vñ ꝛ pſalm⁹ cū dixiſſet: bt̄i quoꝝ re
miſſe ſūt iniq̄tates adiūxit: ꝛ quoꝝ tecta ſūt pec
cata. p̄s. 31. Auguſtin⁹ vero hec verba exponēs
illa dicit eē pctā tecta ſeu coopta q̄ nō videntur a
deo ad puniendū. aiteni. ſi texit pctā de⁹ noluit

aduertere. ſi noluit aduertere: noluit aĩaduer=
tere. ſi noluit aĩaduertere: noluit punire: noluit
agnoſcere: maluit ignoſcere. Et infra. tecta ergo
pctã q̃re dixit: vt nõ viderentur. q̃d enim erat dei
videre pctã: niſi punire pctã? vt noueris q2 hoc
eſt dei videre pctã: qḋ punire pctã. q̃d enĩ dicit
auerte faciẽ tuã a peccatis meis. pctã ergo tua
nõ videat: vt te videat. hec auguſtin⁹. vbi nõ pu
nire pctã: debet itelligi pena eterna. nã loq̃ndo
de pena tẽporali: etiã poſtq̃ pctã remiſſa ſunt p
grãm ꝛ p ſacr̃m penitẽtie ac p hoc tecta ꝛ nõ pu
niẽda eternalit̃: manẽt puniẽda pena tẽporali. ꝛ
ita manẽt nõ tecta a deo ſ3 viſa ꝛ apta ad ea pu=
niẽdũ tẽporalit̃ hic vel ĩ purgatorio. Cũ ergo
in ſacr̃o penitẽtie p̃ncipalis effectus ſit remiſſio
pctõrum: cõſequẽs ẽ q̃ ꝛ tectio ſeu optio pctõrũ
vt. ſ. nõ puniãtur eternalit̃ a deo: ſit ſacri penitẽ=
tie p̃ncipalis effect⁹. ſimul enĩ cũ remiſſiõe culpe
remittit̃ in ſacr̃o penitẽtie ex vi danũ ꝛ reat⁹ pe
ne eterne. put ſctũs thomas notat ſup diſ. 18. q.
pª. ar. 3. ſub. ar. 2°. Ex q̃ ſeq̃tur q̃ pari mõ ſit de
neceſſitate ſacri penitentie ſignificatio optionis
ſeu celationis peccatoꝝ queadmodũ ꝛ ſignifica
tio remiſſionis pctoꝝ. vñ ſicut violator ſacri pe
nitẽtie cẽſeret ſacerdos q̃ abſolutionẽ pctoꝝ ſacra
lem nõ impẽderet vere ↄtrito ꝛ recte ei pctã ſua
ↄfitẽti p̃termittẽs ſignificationẽ qua p verba ab
ſolutionis ſignificat̃ remiſſio pctoꝝ illi facta itẽ
rius a deo p grãm: ita ꝛ violator ſacri penitẽtie
debet cẽſeri ſacerdos q̃ reuelãs pctã ſibi cõfeſſa
p̃termitteret ſignificationẽ imo ↄtra eã ageret
q̃ in hoc ſacr̃o ſignificat̃ q̃ vere penitẽti ꝛ ↄfeſſo
tegũtur ꝛ opiunt̃ pctã ne. ſ. eternaliter puniant̃
a deo. ¶ Ex q̃b⁹ inferim⁹ q̃ celatio ſeu ſigillũ cõ=
feſſionis nõ eſt ex iſtitutione eccleſie nec habuit
originẽ ex capit̃lo oĩs vtriuſq3 ſex⁹ de. peni. ꝛ re.
q̃uis ibi fuerit generalit̃ pmulgatũ ꝛ ↄtra faciẽ=
tes pena fuerit apposita. ſ3 habuit originẽ ex iſti=
tutiõe xp̃i queadmodũ ꝛ penitẽtie ſacr̃m. eiuſdẽ
enĩ inſtitutionis ẽ ꝛ ſacr̃m ꝛ ſignificatio ſacri. eo
q̃ de eẽntia ſacri noue legis ſit q̃ ei⁹ ſignificatio
nẽ gerat cui⁹ cauſa exiſtit ſicut patet ex ipi⁹ diffini
tione in p̃ma diſtictiõe poſita. vñ. S. Tho. ĩ hac.
diſ. q. 3ª. ar. p°. ſub. ar. p° ad. 2m. p̃ceptũ inq̃t d cõ
feſſione ſeruãda id eſt celãda: ↄſeq̃tur ipm ſacr3.
ꝛ ideo ſicut p̃ceptũ de ↄfeſſione ſacrali faciẽda: ẽ
d iure diuio ꝛ nõ põt aliq̃ diſpẽſatione vł iuſſio=
ne hũana homo ab eo abſolui: ita nullus ad re=
uelationẽ ↄfeſſionis põt ab hoĩe cogi vł licẽtiari

¶ Secundo Notãdũ eſt q̃ ſecre=
tũ ſeu ſigillũ cõfeſſio=
nis nõ tã fuit inſtitutũ in fauorẽ ↄfitẽtis ne. ſ. p=
deret a ↄfeſſore: q̃ ad ſignificationẽ ſacri penitẽ
tie mõ preexpoſito. ꝛ ideo ſi ſacerdos reuelaret
pctã ſibi cõfeſſa etiã ſi pſona cõfitẽt̃ inde nõ pde
ret̃: nihilomin⁹ videt̃ q̃ eẽt ſacri violator niſi a=
lio mõ ea ſciret q̃ p cõfeſſionẽ. pbat̃ hoc. q2 cu3
celatio ꝛ occultatio pctõrũ ne. ſ. videãtur a deo
vt puniẽda ſit p̃ncipalis effect⁹ ſignat⁹ ſacri peni
tẽtie vt pmiſſũ eſt: ſeq̃tur q̃ pctõru3 reuelatio p
cõfeſſorem q̃ huiuſcemodi effect⁹ ſignificationẽ
ſacralẽ tollit: ſit ſacri q̃dã violatio ei⁹ integritatẽ
diruẽs. vñ videt̃ q̃ peccet mortalit̃ et ſit fractor
ſigilli ↄfeſſionis ↄfeſſor q̃ peccata reuelat ſibi cõ
feſſa etiã ſi pſonã cõfitẽtẽ nõ pdat. nã nõ ſolum
peccatoris pſona p virtutẽ ſacri penitẽtie tegit̃
ꝛ opitur ne videatur a deo puniẽd⁹: ſ3 ꝛ ipa eius
pctã cõfeſſa teguntur vt nõ videãtur a deo. i. vt
nõ imputẽtur ad penã. vñ ꝛ in pſalmo p̃allega=
to peccata ipa dicũtur tecta. et vniuerſa delicta
opit charitas ait beat⁹ petr⁹ pª petri. 4°. quãob=
rem nõ ſolũ ſignificatio ſacramẽti q̃ eſt p ſigillu3
cõfeſſionis depit ꝛ violatur ſi pſona cõfitẽtis p=
datur: ſ3 etiã ſi peccata ipa poſtq̃ tecta ſunt apõ
deũ: p cõfeſſorẽ reuelẽtur q̃tũcũq3 pſona cõfitẽ=
tis nõ detegatur. Et cõfirmatur. quia confeſſor
p cõfeſſionẽ nõ ſolũ pſonã peccatoris ſcit vt de⁹
ꝛ nõ vt homo: ſ3 etiã ipa peccata cõfeſſa nouit p
cõfeſſionẽ vt deus ꝛ nõ vt homo. vñ videtur q̃
ſigillũ cõfeſſionis ad vtrũq3 extẽdatur ꝛ nõ ſolũ
ↄiũcti vt quibuſdã placet ſed ꝛ diuiſim. Et iſta
videtur fuiſſe mẽs ſancti thome. p̃mo q2 rõnem
ſigilli cõfeſſionis fundat ĩ hoc q̃ ↄfeſſor ea q̃ ſcit
p cõfeſſionẽ: ſcit vt deus ꝛ nõ vt homo. hec autẽ
rõ nõ ſolũ militat circa pſonã cõfitẽtis ꝛ peccata
ↄfeſſa cõiũctim: ſ3 etiã circa vtrũq3 diuiſi3. Secũ=
do q2 in hac diſ. q. 3. ar. p°. ſub. ar. 2. in. cor. dicit
q̃ ſub ſigillo cõfeſſionis cadunt illa per q̃ poſſet
peccator vel pctm̃ dephẽdi. vbi diſiunctiue loq̃=
tur d dephẽſione peccatoris ꝛ peccati. deſignãs
q̃ vtrũq3 nõ ſolũ cõiũncti ſ3 diuiſim ad ſigillum
cõfeſſionis ptinet. Tertio q2 in reſponſione ad
pm loquẽs in caſu in quo p confeſſionẽ confeſſor
ſcit aliquẽ hereticũ quẽ nõ põt inducere q̃ deſi=
ſtat a corruptiõe plebis: nõ cõſulit ſctũs doctor
q̃ cõfeſſor tacita pſona confeſſi heretici: hereſim
ipam reuelet plato: ſ3 q̃ tñmodo dicat plato in
generali q̃ diligẽtius inuigilet ſup gregẽ ſuum.
ſed ſi fieri poſſet abſq3 p̃iudicio ſigilli ↄfeſſionis
melius poſſet plat⁹ remediũ adhibere ne plebs
corrũperetur heretica peſte: ſi ipa hereſis in ſpe
ciali p confeſſorẽ fuiſſet ſibi reuelata. ¶ Ex pre=
miſſis inferri põt q̃ cõfeſſor etiã de licẽtia confi=
tẽtis nõ põt abſq3 peccato mortali ꝛ ſine fractio

ne ſigilli confeſſionis reuelare alicui peccata ſibi confeſſa ita vt dicat ſe illa audiuiſſe in ꝯfeſſione. Probatur hoc. qꝛ ſic dicēdo: dicit ſe illa audiſſe vt deus ⁊ nō vt homo. ſꝫ nec qui confitetur nec aliquis purus homo licētiare pōt confeſſorē ꝙ reuelet alteri ea q̄ ſcit vel audiuit vt deus ⁊ non vt homo. vnde ſanctus thomas loco p̄allegato. ar. 3. in. coꝛ. exp̄ſſe tenet ꝙ confeſſoꝛ non pōt dicere ego audiui hoc in confeſſione. Neqꝫ iſta aduerſant̄ his q̄ ſanctus thomas dicit loco ꝓxime allegato. ar. 2°. ꝙ quando is qui confitet̄ licētiat cōfeſſorē ad dicēdū peccata q̄ ab eo audiuit in cōfeſſione: nō frāgit ſigillum cōfeſſionis ſi illa dicat. qꝛ aliud eſt dictu cōfeſſorē reuelare ea q̄ audiuit in confeſſione: ⁊ aliud eſt dicere illum reuelare ꝙ audiuit ea in cōfeſſione. nam hoc eſt reuelare ꝙ audiuit ea vt deus ad quod nec is q̄ confitetur nec alius homo purus licētiam dare pōt: ad id autē ſic. quia ꝑ talē licētiam confeſſoꝛ ea q̄ audiuit in confeſſione: iterum videtur audire ſaltē implicite vel interpꝛetatiue extra confeſſionē vt homo. ad quod reuelandum non videtur incōueniēs ꝙ is qui confitetur poſſit licētiare. verumtamē ſecurius nobis videtur iuxta opinionē durandi ꝙ ad reuelandum peccata q̄ audiuit in confeſſione: non ſatis ſit confeſſori ꝙ confitēs ſibi dicat: do vobis licētiam reuelandi peccata q̄ vobis cōfeſſus ſum: niſi peccata reuelanda iterum extra confeſſionē ⁊ foꝛum penitētie illi explicet. nam dubium eſt an peccata q̄ ſacerdos ſemel ſciuit vt deus et nō vt homo ꝑ exp̄ſſam ⁊ ſpecialē cōfeſſionē penitētis: ſciat in ſpeciali ⁊ exp̄ſſe vt homo abſqꝫ iterata eoꝛum confeſſione vel expꝛeſſione i ſpeciali. Et foꝛte ſctūs thomas vbi dicit ꝙ is qui confitetur poteſt licētiam dare confeſſori vt peccata ſibi confeſſa reuelet: intellexit de licētia cum expꝛeſſione iterata peccatoꝛum extra foꝛum penitētie per quam confeſſoꝛ ſciat eius peccata non vt deus ſed vt homo. Et facit ad hoc quod loco pꝛoxime allegato ad p̄m ſanctus doctoꝛ dicit ꝙ papa non poteſt licētiare confeſſorē vt reuelet peccata confeſſa: quia nō pōt facere ꝙ ſciat illa vt homo: qđ tamē pōt facere is q̄ confitet̄. ſed certū eſt ꝙ nec iſte id pōt commode facere niſi iteꝝ peccata reuelāda cōfeſſori explicet extra foꝝ penitētie. Si tñ fuerit mēs ſcti doctoꝛis ꝙ ſola licētia abſqꝫ iterata explicatione peccatoꝝ ſufficiat: certū eſt ꝙ in ip̄a licētia intellexit implicitā eē iteratā peccatorū reſerationē. dare enī licētiā dicēdi peccata cōfeſſa: eſt interp̄tatiue ⁊ implicite dicere iterū ipſa peccata. maxime qꝛ per talē licētiā duꝫ confeſſoꝛ reuocat peccata ad memoꝛiam vt ea reuelet: videtur ipſe qui illa confeſſus fuit iterum memorie confeſſoꝛis ea reponere ⁊ nouā noticiāꝫ illorum ei dare ſine qua non ſatis videtur ꝙ confeſſoꝛ illa poſſet ſcire ⁊ i ſpeciali reuelare vt homo cum ea pri⁹ non nouerat niſi vt deus. ¶ Quod autē aliqui adducunt pꝛo ſimili đ depoſito apđ aliquē ꝙ deponēs ſine noua receptione ⁊ traditione pōt facere ꝙ depoſitarius illud habeat vt donum vel mutuum: dicēdo quod habebas vt depoſitum: habeas ⁊ nunc vt donuꝫ vel mutuū vel ſi etiam dicat do tibi licētiā vtēdi ad libitum depoſito fidei tue cōmiſſo: ita penitens pōt dicere confeſſori: quod confeſſus ſum tibi vt deo vl̄ ſub ſigillo confeſſionis: habeas nūc vt homo et reueles ipſa. non certe eſt conſimile q̄tū ad pꝛopoſitum noſtrum licet pari iure. ſ. diuino vtrūqꝫ firmetur: nam deponēs depoſituꝫ apud aliquē depoſuit illud vt homo ⁊ vt dominus rei. ⁊ depoſitarius recepit depoſitū vt ſic ab illo et vt homo ſui iuris. ⁊ ideo mirū ꝙ quocūqꝫ mō ⁊ quibuſuis verbis etiā ſine noua vnius traditione ⁊ alterius receptione: deponēs qđ ſuum eſt alteri donet ⁊ depoſitū in mutuū vel donū conuertat ⁊ depoſitarius illud etiā vt mutuuꝫ vel donum recipiat. ſed in ꝓpoſito noſtro is q̄ cōfitet̄: ſecretū cōfeſſionis deponit apđ cōfeſſorē nō vt apud hominē ſed ſicut apud deū. neqꝫ poſt cōfeſſionē habet tanq̄ dn̄s in poteſtate ſua peccata cōfeſſa vt illa. ſ. poſſit repetere vel ꝓ libito de eis diſponere. nō enim illa apud ſacerdotēꝫ ſibi depoſuit ſed deo. ſunt enim poſt cōfeſſionē ſub foꝛo ⁊ poteſtate dei. ſacerdos quoqꝫ peccata ſibi confeſſa non recipit vt homo ſed vt deus. ⁊ illa poſt abſolutionem: dei ſecreto ac ſigillo obtegit ⁊ ſibi ⁊ cunctis omnib⁹ occultauit. vnde ſacerdos reus eſſet pꝛoditionis diuini ſecreti ⁊ fractionis diuini ſigilli: ſi clauſa ⁊ operta peccata abſqꝫ dei mādato alicui reuelaret. vnde multuꝫ diſſimile eſt quod pꝛo ſimili afferebatur.

Quantum ad q̄rtum articulū reſpōdēdū eſt obiectionibus in cōtrariū. Et q̄dē ad p̄m durādi ꝯtra p̄mā ꝯcluſionē dicit̄ ꝙ minoꝛ eſt falſa. quoniam vt deductum fuit in p̄° notabili: celatio et occultatio peccatoꝝ in confeſſione dictoꝝ: pꝛincipalis effect⁹ eſt ſacramēti penitētie queadmodū ⁊ remiſſio peccatoꝛuꝫ. ¶ Ad. 2m. dicit̄ ꝙ xp̄s celat peccata vere ꝯfitētiū ⁊ i hoc ſeculo ⁊ i futuro: qꝛ nō videt ea delēdo culpā eoꝝ ⁊ maculam

per infuſionē gratie. nec videt ea quantū ad reatū pene eterne q̄ ſimul remittit̄ cum culpa. vnde falſum eſt ꝙ xp̄s equaliter celat peccata nō cōfeſſa ſicut cōfeſſa et equalit̄ vtraq̄ reuelat. nā loquēdo de celatione ſiue occultatione et ꝺ reuelatiōe ad puniēdū, put loquimur in ꝑpoſito: peccata cōfeſſa celat et tegit: peccata vero nō confeſſa reuelat. arguēs autē decipit̄ nō intelligēs modū celationis peccatoꝝ quē ſigillū cōfeſſionis deſignat. nō enī huiuſcemodi celatio eſt quātū ad noticiā hominū: ſed quo ad noticiā dei cui ꝑ ſacrm̄ penitentie occultantur peccata cōfeſſa q2 nō videt ea ad puniendū. Et ꝑ hec patet ſolutio ad. $3^{m}$. aſſumit enī falſū capiēdo celationē ad puniendū, put loquimur in ꝑpoſito. nā ſic peccata ꝯfeſſa celabūtur in futuro ſeculo: incōfeſſa vero non q2 eternaliter punientur. ¶ Ad argumēta cōtra ſecundam cōcluſionē ad p̄mū dicit̄ ꝙ imo cōſequēs eſt veꝝ. neq̄ valēt ea q̄ in cōtrariū adducunt̄. Non p̄mū quia licet tertia perſona nō ſit peccatū nec circumſtantia peccati: peccare tamē cū tertia pſona eſt peccatū vel circūſtātia peccati. et pari modo nō dicimꝰ ꝙ tertia pſona cadit ſub ſigillo cōfeſſionis ſm̄ ſe abſolute ſed vt eſt obiectū actꝰ peccati. nā non frangit ſigillū cōfeſſionis ſi cōfeſſor dicat mulier alteri nupta. ſed frāgit illud ſi dicat de eo q̄ ſibi eſt confeſſus: hic cognouit mulierem alteri nuptam vel hec mulier nupta eſt adultera. ¶ Neq̄ valet ſecundum q̄m aſſumit falſum. non enī precipua cauſa ſigilli confeſſionis eſt ne is qui cōfitet̄ ꝓdatur: ſed ſignificatio ſacramēti. et de hoc dictū fuit i ſecūdo notabili. ¶ Neq̄ valet tertiū, ꝓpter duo. primū eſt quia aſſumit falſum ſi vniuerſalit̄ capiat̄. nam tēpus et locus nōnūquā ducūt in noticiā peccati et peccatoris. ſecundū eſt ꝙ ſimilitudo non valet. nam tertia perſona cum qua quis peccat cum ſit perſona peccās: magis facit ad expreſſionem peccati q̄ tempꝰ et locus. ac per hoc magis cadit ſub ſigillo confeſſionis. ¶ Neq̄ valet quartū quia falſum aſſumit. non enim ratio ſigilli confeſſionis eſt preſumptio confeſſoris ꝺ remiſſione facta peccatori a deo. ſed ratio eſt ſignificatio ſacramenti que ex xp̄i inſtitutione fit per ſigillum confeſſionis. ſiue enim peccator peniteat ſiue non: nihilominus ſacramentū penitentie et ipſa peccatorum confeſſio ſuam habet ſignificationem. Unde. S. Tho. in hac diſti. q. 3. arti. p° ſub arti° p° ad p̄mū ſic ait. quidam dicunt ꝙ ſacerdos non tenet̄ ſeruare ſub ſigillo confeſſionis niſi peccata de quibus penitens emendare promittit: alias poteſt ea dicere ei qui poteſt prodeſſe et non obeſſe. ſed hec opinio videtur erronea cum ſit cōtra veritatem ſacramenti. ſicut enim baptiſmus eſt ſacramentū quāuis quis fictus accedit: nec eſt mutandum propter hoc aliquid de eſſentialibus ſacramenti: ita confeſſio non deſinit eſſe ſacramētalis: quāuis ille qui confitetur emendationē nō ꝓponat. et ideo nihilominus ſub occulto tenēdū eſt. hec ille. ¶ Neq̄ valet quintū q̄m aſſumit falſum nec arguēs illud ꝓbat. nō enī iudiciū fori ſigillum cōfeſſionis inducit: ſed ſignificatio ſacri ex diuina inſtitutione. ¶ Neq̄ valet ſextū nā minor male ſumitur ſub maiore. q̄m genꝰ peccati nō eſt genus ad ſigillū confeſſionis. vnde cōſequētia eſt nulla. ¶ Neq̄ valet ſeptimū q̄m aſſumptū ē falſum ſi cōfeſſor loquat̄ de peccatis cōfitētis vt ab eo auditis in confeſſione. ſi vero loquat̄ de peccatis confitentis nō vt ſunt confitentis ſed abſolute quantū ad eoꝝ genus vel ſpeciē: licite pōt fieri. et idem iudicium eſt de peccatis tertie perſone.

¶ Neq̄ valet octauū q̄m eius cōſequentia ē neganda. et ad eius ꝓbationē reſpondet. S. Tho. in ſimili in hac diſtin. q. 3. ar. p°. ſub. ar. p°. ad p̄mū dicens. nec tamē ſigillū confeſſionis contra charitatem militat: quia charitas non requirit ꝙ apponatur remedium peccato quod homo neſcit. illud autem quod ſub confeſſione ſcitur: eſt quaſi neſcitum cum neſciat vt homo ſed vt deus. tamē aliquod remediū adhibere debet in predictis caſibus quantū pōt ſine cōfeſſionis reuelatione: ſicut monendo eos qui confitent̄ et alijs diligentiam apponendo ne corrumpant̄ per hereſim. pōt etiā dicere prelato ꝙ diligentius inuigilet ſup gregem ſuum. ita tamē ꝙ non dicat aliquid p quod verbo vel nutu confitentē ꝓdat. hec ille. ¶ Ad argumēta cōtra tertiā cōcluſionē: ad p̄mū dicitur ꝙ ratio pro cōcluſione aſſignata bona eſt et efficax. neq̄ valet eius prima impugnatio: q2 nō eſt ſimile qđ pro ſimili adducitur. q̄m penitentia iniuncta aut ipſa penitentie iniūctio per ſacerdotē non eſt de eſſentia ſacri penitentie quēadmodū celatio peccatorū q̄ pertinet ad ſacri ſignificationē. nā etiā ſine diſpenſatione pape poſſet confeſſor nō iniūgere penitentiā confitēti ſed remittere illū ad penas purgatorij manēte ſacro et confeſſione in ſui integritate. neq̄ itēꝝ penitentiā iniunctā negligere eſt contra eſſentiā ſacri. Neq̄ valet ſecūda q̄m aſſumptū eſt falſum. licet enī ptās celebrandi ſit de natura ſacerdotij: ipſe tamē actus celebrandi nō eſt ꝺ eiꝰ natura nec ad eam pſe et neceſſario conſequit̄. ¶ Ad. $2^{m}$. dicitur ꝙ aſſumptū eſt falſum. quāuis enī occultatio peccatoꝝ non ptineat ad formā preciſe vel ad materiam ſacri: pertinet tamen ad totam eſſentiā ſacri ad quam pertinet

ſignificatio. qm̄ ſacramētū eſſentialiter eſt ſignuz ſicut patuit in p̄ª diſtictione ex ipſius diffinitione. ¶ Ad argumēta contra quartā cōcluſionē patet q̇d dicendū ſit ex ſecūdo notabili. ¶ Ad argumētū ante oppoſitū reſpōdet. S. Tho. ī hac diſ. q. 3. ar. p̄º. ſub. ar. p̄º. ad. 3ᵐ. ꝙ homo nō adducit̄ in teſtimoniū niſi vt homo. et ideo abſq̧ leſione conſcientie pōt iurare ſe neſcire qđ ſcit tantuz vt deꝰ. Et in hoc articulus terminatur.

PRimā queſtionē vigeſſime ſecūde diſtictionis reliq̇ intactaz qm̄ de eiꝰ materia ſm̄ mentez ſancti thome ſatis dictū fuit ſupra diſtictione p̄ma et diſtinctione quarta. Et vtrū corruptū idez numero poſſit redire quod tangitur in ſecunda q̄ſtione einſdez diſtinctionis: videbitur infra diſtictione quadrageſſima quarta.

# Diſtictio vigeſſima. iij.

CIrca vigeſſimā tertiā diſtictionē querit̄ vtrum extrema vnctio ſit ſacramentuz et arguit̄ ꝙ nō. quia ſicut oleū aſſumit̄ ad infirmos ita et ad cathecuminos. ſed vnctio q̄ fit oleo ad cathecuminos nō eſt ſacramentū. ergo nec extrema vnctio que fit oleo ad infirmos. ¶ In oppoſitū arguitur quia ſacramenta nihil aliud ſunt q̄ȝ quedam ſpirituales medicine. ſed extrema vnctio eſt quedam ſpiritualis medicina quia valet ad remiſſionem peccatorum vt dicitur Jacobi. 5º. ergo eſt ſacr̄ȝ. ¶ In hac q̄ſtione erunt q̄ttuor articuli vt ſupra.

QUantuz ad primū articulū ſit p̄ma concluſio ꝙ extrema vnctio nō eſt q̇d ſacrale ſ; ſacr̄m. Hāc ꝯcluſionez tenet S. T. in hac diſ. q. p̄ª. ar. p̄º. ſub. ar. p̄º. ¶ Secūda cōcluſio ē ꝙ effectꝰ p̄ncipalis huiꝰ ſacri ē remiſſio pctōꝝ q̇ ad reliq̇as pcti. Hāc cōcluſionē tenet. S. T. vbi ſup̄. ar. 2. ſub. arti. p̄mo. ¶ Tertia ꝯcluſio ē ꝙ materia ꝓxima huiꝰ ſacri eſt oleū ꝑ ep̄m ꝯſecratū. Hāc ꝯcluſionē tenet. S. T. in hac diſ. ar. 3. ſub. ar. 3. ¶ Quarta ꝯcluſio eſt ꝙ forma huiꝰ ſacri ē ōrō dep̄catiua ⁊ nō indicatiua. Hāc ꝯcluſionē tenēt. S. T. vbi ſup̄. ar. 4. ſub. ar. 2.

QUantum ad ſecundū articulū arguendū ē ꝯtra ꝯcluſiones. Et q̇dē ꝯtra p̄mā arguit petrꝰ ꝺ̄ palude dicens ꝙ eiꝰ ꝓbatio ē dubia q2 effectꝰ p̄ncipaliter intētus in adminiſtratione ſacrōꝝ nō ē character vel ornatꝰ ad q̄ ſoluz attigit actio ſacri; q2 hec ꝯſequit̄ fictꝰ q̄ tñ ſacr̄m ſuſcipit non rē ſacri. ſ; effectꝰ p̄ncipalr̄ intētꝰ eſt curatio morbi ſpūalis q̄ eſt ꝑ gr̄am ad quā nō attigit ſacr̄ȝ ſ; diſponit. niſi forte dicat̄ ꝙ iſta curatio ē q̇dez formalr̄ et imediate ꝑ gr̄am ſacr̄alem et nō ꝑ gr̄am gratū faciētē et ꝙ ſacr̄m attigat ad gr̄am ſacr̄alez nō aūt ad illā q̄ eſt ī v̄tutibꝰ et donis qđ nō eſt ꝓbabile q2 tūc fictꝰ recipet gr̄am curātē ſicut characterē ſi ita eſſȝ effectꝰ ſacri ꝓpriꝰ ſicut illud. et ſic ſine gr̄a gratū faciēte et charitate ſanaret̄ hō a pctō qđ eſt ipoſſibile. vñ etiā gr̄a ſacr̄alis ꝓut differt a gr̄a q̄ eſt in v̄tutibꝰ et donis forte nō ē aliud q̄ȝ diſpoſitio ad illā q̄ dicit̄ character vel ornatꝰ vel effectꝰ. ita ꝙ diuerſe gr̄e q̄ ſunt in diuerſis ſacr̄is ſūt diuerſe diſpoſitiones ad gr̄am vel diuerſi effectꝰ gr̄e. q2 aliđ eſt liberari ab originali aliud ab actuali et ſic ꝺ̄ alijs. hec petrꝰ ꝺ̄ palude ī forma. ¶ Cōtra ſecūdā cōcluſionē arguit durādꝰ ꝓbādo ꝙ p̄mꝰ effectꝰ huiꝰ ſacri nō ſit corroboratio nature ꝯ ꝺ̄bilitatē ex peccato relictā. q2 talis debilitas nature ꝑ quaz patimur difficultatē ad ōpa gr̄e eſt tā in ſanis q̄ȝ ī infirmis. ſi ergo ꝓp̄us effectꝰ extreme vnctionis ē exhilaratio mētis ad tollēdū p̄dictā debilitatē ſeu difficultatē: videt̄ ꝙ hoc ſacr̄m deberet ita exhibi ſanis ſicut ī infirmis qđ nullꝰ tenēt. ¶ 2º. q2 ſi talis exhilaratio mētis ē ꝓp̄us effectꝰ extreme vnctionis tūc nō ꝺ̄beret dari ī infirmis q̄ iā ꝑ infirmitate amiſerūt vſuȝ rōnis q̄ātūcūq̧ p̄us petiuiſſēt hoc ſacramētū: q2 ī eis non pōt ēē talis exhilaratio. hoc aūt falſuȝ ē. ¶ 3º. q2 p̄dicta ꝺ̄bilitas nature ſeu difficultas ad ōpa gratie ineſt oībꝰ a natura ſicut a cauſa ꝑ ſe: licet ꝓueniat ex pctō origiali ſicut a cauſa remouēte ꝓhibēs ſicut ꝺ̄ alijs ꝺ̄fectibꝰ fuit dictū in ſcđo libro. et ideo hēt rōnez defectꝰ naturalr̄ vel ſpūalis. cū aūt ꝑ hoc ſacr̄m aliq̇d indulgeat̄ vt in ipſa forma huiꝰ ſacri expreſſe dicit̄: qualiter autez pōt dici ꝙ p̄dictꝰ defectꝰ indulget̄. hoc enī nō ſolū eſt ī p̄ope dictū ſed clare falſū. ſubdit̄ enī ī forma verboꝝ. indulgeat tibi dn̄s quicq̇d deliq̄ſti ꝑ viſū vel ꝑ auditū et ſic de ceteris. ergo per hoc ſacr̄ȝ i-

dulgetur delictũ quo ad culpã vel penã culpe de=
bitam in toto vel in parte: vel aliquã ſequelã. q̃ꝛ
neutrũ eſt ipſe predictus defectus qui nobiſcũ p̄=
ſeuerat ꝑ toto tp̄e vite preſentis et precedit om̄e
nr̄m actuale peccatũ. ¶ 4°. quia ſi talis exhilara
tio mentis eſt ꝓprius effect⁹ hui⁹ ſacr̄i: mirũ eſt ꝙ
in forma eius non fit aliqua mẽtio de illa et fit ex=
preſſa mẽtio de remiſſione peccatoꝝ quam tu di=
cis nõ eſſe effectũ ꝓpriũ ſed cauſaliter contingen
tem. hoc eni eſt cõtra naturã forme ſacr̄orum que
efficiũt q̃d ſignificãt. melius eſt ergo ꝙ dicatur ꝙ
effectus huius eſt remiſſio peccatorũ. ¶ 5°. q̃r ſa=
cramẽta illud efficiũt quod ſignificãt. ſed per for
mã hui⁹ ſacr̄i directe ſignificat̃ dimiſſio peccatoꝝ.
eſt enim talis forma. per iſtam vnctionem et ſu=
am piiſſimaz miſericordiam indulgeat tibi domi=
nus quicquid deliquiſti per viſum ⁊ ſic de ceteris.
ergo ꝑ hoc ſacramentum fit dimiſſio peccatorum
quo ad culpam vel quo ad penam vel aliam ſeq̃=
lam. Sed quia peccatũ poteſt dimitti quo ad cul
pam vel quo ad penam ei debitam ſeu quamlibz
aliam ſequelam: ideo adhuc eſt dubiuz ſm̄ quod
iſtorum dicatur dimitti peccatũ. ſi enim dicat̃ di=
mitti quo ad culpam: cũ duplex ſit culpa. ſ. morta
lis et venialis: impoſſibile eſt ꝙ per hoc ſacramẽ
tum dimittatur culpa mortalis. quia ſicut baptiſ=
mus eſt ſpiritualis regeneratio et penitẽtia ſpiri=
tualis reſuſcitatio: ſic extrema vnctio ſanatio vel
medicatio. vnde exhibet̃ ꝑ modũ medicationis.
in plurib⁹ eni infirmitatib⁹ vtunt̃ medici vnctiõe.
ſed ſanatio non eſt niſi habẽtis vitã. ergo extre=
ma vnctio cũ ſit ſpiritualis ſanatio preſuppõit vi=
tam ſpũalem. ſed in eo in quo eſt peccatũ morta
le: nõ eſt vita ſpũalis. ergo extrema vnctio nõ or
dinatur ad dimiſſionez peccati mortalis quo ad
culpã. ſi ergo ordinat̃ ad dimiſſionẽ alicui⁹ pecca=
ti quo ad culpã: oportet ꝙ illud ſit veniale q̃d eſt
quaſi quedam infirmitas in vita ſpũali. Sed nec
iſtud videt̃ quibuſdã. q̃r cõtra vnũ defectũ ſuffi=
cit vnũ remediũ. ſed ſacr̄m penitẽtie ſufficiẽter d=
let om̄e peccatũ veniale quo ad culpã. ergo quo
ad hoc nõ ordinat̃ aliquod aliud ſacramentum.
ad hoc tamẽ poſſet dici ꝙ vnũ remediuz ſolum ẽ
per ſe inſtitutũ contra vnũ defectũ interimentez
vitam ſpũalem. ſicut baptiſmus contra peccatuz
originale: et penitentia contra peccatum actuale
mortale. ſed contra defectum qui non interimit
vitam ſpiritualem ſicut eſt peccatum veniale nul
lum ſacramentum eſt neceſſarium. multa tamen
remedia vtilia ſunt ſicut penitentia et cõfeſſio ge
neralis non ſacramentalis et benedictio epiſco=
palis. et idem poſſet eſſe d extrema vnctione nõ

obſtante ratione ſupradicta. ſed quia nulluz pec=
catum dimittitur quo ad culpam niſi voluntas q̃
fuit deordinata per eam reordinetur per debitã
diſplicentiam: etiam adhuc dubium eſt quomo=
do per extremam vnctionem dimittatur veniale
peccatum: cum non appareat quid ipſa operetur
ad talem diſplicentiam. poteſt tamen dici ꝙ hoc
modo operatur extrema vnctio ad dimiſſionem
peccati venialis: quia per eam datur digne ſuſci=
pienti quedam ſpiritualis hilaritas mentis. non
quidem contra illam debilitatem vel difficultatẽ
ad bonum nobis inataz vt alij dicunt: ſed contra
oppreſſionem quam infirmus tunc patitur. tuz ex
debilitate corporis. tum ex memoria precedẽtiũ
peccatorum propter que poſſet facilius in deſpe
rationem cadere. quam hilaritatem mentis for=
te vocat iacobus alleuiationem cum dicit: et alle
uiabit eum dominus. ad hanc ergo ſequitur con=
uerſio mentis in deũ et generalis diſplicentia om
nium debitorũ que ſufficiat ad deletionez omniũ
peccatorũ venialium. et ideo poſtq̃ btũs iacob⁹
dixit: et alleuiabit eum dñs ſubiunxit: et ſi in pec=
catis ſit dimittent̃ ei. et ſic primus effectus huius
ſacr̄i eſt exhilaratio mentis: ſed non principalis
nec pricipaliter intent⁹. quia ille eſt remiſſio pec=
nij deputari. hoc tamē intereſt vt iſti dicant inter
ſolēnitatē voti ꝑ ſuſceptionē ſacri ordinis et ꝑ ꝓ-
feſſionem religionis. quia ſolēnitati ordinis non
eſt annexū votum cōtinentie eſſentialiter ſed ſo-
lum ex ſtatuto eccleſie ꝙ votuꝫ continētie ſe habꝫ
ad eam accidentaliter et ecōtra. et ideo in tali vo
to pōt diſpēſari per eccleſiam nō obſtante conſe-
cratione cui non cōiungit̄ votum ꝑ ſe. ſed votum
cōtinentie eſſentiale eſt ſtatui religionis ꝑ quem
homo totaliter renūciat ſeculo dei ſeruitio māci-
patus. qđ non pōt ſtare ſimul cuꝫ matrimonio in
quo incumbit neceſſitas ꝓcurande vxoris et pro
lis et familie et rerū que ad hoc requirunt̄. ꝛ ideo
cōſecratio q̄ fit in ꝓfeſſione religionis habet eſſē-
tialiter annexū votū continentie. ꝓpter qđ ſicut
non pōt fieri ꝙ ſemel conſecrat⁹ deo per ꝓfeſſio-
nem religionis nō maneat conſecratus: ſic nō po
teſt fieri ꝙ poſt votuꝫ cōtinentie tali benedictio-
ne conſecratū ꝓfeſſus poſſit transferri ad contra
rium actū matrimonij. ſed quicqđ ſit de iſta con-
cluſione: ratio tamē iſta nō cogit. Quod enī dici
tur in maiori ꝙ illud qđ ſemel eſt dño cōſecratuꝫ
non pōt in alios vſus cōmutari: verū eſt paſſim ꝛ
indifferenter: poteſt tamē in caſu pro magna ne-
ceſſitate. vnde dauid et qui cum eo erāt comede
runt panes domino conſecratos nec peccauerūt
quia neceſſitas excuſauit eos vt habet̄ p° Regū
21. et hodie ſi quis laicus periculoſe ſitiret nec ha
beret cum quo biberet niſi cum calice conſecrato
non peccaret ſi in eo biberet. et ſi in talibus excu-
ſat neceſſitas perſonalis: fortiori ratione vtilitas
cōmunis. et ſimiliter videretur dicendum in ꝓpo
ſito ꝙ conſecratus domino per votum continen-
tie ſolēnizatum: poſſet diſpenſatiue tradi ad ma
trimonium ꝓpter bonū cōmune. Quod etiaꝫ di-
citur in minori ꝙ propter ſolēne votum continē-
tie conſecratur quis domino: poſſet dici ꝙ illa cō
ſecratio que fit in ſacri ordinis ſuſceptione et ꝓ-
feſſione religionis omnino per accidens ſe habet
ad votum continentie. et hoc ipſi concedunt de
cōſecratione que eſt in ſuſceptione ſacri ordinis.
Idē etiam videtur de benedictione que eſt in ꝓ-
feſſione religionis. quia ad profeſſioneꝫ nulla be
nedictio ex neceſſitate requiritur: ſed ſolum emiſ
ſio voti in manu prelati et que ſi nulla attendere-
tur benedictio vera eſſet profeſſio et q̄ obligaret
apud deum et homines ſicut habita benedictio-
ne. quemadmodum dicitur đ eo qui manet in re-
ligione anno ꝓbationis tranſacto qui reputatur
vere profeſſus abſq; benedictione aliqua. quan-
do etiam benedictio additur: illa magis reſpicit
bonum vel votum obedientie q̄z continentie qꝛ
eſt benedictio habitus qui eſt ſignum ꝙ deferen-
tes ſimilem habitum viuunt in ſimili obedientia.
propter quod videtur ꝙ ſicut poteſt diſpenſari in
voto continentie ſolēnizato per ſuſceptioneꝫ ſa-
cri ordinis: ita quando ſolemnizat̄ per profeſſio-
nem religionis. ¶2°. ad idem. ꝙ enim ſolēniza-
tio voti non obſtet quin tale ſit diſpenſabile: pa-
tet conſiderando quid ſolēnitas addat ad votū.
addit enim ſolum quandam perfectionem acci-
dentalem. ſicut enim in ſacramentis et ceteris re
bus differunt ea que ſunt đ neceſſitate ab his que
ſunt de ſolēnitate: ita in votis. vtrobiq; enim res
eſt perfecta eſſentialiter excluſa ſolēnitate. ita ꝙ
ſolēnitas non addit niſi quendam decorem acci-
dentalē. cum ergo votum ſit eſſentialiter quedaꝫ
promiſſio ac per hoc quedam obligatio: quicqđ
obligationis eſt in voto: totum eſt ibi excluſa ſo-
lemnitate. eſt autem in voto duplex obligatio.
vna ſolius promiſſionis poſt quaꝫ res non debꝫ
alteri tradi: et hec ſola eſt in voto ſimplici. alia eſt
promiſſionis et traditionis rei promiſſe poſt quā
res non poteſt alteri tradi cum primus iam ſit a-
deptus dominiuꝫ rei: et hec eſt in voto perfecto.
eſſentialiter enim perficitur votum cum ſit q̄daꝫ
promiſſio: in hoc ꝙ res promiſſa tradit̄. et ex hoc
habet votum ꝙ dirimat matrimonium iam con-
tractum etſi nulla ſolemnitas additur. que quan
do additur nihil obligationis addit ſed ſolū quē
dam decorem. ex quo ſic poteſt argui. illud ſine q̄
votum eſt eſſentialiter perfectuꝫ nec addit voto
aliquam obligationem: non impedit quin in vo-
to poſſit fieri diſpenſatio. ſed ſolēnitas voti ē hu
iuſmodi vt declaratum eſt. ergo non impedit quī
in voto continentie quantūcūq; ſolēnizato poſ-
ſit diſpenſari. ¶4°. ad principale arguitur. quia
ſm bernardum: quod pro charitate inſtitutum ē
contra charitatem non debet militare. ſed ſi non
poſſet diſpenſari in ſolēni voto continentie: tunc
aliquando militaret contra charitateꝫ ſicut quā-
do pro diſpenſatione pax vnius regni poſſet ac-
quiri. ergo in tali caſu poſſet diſpenſari. ¶5°. ar-
guit petrus de palude probando ꝙ papa poſſit
diſpenſare in ſolēni voto religionis. quia qua ra-
tione obligatio ad actum matrimonialem non ē
eſſentialis matrimonio: eadem ratione obligari
ad caſtitatem non eſt eſſentiale ad religionem.
ſed ſicut in matrimonio eſt ipſe contractus tranſ-

ſiens ex quo cauſatur vinculum quod eſt eſſētiale matrimonio ad quod cōſequitur obligatio ad reddendum debitū et ius petendi quaſi actio: ſic in religione eſt ipſa profeſſio quaſi contractus facti tranſiens ex qua innaſcitur vinculum ad ipſam religionem. per quod quādiu viuit dicitur religioſus talis religionis ſicut coniūx talis coniugis. niſi ꝙ vinculum matrimoniale eſt quedaꝫ vera res abſoluta vel reſpectiua ſicut character et ornatꝰ in alijs ſacramentis. vinculū auteꝫ religionis nō eſt res ſed relatio rationis ſicut eſſe conſecratum in calice vel altari. Item ipſam eſſentiam religionis conſequitur obligatio ad actus religiōis etiā poſitiuos vt eſt obedire: et priuatiuos vt eſt non habere propriū et non vti coniugio. ſicut obligatio ad actum coniugij ſequit̄ vinculū coniugij. niſi ꝙ in matrimonio obligatio eſt firmata de iure diuino: non ſolū ſm ſe ſed ſm ꝙ eſt acceſſoria ſacramenti a deo inſtituti. ſed obligatio ad ea que ſunt religionis eſt quidem d̄ iure diuino ſm ſe qꝛ dicit: vouete et reddite dn̄o deo veſtro. et nō ratione eius quod ſequit̄ quod nō eſt ſacramentuꝫ ſed quedā cōſecratio ab homine adinuēta. ſicut nō vti calice ad vſus ꝓphanos ſm ſe ſuppoſita cōſecratione eſt d̄ iure diuino quia ꝓhibet ſancta ꝓphanari: ſed nō ratione conſecrationis q̄ eſt per hominē. ita ꝙ ſicut papa pōt diſpēſare vt calix vēdatur etiam nō conflatus: ſic et ꝙ monachus manens monachꝰ vxoretur. quia ſupra votum ſimplex non fit per profeſſionem niſi quod eſt poſitiuum. ſed in voto ſimplici pōt papa diſpenſare. ergo et in iſto ratione voti. ſed obligationē ꝓut eſt ex ſacramento eccleſie pōt ipſe remittere. ergo et totalem. ¶6°. ꝙ papa poſſit diſpēſare in voto cōtinentie ſolēnizato per ꝓfeſſionē ſic ꝙ matrimonium poſtea contractū teneat: arguit. quia papa ſtatuit illud quod ipſe cum vult deſtituit. vnde ſicut pōt facere ꝙ matrimoniū teneat in gradu ab eccleſia ꝓhibito: ita et ꝙ teneat poſt ꝓfeſſionem cuiꝰ ſolēnitas eſt ꝑ eccleſiam inſtituta que facit tales ꝑſonas inhabiles. non eni ſubſtantia voti facit ꝑſonam illegitimā q̄ eſt a iure naturali vel diuino: ſed ſolēnitas q̄ eſt ꝑ eccleſiā. et pōt eſſe ſufficiens cauſa diſpenſandi vt ſarracenꝰ rex cum tota terra ꝓmittat cōuerſionē ſi ſanctimonialis ſibi detur cuius amore captus eſt. ſicut iacob cōſenſit dare dinam filio regis ſichē alienigene ꝓpter circumciſionem. aut ſi regina concupiſcēs monachum ſimiliter. ſic enim moyſes duxit vxorē ethiopiſſam alienigenā. et ꝙ hoc poſſit licere patet. quia papa licet non poſſit facere ꝙ ꝓfeſſus non fuerit profeſſus: poteſt tamen facere ꝙ non ſit obligatus religioni nec ad vota religionis. quia in omni obligatione intelligitur auctoritas pape excepta. ſicut non poteſt facere ꝙ calix non fuerit conſecratus ſed bene poteſt ipſum deordinare ab hoc qd̄ ꝑ cōſecrationem erat dedicatus: vt ſi prohibeat ꝙ cū calice ſancti dioniſij non celebretur in memoriaꝫ et reuerentiam illius. vnde non erit monachus obligatus ad caſtitatem ſi papa irritat obligationem tanq̄ꝫ eccleſie cōtrariam et maioris boni impedimentum. et per conſequens poterit contrahere. et ſic de alijs votis: ſicut fecit regi aragonuꝫ prius monacho queꝫ propter defectum heredis compulit exire monaſterium et ad matrimoniū contrahendum. qui vxoratus fuit liberatus a voto caſtitatis. vnde nec poſt mortem vxoris tenebatur continere et paupertatem habere: vnde filios heredes habuit. nec per conſequens obedire: quia non poteſt tolli vnum d̄ eſſentialibus quī tollantur alia ſm quoſdaꝫ. vnde ꝙ ipſe vxore impregnata redijt ad monaſterium: fuit perfectionis. et ſm hoc poteſt dici ad decretalem ꝙ veruꝫ eſt ꝙ quādiu obligatus eſt regule: non poteſt ſibi dari licentia quia caſtitas eſt ſibi ānexa. vnde cum monachus ſit epiſcopus non habet propriū nec poteſt teſtari niſi de priuilegio ſpeciali: nec ē liberatus ab obedientia. vnde ſi reſignās epiſcopatui redeat ad clauſtrū: tenetur obedire ſine noua profeſſione. ſicut patet in raymūdo qui poſtq̄ꝫ reſignauit: inuitus factus eſt magiſter ordinis. ꝑ hoc etiam patet ꝙ papa poteſt de regularibus facere ſeculares. ¶7°. probat ꝙ papa poteſt ſimpliciter facere d̄ monacho non monachum. quia eſſe monachum eſſentialiter eſt eſſe obligatū ad tria vota per talem modum profitendi. licet autem papa non poſſit facere ꝙ iſte non fuerit ſic obligatus quia nec deus poſſet: poteſt tamen facere ꝙ qui ſic fuit obligatus: non plus ſit obligatus. quia aut hoc prohibet votum vel ius diuinū aut ſtatutū humanuꝫ. non primū: quia in voto vt votum eſt papa poteſt diſpenſare. nec etiam ſtatutum humanū: quia omne ſtatutum iuris poſitiui amouere poteſt. ſicut ergo papa poteſt facere ꝙ religioſus non ſit obligatus ad paupertatem aut caſtitateꝫ vel obedientiam quia licet iſta vota dicantur ſubſtantialia religionis plus q̄ꝫ alia ex hoc ꝙ ſine iſtis nō eſt religio que poſſet eſſe ſine alijs: nihilominus tamen quando in regula et ſtatutis continentur alia ſicut iſta: eque ſunt eſſentialia religioni illa ſicut iſta. alias vna religio non differret eſſentialiter ab alia: cum omnis religio contineat iſta tria et multe equaliter. qua ergo ratione papa poteſt diſpēſare in illis: ita et in iſtis. iſtis

autem tribus amotis non ſtat religio. ergo papa poteſt facere de monacho non monachuz. Si dicatur ꝙ ratio non valet: quia aliquis prelatꝰ diſpenſat in ſilentio qui nō diſpenſat in caſtitate: dicendum ꝙ hoc nō valet: quia illa diſpenſatio eſt ſm regulam ſibi cōmiſſam et non iſta. papa vero diſpenſat nō quia cōmittitur ſibi in regula: ſed in re ſuo tanquā ille in cuius preiudiciū nihil potuit promitti. et qua ratione papa pōt diſpenſare i omnibus eſſentialibus eiuſdē: fortiori ratione in vno vel duobus. ſed verū eſt ꝙ tunc non manet monachus ſi aut ab omnibꝰ vel aliquibꝰ abſoluatur: qꝛ tria illa ſunt de eſſentia monachatus. ¶8° arguit. quia rationes pro parte oppoſita et inſtantie contra predicta non valēt. ꝙ enim in voto cōtinentie ſolēnizato p profeſſionē religionis papa non poſſit diſpēſare: arguūt aliqui quadruplicit. Primo quia abdicatio ꝓprietatis et cuſtodia caſtitatis adeo ſunt ānexa regule monachali vt cōtra eam nec ſūmꝰ pontifex valeat licētiam indulgere. extra de ſtatu monachali cū ad monaſteriū in fine. Secundo qꝛ cōſecrata: perpetuo durāt cōſecrata quādiu et ille res. Tertio quia papa non poteſt diſpēſare in matrimonio non conſumato, ſed ꝓfeſſio ſoluit matrimoniū non cōſumatum. ⁊ ſic eſt fortius vinculū et per conſequēs minus diſpenſabile. Quarto quia ſi papa poſſet in ſolemni voto continētie diſpenſare: tunc iſte cū quo diſpēſaret: poſſet licite ad ſeculū reuerti et contrahere matrimoniū. ſed ponamꝰ ꝙ intraſſet religionem poſt matrimoniū initiatū ⁊ nō conſumatuz et eo ꝓfeſſo vxor eiꝰ cōtraxiſſet cū alio: tunc ſequeret̄ ꝙ aliquis viuente vxore legitima poſſet cuz alia cōtrahere. hoc autē nō videtur. quare et c̄. Sed iſte inſtantie nō valent. nō quidem prima: quia dicit̄ ꝙ papa nō poſſet diſpenſare ſed irritare vel non pōt diſpenſare quādiu ille manet monachꝰ quia eſſentialiter eſt hoc illi annexū. ſed papa pōt facere de monacho non monachū. Similiter nec ſecunda valet. quia dicit̄ ꝙ ſolēnitas voti ꝑut dirimit matrimoniū poſt contractū: quo ad iſtū effectū eſt per eccleſiā que ſtatuit tales ꝑſonas inhabiles. et ſic debet intelligi illud de voto caplo p° li. 6. alias falſum eſſꝫ ſi intelligeret ꝙ eſſentia ſua eſſet per eccleſiam: cū ſacer ordo q̄ eſt verū ſacrꝫ nō ſit ꝑ eccleſiam. ſed ꝙ irritet matrimoniū eſt annexū vtriqꝫ ex ſtatuto eccleſie et nō de iure naturali quo ſolū pater et mater ſunt inhabiles. nec cō lege diuina. licet autem non poſſit fieri quin cōſecratum fuerit conſecratū: poteſt tamen fieri ꝙ ex conſecratione non conſequat̄ illud quod ex ſolo ſtatuto eccleſie ipſum conſequitur. cuiuſmodi eſt eſſe inhabilē ad matrimoniū. Ulterius tertia iſtātia non valet. quia dicitur ꝙ profeſſio ſoluit vinculum matrimonij non cōſumati: non ex ſtatuto eccleſie ſed ex hoc ꝙ eſt mors ciuilis. vnde profiteri vitam heremiticam: ſoluit matrimonium ſicut profiteri vitam cenobiticā. poteſt autēz papa diſpēſare in morte ciuili quia pōt heremitā cogere ad epiſcopatū redire. ideo ⁊ c̄. Item qꝛ in morte ciuili non eſt aliquod reale amouendū ſicut eſt in matrimonio. ideo ex ſtatuto dei eſt ꝙ mors ciuilis que eſt diſpēſabilis per hominē: tollat matrimoniū diſpēſabile per hominem. Deniqꝫ quarta non valet. quia dicitur ꝙ ſicut non eſt inconueniens poſt matrimoniū conſumatuz alterum mori et ſic matrimoniuz ſolui et nihilominꝰ ſi mortuus ſuſcitaretur poſſet contrahere cum alia prima viuente: ſic non eſt inconueniēs ꝙ poſt matrimonium initiatū: per ingreſſum religionis et per mortem ſpūalem ſolutum: ſi religioſus per diſpenſationem ſuſcitetur ad vitam ciuilē ꝙ contrahat cū alia prima viuente. nec propter hoc habet plures vxores ſed vnam tm̄ quia cum prima fuit ſolutū matrimonium. hec petrus d̄ palude. ¶9°. ad idē arguit godofredus. 11°. quodlibet. q. 17ª. dicens ꝙ ad reformationem pacis vbi imineret periculum vel perturbatio eccleſie vel in aliquo tali caſu: poteſt diſpenſari in tali voto. quia ſi non poſſꝫ aut hoc eſt quia non poteſt recompenſari p eque bonum vel melius: aut propter votum: aut ꝑpt ſolemnitatem voti. ſed nullum iſtorum impedit. primuz non: quia virginitas vel continentia monachalis non eſt de eſſentia virtutis continentie ſed eſt quidam gradus accidentalis ſuꝑadditus. ſicut abſtinere a carnibus non ē de eſſentia eiꝰ in quo principaliter conſiſtit virtus abſtinentie: ſed eſt quoddā accidētale additū. ꝓpter quod caſtitas ioānis non prefertur matrimonio abrahe. vitare aūt periculum diſcordie ex qua poſſit cōturbari pax eccleſie et reformare pacem in tali caſu: ē ſatis maiꝰ bonum q̄ꝫ illud accidētale ſuꝑadditūꝫ ſuper bonum continētie coniugalis. bonū eni cōmune melius eſt et diuinius q̄ꝫ bonum ſingularis ꝑſone: ꝙ oportet adeo actus maioris ꝑfectionis de ſe intermittere. ſ. actus vite contemplatiue vt exerceantur actus minus perfecti. ſ. actus vite actiue propter bonum cōmune. Nec eſt cōtra hoc quod dicitur Eccleſiaſtici. 26°. non eſt digna pōderatio continentis anime. tum quia ibi non accipitur continentia pro ſpeciali virtute ſed ꝓ omni. tum quia matrimonium non tollit bonum cōtinentie ſimpliciter: ſed tantū quantum ad illum gradum accidentalem. Secundum etiam nō im-

pedit.ſ.obligatio voti.quia votum fatuū nō obli
gat.ſ ſi aliquis ſic voueret ſeruare aliquid ꝙ ſi to-
tus mundus periret nō dimitteret:fatuū eſſet.er-
go nō obligaret tale votum . ſufficit enim ꝙ ꝓpt
propriū cōmodū vel ꝓpria ſponte:non intendat
quod vouit mutare. ille etiā cuius ē diſcernere in
quo caſu expedit ſeruare votū:pōt in diſpēſatio-
ne voti:extra ꝺ iureiurādo veniētes. Tertiū etiā
non impedit.ſ.ſolēnizatio. ꝑmo quia omne illud
quod ex ſtatuto eccleſie habet vigorē:per eccleſi-
am pōt mutari et in eo papa pōt diſpenſare . ſed
omnes ſolēnizationes et oēs religiones ſuper-
addite religioni xp̄iane habēt vigorē ex cōfirma
tione eccleſie. ergo et c̄. ſicut enim cōtinentia an-
nexa ordini ſacro eſt ex ſtatuto eccleſie : ita etiaꝫ
dicta ſolēnizatio. propter quod ita pōt diſpenſa-
ri in vno ſicut in alio. Secundo quia nulla ſancti-
ficatio cuiuſlibet religionis ab homine cōficte : de
bet preiudicare religioni chriſtiane in qua impri-
mitur aliquid idelebile i anima.ſed ſi talis ſancti
ficatio impediret matrimoniū per quod tolleret̄
perturbatio eccleſie et religionis xp̄iane: tūc pre-
iudicaret religioni chriſtiane . ergo et c̄. Tertio
quia ſanctificatio qua aliquid deputat̄ cultui diui
no licet repugnet actibus cōtrariis.ſ. inhoneſtis
et vitioſis:non tamē repugnat actibus honeſtis i
caſu neceſſitatis exercendis: licet ſint ſimpliciter
minus boni ꝙ̄ actus religionis.ſ.actus contēpla-
tionis. ſicut patet ꝙ epiſcopi ꝓpter neceſſitatem
cōmunitatis tenent̄ intermittere actus contēpla
tionis vt vacent actibus vite actiue. et religioſus
in neceſſitate patris teneretur ītermittere obſer-
uantias religionis propter laborē manuū ad ſub
ueniendū patri.ſed actus matrimonij ſunt actus
honeſti licet non ſint ita boni ſicut actus religio-
ſorum ſimpliciter loquēdo : tamē in caſu tante ne
ceſſitatis eſſent magis boni et magis neceſſarij ꝙ̄
actus religioſoꝝ . ergo ſanctificatio religionis nō
impedit quin in aliquo caſu tāte neceſſitatis poſ-
ſet diſpēſari cū religioſo ꝙ matrimoniuꝫ contra-
hat . decretalis autē illa de ſtatu monachoꝝ cum
ad monaſteriū:non dicit impoſſibilitatem ſed no
tat difficultatem. ſicut dicitur nō poſſe fieri qꝺ nō
ſine magna cauſa pōt fieri.hec ille. ¶ 10.ad idem
arguit henricus. 5°.quodlibet.q.27.quod inq̄t
alij dicunt ꝙ ſemel ſanctificatum deo non pōt in
alios vſus mutari vt dicitur Leuitici vltimo : qꝛ
non pōt fieri vt ſanctificatū ſanctificationeꝫ amit
tat vt patet in calice.ſolemnitas autem voti con
ſiſtit in quadā conſecratione qua anima deo ſan-
ctificatur ⁊ ideo non poteſt non eſſe ſanctificata.
ſicut ſemel factus ſacerdos non poteſt nō eſſe ſa-
cerdos.et ſic papa in voto continētie diſpenſare
non poteſt niſi quando eſt accidentaliter ānexa
voto vt patet in ſacro ordine. tunc eniꝫ papa po
teſt diſpenſare. non aūt quādo eſſentialiter ē an-
nexa vt in voto religionis.hoc inquā non valet.
quia ſanctificatum non pōt mutari in alios vſus
contrarios per diſpenſationē. pōt tamen mutari
in vſum magis proficuū in quo virtute ſaluat vo-
tum . vt ſi vrgente neceſſitate lapides altaris in
alium vſum conuerterent̄ .nec eſt differentia ſiue
eſſētialiter ſiue accidētaliter ſit ānexa voto . quia
qualitercūq; quis obliget ſe voto vel iuramento
ſemper ītelligitur excepta auctoritas ſuperioris
vt extra de iureiurando veniētes . Sciendum tñ
ꝙ in malo quod auertit a fine vt eſt peccatū mor
tale vel retrahit vt eſt veniale:non cadit diſpen-
ſatio nec dei nec hominis.quia ſicut deus i ſe pec-
care non poteſt:ita nec creaturā a ſe auertere nec
retrahere. aliud auteꝫ eſt malum quia eſt occaſio
mali vt eſt vſus diuitiarum et temporaliū . ſuper
quo malo cauendo inducta ſunt ſtatuta legis po
ſitiua.quoꝝ quedam ſunt īmediate a deo vt ſacra
menta et alia que ꝑtinent ad credenda : et in tali
bus ſolus deus diſpenſat.alia ſunt inſtituta ꝑ ho-
minem:et illa habēt diſpenſationē pro loco et tē
pore. et ideo quia viuere i matrimonio vel extra
habere temporalia vel non : ſunt ab inſtitutione
humana nec contrariant̄ iuri diuino vel naturali
in talibꝫ poteſt diſpenſare. īmo debet cum videt
hoc eſſe bonuꝫ reipublice. hec ille in forma. ¶ Cō
tra quartam ꝯcluſionē arguit ſcotus probādo ꝙ
non ideo matrimoniuꝫ impeditur ꝑ ſacros ordi-
nes quia habent ānexum votū continentie. quia
id votum aut ſit ānexum ꝙ illud vouet ſuſcipiēs
aut tantūmodo quia ex p̄cepto eccleſie eſt q̄ſi an
nexum quia teneret̄ ſeruare ac ſi voueret. non ꝑ-
mo modo: quia nullus vouens vouet nolitum.ſ
iſte ſuſcipiens ordinem ſacrum explicite habet in
voluntate non continere vt eſt poſſibile. ergo ip
ſe non vouet continentiam . Si dicas ꝙ vouet in
facto quod facit in ſuſcipiendo ordinem quia an-
tiqui patres latius vouerunt et iſte ſuſcipit ſimile
ſignum:contra. nullus tenetur ex voto ad votuꝫ
factum ab alio ſi habet votum contrarium. prete
rea ſuſcipiunt orientales idem ſignum: et tamen
ſine voto caſtitatis. Si ſecundo modo : ergo con
trahens ſimpliciter contrahit. probatur extra de
matrimonio contra interdictum eccleſie contra-
cto ex litteris. licet contra interdictum trāſire ad
ſecunda vota non debuerit:non eſt conueniēs vt
hoc ſacramentū coniugij diſſoluatur . alia tamen
penitentia debet eis imponi quia cōtra ꝓhibitio-

nem eccleſie hoc fecerunt. ergo ſi tantūmodo eſt
annexum votum continentie ordini ſacro ex pre
cepto eccleſie: ſequitur ꝙ non ſimpliciter illegiti-
mat ad contrahendum. vniuerſaliter enim in iu-
re ſtatutum hoc fieri prohibens: non illegitimat
niſi contineat talem ſententiam: ſi contractū fue-
rit dirimatur: vel ſi copulati fuerint non ſunt ali-
qualiter copulandi. hec ille.

Quantuꝫ ad ter-
tium articulū primo notandum
eſt prout. S. Tho. ꝺducit ſupra
diſtin. 26. q. ṗa. arti. ṗo. ad ṗmū.
ꝙ natura hominis ad aliquid in
clinat dupliciter. vno modo quia eſt conueniens
nature generis: et hoc eſt cōmune omnibus aīali
bus cum quibus conuenit in natura generis. alio
modo natura hoīs inclinat ad aliquid qꝛ eſt con
ueniens nature ſpecifice per differētiam eſſētialē
qua ſm phm ſpecies humana abūdat a genere ī-
quantū. ſ. eſt rationalis. et vtroq; iſtoꝝ modorū
natura hoīs inclinat ad matrimoniū. nō ſicut ad
id quod ē neceſſariū ad ꝑfectionē cuiuſlibet hoīs
qꝛ talis inclinatio quēlibet obligaret eo ꝙ natu-
rales ꝑfectiōes oībꝰ ſunt cōmunes ꝓut. S. Tho.
ibi notat. ar. 2. in corꝛ. ſed ſicut ad id qđ ē neceſſa-
riū ad ꝑfectionē multitudinis ſeu cōmūitatis. nō
tū vtroq; modo īclinat natura hoīs ad matrimo
niū equaliter nec ſm idē. cū enī matrimoniū ꝓut
phs docet. 8o. ethi. hēat ꝓ fine principali filiorum
ꝓcreationē et educationē: ꝓ fine vero ſecūdario
habeat mutuū obſequiū ſibi a cōiugibꝰ in rebꝰ do-
meſticis impēſum: eo ꝙ ad humanā vitā quedaꝫ
opa ſunt cōpetētia viris et qdā mulieribꝰ: natura
humana ſm rōnem generis īclinat ad matrimo-
niū quantū ad ṗncipalē finē qui eſt filiorū ꝓcrea-
tio et educatio. ſm rōnem vero ſpecificā inclinat
ad matrimoniū quātū ad finē ſecūdariū q̇ eſt mu
tuū obſequiū ſiue operū cōmunicatio q̄ neceſſa-
ria ſunt ad vitaꝫ. Neq; obſtat ꝙ homo in natura
generis cōueniat cū ceteris animalibꝰ in quibꝰ na
tura non inclinat ad matrimoniū quāuis inclinet
ad filioꝝ ꝓcreationeꝫ et educationem. qm̄ vt. S.
Tho. loco ṗmo allegato tāgit: et magis expreſſe
in queſtionibꝰ de potētia dei. q. 2. ar. 2. in corꝛ. na
tura cōmunis vt generis aliquē modū et aliquaꝫ
ꝑfectionē accipit ex ꝓprijs ſpeciei in qua continet̄
quod ſibi non cōpetit ſm rōnem generis. vnde ī
hoīe aīalitas ꝑfectior eſt q̄ in brutis aīalibus. ac ꝑ
hoc ⁊ actio q̄ debetur nature animalis: perfectior
eſt in homine q̄ in alijs aīalibus. eſt enī in homīe
ſm ꝙ cōpetit ṗcipijs ſpeciei humane. ex quo fit

vt homo ꝑfectius habeat actū virtutis imagina-
tiue q̄ reliqua aīalia ſm ꝙ competit eius rōnali-
tati. nimirū igitur ꝙ natura generis in hoīe incli-
nat ad matrimoniū nō in alijs aīalibus. matrimo
niū enim nō ſolū dicit cōiunctionē maris et femi-
ne ad filioꝝ ꝓcreationē et educationē: ſed et ad ī-
ſtructionē in moribꝰ. importat etiā coniugale vi-
culuꝫ conſenſu et pactione vtriuſq; cauſatū qđ in
alijs animalibꝰ nō inuenit̄. et inde eſt ꝙ tanquaꝫ
cōtractus inter hoīes dūtaxat exiſtēs: diffinit̄ ꝙ ē
viri et mulieris coniunctio maritalis inter legiti-
mas ꝑſonas indiuiduā vite cōſuetudinē retinen-
tes. Confirmāt ea que ſupra dicta ſunt de duplici
fine matrimōij verba auguſtini ī libro de bono cō
iugali caplo tertio ſic dicentis. cur ſit bonū coniu
giū querit̄ merito. quod mihi nō videt̄ ꝓpter ſolā
filioꝝ ꝓcreationē: ſed ꝓpter ipſam etiā naturaleꝫ
in diuerſo ſexu ſocietatē. alioquin nō iā diceretur
coniugiū in ſenibus: preſertim ſi vel amiſiſſent fi-
lios vel minime genuiſſent. nunc vero in bono li-
cet annoſo cōiugio ⁊ ſi emarcuit ardor etatis in-
ter maſculū et feminā: viget tamē ordo charitatꝭ
inter maritum et vxorē. ¶ Ex quibꝰ inferimus ꝙ
ſiue aliquid repugnet matrimonio quātū ad ṗn-
cipalē eius finē ſiue quantū ad finē ſecundariū: cō
tra naturā hoīs et cōtra eius naturalē inclinatio-
nem dici debet. et ꝑ conſequēs diſpēſatio illiꝰ ſtā-
te matrimonio: ꝑtinet ad nature cōditorē et ma-
trimonij inſtitutorē. nā eius ſolius eſt diſpenſare
in lege: cuius eſt legē condere. vnde qꝛ pluralitas
vxorū ſimultanea et ſi non repugnet principali fi
ni matrimonij: repugnat tamē fini ſecundario ꝓ
eo ꝙ cōiugalis vita et mutuū coniugū obſequiūꝫ
ſm operū cōmunicationē vix aut nūquā duci po
teſt cū amore et pace ipſoꝝ ſine quibꝰ vita matri
monialis grauis et difficilis reddit̄ et diu ꝑmane-
re non poſſet: cōſequēs eſt ꝙ nūquaꝫ licitum fuit
vnū virum plures habere vxores niſi diſpenſan-
te nature auctore q̇ preter et ſupra naturales re-
rum inclinationes: mouere et ordinare res cōdi-
tas pōt. Eſt ad hoc et ſpecialis ratio qꝛ ex diuina
inſtitutione coniunctio matrimonialis eſt vnius
ad vnam tātūmodo ſm illud gene. 2. propt̄ hāc
relinquet homo patrem et matrem et adherebit
vxori ſue et erunt duo in carne vna. vbi nō dictū
eſt vxoribus ſed vxori vt interlinearis dicit. et e-
runt duo non plures. ſequitur ergo ꝙ diſpēſatio
ad plres vxores: ex ſola dei auctoritate eē poſſit.
Unde. S. Tho. in hac diſtin. 33a. q. ṗa. arti. 2. in
corꝛ. lex inquit de vnitate vxoris: non eſt humani-
tus ſed diuinitus inſtituta. nec vnquā verbo aut
litteris tradita: ſed cordi impreſſa ſicut et alia q̄

ad legem nature qualitercūqꝫ pertinent. et ideo in hoc a ſolo deo diſpenſatio fieri potuit per inſpirationē internā. que quidē principaliter ſanctis patribꝰ facta eſt et ꝑ eoꝝ exēplum ad alios ē deriuata eo tempore quo oportebat predictū nature preceptū pretermitti vt maior eſſet multiplicatio ꝓlis ad cultum dei educāde. Huic ſententie fauet quod chriſoſtomꝰ dicit in homelia Mathei 19. inquit enim. non ſolum aūt ex modo creationis: ſed etiā ex modo legiſlationis mōſtrauit q̄m vnum oportet vni cōiūgi et nūquā reſcindi. vnde ſequitur et dicit. propter hoc relinquet homo patrē et matrē et adherebit vxori ſue. Et hoc nō iam pro opinione tenendū putamꝰ: ſed pro veritate in cap̄lo gaudemus de diuortijs diffinita. vbi innocentiꝰ tertius ſic dicit. neqꝫ vlli vnquā licuit inſimul plures vxores habere: niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum.

**Secundo** Notandum eſt ꝙ ſicut apparet ex ſupra dictis matrimoniū non ſolū eſt ex inſtitutione diuina inquantū eſt ſacr̄m: ſed etiā inquantū eſt in officium nature. vnde et cōſenſus cōtrahentiū non haberet vim efficiendi matrimoniū q̄ꝫm ad ꝓpriā et perfectam ſui rōnem: niſi ꝓpter efficaciā quam habet ex diuina inſtitutione. et hoc expreſſe dicit S. Tho. ſuꝑ diſ. 27. q. pᵃ. ar. 2. ſub. ar. pº. ad pᵐ. vinculum ergo ꝑpetuū inter cōiuges et eius īdiſſolubilitas per totā vitam q̄ conſequit̄ naturam matrimonij: ex diuina eſt inſtitutione tanquā ex cauſa prima et ꝑncipali. ex mutuo aūt conſenſu: ē ſicut ex cauſa ſecundaria et inſtrumentali, put ibidem. S. Tho. docet. Fallunt̄ igitur qui putāt ſolo conſenſu coniugatoꝝ poſſe matrimoniū reſcindi vel in eo diſpenſari q̄ꝫm ad ipſius ſubalia: argumentantes ꝙ vnūquodqꝫ ꝑ illas cauſas diſſoluitur ꝑ quas et conſtituit̄. vnde qꝛ contractus matrimonij fit ex pari cōſenſu viri et mulieris: videt̄ illis ꝙ et ex eoꝝ mutuo conſenſu diſſolui et in eo diſpēſari poſſit. Certe motiuū iſtoꝝ vt ex premiſſis apparet eſt fallax. ſupponit enim hoc falſum ꝙ matrimoniū vim et efficaciā habeat ex ſolo cōiugatoꝝ cōſenſu: quaſi fuerit quidā humanꝰ contractus cōtra verbū dn̄i dicētis Mathei. 19. q̄s deꝰ cōiūxit homo nō ſeparet. vnde ſi motiuū illorū valeret: poſſet etiā vxor de ꝯſenſu viri plures habere maritos quod eſt abſurdū. ꝓbatur illud. qꝛ vir et vxor q̄ꝫm ad cōtractū matrimonij et ad vtriuſqꝫ cōſenſum: ad paria iudicant̄. et hanc rationē tangit inocentiꝰ in cap̄lo preallegato gaudemus dicens. euidēter apparet pluralitatē in vtroqꝫ ſexu cum nō ad imparia iudicent̄: circa matrimonium reprobandā. Et ex his inferimꝰ ꝙ quāuis ex licētia et ꝑſuaſu ſare abrahā duxerit agar in ſecundam vxorē: factū fuiſſet illicitū et vterqꝫ peccaſſet: niſi ex diuīa diſpēſatione facta ꝑ reuelationem abrahe: illud fuiſſet ꝓbatum. et idipſū tenēdum eſt de pluralitate vxoꝝ in ceteris antiq̄s patribus quos a peccato excuſari oporteat. Neqꝫ obſtat ꝙ talis diſpēſatio in ſacra ſcriptura non legatur. q̄m vt. S. Tho. dicit in hac diſ. q. pᵃ. ar. 2. ad. 3ᵐ. qualis eſt lex: talis debet eſſe diſpēſatio legis. et quia lex nature nō eſt litteris ſcripta ſ; cordibus impreſſa: ꝓpter hoc nō oportuit diſpenſationem eoꝝ que ad legē nature ꝑtinent lege ſcripta dari: ſed ꝑ internam inſpirationē fieri. Sed contra iſta obijci pōt. qꝛ vt auguſtinꝰ dicit in littera loquens d̄ pluribus vxoribꝰ: quādo mos erat peccatum nō erat. vbi videtur ꝙ ipſa cōſuetudo fecit eſſe licitū habere plures vxores. nō ergo id aſcribendum eſt ſpeciali diſpēſationi diuine. Ad hanc obiectionem reſpōdet. S. Tho. in hac diſti. 33. q. 2. ar. 2. ſub. ar. 3. ad. 4ᵐ. ꝙ in illo v̄bo auguſtini mos nō ponit̄ pro cōſuetudine ſed ꝓ actu honeſto: ſ; ꝙ a more quis dicit̄ morigeratꝰ quia eſt bonoꝝ morum. vel ſicut a more ph̄ia moralis nominatur. hec ille. et eſt ſenſus ꝙ mens auguſtini fuit dicere ꝙ quando mos erat ideſt quando a patribus illis fiebat qui honeſtis actibus morigerati erant: peccatum non erat plures habere vxores. ea ſcilicet ratione quia viri bonis moribus ꝑditi: ſine dei auctoritate ac conceſſione id non feciſſent. nouerant profecto ꝙ eius erat in lege diſpenſare cuius et legem condere. Neqꝫ iſte ſenſus repugnat his q̄ ſupra dixerat. S. Tho. q. pᵃ. arti. pº. ad. pᵐ. vbi reſpondet ad ipſa eadem verba auguſtini capiendo morem pro cōſuetudine. nā ibi reſpondet ex abundanti etiam capiendo morem pro conſuetudine ad ſenſum arguentis. quia nec in eo ſenſu argumentum militat contra concluſionem quā ibi. S. Doc. tenet. nam illa conſuetudo habuit vim et originē ex diuina diſpenſatione primis ſanctis patribꝰ facta. per quorū exemplū ad alios deriuata eſt, put. S. Tho. dicit infra. ar. 2. in cor. in quibus iā obtinuit conſuetudo ꝑ tempore q̄ oportuit prolē multiplicari ad cultū dei.

**Tertio** Notandū eſt ꝙ votū ſolēne cōtinētie dirimens matrimoniū dupliciter ſolēnizat̄. ſ. ꝑ ſacri ordinis ſuſceptionē: et ꝑ ꝓfeſſionē in religione, put habetur in cap̄lo vnico de voto et voti redēptione libro ſexto. ſed diuerſimode: quia ꝑ ꝓfeſſionē tacitam vel expreſſam alicui de religionibus approbatis: vouet profitens continētiam ſicut aliq̄d de eſſentia

talis profeſſionis.ſunt enim tria hec vota.ſ.conti
nētie et obediētie ac pauptatis ita eſſentialia reli
gioni ſimpliciter:ꝙ in illis tota et ꝑfecta ratio re=
ligionis conſiſtit: nec aliquo eoꝝ deficiente ſtare
poſſet perfecta religio ꝓut.S.Tho.deducit.2ª.
2ᵉ.q.186.ar.3.et.4.et.5.et.6.Et opuſ.18.de ꝑ=
fectione vite ſpūalis in pluribus capitulis.Unde
eo ipſo ꝙ quis ꝓfitet̃ aliquā de religionibꝰ appro=
batis:vouet ſolēniter continentiā obedientiaꝫ et
pauptatē in quibus eſſentialiter conſiſtit religio.
ꝓinde illi modi viuendi in q̄bus hoīes matrimo=
nio vtunt̃:nō ſunt ſimpliciter et abſolute loquen=
do religiones:ſed ſm quid inquantū in aliq̄ par=
ticipāt quedā que ad ſtatum religionis ꝑtinent.ꝓ
ut.S.Tho.notat.2ª2ᵉ.loco proxime allegato
.ar.4.ad.3ᵐ.per ſuſceptionē vero ſacri ordinis
vouet quis ſolēniter cōtinentiā: non tanquā ali=
quid ſacro ordini eſſentiale:ſed tanquaꝫ aliq̄d ex
ſtatuto eccleſie ſibi annexuꝫ. non enim repugnat
eſſentialiter matrimoniuꝫ ſacris ordinibus: nam
poſſunt actꝰ et officia ſacroꝝ ordinū licite et ſuffi=
cienter expleri ꝑ coniugatos ſicut nunc in eccleſia
grecoꝝ obſeruat̃: et ante romane eccleſie ſtatu=
tum:in eccleſia latinoꝝ licitū fuit.¶ Ex quibꝰ infe
rimus ꝙ nō eſt eadē ratio diſpēſandi in voto ſo=
lēni cōtinentie ꝑ ꝓfeſſionē religionis ſolēnizato:⁊
in voto cōtinentie ſolēni ꝑ ſacri ordinis ſuſceptio
nem.nam diſpēſare in voto cōtinentie ſolemni cū
eo qui ꝓfeſſus eſt aliquā de religionibus approba
tis vt.ſ.poſſit matrimoniū cōtrahere:idem eſt ꝙ
facere de religioſo ſimpliciter: nō religioſum ſim=
pliciter.ꝓbatur hoc.qm̄ vt premiſſum eſt votum
ſolēne continētie ſicut et obediētie et paupertatꝭ
eſt de eſſentia profeſſionis in religione.vnde tria
vota continētie pauptatis et obedientie:eſſētia=
liter conſtituunt religioſum inq̄ᵐ eſt religioſus.ſi
cut ergo nulla res ſubſiſtere pōt ſine his q̄ ipſam
ſubſtātialiter conſtituūt: ita nec religioſus abſq̄
tribus votis prefatis pōt vere religioſus mane=
re.Diſpēſare aūt in voto ſolēni continētie cuꝫ eo
qui ordinē ſacrū ſuſcepit: nō eſt diſpenſare in eo
quod eſt ſacro ordini eſſentiale.ac per hoc nō eſt
facere d̄ ordinato in ſacris nō ordinatū in ſacris.
ſed eſt manente ipſo vere et realiter in ſacris or=
dinato:illum abſoluere ab obligatione ſeruandi
continentiam ad quam per ſtatutum eccleſie te=
nebatur.huiuſcemodi autem diſpenſatio non eſt
aliud q̄ꝫ in ſtatuto eccleſie diſpenſare. Patet igit̃
ꝙ non eſt eadem ratio diſpenſandi in vtroq̄ vo=
to ſolemni imo multū diuerſa. quamobrē aucto=
ritas ſeu ptās diſpenſandi in vno non arguit po=
teſtatē et auctoritatem in altero diſpenſandi. vñ
cōmuniter tenetur et a theologis et a canoniſtis
ꝙ papa pōt diſpenſare cū ordinato in ſacris etiā
preſbytero ꝙ matrimoniū contrahat:ipſo manē
te preſbytero:imo et cuꝫ ordinis executione. ſed
an diſpenſare poſſit cum ſolēniter ꝓfeſſo religio=
nem approbatam ꝙ matrimoniuꝫ contrahat:du=
bium eſt apud multos et magnos. Ad cuius du=
bij declarationem inquirendū videt̃ an papa poſ
ſit facere ꝙ religioſus ſolēniter ꝓfeſſus non iaꝫ ſit
religioſus.nam ſi hoc papa pōt:poterit cū religio
ſo ꝓfeſſo diſpēſare ꝙ matrimoniū contrahat: ſin
autem non. eiuſdem enim poteſtatis et efficacie
eſt hoc et illud prout ſupra fuit probatum. Pro
quo ſciendū eſt ꝙ vt accipit̃ ex dictis auguſtini in
libro de vera religione: religio a ligando dicta ē.
religet nos inquit auguſtinus religio vni omnipo
tenti deo. religari aūt quis dicitur ſm nominis ꝓ
prietatē:qui pˀmo ligatꝰ iteruꝫ ampliꝰ alligat̃.om=
nis autē fidelis primo ligat̃ deo per fidem q̊niam
vt dicitur Hebre.11°. accedentem ad deum opor
tet credere qr eſt. ligatur aūt hoc modo ꝑ ſuſcep
tionem ſacri baptiſmatis quod et dicit̃ ſacramen
tū fidei eo ꝙ in baptiſmo baptizatus fidem pro=
teſtatur vel per ſeipſum vt adultus vel aliꝰ ꝓ eo
ſi eſt infans.iſta auteꝫ ligatio quamuis ꝓcedat ex
ſpontanea hominis voluntate vera vel interpre
tatiua quia vt auguſtinꝰ dicit nemo credit niſi vo
lens: ligat tamen ad ea que neceſſaria ſunt homi
ni ad ſalutem quia ſine fide impoſſibile eſt place=
re deo Hebre.11°. Secundo iteruꝫ ligatur fidelis
ſpontanee ad quedam que licet nō ſint ſaluti ho
minis neceſſaria:ſunt tamē facilius et perfectius
ad ſalutem conducētia quemadmodū opera cō
ſilioꝝ ſm illud Mathei.19.ſi vis perfectꝰ eſſe va=
de et vende omnia que habes et da paupibus et
veni ſequere me.et illud apoſtoli pª Corin.7°.de
virginibus autem preceptuꝫ domini non habeo
conſilium aūt do.et ad iſta homo ligatur per vo=
tum quod dicit̃ a doctoribus ſingulare.vnde per
reſpectū ad primā ligationeꝫ que eſt ꝑ fidem:iſta
dicitur religatio a qua ſumptū eſt nomen religio
nis que ſtatū perfectionis importat et de qua eſt
nobis ſermo ad preſens. verum ꝙ prima ligatio
que eſt per fidem:poteſt dici quodāmodo religa
tio per comparationem ad aliam priorē qua qui
libet homo inquātū nature rōnalis eſt:ligat̃ ad p̄
cepta iuris naturalis. vnde et conſueuit dici xp̄ia
na religio: quia per ipſam vltra id ꝙ fideles liga=
ti ſunt ad iura nature: religant̃ iterū ad ea q̄ fidei
xp̄i ſunt que leges nature excedunt. Capiēdo au=
tem religionem ſecundo modo ad propoſitū no
ſtrum: ab ea dicti ſunt religioſi quaſi deo religati

per obligationez qua ex voto ligati ſunt ad q̄dā opera conſiliorum. huiuſcemodi autez obligatio ſeu religatio fit dupliciter .ſ. ſimplici ſeu nuda ꝓmiſſione que fit per votum ſimplex. et ſolēni profeſſione ad religionem approbatam que fit ꝑ votum ſolēne quod implicat nō ſolum ꝓmiſſionem ſed et actualem promiſſe rei exhibitionem. q̄ cōplementū eſt et perfectio promiſſionis prout. S. Tho. inquit in hac diſ.38.q.pª.ar.2. ſub.ar.3.et quodlibz.8.ar.10. huiuſcemodi autem exhibitio fit per hoc ꝙ homo ſolenniter vouens religionē ſe totum dedicat deo et diuinis obſequijs. ex tūc ſe faciens per profeſſionem ſeruū dei: nihil libertatis ſibi retinens ad ea que mūdi ſunt. vnde gregorius loquens de religioſis dicit ſup ezechielez. ſunt quidam qui nihil ſibimetipſis reſeruāt: ſ; linguam ſenſum vitam atq; ſubam: omnipotēti deo imolāt. quos dioniſius.6°. capl'o eccle. hierar. dicit nominari dei famulos ex dei puro ſeruitio ac famulatu et vniri ad deo amabilem perfectionez.

¶ Duo igitur penſanda ſunt in voto ſolemni per profeſſionem ad certam religionem. vnum ē realis et actualis traditio qua ex ipſa ratione profeſſionis: profitens ſe totum deo tradit mūdo abrenuncians ac ſe in poſſeſſionem deo exhibens diuinis obſequijs ex tunc mancipatum. aliud eſt ipſius profitentis quedam conſecratio qua deo et diuino cultui vſq; ad mortem dedicatur. duo iſta accipi poſſunt ex dictis dioniſij.6°. capl'o eccleſia. hierar. Primum cum dicit. vnde diuini duces noſtri nominationibus eos .ſ. monachos ſacris dignati ſunt. alij quidem therapeutas .i. cultores dei alij autem monachos ipſos nominātes ex dei puro miniſterio et famulatu: et non partita ac ſingulari vita tanq̄ vnificante eos inſeparabilibus ſacris complicationibus in deiformē vnitatem ⁊ amicam deo conſumationem. Secundum tangit cum ſubiungit. propter quod et conſumatiuā eis donauit gratiam ſacra legiſlatio: et quedam eos dignata eſt conſecratiua inuocatione. Ex vtroq; autem horum duorum videtur efficaciter probari ꝙ monachus ſeu religioſus profeſſus ita eſt diuino cultui et dei ſeruitio mancipatus totalit' mūdo abrenuncians: ꝙ nulla humana auctoritate ⁊ diſpenſatione ad vitam ſecularem et ad mūdi negocia reuerti poteſt. Ex primo quidem probat'. quoniā ſicut nulla humana auctoritate aut diſpēſatione fieri poteſt ꝙ matrimonium conſumatuz diſſoluatur pro eo ꝙ vterq; coniugum realiter et actualiter ſe tradit in poteſtatem alterius: dicēte dn̄o quos deus coniūxit homo non ſeparet: ita videtur ꝙ nulla humana auctoritate vel diſpenſatione fieri poſſit ꝙ matrimoniuz ſpirituale quod cum deo anima contrahit: diſſoluatur poſtq̄ fuerit conſumatum per realem et actualez traditionem qua religioſus per ſolēnem profeſſionez deo ſe tradidit. tenet conſequentia. quia nō minoris immo maioris firmitatis eſt matrimoniuz ſp̄uale quod cū deo contrahitur: q̄ carnale quod cōtrahitur inter homines. vnde per illa verba domini quos deus coniunxit homo non ſeparet: non minus adempta fuit a poteſtate hominū ſeparatio ſeu diſſolutio matrimonij ſpiritualis quo ꝑ ſolemne votum religionis religioſus per realem ſui traditionem deſpōſatur et ſp̄ualiter copulat' deo: q̄ ſeparatio coniugum carnaliter contrahētiū imo magis quāto maiori gratia et nexu homo deo dicatus: eſt alligat' deo q̄ carnaliter contrahentes adinuicem. quod apoſtol' ſatis innuit pª Cori.6. qm̄ de nexu carnaliter contrahentium inducit illud gene.2°. et Mathei.19. erūt duo in carne vna. de nexu vero ſpiritualis coniugij cum deo dicit. qui autem adheret domino vnus ſpiritus eſt. maior profecto eſt et firmior ac perfectior nexus in vno ſpū q̄ in vna carne. Unde magiſter i hac diſtin.38. ex dictis innocentij pape arguit a minori ad maius ſic dicens. ſi enim de omnibus hec ratio cuſtoditur vt quecūq; viuente viro alteri nupſerit adultera habeatur nec ei agende penitentie licentia conceditur niſi vnus de illis fuerit defunctus: quāto magis de illa tenenda eſt que ante ſe imortali ſponſo coniunxerat ⁊ poſt ad humanas nuptias trāſmigrauerit? Conſonat his. S. Tho. in hac diſtin.38.q.pª.ar.3. ſub.ar.3. vbi pro veritate queſtionis arguentis primo loco ait. ille qui facit votum ſolemne contrahit matrimoniū ſpirituale cum deo quod eſt multo dignius q̄ materiale matrimoniū.

¶ Ex ſecundo vero id probatur. quoniam vt accipitur ex Leuitici vltimo capitulo: quod ſemel deo dedicatuz eſt: ad alios vſus trahi nō poteſt. vnde vt ibi dicitur: omne qd dn̄o conſecratur ſiue homo fuerit ſiue animal ſiue ager: nō veneet neq; redimi poterit. et ſubiungitur ratio quia quicq̄d ſemel fuerit conſecratū: ſanctum ſanctorum erit domino. et ad deſignanduz ꝙ domino conſecratum non liceat ad mūdanos vſus conuertere: ſubinfertur in textu. ⁊ omnis cōſecratio que offertur ab homine: non redimetur ſed morte morietur. vbi in eo ꝙ dicit nō redimetur: ſatis ſignificatur ꝙ cōmutatio etiam in meli' locum non habet: ſed erit ſic dn̄o conſecratū vſq; ad mortez. quod dſignatur in eo ꝙ dicit ſed morte morietur. qua ſalicet leuite diuino cultui conſecrati: dicebātur mortui. quemadmodū apud nos

religioſi mortui mũdo dicũt̃ ꝓut nicholaꝰ de lyra
ibi exponit. cui expoſitioni cõſonat interlinearis
cum dicit ſup̲ illud ſed morte moriet̃. viuo autẽ
iã non ego: viuit vero in me xp̄s Gala. 2°. Ad qđ
facit quia in eodẽ capl̄o ſupra preceperat deꝰ ſic.
animal quod imolari p̄ot dño ſi quis vouerit: ſan
ctum erit et mutari nõ poterit. i. nec melius malo
nec peius bono. ¶ Et confirmat̃ quia in rebꝰ in-
animatis in quibus cõſecratio et ſanctificatio nul
lam formã ponit realem quod ſemel deo cõſecra-
tũ eſt: ad mũdanos vel humanos vſus nulla hu
mana poteſtate poteſt trahi quãdiu in ſuo eſſe ꝑ-
manet ſicut patet de calice et de eccleſia cõſecra-
tis. multo ergo magis de homine deo conſecrato
et ſanctificato tenendũ eſt ꝙ ad humanos ⁊ mũ-
danos vſus deinceps trahi non p̄ot in quo ſancti
ficatio et conſecratio formã aliquã imprimit rea-
lem. ¶ Cõfirmat̃ vtraq; ꝓbatio per id qđ dñs di
cit Luce. 9°. nemo mittens manũ ſuã ad aratrũ
et aſpiciens retro aptus ẽ regno dei. reſpicit ꝑfe-
cto retro: qui poſtq̃ diuinis obſequijs vitam ſuã
et mores ſolẽniter dño dedicauit: retro ad mũdi
ſolicitudines conuertit̃. quod proculdubio reli-
gioſus efficeret ſi poſt ſolẽne votum continentie
quo diuinis obſequijs ſe realiter tradidit mundo
et mundanis curis abrenũcians: cõtraheret ma-
trimoniũ ꝑ quod mundi negotijs et ſolicitudini-
bus coniugatus implicat̃ ſm illud apl̄i pª Corin.
7°. qui cũ vxore ẽ: ſolicitꝰ eſt q̃ ſunt mũdi q̃modo
placeat vxori et diuiſus ẽ. ſ. a ſpũaliũ ſolicitudine.

¶ Quarto Notandũ eſt ꝙ ſicut acci
pitur ex dictis S. Tho. 2ª
2ᵉ. q. 88. ar. 7. in cor. non eſt omnium rerũ eadẽ
ſolẽnitas: ſed vnicuiq; rei cõpetit ſolẽnitas ſm ip
ſius condicionẽ. eo ꝙ vt. S. Tho. dicit in hac diſ.
38. q. pª. ar. 2. ſub. ar. 3. in cor. ad ſolẽnitatem rei
pertinere dicunt̃ illa q̃ ei completũ eſſe tribuunt.
vnde quia votũ eſſentialiter eſt promiſſio deo fa
cta q̃ complementũ ſuũ accipit quando id quod
ꝓmittit̃ realiter et in preſenti deo dat̃: inde eſt ꝙ
ſolẽnitas qua votum dicit̃ ſolẽne: conſiſtit in rea-
li et actuali donatione ſui qua quis ſe deo tradit
diuinis obſequijs ſe in perpetuũ mancipando: vel
ſimpliciter quemadmodũ fit ꝑ profeſſionẽ in re-
ligione per ſedem apl̄icam approbata. vel nõ ſim
pliciter ſed ad certũ miniſterium ſicut fit per ſacri
ordinis ſuſceptionem. Circa quod aduertendũ
eſt ꝙ quia complementũ rei nõ ſolum habetur ex
his que ſunt de eius ſubſtãtia: ſed etiã ex rebꝰ ip-
ſam perficientibꝰ accidentaliter: duplex cõſidera
tur ſolẽnitas voti. vna q̃ conſiſtit in his quibꝰ vo
tum ſubſtantialiter complet̃ et fit ſolemne: que ẽ
ipſi voto eſſentialis ſine qua ſubſtãtia voti ſolem
nis eſſe non p̄ot. et hec ſolẽnitas cõſiſtit in hoc ꝙ
quis ſe deo donat tradẽs ſe pure et realiter ac a-
ctualiter dei ſeruitio. alia eſt ſolemnitas voti non
ſubſtantialis ſed accidẽtalis conferẽs ad bene eẽ
ipſius et ſine qua nihilominꝰ votũ poſſet eſſe ſolẽ
ne. Prima ſolẽnitas que eſt voto eſſẽtialis: com
plectit̃ de ſui natura tria. primũ ꝙ quis ſe deo et
dei ſeruitio realiter et actualiter tradat. ad quod
requiritur neceſſario ꝙ ipſe ſit ſui iuris et ſui com-
pos: alias inualida eſſet donatio. propter quorũ
defectũ votum ſolẽne pueri ante annos puberta
tis et furioſi: ratum non eſt. Secũdũ eſt ꝙ ſolem-
niter vouens donet et tradat ſe ei qui vicem dei
habeat. quia a nõ habente poteſtatem non valet
receptio niſi is qui poteſt recipere ratã habeat re
ceptionem. vicẽ autem dei habens in terris eſt ſũ
mus pontifex q̃ eſt xp̄i vicarius generalis in orbe
et ipſius auctoritate ac cõmiſſione quidam alij ꝓ-
lati iferiores. et quia ſicut donatio que fit per vo-
tum ſolemne eſt voluntaria eo ꝙ votũ ſit ex ſui
natura factum ſpontaneum: ita et receptio eſſe d̄
bet voluntaria. ideo ſi prelatus propter cauſam
rationabilem recipere non vult eum qui ſe voto
tradit: traditio ſui nõ efficit votum ſolemne. Ter
tium quod votum ſolemne eſſentialiter comple-
ctitur eſt realis et actualis ac pura vouẽtis ſui do
natio non implicans aliquid voto ſolemni repug
nans. huiuſcemodi autem ſolemnitas in tribus
predictis conſiſtens ita eſt voto ſolemni eſſentia
lis: ꝙ nec ſtatuto eccleſie nec aliqua conſuetudi-
ne variari poteſt manente eadem natura voti ſo
lemnis. Solemnitas vero voto ſolemni acciden
talis non neceſſaria ad ſui ſubſtantiam aut conſi-
ſtentiam ſed conferens ad habendam noticiam
ipſius et ad eius reuerentiã: complectitur plura
et eſt ſm diuerſitatẽ temporum et locorũ et ho-
minũ condicionem variabilis. et hec ſolẽnitas ẽ
que per ſtatutum eccleſie vel per conſuetudinem
voto ſolẽni eſt adhibita. Et vt meliꝰ harũ ſolẽni-
tatum ratio et diuerſitas capiat̃: in vtroq; voto
ſolemni illam ſub exẽplo aſſignabimꝰ. in voto enĩ
ſolemni per ſacri ordinis ſuſceptionem: ſolẽnitas
ꝓma et eſſentialis voto cõſiſtit in eo ꝙ quis ſui iu
ris et ſui cõpos exiſtens volũtarie ſe offert deo in
manibus epiſcopi ad certum miniſteriũ ac famu
latum in miſſe celebratione et in quibuſdã alijs
actibus ſpũalibus ꝑpetuo exhibendũ ſimul et in
ipſius receptione per ep̄m vice dei tradentẽ ſibi
characterẽ cum quadam ſpũali conſecratione. ꝙ
autẽ iſta fiant quibuſdam cerimonijs obſeruatis
ad reuerentiam ſacramẽti ꝑtinet ad ſolemnitatẽ

talis voti accidētalem. Item et ꝙ voto solēni ꝑ ſuſceptionem ſacri ordinis ſit annexum votū cōtinentie: ſolēnitatem ipſius concernit accidentalem ex ſtatuto eccleſie. non enim votum continētie eſt de natura aut ſubſtātia ſacri ordinis. nam et apud grecos vere ordinati ſunt in ſacris abſqꝫ eo ꝙ votum continentie ſimpliciter voueant. In voto autē ſolēni per profeſſionem in religione ꝑ eccleſiaꝫ approbata: ſolēnitas voto eſſentialis cōſiſtit in eo ꝙ vouens ſolēniter ſe tradit pura ⁊ reali ac actuali donatione deo in manibus eius qui vicem dei ad illum recipiendum gerit. ſe et totaꝫ eius vitam dei ſeruitio mancipando: mūdo ⁊ his q̄ mūdi ſunt abrenūcians. Qꝫ autē huiuſcemodi donatio et realis traditio fiat per hec vel illa verba in profeſſiōe expreſſa: aut ꝙ fiat in ſcriptis ſigno vel ſubſcriptione ſe donantis munita: vel ꝙ fiat tacite per ſuſceptionem habitus profeſſorum aut ꝙ fiat poſt ānum probationis vel certo modo infra annum atqꝫ alijs conſimilibus obſeruatis: totū pertinet ad ſolēnitatem accidētalem voti ſolēnis per ꝓfeſſionē religionis. nam et ſine his premiſſis eſſe pōt huiuſcemodi votū ſolēne et obligat vouentem apud deū. et hoc ſatis aperte ꝓbatur ex capitulo porrectū. et caplo ad aplicam. et caplo conſulti. et caplo ſtatuim⁹. de regu. et ex caplo non ſolū eo. titu. li. 6°. nam ex caplo porrectum: habetur ꝙ abſqꝫ ſuſceptione habitus religionis et extra monaſterium et ſine forma cōſueta verboꝝ: profeſſionē et votum ſolēne fecerit q̄dam canonicus per hoc ſolū ꝙ ſe reddidit abbati in monachum pretermiſſis quibuſcūqꝫ alijs ſolemnitatibus iuris. ex caplo vero ad apoſtolicaꝫ patet ꝙ pretermiſſa ſolēnitate iuris ne ante annum probationis profeſſio recipiatur: tenuit profeſſio facta infra probationis annū. ex caplo aūt conſulti: accipitur ꝙ etiam infra annum ꝓbationis religioſus non poteſt redire ad ſeculum: ſi cōſtet ꝙ quando intrauit religionem: vitam ſecularem propoſuerit abſolute mutare etiam ſi profeſſionem nō fecerit. ex caplo vero ſtatuimus ꝓbatur nouicios in probatione poſitos ante ꝓfeſſionem factā et ante habitū ꝓfeſſorum ſuſceptū: votum ſolēne feciſſe nec ad ſeculum redire poſſe: ꝓ eo tantūmodo ꝙ abſolute voluerit vitā mutare et in religione perpetuo deo ſeruire. ex capitulo vero nō ſolū: habetur ꝙ abſqꝫ profeſſione tacita vel expreſſa et ante annum ꝓbationis ingreſſus religionem ad ſeculum redire non pōt ſi conſtet euidenter illum vitā voluiſſe mutare. Patet igit̄ ꝙ deficientibus alijs quibuſcūqꝫ ad ſolēnitatē voti per eccleſiam ſtatutis: ſi quis realiter pure et actualiter religioni ſe dederit cum propoſito vitaꝫ ſecularem perpetuo mutandi quod pertinet ad ſolemnitatem eſſentialem voti ſolemnis: cenſet̄ vere religioſus et votum ſolemne deo feciſſe: ita vt nec ad ſeculum redire nec matrimonium contrahere poſſit. Et confirmatur. quoniaꝫ huiuſcemodi ſolēnitates que per eccleſiam voto ſolemni ſunt adiecte: non ſemper eedem nec eodē modo obſeruate fuerunt. imo pro diuerſis temporibus et ſm̄ diuerſas hominum condiciones et varias religionum cōſtitutiones: reperimus illas mutatas: ſic vt nec ipſa profeſſio expreſſa eiſdeꝫ verbis et ſolēnitatib⁹ in oībus religionib⁹ ꝓferat̄. Ad qđ facit quod Sanctus Thomas dicit in hac diſtinctione trigeſſima octaua queſtione p̄ma articulo ſcđo ſub articulo tertio vbi tertio loco ſic arguit. ante ↄſtitutionē certarū regularū potuit votū ſolēnizari etiā ſine ordinis ſuſceptione. ſed nunc nō minus ſe poſſent homines obligare deo q̄ꝫ pri⁹. ergo et nunc ſolemnitas voti poteſt eſſe ſine profeſſione certe regule. ecce argumentum. ſequitur reſponſio. ad tertium dicendum ꝙ anteq̄ꝫ eſſent iſte regule que modo ſunt: erat aliquis modus viuēdi ab eccleſia approbatus quo aliqui ad ea que ſupererogatiōis ſunt ſe obligabāt. ⁊ tunc certi tēporis obligatio ad illum modum viuendi: idem faciebat quod nunc obligatio ad certam regulā. hec ille. ¶ Ex premiſſis inferimus ꝙ ſolemnitas voti de qua habetur in capitulo vnico de voto ⁊ voti redemptione libro ſexto ꝙ ex ſola conſtitutione eccleſie eſt inuenta: non eſt ea ſolemnitas que voto ſolemni eſt eſſentialis: ſed eſt ſolemnitas voto accidentalis quaꝫ eccleſia adinuenit ad hoc ꝙ illi conſtet de veritate et certitudine ſolemnitatis ſolemni voto eſſentialis. quatenus ad ipſius obſeruationem: vouentes cogere valeat: et lites mote preſertim pro matrimonio vel contra matrimonium: in iudicio eccleſie dirimi poſſint. quia enim eccleſia non iudicat de occultis: ſepe i iudicio falleretur niſi voto ſolemni religionis qđ in occulto fieri poteſt: quaſdam ſolemnitates et determinationes appoſuiſſet quibus votum ſolēne ante deum occulte emiſſum: exterius ad noticiam eccleſie perueniret. vnde quando precedēte ſolemnitate eſſentiali voti ſolēnis eccleſia nōnunquam iudicat pro matrimonio contra votuꝫ ſolemne religionis deficientibus ſolemnitatibus vna vel pluribus per eccleſiam adinuentis: non illud fit pro eo ſimpliciter ꝙ ſolemnitates ab eccleſia inſtitute n̄ fuerunt: ſed quia deficientibus illis non conſtat eccleſie ꝙ prima ſolemnitas eſſentialis voto fuerit obſeruata. nam ſi de eius veri-

tate ſibi alias conſtaret: nõ pro matrimonio ſed
pro voto ſolẽni ferret iudicium quantũcunqꝫ pre
termiſſe fuiſſent ſolẽnitates voti ab eccleſia ſtatu
te. Et eſt ſimile in matrimonio. qꝛ enĩ matrimoni
um ſubſtãtialiter cõſiſtit ĩ mutuo cõſenſu vtriuſqꝫ
coniugis: inde eſt ꝙ ſi ſm veritatẽ vir conſenſerit
in mulierem et econtra: matrimoniũ eſt verum ſi
perſone ſint habiles ad cõtrahendũ quantũcũqꝫ
ſolẽnitates et ea que per eccleſiã ſtatuta ſunt ipſi
matrimonio non interueniant. ſic ꝙ ſi alter cõiu-
gum alteri nubat interuenientibus omnibus iu-
ris poſitiui ſolẽnitatibus: hoc ſecunduꝫ matrimo
nium nullũ erit. et econuerſo ſi aliquis cõiugũ ſm
veritatẽ in alio non cõſenſit etiã ſi verba cõſenſũ
exprimentia ꝓtulerit et in eo matrimonij ꝯtractu
alie ſolemnitates ab eccleſia adinuente obſerua-
te fuerint: nullũ eſt matrimoniũ. ita ꝙ ſi cõiunx nõ
cõſentiens: alteri ſm veritatẽ nupſerit: verũ ma-
trimoniũ contrahet: nõ obſtante ꝙ per eccleſiaꝫ
in primo caſu pro ſecundo matrimonio ſit iudica
tum contra primuꝫ: et in ſecundo caſu pro primo
matrimonio iudicetur cõtra ſecundũ. eccleſia aũt
vtrobiqꝫ ferret tale iudiciũ per facti errorem iudi
cans preſumptione iuris de veritate matrimonij
per ſolẽnitates ab eccleſia ſtatutas exterius con-
currentes. vnde ſi ei conſtaret de veritate cõſen-
ſus ꝯiugũ in vtroqꝫ caſu ecõtrario iudicaret: quã-
uis ſolẽnitates iuris poſitiui omiſſe fuiſſent.

**Quinto** Notanduꝫ eſt ꝙ votum ſi
ꝓprie capiat: eſſentialiter
eſt q̃dam promiſſio iuxta diffinitioneꝫ hugonis d
ſancto victore. ꝓmiſſio auteꝫ eſt de aliquo in futu
rum implẽdo. vnde votum ſimplex quod eſt ꝓ-
miſſio de impletione futuri: habet ꝓprie rõnem
voti. votũ autẽ ſolẽne ex ea parte qua ſolẽnitatẽ
habet que conſiſtit in cõplemento et actuali iple-
tione voti vt dictũ eſt: non habet ꝓpriã rationeꝫ
voti quãuis habeat voti cõplementuꝫ et pfectio-
nem. nihil enĩ ꝓhibet ꝙ aliquid habeat pfectã ra-
tionem rei cuius ꝓpriã rationeꝫ nominis non ha
bet. ſicut ſcientia in deo pfectã habꝫ rationeꝫ ſed
non habet ꝓpriã nominis rationeꝫ. impoſituꝫ eſt
enim ſciẽtie nomẽ: ſciẽtie creaturarũ de cuius pro
pria rõne eſt ꝙ ſit accidẽs quoddaꝫ qualitatis. q̃
ratio nõ reperit in deo in quo nullũ eſt accidens.
Ex quibus inferimꝰ ꝙ diſpẽſatio ſeu relaxatio vl
cõmutatio locũ non habet ꝓprie loquẽdo in vo-
to ſolẽni: ſed tantũmodo in voto ſimplici. ꝓbat
hoc. qm̃ diſpẽſare in voto ſeu votuꝫ relaxare aut
cõmutare votum: nihil aliud eſt q̃ꝫ obligationem
de voto implendo tollere vel in aliud implendũ
cõmutare. ſed hoc in voto ſolẽni locũ non habet
nam quod factũ eſt et adimpletũ: non iam relin-
quitur vt ſic fiendũ nec ad illud implendũ rema-
net obligatio. ac per hoc nec relaxari poteſt nec ĩ
aliam obligationẽ põt cõmutari. nõ enim relaxa
ri põt aut cõmutari qđ omnino non eſt. Cum er-
go doctores dicunt ꝙ prelatus eccleſie vel ſupre-
mus vel inferior põt in voto diſpenſare ſeu votũ
relaxare aut cõmutare: debet intelligi d voto ſim
plici in quo iſta locũ habent ꝓ eo ꝙ eſt promiſſio
implicãs obligationem de aliquo in futurum adi
plendo. vnde circa votuꝫ ſolẽne quod eſt ſubalit
et formaliter rei promiſſe actualis traditio cũ poſ
ſeſſione deo facta: ſi prelatus eccleſie habet aliqd
quod agat: erit rem deo traditam et conſecrataꝫ
ac diuinis obſequijs in perpetuuꝫ mancipatam a
deo et dei ſeruitio auferre et alteri. ſ. mundo illaꝫ
dare: atqꝫ rem deo dicatam ad mundanos vſus
conuertere. Sed certe neqꝫ nobis cõſtat nec pro
babile videtur ꝙ aliquis eccleſie prelatus etiã ſũ-
mus poteſtatẽ habeat id faciẽdi. imo videtur cõ
trarium poſſe ꝓbari. primo ratione: qm̃ non mi-
nus efficitur vouẽs ſolẽniter religionem res dei ⁊
in dei poſſeſſionem tradita: q̃ꝫ coniunx per matri
monium conſumatũ efficitur alterius cõiugis res
poſſeſſa imo vero magis. nam per votum ſolẽne
religionis fit vouens res dei et quantum ad cor-
pus et quantũ ad animam. per matrimoniuꝫ ve-
ro conſumatum coniũx non fit res alterius coniu
gis nec ſe dat illi in poſſeſſionem niſi quantuꝫ ad
corpus ſm illud apoſtoli pma Corin. 7°. mulier
poteſtatem corporis ſui non habet ſed vir. ſimi-
liter autem et vir ſui corporis poteſtatem nõ ha-
bet ſed mulier. cum ergo eccleſia aut eccleſie pre-
latus poteſtatem non habeat auferẽdi coniugeꝫ
ſuo coniugi et alteri tradere poſt matrimoniũ cõ
ſumatum: neqꝫ qđ fortius eſt illum deo ⁊ dei obſe
quijs dedicare: nam non poteſt ipſum religioſuꝫ
facere contra ſui coniugis voluntatem: cõſequẽs
eſt ꝙ minus poſſit eum qui ſolemniter vouet reli
gionem deo auferre ⁊ a perpetuo dei ſeruitio ſub-
trahere et alteri ſiue homini per coniugium ſiue
alias mundo et mundanis negotijs illum dare.
Probatur ſecundo auctoritatibus ſacre ſcriptu-
re que ſupra tacte fuerunt. prima eſt illa que ſumi
tur Leuitici vltimo capitulo. quod ſemel deo de
dicatũ eſt: ad alios vſus trahi non poteſt. ex qua
auctoritate prout latius expoſita fuit ad litteraꝫ
in tertio notabili: plane habetur ꝙ prohibitione
legis diuine hi qui ſolemniter vouent religionem
cũ ſint deo conſecrati: deo auferri aut a dei ſerui-
tio quod vouerunt niſi diuina auctoritate ſubtra
hi non poſſint nec ad mundanos vſus conuerti.

Secunda auctoritas eſt Luce.9.nemo mittens
manū ad aratrū ⁊ aſpiciēs retro aptus eſt regno
dei.ex qua precepto diuino nobis prohibetur a dei
ſuitio ſemel cepto retrocedere: ⁊ maxime poſtq̄
dei ſeruitutē ꝓfitemur et in ſeruos eius ad ſpecia
lē religionis cultū et ſeruitiū dedicati ſumꝰ. Ter-
tia auctoritas eſt Mathei.19. quos deus coniū-
xit:homo non ſeparet. ex qua diuina ꝓhibitione
cauetur ne matrimonio perfecte coniūctos per eiꝰ
conſumationē homo ſeparet. q̄ prohibitio nō ſo
lum intelligenda eſt circa matrimoniū carnale:ſ
magis et fortius circa matrimoniū ſpūale,ꝑut de
ductū fuit in tertio notabili. His auctoritatibus
cōtinentur diuine legis ꝓhibitiones cuius diſpenſa
tio vel cōmutatio aut abrogatio nō eſt humane
poteſtatis ſed ſoliꝰ dei legiſlatoris. ¶ Nec valēt
contra premiſſa rationes quorūdam ſic arguen-
tium.primo quia papa gerit vicem dei tanquā ge
neralis xp̄i vicarius in terris. ergo ſicut deus po-
teſt religioſum ſibi datū in ſeruitiū a ſeruitute reli
gionis abſoluere et a ſe illum manumittere ac li-
bertati dare vt etiam nubat ſi velit:pari ratiōe vi
detur q̄ idipſū poſſit papa efficere qui vices xp̄i
gerit in orbe. ¶ Secundo quia vouens ſolēniter
vouet principaliter in manus pape et eius volū-
tate et auctoritate in religione recipitur. ergo eiꝰ
auctoritate et voluntate poteſt a religione abſol
ui et libertati donari:ꝑcipue cauſa rationabili in-
teruen iente pro bono reipublice aut pro chriſtia-
ne fidei augmento. ¶ Sed ad primum iſtorum
reſpondemus q̄ per hoc q̄ papa eſt chriſti vica-
rius in terris:non eſt factus dn̄s rerū xp̄i nec ſer-
uorum dei: ſed magis diſpēſator et ꝓcurator ſeu
adminiſtrator ſm̄ illud apoſtoli pª Corin. 4°.ſic
nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̄i et diſpenſa
tores miniſterioꝝ dei. imo et ſeruus ſeruorū dei
ipſe nō ficte aut fallaciter ſe ſcribit. vnde ſicut diſ
penſator aut procurator domini abſq̄ eius volū
tate et commiſſione res domini alienare nō pōt
ita nec papa poteſt res deo dicatas aut ſeruos di
deo ſubtrahere et alteri alienare abſq̄ ipſius ſpe
ciali cōmiſſione. Juxta quod ap̄ſus dicebat. 2ª.
Corin.10.poteſtatem dedit nobis dn̄s in edifica
tionē et nō in deſtructionē. Et infra cap̄lo vltimo
non poſſumus inquit aliquid aduerſus veritatē
ſed pro veritate. nō legitur aūt huiuſcemodi ſpe
cialis cōmiſſio vſq̄ adhuc facta.imo magis habe
tur in ſcriptura ſacra de eo expreſſa ꝓhibitio,ꝑut
deductū fuit ſupra. Quod vero dicunt papā diſ-
penſaſſe cum quodā monacho,ꝓfeſſo ſolēniter q̄
egreſſus a monaſterio matrimoniū contraheret
non cōſtat ex ſcriptura auctentica. et ſi conſtaret
dicimus q̄ id papa feciſſet occulto ſpūſſancti con
ſilio inſpirato ⁊ directo ad illum ſingularē caſum.
et ideo illud factum ad alios caſus etiam ſimiles
non debet paſſim extendi. quēadmodum nec q̄r
ex ſpeciali ſpūſſancti cōſilio aliquando tempore
apoſtolorum baptizabantur xp̄iani in nomine xp̄i
abſq̄ expreſſa inuocatione patris et filij et ſpūs
ſancti,ꝑut legitur actuū octauo:ideo cōmuniter ⁊
indifferēter d̄bēt fideles baptizari in nomine xp̄i
tantū.nec ad diſpenſandū in tali forma baptiſmi
papa habet ꝓpriā et ordinariā poteſtatē ꝑut.S.
Tho. dicit ſupra diſti.3ª.q.pª.ar.2.ſub.ar.2.ad.
3m. ¶ Ad.2m.reſpondetur q̄ papa nō recipit re-
ligioſos ſolēniter ꝓfitentes in ſeruos ſuos nec ad
ſui ꝑpetuum ſeruitium: nec ſibi eos recipit ad reli
gionē:ſed deo et in ſeruos dei et ad ſeruitium dei
mācipatos.quēadmodū ꝓcurator res dn̄o tradi-
tas vel ſibi oblatas vice dn̄i ⁊ ꝓ dn̄o non recipit ſi
bi ſed dn̄o ſuo.qui licet a pricipio poſſet illas non
recipe preſertim rōnabili cauſa ocurrēte: poſtq̄
tamē illas vice ſui dn̄i et pro dn̄o et in eius domi-
nium ſemel recepit: nō habꝫ ꝑtātem illas alienā-
di et dn̄o ſubtrahendi abſq̄ eius ſpeciali manda-
to.quod ſi faceret:factum nō valeret nec ipſe de-
bitam ſeruaret dn̄o ſuo fidelitatem. de qua apo-
ſtolus dicit pª Corin. 4°.hic iam queritur inter diſ-
penſatores ſi fidelis quis inueniatur. ¶ Ad ratio
nem autē quam afferūt de bono reipublice procu
rando reſpondet.S.Tho.2ª2e.q.88.ar.11°.ad
p̄mū. q̄ periculis vel ꝓfectibus rex humanarū ē
obuiandum per res humanas: non autē per hoc
q̄ res diuine conuertantur in vſum humanū. ꝓfeſſi
autem religionem:mortui ſunt mundo et viuunt
dn̄o. vnde non ſunt reuocādi ad vitā humanam
occaſione cuiuſcūq̄ euentus.hec ille. Et cōfirma
tur hec ſolutio per id quod xp̄s reſpondit dicenti
ſibi a xp̄o vocato. domine permitte mihi primū
ire et ſepelire patrē meum. ait eni illi.ſine vt mor
tui ſepeliant mortuos ſuos. quod exponens am
broſius querit ſic. cum religioſum humani corpo
ris ſepeliendi accipiamus officiū:quomodo pa-
terni quoq̄ funeris ſepultura prohibetur:niſi vt in
telligas humana poſthabēda diuinis. bonū ſtu
dium ſed maius impedimētū. non ergo paterni
funeris ſepultura ꝓhibetur:ſed neceſſitudini gen
ris diuine religionis pietas antefertur. Chriſoſto
mus vero conſonat ſic querēs.quid magis neceſ-
ſarium paternis exequijs? quid facilius:cum non
eſſet multum temporis dandum? et reſpondet.
per hoc docemur preferre ſpiritualia cunctis ad-
modum neceſſarijs. Cirillus quoq̄ ex dictis ver-
bis chriſti ſic ꝯcludit. hinc percipe q̄ p̄ferenda ſit

pietas qua deo tenemur: amori parētū. ¶ Cōfirmatur ſecūdo exēplo btī mathei aplī q̄ ephigeniā virginē deo dedicatā noluit in vxorē dare hirtaco regi, ꝓmittēti dimidiū regni ſui dare aplō ad fidē xpī cōuertēdū ſi id faceret. imo qđ et multū facit ad nr̄m ꝓpoſitū reſpondit hirtaco. tu rex ſciens ephigeniā regis eterni ſponſam efectā et ſacro velamine cōſecratā: quomodo poteris ſponſam potētioris te tollere et tuo matrimonio copulare. ꝓpter q̄ verba et denegationē ephigenie mortē ſubijt et martyr effectꝰ eſt. ¶ Sciēdū tamē eſt ꝙ in hac materia ſanctꝰ thomas aliter ſentijt in primo ope et aliter in ſecūdo. ſed tenendū eſt qđ vltimo ſcripſit tanquā magis ac maturiꝰ ab eo digeſtū et magis de mente eius exiſtens.

Quantū ad articulū quartū reſpondēdū eſt obiectionibꝰ in cōtrariū. Et quidē ad argumēta aureoli cōtra pmā ꝯcluſionē: dicitur ꝙ quicq̄d ſit de ꝓpoſitionibus ab arguēte aſſumptis qm̄ aliq̄ patiuntur calūniā et nō ſunt ſatis ꝓbabiles: et tamē cōtra concluſionē nr̄am nō militant. nō enim aliud concludunt niſi ꝙ pluralitas vxorū omni tēpore ſit cōtra legē nature: quod nos nō negāmꝰ nec concluſio nr̄a. ꝙ aūt deus q̄ eſt auctor nature et inſtitutor legis nature poſſit in lege nature ac ꝑ hoc in pluralitate vxoꝝ diſpēſare qđ et nos dicimꝰ: rōnes arguētis nō impugnāt. quāobrē nihil ꝯtra nos cōcludūt. Ad illud vero qđ arguēs aſſumit in ſecūdo argumēto ꝙ. ſ. nō minꝰ ſit ꝯtra legē nature virū hr̄e plures vxores q̄ȝ vnā vxorē plures habere maritos: reſpondet. S. Tho. diſ. 33ª. huius quarti. q. pª. ar. pº. ad. $7^{m}$. ¶ Ad argumēta durādi cōtra eandē ꝯcluſionē q̄ȝ$^{m}$ ad rōnes illam ꝓbantes: ad pmū dicit̄ ꝙ maior eſt falſa. qr etiā abſq; malicia et ꝓteruia vxoꝝ: ipſa earū pluralitas ꝑ ſe quia vt in pluribus impediret pacē in domo et familia. nā ex matrimonio amor naſcit̄ intēſiſſimus viri ad vxorē et econuerſo, ꝓut phs dicit 9º. ethi. tum ex ipſa natura contractus matrimonialis. tum et magis ex diuina inſtitutione et gr̄a in ſacrō collata. iuxta qđ dicit̄ gene. 2. ꝓpter hoc relinquet homo pr̄em et matrē et adherebit vxori ſue. amor aūt intēſus: zelū cauſat q̄ nō patitur cōſortiū in amato: querēs ſingularitatē in amato ꝓut augꝰ dicit li. 83. queſ. et maxime hoc cōtingit inter virū et vxorē. vn̄ et ſpeciali nomine dicit̄ zelotipia. Facit ad hoc qđ dioniſiꝰ dicit. 4º. caplō de diui. no. deꝰ inq̄t appellat̄ zelotes ꝓpter multū amorē quē hēt ad exiſtētia. nō ergo ē ꝑ accidēs ſ

magis ꝑ ſe ꝙ pluralitas vxoꝝ parit zelū et cōtentionē. et multū rariſſime ac ꝑ accidēs cōtinget ꝙ cū pluralitate vxoꝝ pax habeat̄ in domo. ¶ Ad $2^{m}$. negat̄ aſſūptū. nec valet eiꝰ ꝓbatio qr etiam ſi alia opera neceſſaria ad vitā viri meliꝰ poſſent fieri abſolute loquēdo ꝑ aliū virū q̄ȝ ꝑ vxorē: et tamē habita vxore ꝓpter filioꝝ ꝓcreationē ⁊ educationē: aliq̄ ſunt opa viro neceſſaria q̄ nō ita bene et cū pace viri et vxoris fierēt ꝑ aliū virū: maxime ſi cōcernerēt vt nōnūq; cōtingit medicamētum corporis viri vel quomodolibet aliter tactum ipſiꝰ. nō enī vxor ſuſcepta id patiēter ferret. Ad auctoritatē autē auguſtini dicit̄ ꝙ ipſe nō loquit̄ abſolute ſed ſub ꝯditione. ſ. ſi cauſa filiorū excludatur. ait eni ſic. quapropter nō inuenio ad qđ adiutoriū facta ſit mulier viro: ſi pariendi cauſa ſubtrahat̄. nā iſta cauſa ſubtracta: alia opa eque benē vel melius fieri poſſent ꝑ virū. verūtamen ſuppoſito ꝙ mulier data ſit in adiutoriū viro principaliter cauſa filios pariēdi: conſequitur ꝙ ſit ei data in adiutoriū etiā alioꝝ quorūdā operū que ſunt viro neceſſaria. et ꝙ iſte fuerit ſēſus auguſtini patet quia ipſemet in libro de bono ꝯiugali caplō tertio ponit aliā cauſam adiutorij preter filioꝝ generationē et educationē. ſ. ipſam naturalē in diuerſo ſexu ſocietatē ꝓut ſupra fuit allegatū in primo notabili. ¶ Ad. $3^{m}$. dicit̄ ꝙ quāuis in eo caſu in q̄ arguēs loquit̄ licitū ſit pretermittere finē ſecūdarium ꝓpter pmariū: nō tn̄ ſequit̄ ꝙ id fiat paſſim et a quocūq;: ſed ex diuina diſpēſatione. non enī quotiēſcūq; caſus occurrit diſpēſande vel mutande legis: liberū eſt cuilibet ipam vel mutare aut in ea diſpenſare: ſed ille ſolus ad id ptātem habet q̄ legem cōdidit. vnde argumētū non militat ꝯtra nos qui ponimus ꝙ licitum aliquādo fuit et eſſe pōt vnum virum plures hr̄e vxores diſpēſatione diuina. ¶ Ad. $4^{m}$. dicit̄ ꝙ diſpēſatio de pluribus habendis vxoribꝰ facta fuit abrahe et alijs eiꝰ poſteris illū imitantibꝰ circa diuinū cultū augendū. quoꝝ quibuſdā innotuit non ſolū exēplo abrahe ſed etiā inſpiratiōe interna. Nec; inde ſeq̄tur vt arguēs obijcit ꝙ ea diſpenſatio et ſanctoꝝ patrū exēplum excuſaret infideles plures ſimul vxores habentes. quia cū non eas haberēt ꝓpter cultum dei veri augendū ſed ꝓpter eoꝝ laſciuiā et infidelitatē: cōſequēs eſt ꝙ non id feciſſent exēplo abrahe et ſanctoꝝ patrū. ac ꝑ hoc nulla ratio ex illoꝝ exemplo potuit infideles excuſare. Nec nobis ē incōueniēs ſi omnes infideles peccauerit plures ducēdo vxores aut ꝙ in eis in hoc fuerit ratio naturalis offuſcata: cū in multis alijs contra rationis dictamen et preſertim circa cultum vnius dei

habuerint rationē obūbratā imo et mentem de=
prauatam,ꝑut apoſtolus ſcribit Ro.pmo. Unde
S.Tho.i hac.33ª.diſ.q.pª.ar.3.ſub.ar.p°.ad.pm
in gentibus inquit q̃ꝫm ad multa lex nature offuſ=
cata erat. vnde accedere ad cōcubinā malū non
reputabāt. hec ille. Et certe mirabile eſt ꝙ durū
videaꝛ arguenti om̄es infideles peccaſſe ducēdo
plures vxores. de quibꝰ apoſtolus dicit Ro.p° ꝙ
mutauerūt gloriā incorruptibilis dei in ſimilitu=
dinē imaginis corruptibilis hominis et volucrū
et quadrupedū et ſerpentiū. et imutauerūt natu
ralem vſum in eum vſum q̄ eſt cōtra naturā: re=
pleti omni iniquitate malicia fornicatione auari
tia nequitia pleni inuidia homicidijs cōtentione
dolo malignitate ſuſurrones detractores deo o=
dibiles cōtumelioſi ſupbi elati inuētores malorū
parentibꝰ nō obedientes inſipientes incōpoſiti ſi
ne affectione abſqꝫ federe ſine miſicordia. ¶Ad
5m. dicitur ꝙ opinio tacta in argumēto eſt falſa.
nam obligatio ex iure naturali aut diuino: cōſen=
ſu vel pacto ꝯtrahentium diſſolui non pōt. matri
moniū aūt lege nature et lege diuina eſt cōtractꝰ
duorꝫ tātūmodo viri.ſ.et mulieris. dicitur eni geñ.
2. erūt duo in carne vna et adherebit homo vxo
ri ſue nō vxoribꝰ,ꝑut notat interlinearis. quod ⁊
dñs firmat Mathei.19.dicēs. qui fecit hominem
ab initio: maſculū et feminā fecit eos et dixit. ꝓp=
ter hoc dimittet homo pr̄em et matrē et adhere
bit vxori ſue et erunt duo in carne vna. qđ expo=
nens chriſoſtomꝰ inquit. nō ſolum aūt ex modo
creationis: ſed etiā ex modo legiſlationis mōſtra
uit q̄m vnū oportet vni cōiungi. vbi modū crea=
tionis poſuit notādo ius nature: modū vero le=
giſlationis ad denotandū ius diuinum. firmauit
etiā ibi idipſum dñs inquiēs phariſeis. dico autē
vobis qꝛ quicūqꝫ dimiſerit vxorē ſuam niſi ob for
nicationē et aliā duxerit: mechatur. nā vt innocē
tius argumētaꝛ in caplo gaudemus de diuortijs
ſi vxore dimiſſa duci alia de iure nō pōt: fortius ⁊
ipſa retenta. vnde conſenſus aut licentia ſare et
vxorū iacob non ſufficeret matrimoniū abrahe
et iacob cum ancillis vel ſecundis vxoribꝰ facere
licitū abſqꝫ diuina diſpenſatione. Et ꝺ his latius
dictū fuit in ſecundo notabili. Expoſitio autē ar=
guentis ad dictū innocentij friuola eſt et deſtruit
textū. tum qꝛ nō eſt in vſu ſanctorꝫ doctorꝫ dicta=
men interius rationis vocare diuinā reuelationē.
tum etiam quia interiꝰ rationis dictamē: lex com
munis eſt cunctis naturaliter impreſſa. cum ergo
innocentius dicat: niſi cui fuit diuina reuelatione
cōceſſum: apte mōſtrat ꝙ loquiꝛ de ſpeciali reue=
latione alicui facta nō de ea q̄ omnibus eſſet com
munis. Necqꝫ iuuat arguentē imo magis oppug=
nat qđ ibi dicitur: q̄ mos quandoqꝫ interdū etiā
fas cenſetur. nā ly quandoqꝫ et interdū deſignāt
ꝙ non loquiꝛ innocētius de more oībus cōmuni
ſed de ſpeciali aliquibꝰ conceſſo. ¶Ad.6m. dicitur
ꝙ procedit ex dicto falſo arguentis fundamento
.ſ.ꝙ ius matrimonij et eius bonū fidei depende=
at ſimpliciter ex cōſenſu contrahentiū. qđ falſum
eſt vt in precedēti reſpōſione et magis in ſecūdo
notabili eſt deductū. Quod aūt adducitur ꝓ ſimili
de voto caſtitatis pari conſenſu cōiugū cōmiſſo
nō eſt ad ꝓpoſitum. quia tale votum nec preiudi
cat nec alterat ꝯtractū matrimonij: nec illi repug
nat quēadmodū plures vxores ducere. quod vt
ſatis eſt dictū ſupra repugnat nature ⁊ inſtitutio=
ni matrimonij. ¶Ad.7m. dicitur falſum eſſe ꝙ ſo
la pſuaſione ſare abrahā voluit eijcere agar: ſed
pricipaliter diuina auctoritate ⁊ diſpēſatione. vn
de.S.Tho.in hac diſti.33ª.q.pª.ar.3.ſub.arti.3.
ad.3m. dicit ꝙ ſicut in lege moyſi per diſpēſationē
licebat dari libellū repudij ad euitandū vxoricı=
dium: ita ex eadē diſpēſatione licuit abrahe eijce=
re agar ad ſignificādū myſteriū quod apoſtolus
explicat Gala.4. ¶Ad.8m. dicitur ꝙ minor ē fal
ſa. nam vt ſepe dictū eſt ſupra: pluralitas vxorū
et lege nature et lege diuina eſt prohibita. Ad au
ctoritatē vero auguſtini de more reſponſum eſt
ex dictis ſancti thome in ſecundo notabili. ¶Ad
9m. dicitur ꝙ ꝓcedit ex falſo fundamento.ſ.ꝙ pa
pa pōt diſpenſare in ſolēni voto cōtinentie ordi=
naria poteſtate abſqꝫ ſpeciali reuelatione. Et de
hoc latiſſime dictū eſt i tertio et q̄rto ⁊ quinto no
tabilibus. ¶Ad argumentū ſcoti cōtra ſecundā
ꝯcluſionē dicitur ꝙ ſecunda ſolutio ibi data ē bo=
na et de mēte ſancti thome. et ad eius impugna=
tionē dicitur ꝙ aſſumptū eſt falſum. non enim om=
nia ſunt equalia hinc et inde. quia vouens ſolēni=
ter: dat ſe actualiter deo et mittit deū in poſſeſſio
nem ſui dādo ſe in manibus eius q̄ vicē dei gerit.
et realiter ac actualiter recipiꝛ in rē poſſeſſā. hoc
autē non facit qui vouet tantūmodo ſecū voto
priuato. Unde.S.Tho.in hac diſ.38.q.pª.ar.3.
ſub.ar.3.ad.3m. votū inquit ſolēne habet actua
lem exhibitionē ꝓprij corpis quā nō habet votū
ſimplex. neqꝫ iterū vtrūqꝫ votum equaliter obli=
gat etiā apud deū. nam tale votū priuatū: habet
vim tantūmodo ꝓmiſſionis. votū vero ſolemne
eſt ſimul cū ꝓmiſſione realis exhibitio. ꝓmittens
autē nō equaliter ſe obligat nec quo ad deū nec
quo ad homines ſicut ille q̄ promittit ⁊ ſimul dat
quod ꝓmittit. vnde falſū eſt qđ arguēs dicit per
ſolā voluntatē dominiū transferri ſicut et per rei
traditionem.

traditionē. ¶ Ad argumēta aureoli cōtra tertiā concluſionē ad pm patet reſpōſio ex his q̄ dicta ſunt i quīto notabili. quod autē arguēs vltimo adducit φ locum partis dei tenet papa eius vicarius: verum eſt ſed ſicut eius miniſter et fidelis diſpenſator: non ſicut dominus. vnde licet a pncipio promiſſionis ⁊ etiam traditionis poſſit papa vel inferior ꝑlatus propter rōnabilē cauſam nō recipere illum qui ſe deo ꝓfitetur in religione: poſtq̄ tū ſemel ipm vice dei recipit: nō videtur eſſe i eius poteſtate abſq̄ ſpeciali dei licētia illū deo ſubtrahere ⁊ mūdo dare. Et de hoc latius dictum fuit in q̄nto notabili. ex q̄bus etiā patet reſponſio ad. 2m. ¶ Ad. 3m. quod eſt durandi dicit φ diſpēſationi in voto ſolēni: obſtat ipa voti ſolēnitas. et ad huius improbationē p̄mā de facto dauid dicitur φ nō eſt ſimile. q̄ vt in textu innuitur panes illi nō erāt ꝓhibiti maxime tēpore neceſſitatis niſi viris coinq̄natis cum mulieribus a mane vſq̄ ad veſperā. i. eodē die. vt nicholaus ibi exponit. ⁊ ſic intelligi debet qđ xp̄s dicit Mathei. 12°. quos nō licebat ei edere nec his q̄ cū eo erāt. ſ. ſi nō mūdi eſſent a mulierum cōtactu. vnde hieronimus dictū dn̄i exponens ait. obſerua tū φ panes propoſitionis nec dauid nec pueri eius acceperūt anteq̄ mūdos ſe a mulieribus eſſe reſpōderit. conſecrati vero dn̄o per ſolēne votū religionis: ſimpliciter ⁊ abſolute prohibiti ſunt ad mūdanos vſus redire ꝓut diffuſius deductum fuit in tertio notabili.
¶ Nec valet ſecunda improbatio q̄ñ aſſumit falſum. nam vtraq̄ cōſecratio ⁊ p ſuſceptionem ſacri ordinis ⁊ p ſolēne votū religionis: eſt eēntialis. q̄uis annexio voti cōtinētie ſit ſacro ordini accidētalis: ſolēni autē voto religionis eſſentialis. arguēs vero videt fuiſſe deceptus i verb ſcti thome. putans φ ſctūs thomas dixiſſet conſecrationē per ſuſceptionē ſacri ordinis eſſe accidētalē pro eo φ annexionē voti continētie dixit eſſe ordini ſacro accidētalē. non enim vtrūq̄ eſt idē dictu. ordini namq̄ ſacro eēntialis ē cōſecratio: ſed non eſt illi eſſentiale votum cōtinentie. Fallitur preterea arguēs exiſtimās conſecrationem p ſolēne votum religionis q̄ eſt illi eſſentialis: conſiſtere in benedictione qua prelatus benedicit profeſſum aut ipſius habitum. hoc autē eſt falſum prout ex tertio et quarto notabili ex verbis ſacre ſcripture ⁊ ex dict dioniſij deductū fuit. Ad illud quod ſecundo arguens inducit φ ſcilicet ſolēnitas voti non addat voto niſi quādam perfectionem accidentalē: dicitur φ argumentum procedit ex falſo p̄ſuppoſito arguētis. nam ſicut ex quarto notabili manifeſtum exiſtit quedā ſolēnitas eſt voto ſolēni religionis eſſentialis ſine qua ſolēne votū ſubſiſtere nō pōt. nō eni omium rerū eſt eadē neq̄ eodē modo ſolēnitas. ¶ Ad. 4m. dicit φ aſſumptū eſt falſū. tū q̄ charitas ⁊ ſi det bonā volūtatē: nō ideo prebet facultatē. alioqui laicus exiſtēs in charitate poſſet conficere corpus dn̄i melius q̄ ſacerdos in peccato mortali exiſtēs. vnde q̄ nullꝰ eccleſie ꝑlatus poteſtatē hēt abſq̄ dei ſpeciali cōmiſſione religioſum diuinis obſequijs cōſecratū ⁊ ſpirituali matrimonio xp̄o copulatum ac mundo mortuum ad mūdanos vſus conuertere. ideo q̄ntūcūq̄ id ꝓ charitate militaret: nō eſt i hominū poteſtate id facere. tū etiā q̄ vt apl's dicit Ro. 3°. nō ſunt faciēda mala vt veniāt bona. tū tertio q̄ falſum eſt φ indiſpēſabilitas i voto ſolemni religionis militat cōtra charitatē imo magis pro charitate. exēplo ⁊ doctrina xp̄i q̄ Luce 9°. dicēti ſibi: dn̄e permitte mihi pm̄ ire ⁊ ſepelire patrē meū: reſpondit. ſine vt mortui ſepeliāt mortuos ſuos. tu autē vade et annūcia regnū dei ꝓut latiꝰ deductū fuit i quīto notabili. vnde ſi argumētatio valeret: poſſet etiam papa diſpēſare i pluralitate vxorū et maritorū vel auferre vxorē a viro ſuo poſt cōſumatū matrimoniū et dare alteri pro pace habēda alicuiꝰ regni aut ꝓ cōuerſione alicuius multitudinis ad fidē xp̄i qđ nullus diceret. ¶ A. 5m. quod ē petri de palude dicitur φ quicq̄d ſit de propoſitionibꝰ aſſumpt ab arguēte nā aliq̄ nō ſunt vſq̄quaq̄ vere: ⁊ tū preſuppoſitū arguētis ex quo argumētationem infert falſum eſt. nā vt ſepe dictū eſt ſupra ⁊ magis i notabilibus: falſum eſt φ ſup votū ſimplex nihil habeat votum ſolēne: per ſolēnitatē ⁊ profeſſionem niſi quod eſt poſitiuū. q̄ imo habet aliq̄d quod eſt ⁊ de iure nature ⁊ de iure diuino in quo papa diſpēſare non pōt ordinaria poteſtate. vnde falſū eſt φ papa facere poſſit φ monachus manēs monachꝰ vxoret. repugnat enī matrimoniū: eſſentie monachatus q̄ conſiſtit in mūdi ⁊ eorū q̄ mūdi ſunt abrenūciatione et pfecta ſeq̄la xp̄i. matrimoniū vero implicat mundi curas et a xp̄o diuidit ꝓut apl's dicit pa Corin. 7°. ¶ Ad. 6m. patet ſolutio ex reſpōſione ad argumēta durādi. ꝓcedit enī ex eodē falſo fundamēto. ſ. φ ſolēnitas q̄ facit ſubaliter votū eſſe ſolēne ſit p eccleſiā tm̄modo inſtituta. cuius falſitas patet latiſſime ex q̄rto notabili. ¶ Ad. 7m. dicit φ aſſumptū eſt falſum. ſ. φ papa poſſit facere φ religioſus ſemel obligatꝰ voto ſolēni ad religionē: nō plus ſit obligatꝰ. ⁊ cū arguēs querit

q̄d hoc ꝓhibeat: dicim⁹ ꝙ natura voti ſolēnis et ius diuinū ac naturale. Neq; valet qđ arguens inducit cōtra p⁹ᵐ. nā licet papa poſſit diſpēſare in voto vt ē votū ꝓprie .ſ. ꝓmiſſio q̄dā: nō tñ diſpēſare pōt in voto vt ē ſolēne. qđ addit ad votum vt eſt ꝓmiſſio: rei ꝓmiſſe actualē traditionē ꝓut ſatis deductū fuit i quarto ⁊ q̄nto notabilibus. Qđ autē arguēs dicit ꝙ papa pōt facere ꝙ religioſus ſolēniter ꝓfeſſus nō ſit obligat⁹ ad paupꝰtatē aut caſtitatē vel obediētiā: falſum ē cū obligatio ad iſta ſit de eēntia religionis. vñ religioſus ſine iſtis: eēt religioſus ſine religione qđ implicat cōtradictoria. nec valet rō arguētis q̄m aſſumit falſum .ſ. ꝙ alie obſeruātie ſint eq̄ ſubalia religioni queadmodū illa tria. ⁊ de hoc .S. T. 2ª. 2ᵉ. q. 186. ar. 7. et. 9. Et cū arguēs obijcit ꝙ tūc vna religio nō differret eēntialiter ab alia: dicimus ꝙ id nullū eſt icōueniēs: cū tñ differāt ⁊ diuerſitate finiū ⁊ diuerſitate obſeruātiarꝫ ſeu exercitiorꝫ q̄ ſunt diſpoſitiones ad tria vota eēntialia obſeruāda. Et accipit̄ iſta ſolutio ex dictꝫ .S. Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 188. ar. p°. c. ⁊ ad. 2ᵐ. ⁊. 3ᵐ ¶ Ad 8ᵐ. dicit̄ ꝙ aſſumptū eſt falſuꝫ. qꝛ imo rōnes q̄s ꝓ parte oppoſita ſctūs thomas adducit ſūt valide ⁊ efficaces: et reſpōſiones q̄bus arguēs nitit̄ eas diſſoluere ſunt inualide. Patet ꝺ p̄ma q̄m expoſitio quā dat ad capitulū cū ad monaſteriū: ē friuola ⁊ abſq; rōne ab eo cōficta. p̄mo qꝛ nō minus ē irritare votū q̄ꝫ in eo diſpēſare ſꝫ eiuſdem poteſtatis. ſecūdo qꝛ falſum ē ꝙ papa poſſit facere de monacho ſolēniter ꝓfeſſo nō monachuꝫ vt ex dictis patet. et i hoc cōmittit̄ in argumēto fallacia petitionis p̄ncipij. De ſecūda cōſimiliter patet qꝛ falſum etiaꝫ aſſumit. ꝙ enī votū ſolēne matrimoniū poſt ꝯtractū dirimat: nō hēt ex ſtatuto eccleſie ſed ex natura ſui ꝓut .S. T. expꝛſſe dicit in hac diſ. 38. q. pª. ar. 3. ſub. ar. 3. in. coꝛ. ⁊ ꝺ hoc lati⁹ dictuꝫ eſt i tertio ⁊ q̄rto notabilib⁹. De tertia patet ſimiliter: q̄ꝫq̄ꝫ nō ſic i forma .S. Tho illa vtat̄. q̄m falſum ē ꝙ papa poſſit diſpēſare in morte ciuili qua ſolēniter vouēs religionē moritur mūdo. Neq; valet eius p̄ma ꝓbatio. nā religioſus vł heremita ſolēniter ꝓfeſſus ſi i epiſcopatu p̄ficiat̄: nō redit ad ſeculū nec ad vitā mundanā: ſed magis aſcēdit ad vitā ſpūalē pfectiorē ſemꝑ mūdo mortuus et xp̄o viuēs. iuxta quod apoſtolus paulus factus ep̄s dicebat Gala. 2°. viuo autē iam nō ego: viuit vero in me xp̄s. vbi ſuꝑ illud iam nō ego: interlinearis dicit .i. vetus homo. ⁊ ſuꝑ illō viuit vero i me xp̄s: interlinearis dicit .i. nouus homo. Et de hoc .S. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 184. ar. 7. Ad quod facit qđ ſupꝛa dixerat q. 88. ar. 11°. in reſponſione ad 4ᵐ. Neq; valet ſecunda pꝛobatio. qꝛ quicq̄d ſit ꝺ moꝛte ciuili ꝑ alium modum vt ſeruitutis vel alias: de moꝛte tamē ciuili ꝑ ſolēnē pꝛofeſſionē religionis: aſſūptū eſt falſum. nā vt i tertio notabili deductū fuit auctoꝛitate dioniſij: ſolēniter vouēs religionem realē quādā cōſecrationē recipit ſpūalē. Quarta vero reſpōſio non militat ꝯtra ſanctū thomā cuius non eſt rō illa quā ſoluere nititur. verūtamē nec illa ē valida. nā auctoꝛitas apoſtoli Ro. 7°. ⁊ pª Coꝛi. 7°. ex qua ſumptū eſt ꝙ vxoꝛ alligata eſt viro ſuo q̄ꝫdiu ip̄e vixerit poſt cui⁹ moꝛtem pōt alteri nubere: loq̄tur ꝺ moꝛte naturali non de ciuili. quāobrem ſolutio arguētis ex illa non pꝛobatur. ¶ Ad. 9ᵐ. qđ eſt godofredi dicit̄ ꝙ illud eſt ꝓpter votū ſimul cū ſolēnitate voti. nec valēt ea que arguēs cōtra hoc adducit. non p̄muꝫ quoniā illud pꝛocedit de voto ſimplici qđ non excedit vī pꝛomiſſionis. nō de voto ſolēni qđ mutare vel relaxare non eſt in poteſtate vouētis nec totius eccleſie militantis abſq; ſpeciali dei cōmiſſione pꝛout ſepe dictum eſt ſupꝛa. nā cum votum ſolēne ſit votum iam adimpletum non habet in eo locum diſpēſatio ſeu relaxatio aut voti commutatio que pꝛopꝛie reſpiciūt votum adimplēdum. vnde facere de monacho nō monachum vel ip̄m matrimonium contrahere aut ad mundanos vſus redire: aliud genus eſt actionis .ſ. ſubtrahere deo rem ab eo poſſeſſam imo ⁊ eius ſponſam ꝑ conſumatuꝫ matrimoniū ſpūale et alteri tradere: ad qđ nō valet poteſtas eccleſie oꝛdinaria. et de hoc plenius dictum fuit in quīto notabili. Neq; valet ſecūdū de ſolēnitate voti nā falſum aſſumit vt ſepe dictū eſt ſupꝛa. religiones vero ſuperaddite dicunt̄ habere vigoꝛē ex cōfirmatione eccleſie: q̄ꝫᵐ ad hoc ꝙ ipſius eſt diſcernere ⁊ appꝛobare q̄ ſint vere religiones deo grate. ſed poſtq̄ꝫ religiones ꝑ eccleſiam ſunt appꝛobate ⁊ ꝑ manus eccleſie pꝛelati ⁊ ipſius auctoꝛitate recepti ſunt ad religionē ſolēniter vouētes: nō eſt i poteſtate eccleſie aut ei⁹ pꝛelati idipſum reuocare ⁊ irritare. ⁊ de hoc latius dictū eſt in quīto notabili. Ad id autem qđ ſecūdo adducit dicit̄ ꝙ pꝛocedit ex falſo .ſ. ꝙ ſanctificatio ⁊ cōſecratio religionis ſit ab homīe cōficta. Neq; valet id qđ tertio adducit q̄m iterū aſſumit falſum .ſ. ꝙ matrimoniū et actus matrimonij nō repugnet religioni. huius enī falſitas ⁊ ex p̄dictis ſolutionibus ⁊ ex notabilibus ſufficienter apparet. Quod autē vltimo exponit decretalem cum ad monaſteriuꝫ de difficultate nō de poſſibilitate: expꝛſſe deſtruit textum q̄ ſimpli-

citer dicit: nō pōt. vnde gloſa ordinaria ibi hanc
& ſimiles friuolas expoſitiones repellit & ſimpli-
citer tenet ſicut ſonat text⁹ q̄ id papa nō poteſt.
¶ Ad .10ᵐ. quod eſt hērici dicit̄ pmo q̄ obiectio
ipa ſe ſoluit i eo q̄ concedit ſanctificatū deo nō
poſſe in cōtrarios vſus mutari p diſpēſationē.
quoniā vſus matrimonij cōtrarij ſunt vſibus et
actionib⁹ religionis ſicut expſſe habet̄ ex aucto-
ritate apoſtoli pᵃ Cori. 7°. Dicit̄ ſecūdo q̄ etiā ſi
votum ſolēne religionis & vita religioſa cōmu-
tari poſſit in aliqd meli⁹ xpiane reipublice: opus
eēt id fieri per habētē ad id poteſtatē. q̄ tamē in
terris nō eſt: niſi ex ſpeciali conſilio & cōmiſſione
ſpūſſancti. non eni legis diſpēſatio aut cōmuta-
tio etiā ſi aliqd melius occurrat a quocūq; licite
fieri pōt ſed a legiſlatore tm̄modo vel ipſius cō
miſſione. & de hoc dictū fuit in q̄rto & quito no-
tabilib⁹. Auctoritas autē ex caᵒ venietes de iu-
reiurādo: nō eſt ad propoſitū. qm̄ ſolēniter vo-
uēs religionē interueniēte ſuperioris auctorita
te id approbantis vouet. vnde text⁹ ille de voto
ſimplici et de iuramēto pmiſſorio intelligit̄ que
reſpiciūt aliqd in futurū auctoritate ſuperioris
diſcernēdū. vnde ſicut nō habet locū dictū capi-
tulū in iuramēto aſſertorio eo q̄ nō eſt de futu-
ro adimplēdo ſed de iā adipleto: ita nec locum
hēt in voto ſolēni qd̄ q̄ cōpletū eſt: non reſpicit
futurū. Cetera q̄ arguēs dicit cōtinēt nōnulla fal
ſa de q̄bus ſatis dictū eſt ſupra. licet eni viuere
in matrimonio vel extra: habere temporalia vl̄
nō habere ſit ex inſtitutione & electione hūana a
pncipio: poſtq̄ tamē matrimoniū q̄s elegit & cō
ſumat et eligit nō habere tēporalia p votū ſolē-
ne religionis: nō eſt i electione aut inſtitutione
hūana ab eo qd̄ elegit recedere aut id reuocare
¶ Ad argumēta ſcoti cōtra tertiā cōcluſionē di-
citur q̄ matrimoniū ptrahēdū impedit̄ p ſacros
ordines q̄ habēt annexū votū continētie vtroq;
modo. Neq; valet iprobatio pmi. nā reſpōdet̄
ad minorē q̄ licet ſuſcipiēs ordinē hēat i volun-
tate nō cōtinere abſolute loquendo: ſimpliciter
tm̄ & in particulari in volūtate hēt continētiā vo
uendi & id eligit volēs ſuſcipere ſacros ordines.
vnde i eo eſt volūtariū mixtū queadmodū in
eo q̄ per metū aliqd eligit ſicut i proijciēte mer-
ces ſuas in maritimēs maris periculū. vn̄ eiuſce
modi factū magis eſt volūtariū q̄ inuolūtariū
put philoſophus dicit tertio ethicorū. Neq; va
let iprobatio ſecūdi nā pma cōſequētia eſt falſa.
et ad eius pbationē dicit̄ q̄ interdictum eccleſie
eſt duplex. vnū eſt qd̄ dirimit matrimoniū cōtra
hēdū non tm̄ contractū: & de hoc procedit rō ar-
guētis. aliō interdictū eſt qd̄ nō ſolū dirimit cō-
trahendum ſed etiā dirimit contractū: & tale in-
terdictum eſt qd̄ ipedit matrimoniū per ſuſcep
tionē ſacri ordinis: ſicut patet ex caᵒ pᵒ de cleri.
cōiu. vnde huiuſcemodi interdictū eccleſie ille-
gitimat pſonas ad cōtrahēdū vt nō valeat ma-
trimoniū ab eis vel cum eis cōtractū. ¶ Ad ar-
gumētū ante oppoſitū reſpōdet. S. T. diſ. 37ᵃ.
hui⁹ quarti. q. pᵃ. arᵒ. pᵒ. ad. pᵐ. q̄ q̄uis ordo ſa-
cer nō hēat cōtrarietatē ad matrimoniū in q̄tū
eſt ſacramētū: hēt tamē repugnātiā quādam ad
ipm ratione ſui actus q̄ impedit actus ſpūales.
Poteſt etiā dici q̄ etiam ſi fm̄ ſe nō repugnaret
repugnat tamē propter eccleſie prohibitionē. &
in hoc articulus terminatur.

## ¶ Diſtinctio. xliij.

Circa q̄dragesimā ter-
tiā diſtinctionē
& q̄ſdā ſequen-
tes q̄rit̄ vtrum
corruptum vel
annihilatū: per
dei potentiam
poſſit idem nu
mero reparari
et arguit̄ q̄ nō.
q̄r dicit phus in. 2°. de generatione q̄ ea quorū
ſuba corrūpit̄: non reiteratur eadē numero. ſed
eorū q̄ i nihilū rediguntur: ſuba corrūpit̄. ergo ea-
dē numero iterari nō poſſūt. ¶ In oppoſitū ar-
guit̄ q̄r dicit auguſtin⁹. 22. de ciuitate dei. ſi ca
ro humana oībus pijſſet modis nec vlla ei⁹ ma-
teries i vllis nature latebris remanſiſſet: vn̄ vel-
let eā repararet oipotēs. ſed ſi nulla materia re-
manet de re corrupta: qd̄ corrūpit̄ in nihilū re-
digit̄. ergo deus id qd̄ in nihilum eſt redactum
pōt idē numero reparare. ¶ In hac queſtione
erunt quattuor articuli vt ſupra.

Quantum ad p-
mum articulū ſit pma cōcluſio
q̄ nullū corruptū vel annihila-
tū pōt p agēs naturale idē nu-
mero repari. Hāc cōcluſionē te
net. S. Tho. in hac diſ. 44. q. pᵃ. ar. pᵒ. ſub. ar.
2°. in reſpōſione ad. pᵐ. Et quodlibet. 4. ar. 5.

Itē contra gē.li°.4.ca°.81. Itē ſuper epiſtolas pauli exponēs illud.p^a.Cori.15. ſed dicet aliqs q̄modo reſurgūt mortui. ¶ Secūda ꝯcluſio eſt ꝙ res būs eſſe ꝑmanēs ſi fuerit corrupta vl' annihilata: pōt per diuinā potentiā eadē numero reparari. Hāc cōcluſionē tenet.S.T.locis ꝑme allegatis. ¶ Tertia cōcluſio ē ꝙ res ſucceſſiue ſicut mot⁹ ⁊ tēp⁹ ſi corrupte fuerit vl' ānihilate: nō pñt ꝑ aliquā potētiā etiam diuinā eadē numero repari. Hāc cōcluſionē tenet.S.Tho.in quodlibet preallegato.

Quantum ad ſecundū articulū arguēdū eſt cōtra cōcluſiones. Et qdem cōtra ꝑmā arguit ſcot⁹ probādo ꝙ ꝑ agēs naturale aliqd deſtructū poſſit idē numero repari. ꝑmo ꝑ illō.8°.metha.ca°.3.ſi agēs idē ⁊ materia eadē: effect⁹ erit idē. qr nō aſſignat diuerſitatē effectus poſſibilē niſi ꝓpter diuerſitatē efficiētis vel materie. ⁊ poſſibile eſt idē eſſe efficiēs ⁊ eādē materiā reſpectu ſecūdo ꝓducti. ergo poſſibile eſt ſecūdo ꝓductū eſſe idē cū ꝑmo ꝓducto. minor ꝓbat. qr ⁊ ſi frequēter i corruptione fiat diſpſio vel diuiſio materie: tñ oppoſitū eſt i multis caſib⁹. puta ꝙ includatur ignis intra vrinale ⁊ ibi corrūpat in aere; deinde ex iſto aere generet ignis ꝑ reflexionem radio⁊ ſolariū: tūc materia incluſa erit eadē. cō ſimiliter ſi ex ſolido generetur ſolidū vbi ꝑ̄iſe forma geniti pōt ſeq formā corrupti: ſeqtur ꝙ q̄ rōne tota materia ꝑ̄fuit ſub forma corrupti: pari rōne eadē tota erit ſub forma generādi. Dicetur forte ꝙ illud dictū phi debet intelligi cū hac cōdicione ꝑm ip̄m.5°.phi.ꝙ nō eſt tm̄modo numeratio forme propter alietatē ſubiecti vl' materie ſed etiā tēporis. Uel forte aliter dicetur ꝙ ariſtoteles licet aſſerat ꝙ ſi agens ſit aliud a materia alia: nō tñ ex oppoſito antecedētis ſi agens idē ⁊ materia eadē: ſeqtur ꝙ effect⁹ ſit idē. vnde in fine cōcludēdo ait. ſi ergo idē cōtingit ex materia idē facere: palā qr ꝑncipiū qd eſt vt mouēs idē. nam ⁊ ſi materia altera ⁊ mouēs: ⁊ quod ꝑfectū eſt ſuple: cū mouēs aliud: qd factum ē erit aliud. ¶ Sed cōtra ꝑmā reſpōſionē arguit. qr ſi agēs agat nūc in.a.inſtāti vſq ad inſtās.b.cauſabit idē. ergo ſi cauſet in.a.⁊ in tēpore intermedio inter.a.⁊.b.deſtruatur illud cauſatū ⁊ iterū agat i inſtāti.b.cauſabit illud idē. tenet cōſequētia ex hoc ꝙ cōtinuitas tēporis intermedij: nihil facit ad idētitatem permanentis quod habet in illo tēpore et in terminis. Si neges aſſumptum qr in.b.inſtāti nō pōt cauſa ſecunda a cauſa vniuerſali puta celo habere eandē influētiā quam habuit in inſtāti.a.⁊ ideo nō poterit tunc cauſare idē. cōtra hoc arguitur dupliciter. Primo qr ſimilis influentia ſufficit ad identitatē effectus. ſi eni in inſtanti.a. eſſet aliud agēs approximatū paſſo: produceretur idem in numero quod illō agens producit: ⁊ tamē influentia non eſſet eadem numero cū influentia iſtius: ſed tantūmodo ſimilis. nunc autē in alio inſtanti puta.b. erit influentia ſimilis que fuit in inſtanti.a. ¶.2°.qr influentia non eſt aliquid abſolutum receptū in cauſa inferiori: ſed eſt tm̄modo ordo in cauſando ad cauſam ſuperiorē continue quantum eſt de ſe coagētem. ergo non erit alia influentia ſicut nec alius ordo cauſe ſuperioris ad inferiorem. igitur. ¶.3°.qr aut ſimpliciter eſt impoſſibile idem numero bis produci: et tunc ſeqtur ꝙ deus hoc non poterit. aut nō ſimpliciter eſt impoſſibile: ⁊ tunc ſeqtur ꝙ in cauſalitate eorū in qbus fuit ꝑ̄us iſtud poſſibile: et nūc erit. ſed ꝑ̄us fuit in cauſalitate rerum naturaliū. ergo ⁊ nunc erit. ¶.4°.quia ſi vbi eſt continua actio agētis naturalis reſpectu producti ſicut eſt i ſole reſpectu radij ſi pro primo inſtanti produceret radiū ⁊ in tēpore habito conſeruaret: in vltimo inſtāti puta.b. erit idem radius cum non dependeat illa identitas radij in ſecundo inſtanti ab exiſtētia eius in tempore intermedio. quia ſine illa exiſtentia poſſet idem numero eſſe productum in eodē inſtāti. ergo ſequitur ꝙ eſſe in illo intermedio deſtructo: poſſet eſſe idē in vtroq extremo. ¶.5°.qr potentia ad formam ſemel productā: adhuc remanſit in materia deſtructa illa forma vel quocūq modo ceſſante. ergo poſt corruptionem illius forme: iterum pōt produci eadem forma in numero ꝑ agēs naturale. aſſumptum probatur. qr ſi deus reduceret eandem formam quod nō negatur ſibi poſſibile: illam faceret per ſe vnum cum materia ſicut ꝑ̄us. ergo in materia erat potentia reſpectu eius eadem que ꝑ̄us. conſequentia vero probatur. qr nihil eſt in potentia materie: quod nō poſſit reduci in actū per agēs naturale. ¶.6°.quia negatio illa que ſuccedit corruptioni rei: eſt eiuſdē rationis cum negatione que precedit rei productionem. ſed illa negatio que precedit generationem rei: nō impedit eius productionem. ergo nec illa que ſequitur impedit quin eadem res producatur. ¶.7°.qr variato poſteriori: non oportet variari prius. ſed vnitas rei prior eſt q̄ eius permanētia: ⁊ permanētia poſterior eſt vnitate rei. ergo

variatio in permanẽtia ſeu in cõtinuatione du-
rationis que eſt per mediam coꝛruptionẽ inter
generationẽ rei ⁊ eius reparationẽ: nõ impedit
eius vnitatẽ. ¶.8°. arguit ꝙ probatio cõcluſio-
nis nõ valeat que conſiſtit in hoc. ſ. ꝙ ſi actio vel
motus non poſſit reparari idẽ numero: ꝙ nec
terminus motus vel actionis. ⁊ hoc tripliciter.
pꝛimo qꝛ duo motus differentes ſm ſpeciem vt
motus rectus ⁊ circularis: poſſunt eſſe ad eũdẽ
terminum vel locũ numero vt patet. 7°. phyſi-
coꝛũ. Secũdo qꝛ auguſtinus. 3°. de trini. ca°. 9.
dicit ꝙ generatio vniuoca et equiuoca poſſunt
ad idem terminari. aliqua enĩ ſunt ꝗ poſſunt ge
nerari ex putrefactione et nihilominus ex ꝓpa-
gatione. Tertio qꝛ in ꝓpoſito reſurrectio ⁊ na-
turalis pꝛopagatio: ad idẽ terminantur nume-
ro: ⁊ tñ ſunt diuerſe actiones ſm ſpeciẽ differen-
tes. ⁊ ideo non ſequitur ſi mutatio vel actio nõ
eſt vna: ꝙ ideo non ſit foꝛma vna vel idem ter-
minꝰ. ¶.9°. qꝛ auctoꝛitas phi. 2°. de generatio
ne ad oppoſitum allegata: non cõcludit pꝛopo-
ſitum. qꝛ intẽtio philoſophi eſt ꝙ ea quoꝝ ſuba
non deperit: redeũt eadẽ numero: ſicut ſol ẽ idẽ
numero in qualibet circulatione. ſed ea quoꝛũ
ſubſtãtia deperit: nõ eſt neceſſe eadem numero
redire. ſed non intendit ꝙ non ſit poſſibile. hec
ſcotus. ¶ Contra eandeꝫ concluſionem arguit
aureolus dubitatiue ingrẽdo. qꝛ non apparet ra
tio quare non poſſit per agens naturale idẽ nu
mero redire: niſi pꝛopter diuerſitatẽ tẽpoꝛis pꝛe
cedẽtis ⁊ ſequẽtis. ſed hoc non valet: qꝛ identi-
tas tempoꝛis non requiritur ad identitatẽ effe-
ctus. qꝛ ſi ſic: ſequerẽtur multa inconuenientia.
pꝛimum eſt. qꝛ capio ignẽ ⁊ ſtupam: tunc in illo
inſtanti poſſum applicare ignem ad ſtupam. po
no ꝙ non applicẽ pꝛo illo inſtanti ſed ꝑ alio. aut
ergo erit ideꝫ ignis generatus in ſtupa ꝗ fuiſſet
ſi in illo inſtanti applicatꝰ fuiſſet: aut non. ſi ſic: er
go varietas tempoꝛis nihil facit ad varietatem
effectus. ſi non: hoc videtur manifeſte inconue-
niẽs ꝙ ille ignis nunꝙ̃ potuiſſet pꝛoduci ab ali-
quo igne niſi in illo inſtanti. Secundũ eſt qꝛ po
no ꝙ ignis calefaciat aliqͦd calefactibile vſqꝫ ad
certum gradũ et tunc ceſſet calefacere. pono ꝙ
poſt modicam hoꝛam incipiat iterum calefac-
re illud ideꝫ. hoc poſito manifeſte patet ꝙ eadẽ
numero intẽſione intendit nunc iſtum caloꝛem
illius calefactibilis: qua intendiſſet ſi pꝛima cale
factio non ceſſaſſet. ergo identitas tempoꝛis ni
hil facit ad pꝛopoſitum. hec aureolus in foꝛma.
¶ Contra ſecundam concluſionem arguit du-
randus in hunc modum dicẽs ꝙ ſalua reueren-
tia potẽtie diuine cui ſubeſt om̃e poſſibile: vide
tur ꝙ nullũ ꝑmanẽs coꝛruptum vel annihilatũ
põt idem numero reparari. quod põt multipli-
citer pꝛobari. pꝛimo ſic. nõ plus põt deus nunc
agens ꝑ voluntatẽ: ꝙ̃ ſi ageret ex neceſſitate na
ture. ſed ſi deus ageret ex neceſſitate nature: nõ
poſſet eandẽ rem numero coꝛruptaꝫ reparare.
ergo nec agẽs per voluntatem. maioꝛ patet qꝛ
poſſe reſpicit potẽtiam. eãdem autẽ potentiam
ſupponimus in deo ſi ageret ex neceſſitate natu
re: quã habet agens ꝑ voluntatẽ. voluntas enĩ
non addit nec auget potentiam: imo quicquid
põt per ſolam potẽtiam. ſed ꝑ voluntatẽ habet
ꝙ potentia ſm foꝛmã voluntatis exeat in actũ.
vnde ꝑ volũtatem non habet niſi libertatẽ vtẽ-
di potentia: quam non haberet ſi ageret ex ne-
ceſſitate nature. vnde philoſophi ꝗ poſuerunt
deum agere ex neceſſitate nature: poſuerunt in
eo tantam potẽtiam quantam nos ponimus. ſ.
infinitaꝫ. minoꝛ declaratur. qꝛ ſi deus ageret ex
neceſſitate nature licet ageret ꝑ potẽtiam infini
tam: ageret tamẽ modo alioꝛũ agentium natu
ralium. ꝓpter quod licet poſſet pꝛoducere ꝑfe-
ctioꝛẽ effectum ꝙ̃ alia: non poſſet tamẽ coꝛrup-
tum repare ſicut nec alia. Cõfirmatur. quia pa-
ter in diuinis generat filium ex neceſſitate natu
re. ⁊ ab omnibus conceditur ꝙ ſi diuina genera
tio interrumperetur ⁊ iteraretur ꝙ eſſet alia ge
neratio ⁊ alius filius. ⁊ ſi hoc eſſet ĩ deo reſpectu
diuinoꝛum: foꝛtioꝛi rõne eſſet ĩ eo reſpectu crea
turarũ. ¶.2ª. ratio talis eſt. agẽs naturale non
põt repare idem ſm numerum: ergo nec deus.
antecedẽs ſupponit̃. ꝓbatur conſequentia. qꝛ ſi
agẽs naturale non poſſet repare idẽ ſm nume-
rum ⁊ deus poſſit: hoc erit vel pꝛopter differen
tiam virtutis agẽtis vel ꝓpter differẽteꝫ modũ
agẽdi. ex parte enĩ termini non põt eſſe differen
tia cum ponatur idẽ terminus reſpectu vtriuſqꝫ
agẽtis ⁊ actionis. non ꝓpter differẽtem moduꝫ
agendi vt pote qꝛ deus agit ſine motu ⁊ muta-
tione natura vero non. qꝛ in repatione rei quo
ad foꝛmam coꝛruptam: a quocunqꝫ fiat ẽ vera
mutatio: quia ſubiectum ſe habet aliter nunc ꝙ̃
ꝑus. ſ. materia recipiẽs foꝛmã que ꝑus fuit ſpo-
liata. vnde ſi lumine coꝛrupto deꝰ reparet ipſuꝫ
eſſet vera mutatio ſicut ſi ſol reparet illud. Iteꝫ
ꝙ aliquid rei remaneat ideꝫ numero: magis vi-
detur facere ꝙ illud cuius erat pars poſſit idem
numero redire: ꝙ̃ ſi nihil remaneret. qꝛ plus eſt
reparare vtrãqꝫ partẽ ꝙ̃ alteram tantum. ſed in
motu ⁊ mutatiõe aliqͩd rei coꝛrupte remanet. ſ.
materia vel ſubm: in annihilatione autẽ angeli

nihil remanet. ergo facilius videt̄ ꝙ res corrup
ta reparetur ꝑ motum ⁊ mutationē: ꝗ res anni
hilata ꝑ creationē vel recreationē. ergo modus
agēdi ꝑ motū ⁊ mutationē: non impedit agēs
naturale pluſꝗ̄ diuinum quin poſſit idē nume=
ro reparare. Itē nec propter differētē virtutem
agēdi vt pote q: deus agit īfinita virtute: agēs
vero naturale finita. quia effectus finitus q̄ ſm
ſpēm ſuam pōt produci et producitur a virtute
finita: nunꝗ̄ exigit infinitatem virtutis in cauſa
ſua niſi propter modum quo producitur. puta
ſi producatur ꝑ creationē vel alio modo q̄ crea
ture non competit. ſed omnis forma naturalis
in rebus generabilibus ⁊ corruptibilibus excep
ta anima rationali: eſt quidam effectus finitus
qui ſm ſpēm ſuam pōt produci et producitur a
virtute finita. ergo nunꝗ̄ requirit in producēte
virtutē infinitam niſi producatur ꝑ creationem
vel tali modo qui creature non cōpetat. ſꝫ eius
productio in ſecunda productione etiam ſi fiat
a deo: eſt ꝑ verā mutationē ſicut ſi fieret a crea
tura vt ſtatim dictum ē. ergo reparatio rei cor=
rupte non neceſſario requirit virtutē infinitam.
differētia ergo virtutis infinite in agēte: nō pōt
eſſe cauſa quare deus poſſet reparare idē nume
ro non autē natura. quod ergo ē in cauſa qua=
re natura nō poſſit: abſꝗ̄ dubio videtur eē illud
quod tangit phūs. 2°. de generatione. ſ. ꝙ idē
manēs idē ſemp natum eſt facere idē. ad hoc au
tem ꝙ agēs faciat idē numero: oportet ꝙ mane
at idē in ſe quo ad virtutē ⁊ idem in habitudine
ad paſſum vel productum quo ad actionē. cū
autem actio nature interrumpatur: non manet
eadem habitudo agētis ad paſſum vel produ=
ctum. nec eadem habitudo reparari pōt. ⁊ ideo
non pōt repari idē productum ſm numerum.
iſtud etiam inuenitur in deo ꝑ comparationem
ad ea quoꝝ ſubſtātia deperijt in toto vel in par
te. quia actio dei in creaturam interrumpitur: ⁊
ideo non manet eadem habitudo dei agētis ad
creaturam pro prima rei productione ⁊ eius re
paratione. ⁊ hec ratio cōmunis eſt ad ea q̄ ſunt
ſucceſſiua ⁊ ꝑmanētia. ¶. 3ª. ratio talis eſt. quia
idem locus acquiritur pluribus motibus locali
bus. ſed eadē forma ſm materiam vł ſm nume=
rum non acquiritur pluribꝰ actionibus: ⁊ cauſa
eſt quia motus non terminatur ad locum vt ſit
ſed vt mobile ſit in loco. ⁊ ideo non oportet lo=
cum variari naturaliter. ſed formā oportet va=
riari actione ꝑ quam forma acquiritur. Ex hoc
pōt ſic argui. ſi eadē forma numero ſit in mate=
ria pluribus actionibus: oportet ꝙ vtraꝗ̄ actio
vel ſaltē altera terminētur ad formā non vt ſit
ſimpliciter ſed vt ſit in materia vel in ſubo. ⁊ ꝓp
ter hoc ad eādē formam terminatur generatio
hominis ⁊ eius reſurrectio: quia vł vtraꝗ̄ actio
vel ſaltē altera terminatur ad animā nō vt ſim=
pliciter ſit ſed vt ſit in materia. ſed in his quorū
ſuba deperijt: vtraꝗ̄ actio. ſ. productionis ⁊ re=
parationis terminatur ad formam vt ſit ⁊ nō ſo
lū vt ſit in hoc. ſ. materia vel ſubiecto. ergo im=
poſſibile ē ꝙ he due actiones terminētur ad eā=
dem formam. ¶. 4ª. ratio talis eſt. quia ſi deus
crearet angelum ⁊ poſtea annihilaret ⁊ deinde
repararet: verum eſſet dicere ꝙ angelus bis fuit
realiter ⁊ non numeratione agentis puta dei q̄
vnus eſt: nec cuiuſcūꝗ̄ extrinſeci ab angelo: q:
ſi deus nihil feciſſet niſi angelū quē annihilatū
poſtea reparaſſet: adhuc eſſet verū dicere ꝙ an=
gelus bis fuiſſet. quod non poſſet verificari niſi
numeratione angeli vel durationis eius quod
idē eſt. ¶. 5ª. ratio talis eſt. quia eandē formam
puta lumē idem numero reparari aut eſt poſſi=
bile ſimplicit̄ aut impoſſibile ſimplicit̄. ſi ſit poſſi
bile: ergo erit poſſibile virtute nature. ꝓbatur:
q: quandocūꝗ̄ aliqs effectus eſt ſimplicit̄ poſſi
bilis ⁊ cauſa eſt eque potēs nunc ⁊ prius: ex tali
cauſa poteſt idē effectus produci nunc ⁊ prius.
ſi ergo reparatio eiuſdē luminis eſt effectus ſim
pliciter poſſibilis: ergo cauſa naturalis q̄ primo
facit et eo corrupto manet eque potēs vt prius
poſſet illum modū eſſendi ſm numerum repa=
rare. hoc autē eſt falſum. relinquitur ergo ꝙ re=
paratio eiuſdē luminis ſm numerum: eſt ſimpli
citer impoſſibilis. talis autem effectus ſubterfu
git omnē cauſam. ergo ꝑ nullam virtutē poteſt
idē lumē ſm numerum reparari. ¶. 6ª. ratio eſt
quia multiplicato eo a quo per ſe ⁊ totaliter vł
eſſentialiter depēdet effectus: multiplicat̄ effe=
ctus. ſed productum illo modo depēdet a pro=
ductione. ergo impoſſibile eſt eē vnum produ=
ctum ⁊ duas productiones. ¶. 7°. quia hoc ex=
preſſe dicit frater thomas vt dicit. 4°. ſentē. diſ.
44. ar. 2°. in ſolutione tertij argumenti quod
fuit tale. vnus homo nō eſt plura animalia etc̄.
ad quod reſpondet ꝙ illa ratio concludit opti=
me ⁊c̄. vt ꝑus recitatum eſt. ex quibus clare pa=
tet ꝙ intentio eius eſt ꝙ ea quorum ſubſtantia
in aliquo deperijt: non poſſunt ſm numerū re=
parari. hoc dicit in eodē. 4°. diſ. 12. ar. 2. q. 4.
in cor. ſolutionis. ⁊ in vltima parte. q. 77. ar. 5.
idem per omnia dicit. hec autem pars fuit eius
opus vltimum ⁊ finale vt patet ex eius incom=
pletione. hec durandus. ¶. 8°. arguit aureolus

ꝓbando ꝙ coꝛruptum redire idē numero ali-
quo modo implicet cōtradictionē. qꝛ illud quo
apꝓhenſo omnibus alijs ſtantibus eiſdē intel-
lectus neceſſario ponit diuerſitatē numeralē cir
ca illud: impoſſibile eſt ꝙ illo ſtante ſtet nume-
ralis vnitas. ſi enī illud poſſet ſtare cum identi-
tate numerali: intellectus concipiens illud non
neceſſario poneret circa illud diuerſitatē nume
ralem. ergo ſi apꝓhenſo aliquo omnibus alijs
ſtantibus eiſdē intellectus neceſſario ponit di-
uerſitatē numeralem: videtur impoſſibile ꝙ illo
ſtante fiet identitas numeralis. ſed apꝓhenſo
hoc ꝙ aliquid fuit coꝛruptum ⁊ redijt omnibus
alijs ſtantibus paribus: intellectꝰ neceſſario po-
nit circa illud diuerſitatem numeralē. ergo im-
poſſibile eſt ꝙ ſtante hoc ꝙ aliquid ſit coꝛruptū
⁊ poſtea redierit: impoſſibile eſt ꝙ illud ſit idem
numero. maioꝛ patet. quia ſi itellectus cogitur
eſtimare ⁊ ponere diuerſitatem numeralem: ne
ceſſario opoꝛtet ꝙ hoc ſit ex natura terminoꝛū
ſic occurrētium intellectui qui ſtatim apꝓhen-
dit talem diuerſitatem ſine diſcurſu. minoꝛ pro-
batur. accipio enim eundem motoꝛem numero
idē celum mobile: eandē terram circa quam mo-
ueatur. volo ꝙ oīa iſta ſint eadē hodie ⁊ cras
poſtea conſidero reuolutiones celi ab oꝛiēte in
occidēs ⁊ ecōtra q̄ ſunt hodie: ⁊ vlterius cōſide
ro reuolutiones q̄ erunt cras: quero vtrum iſte
vbietates ⁊ reuolutiones vel circulationes ſint
eedē hodie ⁊ cras ſeu hodie ⁊ heri aut nō. ſi nō
habetur ꝓpoſitum. ſi vero intellectus cōſide-
rat iſtas eſſe eaſdē hodie ⁊ cras: contra quia tūc
non conciperet plures motus nec hodie et cras
nec duos dies: qꝛ ꝑ diuerſas reuolutiones fiunt
alij ⁊ alij dies. ergo intellectu apꝓhēdēte diem
hodiernā ⁊ craſtinā: eſſent dies vnꝰ. ergo intel-
lectus non hēt vnde numeret iſtas vbietates ex
numeratione celi vel motoꝝ vel terre circa quā
mouetur: quia iſta manēt hodie ⁊ cras eadē nu
mero. ergo hoc habet ex natura interruptionis
qꝛ eo ipſo quo reuolutio et dies concipiť vt in-
terrupta: cōcipiť vt numerata. ſimiliter ſol mo-
uetur ab oꝛiēte ⁊ fit aer lucidus et aſcēdēte ſole
ceſſat aer eē lucidus ⁊ poſt ſole redeunte iterū
fit lucidus. patet ꝙ intellectus non apꝓhēdit
primam lucē ⁊ ſecundam eē eādē: ⁊ tamē manet
idē ſol ⁊ idē aer. vnde ergo: certe non niſi qꝛ in-
tellectus apꝓhēdit lucē coꝛruptam ⁊ poſt re-
deuntē interruptam ⁊ ex hoc neceſſario nume-
rat ipſam omnibus alijs ſtātibus eiſdē. ſimiliter
idē patet ď lumine candele pluries abſcōſe ⁊ diſ-
cooꝑte ꝙ intellectꝰ neceſſario numerat hoc ſo-
lo cōꝓhenſo ꝙ lumē interrūpiť ⁊ redit. ¶. 9°.
arguit ſic. qꝛ ſicut ſe hēt quātitas ꝑmanēs ad ſu-
um dimēſionatū: ſic quātitas ſucceſſiua ad ſuū.
ſꝫ ſi interrūpať quātitas ꝑmāſiua: neceſſario nu
merať ſuū quātum nec manet idē numero. ſicut
lignū ante diuiſionē erat vnū numero ⁊ poſt di
uiſionē eſt plura. ergo ſic erit de quantitate ſuc-
ceſſiua ꝙ illud qđ eſt quātū ſucceſſiuū cuius eſt
ipm durās: ſi interrūpať neceſſario cedit in alie-
tatē numeralē. ſed eē tēpoꝛalia in q̄ᵐ ſignificanť
ꝑ verba: ſunt q̄dam durabilia ⁊ mēſurata tēpo-
re. ergo impoſſibile ē ꝙ ſi ſint interrupta ſm tē-
pus: ſint eadē numero. ¶Confirmatur. quia ſicut
ſe hēt motus ad ſuam durationē: ita q̄es ad ſuā
ꝑmanētiā qꝛ tēpus mēſurat omnia iſta. ſꝫ inter
rupta duratione: motus non pōt cōcipi idē qui
prius quia non eſt idē tēpus. ergo ita eſt ď quie
te ⁊ ꝑmanētia. ¶. 10. arguit ſic. quia interrupto
intellectu alicuius: interrumpitur et ipſū. ⁊ illo
non redeunte: non redit. oppoſitum enim impli
cat cōtradictionē. ſed ď intellectu vniuſcuiuſqꝫ
eē ⁊ actus: eſt duratio ⁊ tēpus quia talia ſignifi-
cata ꝑ modum verbi: non poſſunt intelligi ſine
tēpoꝛe ⁊ duratione. ſed idē tēpus ⁊ eadē dura-
tio nullo modo pōt redire eadē numero ſi inter
rumpať. ergo nec eē aut quicūqꝫ alius actus ta
lis. minoꝛ ꝓbatur primo qꝛ eē ⁊ ea q̄ ſignificā
tur ꝑ verba: includūt in ſuo intellectu ipſum tē-
pus vt patet ꝑ cōmētatoꝛem. 4°. phy. qui dicit
ꝙ foꝛmalis ratio motus in q̄ᵐ eſt paſſio: eſt ꝙ ſit
mutatio coniūcta tēpoꝛi. ⁊ ſubdit ꝙ verba ſunt
impoſita foꝛmis fluētibus. fluxus autē intelligi
non pōt ſine tēpoꝛe. ſed ꝓbať minoꝛ quo ad
aliā partē. ſ. ꝙ non poſſit idē tēpꝰ aut idē motus
redire idē numero. quia impoſſibile eſt motum
ſeu tēpus coꝛruptū ⁊ rediēs continuari: alias tē
pus rediēs non fuiſſet interruptum nec coꝛrup
tum illud quod redijt. ¶Confirmatur. quia ratio
quare aliqui imaginanť ꝙ coꝛruptū poſſit idē
numero redire: eſt quia capiūt ꝙ tēpus non ſit
de eēntia ⁊ intellectu rei. eſt tū de oīi intellectu
quo res exprimiť per verbū. ¶Confirmať. quia
impoſſibile eſt ꝙ aliquis bis viuat niſi duplici vi
uere. ſed q̄ prius fuit moꝛtuus ⁊ poſtea reuixit:
bis vixit. ergo opoꝛtet ꝙ ſit duplex viuere: ergo
duplex eē. maioꝛ patet ꝑ ſimile. qꝛ impoſſibile ē
aliquē bis moueri vno motu. ergo impoſſibile
eſt aliquē bis viuere niſi ꝑ duplex viuere. ¶. 11°.
arguit qꝛ variata cauſa variať effectꝰ. ſed cauſa
idētitatis in foꝛma coꝛrupta ⁊ redeūte: eſt idēti
tas materie ⁊ agētis. ipſius aūt coꝛrupti licet ſit
eadē materia: non tamē eſt idē agēs foꝛmaliter

⁊ in actu. agēs eni formalit̄ ⁊ in actu: eſt ꝑ actio=
nē ⁊ formalē ꝓductionē. ſed ꝓductio ⁊ actio nō
ē eadē q̄ redit poſt interruptionē. ergo nec agēs
in actu: qđ req̄rit̄ ad idētitatē numeralē. Cōfir=
mat̄. q꞉ ſicut actio ſpecificat̄ ex termino ⁊ forma
ſic numerat̄ ex ipo. ſi ergo nō poſſit redire eadē
actio: nec eadē forma. ¶ Cōtra tertiā ꝯcluſionē
arguit aureolus ꝓbādo ꝙ oēm rē ſucceſſiuā cor
ruptā preter tēp⁹ pōt deus eādē numero repare
ſiue illa ſit mot⁹ ſiue actio ſiue relatio. primo ſic.
deus pōt facere quicq̄d facere nō eſt nō facere ⁊
ꝙ factū nō implicat ꝯtradictionē. ſed ſi de⁹ faciat
aliq̄d quicq̄d ſit ſiue ꝑmanēs ſiue ſucceſſiuuȝ qđ
fuit ſub prioritate eſſe ſub poſterioritate: nulla
eſt cōtradictio. q꞉ cōtradictio ē affirmatio ⁊ ne=
gatio eiuſdē de eodē. ſed in ꝓpoſito nō ſequitur
affirmatio ⁊ negatio eiuſdē p̄dicati de eodē ſub
iecto. ſi eni dicat̄ ꝙ ſubiectū prioritatis ⁊ poſte=
rioritatis eſt idē numero: nō negatur idē de eo=
dē: q꞉ ſubm̄ prioritatis vl̄ poſterioritatis nō eſt
ipſa prioritas vel poſterioritas. ſi eni ſubſtractū
ꝓ̇oritatis ⁊ poſterioritatis eēt idē qđ prioritas ⁊
poſterioritas: cōtradictio eēt ꝙ deus repararet
aliq̄d corruptū pri⁹: q꞉ tūc faceret ꝙ ꝓ̇oritas eēt
poſterioritas. ¶ .2°. q꞉ deus pōt facere ꝯtra re
pugnantiā intellectuū vbi nō pōt inferri contra
dictio primi modi. licet ergo repugnet intellec=
tui ſignificare ꝙ idē numero reparetur: cui⁹ ra=
tio ē q꞉ duratio ē de cointellectu rei: ideo nume
rata duratiōe intellect⁹ numerat neceſſario ipm̄
durās. ꝓpter qđ cōmuniter dicit̄ ꝙ res ꝑmanēs
nō mēſurat̄ tēpore. ſȝ licet hoc repugnet intelle
ctui intelligere ⁊ ſignificare: q꞉ tū pōt arguere ꝙ
ibi nō eſt cōtradictio q꞉ p̄dicatū affirmatū ⁊ ne=
gatū nō dicit̄ de eodē q꞉ non eſt idē res durās ⁊
ſua duratio ſiue res ꝓ̇or ⁊ ſua ꝓ̇oritas. ergo etc̄.
hec aureolus. ¶ Cōtra eādē cōcluſioneȝ arguit̄
ab alijs. q꞉ nulla rō adducta pro illa cōcluſione
ſiue a ſctō thoma ſiue a godofredo ſiue ab ipſo
durando: efficaciter concludit propoſitū. qđ pa
tet diſcurrēdo ꝑ ſingulas rationes eorū. godo=
fredus namq꞉ arguit ſic primo loco pro illa cō=
cluſione. q꞉ ponere vnitatē cū iterruptione eēn
di in illis ꝺ quorū vnitatis rōne eſt continuatio
implicat cōtradictionē. q꞉ ponēdo ꝯtinuationē
eēndi: negat̄ interruptio. ⁊ ponēdo interruptio
nē: negatur cōtinuatio. et ſic ponēdo vnitatē in
talibus cuȝ interruptione: eſt implicare cōtradi=
ctionē. ſed omnia ſucceſſiua ſicut motus et tēp⁹
includūt in ratione ſue vnitatis continuitatem
eēndi: quia eorū vnitas eſt eorum continuitas.
ergo ponere vnitatē in talibus cū interruptiōe
eſt ponere contradictoria. qđ ponit q̄ dicit eun=
dem motū qui fuit reparari: quia diſcōtinuatus
eſt. ¶ .2ª. ratio eiuſdeȝ talis eſt. q꞉ qui ponit ea
eſſe ſimul de quorū ratione eſt non eē ſimul: cō=
tradictionē implicat. ſed ꝺ ratione prioris ⁊ po=
ſterioris in motu ⁊ tēpore eſt non eſſe ſimul. er=
go qui ponit ea eſſe ſimul implicat cōtradictio=
nē. ſed qui ponit partē motus vel tēporis p̄teri=
tam eandē numero reparari: non ſolū ponit pri
us ⁊ poſterius eſſe ſimul ſed etiā eſſe idē quia p̄=
teritum prius et poſtea reparatū ſequitur ꝙ pri
us ⁊ poſterius ſint idem ⁊ per conſequēs ſimul.
¶ .3ª. ſua ratio eſt iſta. quia ponatur ꝙ mobile
moueatur ab. a. in. c. ꝑ. b. ſi ergo eadem pars nu
mero motus q̄ preceſſit pōt poſtea reparari: ſe=
quitur ꝙ pars motus q̄ fuit ab. a. in. b. poſſit re=
parari poſtea dū mobile moueatur ab. a. b. in. c.
ſed hoc implicat cōtradictoria. quia ſequeretur
ꝙ ideȝ mobile moueretur ſimul pluribus moti=
bus differētibus ſolo numero: ⁊ ꝙ eodē tēpore
moueretur ad. b. ⁊ a. b. ergo eandē parteȝ mo=
tus numero q̄ preceſſit poſſe reparari: implicat
contradictioneȝ. he ſunt rationes godofredi q̄
vidētur eſſe eedē cum probatione ſctī thome ꝓ
tertia ꝯcluſione inducta: ⁊ cū probatione hērici
7°. quodlibet. q. 14ª. ¶ Predicte tū rōnes non
vidētur valere. nō quidē prima. vn̄ ad illā reſpō
det durand⁹ dicēs ꝙ quicq̄d ſit de cōcluſione: rō
tū prima videt̄ ſolubilis. cū eni dicit̄ ꝙ oīne ſuc=
ceſſiuū ad ſui vnitatē numeralē req̄rit continui=
tatē eo ꝙ ſua vnitas eſt ſua continuitas: dicēdū
ꝙ cōtinuitas q̄ req̄rit̄ ad vnitatē mot⁹ nō eſt cō=
tinuitas ei⁹ cū alio motu: q꞉ ſine hac q̄libet mo=
tus eſt vnus in ſe. nec eſt cōtinuitas eiuſdē mo=
tus ad ſeipſum q꞉ idē non continuat̄ ſibi ipi. ſed
eſt continuitas partiū continētiū eundē motū.
ſola ergo interruptio huic continuitati contra=
ria ſoluit vnitatē motus. nunc autē ita eſt ꝙ in=
terruptio q̄ eſſet inter primū motum et eius re=
parationeȝ: non ſolueret illam continuitatē nec
eſſet ei contraria. ponimus eni ꝙ ſicut prima vi
ce partes motus fuerūt continuate: ita ⁊ in eius
reparatione. interruptio ergo q̄ poneret̄: ſoluȝ
argueret ꝙ motus primo exiſtēs et poſtea repa
ratus non eſſent duo motus continuati cōſtitu
entes ꝑ ſuam continuationē vnū tertiuȝ motū.
ſed nō argueret qui eēt idē motus ꝓ̇mo exiſtēs
⁊ poſtea reparat⁹. qđ aūt plus aſſumit̄ ꝙ mot⁹
req̄rit ad ſui vnitatē continuitatē eſſendi: dicen
dū ꝙ cōtinuitas eēndi quā req̄rit mot⁹ nō eſt ꝙ
ſit cōtinue ⁊ ſemꝑ: alioqui hoc pōt poni dato ꝙ
motus corrupt⁹ idē numero reparet̄. q꞉ tā ꝓ̇ma

vice q̃ ſecunda: ponitur ꝙ eius duratio eſſet con-
tinua ſucceſſione ſuaruꝫ partium. hec durandus.
¶ Similiter ſecunda ratio nõ videtur valere. qꝛ
vt patet per dicta aureoli contra tertiã cõcluſio-
nem recitata: nulla cõtradictio eſt ꝙ illud quod
fuit ſubiectũ prioritatis poſtea ſit ſubiectũ poſte-
rioritatis. ¶ 3ª. deniqꝫ ratio non videtur valere.
imo ſicut dicit durãdus illa ratio clare d̃ficit: quia
cũ dicitur ꝙ ſi deus poſſet reparare eundẽ motuꝫ
ſm̃ numerum tũc prima pars motꝰ qua tranſitur
ab. a. in. b. poſſet reparari dum adhuc durat ſecũ-
da pars qua tranſit̃. a. b. in. c. dicendũ eniꝫ ꝙ hoc
non eſt veꝝ. quod etiam patet in permanentibꝰ.
ſi enim ponamus ꝙ deus poſſet reparare albedi-
nem corruptam in aliquo cui ſucceſſiſſet nigredo
oppoſita vel alia albedo numero differens a p̄ma
tamen non diceremus ꝙ deus poſſꝫ reparare eã-
dem albedinẽ ſtante nigredine in eodeꝫ ſubiecto
vel alia albedine numero differẽte. non enim poſ
ſunt oppoſita eſſe in eodeꝫ ſimul ſubiecto nec duo
accidẽtia ſolo numero differẽtia. ſimilit̃ in ꝓpoſi-
to p̄ma pars motꝰ non põt reparari manẽte ſecũ
da. ſed nullũ argumentũ eſt nõ põt hoc modo re
parari: ergo nullo modo. imo eſt fallacia cõſequẽ
tis ꝓcedendo a deſtructione inferioris ad deſtru
ctionem ſuperioris. aliquid enim implicat contra
dictionem vno modo quod nõ implicat alio mo-
do. hec durãdus. videtur ergo ꝙ rationes ille nõ
ſufficienter probent concluſionem. ¶ Ulteriꝰ vi-
detur ꝙ nec rationes quibus durandus eandẽ ꝓ-
bat cõcluſionem valeant. premittit enim duran-
dus quomodo ſucceſſiua vel tranſeuntia differũt
a ꝑmanentibus ex quibus arguit ad propoſituꝫ.
prima differentia eſt. quia res ꝑmanens duratio-
ne ſua non interrupta: poteſt pluries ſumi ſm̃ ſe
totam et ſm̃ quãlibet partem ſui vt homo vel la-
pis. ſucceſſiua vero et generaliter tranſeuntia: nõ
poſſunt pluries ſumi ſm̃ ſe nec per aliquid ſui du
ratione ſua non interrupta. ſecunda differentia ẽ
ꝙ res permanentes ſunt res ꝓprie et ſimplicit̃ vt
homo lapis albedo nigredo et ſic de ceteris. res
autem ſucceſſiue non ſunt res proprie et ſimplici-
ter ſed ſolum quedam rerum habitudines vel q̃-
dam reales modi eſſendi. cuius ratio eſt. quia il-
lud quod adueniens alicui non reddit ipſuꝫ ma-
gis compoſitũ q̃ prius: non eſt res proprie et ſim
pliciter. ſed talia ſunt omnia tranſeuntia et ſucceſ
ſiua vt motus tempus et huiuſmodi. non eniꝫ ce-
lum eſt magis compoſitum q̃ ſi ſtaret: quia motꝰ
ad locum nihil variat circa reꝫ vt dicitur. 8°. phy.
et idem eſt de motu ad formam q̃m eſt preciſe de
ratione motus. quia nullam compoſitionem po-
nit ſm̃ ſe circa ſubiectum preter illam que eſt for-
me terminantis motum et eſt res permanens.
¶ Ex prima differentia arguit ſic. minus eſt rem
iam exiſtentem conſeruare ne corrũpatur: q̃ cor-
ruptam reparare. ſed in ſucceſſiuis et tranſeunti-
bus deus non poteſt rem conſeruare ne corrum-
patur. ergo fortiori ratione nec poteſt corruptã
reparare. maior videtur manifeſta. ſed minor ꝓ-
batur. quia ſi aliquod ſucceſſiuũ vel tranſiens poſ
ſet conſeruari dum eſt in eſſe ne corrumperet̃: tũc
poſſet pluries ſumi. et ſic eſſet ꝑmanens et nõ trã
ſiens. Sed dicet aliquis ꝙ de rõne trãſeuntis eſt
ꝙ non poſſit pluries ſumi continue ⁊ ſua duratio
ne non interrupta: quia tunc eſſet ſtans et nõ trã
ſiens. ſed nihil ꝓhibet quin poſſit pluries ſumi ea
interrupta. nec ꝓpter hoc erit ſtans ſed qualibet
vice erit fluens et tranſiens. ꝓpter quod maior
videtur falſa. quia magis videt̃ eſſe contra rõneꝫ
ſucceſſiui vel tranſeũtis ꝙ poſſit ꝑmanere ne cor
rumpatur: q̃ poſſit reparari poſtq̃ corruptũ eſt.
ſed iſtud non valet. quia ſi idẽ ſucceſſiuũ puta idẽ
motus numero põt reparari: veruꝫ eſſet dicere ꝙ
mobile ſubiectũ eſſet bis motũ realiter. illud aũt
nõ diceretur ratione numerationis ſubiecti quia
illud eſt vnuꝫ. nec ratione numerationis ſpacij qꝛ
ſimiliter eſt vnum. ergo oportet ꝙ ſit ratione nu-
merationis motus vel durationis eius vel men-
ſure extrinſece. ſi rõne numerationis motꝰ: habe-
tur ꝓpoſitũ qꝛ omnis realis numerus eſt pluriuꝫ
rerũ. et ita motus precedẽs et ſequens nõ eſſent
vnus motus realiter ſed plures quod eſt noſtruꝫ
ꝓpoſitum. ſi dicat̃ ꝙ hoc eſt ꝓpter numerationẽ du
rationis: in idem redit. qꝛ duratio motus non eſt
aliud q̃ motꝰ. et ideo ſi vnuꝫ numerat̃ realiter: et
aliud. nec ratione mẽſure extrĩſece vel cuiuſlibet
alterꝰ extrinſeci: qꝛ deꝰ poſſet facere ꝙ eſſet ſoluꝫ
motus primi mobilis et illum poſſet interrũpere
et iterato reparare et eſſet verũ dicere ꝙ celũ eſſꝫ
bis motum: non per numerationẽ alicuiꝰ menſu-
re extrinſece quia nulla eſſet: nec ꝑ numerationeꝫ
ſubiecti vel ſpacij aut mouentis. ergo ꝑ numera-
tionem motꝰ vel durationis qđ ideꝫ eſt. ¶ Item
eundem motũ poſſe reparari vel eſt poſſibile ſim
pliciter: vel impoſſibile ſimplicit̃. ſi ſit impoſſibile
ſimpliciter: ergo erit poſſibile virtute nature. pro
batio. quia quandocunqꝫ aliquis effectus eſt ſim
pliciter poſſibilis ⁊ cauſa eſt eque potens nunc et
prius: ex cauſa tali poteſt idẽ effectus ꝓduci nunc
ſicut prius. ſi ergo reparatio eiuſdẽ motus ſit effe
ctus ſimpliciter poſſibilis: ergo cauſa naturalis q̃
primo facit et eo corrupto remanet eque potens
vt prius: poſſꝫ illuꝫ motum eundẽ numero repa-

re. hoc autem eſt falſum. relinquitur ergo ꝙ reparatio eiuſdē motus ſm numerū eſt effectꝰ ſimplr impoſſibilis. talis autez effectꝰ ſubterfugit omnez cauſam. ergo per nullam virtutē poteſt motꝰ idē numero reparari. ¶ Itē ſi motus poſſet idez numero reparari: eodēmodo poſſet et tēpus. et ſic dies que preceſſit poſſet ſtatiz reparari et non ſolum ſemel ſed ſemp. et ita totus decurſus tēporis eſto ꝙ duraret in infinitū: nō eſſet realiter niſi vnꝰ dies imo vna breuiſſima hora vl' breuiſſima pars vnius hore. qꝛ idē argumentū poteſt fieri de hora et de parte hore ſicut de tota die. q̄ omnia ſunt abſurda. ergo et c̄. ¶ Ex ſecunda differētia arguit ſic. licet idez ſubiectum poſſet eſſe ſucceſſiue ſub oppoſitis formis vl' habitudinibus: impoſſibile tamen eſt et cōtradictionē implicat ꝙ oppoſitarum formarum vel habitudinuz vna ſit alia nec ſimul nec ſucceſſiue. ſicut poſſibile eſt ꝙ eadez aqua priꝰ ſit calida et poſtea frigida vel ꝙ idem homo primo ſedeat et poſtea ſtet. ſed impoſſibile eſt ꝙ caliditas ſit frigiditas vel ꝙ ſedere ſit ſtare. ſꝫ ſi idez ſucceſſiuum vel tranſiens poſſet reparari: ſeqͥtur ꝙ vna habitudo ſit alia. ergo īpoſſibile eſt ꝙ idez ſucceſſiuū vel tranſiens reparetur. minor ꝓbatur. quia ſicut dictum eſt: ſucceſſiua non ſunt proprie res ſed habitudines rerum. ſicut motus eſſentialiter eſt ſucceſſio vel habitudo ſucceſſionis mobilis in loco. per eandem rationē partes motꝰ ſunt eſſentialiter partes ſucceſſionis. partes autē ſucceſſionis: ſunt prius et poſterius vel potius prioritas et poſterioritas. ita ꝙ quādo dicitur ꝙ vna pars motus eſt poſterior et alia prior: non eſt p̄dicatio denominatiua alicuius habitudinis addite ad partes motꝰ: ſed eſt eſſentialis quia partes motus ſunt eſſentialiter ipſa habitudo prioritatis et poſterioritatis exiſtentie mobilis ſm aliaz et aliam partez in loco: ſicut motꝰ eſt eſſentialiter ſucceſſio eius per totum locum. ſi ergo pars motꝰ que preterijt poſſet reparari eadē numero: tunc habitudo prioritatis efficeretur habitudo poſterioritatis quod eſt impoſſibile vt dictum fuit. patet ergo ꝙ ſucceſſiua vt motus et tempus nō poſſunt eadem numero reparari. hec durandꝰ. Sed ꝙ iſte rationes non ſufficiēter concludāt ꝓpoſitū imo ſint ſolubiles: oſtendit petrus de palude dicens ꝙ ad rationes illas durādi poteſt inſtari qꝛ durandus ad ſuam primā rationē bene inſtat nec ſoluit ad inſtātiam ſed contra arguit adducendo nouam rationem ad concluſionē. et poteſt inſtātia cōfirmari ſic. plus enim videtur aliquid d̄ nouo ꝓducere quod nūquā habuit eſſe: q̄ illud quod aliquod eſſe habuit illo perdito reparare. ſi ergo plus eſt aliquid corruptū reparare q̄ exiſtens ne corrumpatur conſeruare: ſimiliter maius eſt illud quod nūquā fuit ꝓducere q̄ ꝓductum ꝯſeruare. ſed motū qui nūquā fuit pōt deus de nouo ꝓducere. ergo multo magis productū ne flueret et deſineret cōſeruare. conſequens eſt falſum: ergo et antecedēs. et ſic ſi ratio bene concludit ꝙ motus non pōt poſt q̄ fuit reparari: ita concludit ꝙ ante q̄ fuit non potuit ꝓduci. ꝓpter qd̄ eſt dicendū ꝙ maior eſt vera ex parte agētis: quia non eſt minoris virtutis ꝓducere et reparare q̄ ꝓductum conſeruare: ſed non ex parte effectus. ſunt enim aliq̄ effectus quibus repugnat conſeruari eodez modo nunc et prius ſicut ſucceſſiua: non autem ꝓduci et ideo poſſunt ꝓduci ad eſſendū non autē conſeruari in eſſendo. ¶ Ad ſecundam rationē vt dicit pōt inſtari. quia ex ſola numeratione habitionis vel habitudinis pōt dici aliquid ēē bis hitum ſine hoc ꝙ habēs vel habitū ſit multiplicatū. ſicut corpus humanū fuit in reſurrectiōe bis animatuz vel vnitum ſine binario corpoꝝ et animarum ex ſola habitudine eoꝝ adinuicē multiplicata: ita et in ꝓpoſito. item ſi vltima ſpera moueretur: nihil eſſet ibi habēs niſi celū: nec habituz niſi motꝰ: nec vbi nec aliquis terminus: et tamē diceret̄ bis motum ſi eiꝰ motus interrūperet̄ ſicut alia corpora q̄ mouent̄ ad vbi et locum. ergo. ¶ Ad tertiaz pōt dici ꝙ idez numero reparari eſt poſſibile ſimplicit̄ et tamen eſt impoſſibile nature quia quāuis natura agentis et ſubiecti ſint eque potentia ſicut priꝰ ex quo ſequitur ꝙ eque perfectuz effectū poſſunt producere ſicut prius: non tamen ſe habent eodē modo numeraliter adinuicē ſicut prius: ſed ſolū modo eadē ſpecie. et ideo in eundē effectum ſpecie poſſunt non numero. licet autem materia nō eodem modo ſe habeat ad deum poſt q̄ habuit formam q̄ prius quando eā a deo recipiebat: deꝰ tamen eodem modo ſe habet ad omnia. et vlterius etiam deus ex parte obiecti nullam habitudinem requirit. vnde ſicut ſine ſubiecto pōt ꝓducere effectum: ſic ſine hoc ꝙ ſubiectuz habeat eādem habitudinem poteſt eundem effectum imprimere. ¶ Ad quartam dicit ꝙ bene concludit niſi ꝙ eſt ibi petitio principij. quia cum continuitas ſit tota cauſa vnitatis in rebus ſucceſſiuis motu ꝛ tēpore; nullus diceret tempus poſſe reparari q̄ negaret de motu. ſi autez dicatur ꝙ poſt diem iudicij erit vna dies: nihil ad propoſitum quia loquimur de die qui eſt motus celi: tunc autem non erit. ſed forte aliquis diceret ꝙ nullum eſt inconueniens ſi ſit idem dies numero heri et hodie: ſicut nō eſt incōueniens ſi eſt idem aſinus germani

ſuſcitatus et mortuus et oculus perditꝰ et reſtitutus. ¶ Ad quintam dicit ꝙ ſupponit multa falſa ī ꝓlogo ſuo. primo ꝙ omnes res permanētes ſint res proprie et ſimpliciter dicte. quia hoc eſt contra eum qui dicit ꝙ relatio eſt res permanēs: que tamen eſt habitudo et per conſequēs non eſt res proprie et ſimpliciter ſm eum. etiam ſm eum ſequentia ſex predicamēta non ſunt res ſed habitudines: quoꝝ tamē ſitꝰ habitus et vbi poſſunt habere eſſe permanēs quod eſt cōtra ſuā diſtinctionem. ¶ 2°. quia cū motus ſit actus entis in potētia: et ex actu et potentia ꝓprie dicta ſit cōpoſitio vera et ꝓpria: videt̄ ꝙ omnis motus cū ſuo mobili faciat vnam compoſitionē. nec obſtat quod dicit quia non variat aliquid circa ſubiectū: quia verum eſt de motu ad vbi in mobili incorporali. ſed falſum eſt de mobili corporali quod per motum caleſit. motus autem ad formam: per ſe variat aliquid circa ſubiectum quantum ad accidētalia. ſed q̄ꝫm ad ſubſtantiam non niſi per accidēs inq̄ꝫm generatio et corruptio ſunt termini alterationis extrinſeci. ¶ 3°. quia continuitas ſucceſſiua que per eſſentiam eſt motus: nō eſt habitudo ſicut nec continuitas manens vt linea ſuperficies corpus. quia ſimul iſte ſpecies quantitatis ponuntur in predicamentis. et ſicut diuiſibilitas ī ea que inſunt eſt ratio cōmunis quantitatis: ita continuitas omnis quantitatis continue tam permanentis q̄ꝫ ſucceſſiue. differentia autem diuiſiua alicuius predicamenti non videtur eſſe ſpecies alterius cū predicamenta ſint impermixta. vnde cū continuitas et prioritas ſint differentie quantitatis: quia prima diuidit contra diſcretum ſecunda contra permanentem: videtur ꝙ iſta non ſint eſſentialiter habitudines que ſunt de genere relationis. hec petrus. ex quibus videtur ꝙ rationes durandi non ſufficienter probant concluſionem iſtam. ¶ Vlterius videtur ꝙ nec rationes quorūdam aliorum ad eandem concluſionem ſufficiant. arguunt enim ſic primo. quia ſicut continuitas eſt de ratione linee: ſic de ratione temporis. ſ; deus non poteſt facere ꝙ linea diſcontinua ſit vna: quia cum numerus cauſetur ex diuiſione continui: contradictio eſt ꝙ ſit continuum actu diuiſum et non ſit ibi numerus: et ſic eſſet vnum ⁊ nō vnum ſed multa. ergo ſimiliter eſt ex quo motus eſt interruptus non eſt vnus. ¶ 2°. arguūt. quia deus non poteſt facere ſpeciem generis alicuius ſimul cum oppoſitis differentijs. ſicut non poſſet facere aliquod animal quod ſimul eſſet rationale et irrationale. ſed preſens preteritum et futurū ſunt differentie per ſe eſſentiales in motu et tempore. ergo non poteſt facere d̄ preterito preſens vt. ſ. quod eſt preteritum: idem numero ſit p̄ſens ¶ 3°. arguunt. quia cōtradictio eſt ꝙ idem ſibi ipſi ſuccedat. cum autem poſterius ſuccedat priori facere de motu preterito preſentē: eſt facere ꝙ vnum idem et ſm idem ſit prius et poſterius et ſibi ipſi ſuccedat: imo ꝙ ſit et non ſit: quia quod p̄terierat: non eſt: et quod eſt nō preterijt. he ſunt rationes eorum. ¶ Sed iſte non vidēt̄ valere ad propoſitum concludendum vt dicit petrus. nam contra primā eſt inſtantia. q2 ſicut deꝰ non poteſt facere ꝙ due linee ſimul exiſtentes in actu diuiſe ſint vna: ſic etiam non poteſt facere ꝙ duo motꝰ ſimul exiſtentes diſcontinuati ſint vnꝰ nec de hoc eſt queſtio. ſed ſicut poteſt facere ꝙ linea ānihilata eadem numero reparetur et habebit eādē numero continuitatem quā prius non obſtante diſcontinuitate temporis que fuit media: ſic et motum qui fuit cum ſua continuitate reparabit non obſtante ꝙ ſua cōtinuitas fuerit interrupta ſicut et continuitas linee fuit annihilata. ¶ Similiter vt dicit ſecunda ratio videtur non valere ſi motus eſt alia res a tempore. quia licet nō poſſit fieri de preterito preſens ſicut nec d̄ albedine nigredo ſi tamen hoc eſt verum: tamen ſicut ſubiectū quod eſt album fit nigrum: ſic videtur ꝙ motus qui erat ſubiectum temporis preteriti vel futuri fiat ſubiectū t̄pis p̄ſentis. imo plꝰ videtur ꝙ de vno contrario fiat aliud formaliter. quia non eſt maior incompoſſibilitas inter contraria ꝓpe dicta puta albedinē et nigredinē: q̄ꝫ inter formas ſubāles diſtinctas ꝑ differētias oppoſitas puta aīatum inanimatū. ſed deus poſſet ſubito facere de trunco vitulū et de non viuo viuū et econtra. ergo de albedine nigredinē. ſed ibi ē ſubiectū cōmune qd̄ remanet ⁊ forma cedit forme nō vna fit alia. ideo et c̄. ¶ Deniq; tertia ratio non videtur valere vt dicit petrus. quia diceretur ꝙ deus non poſſet facere quin preteritū ſit preteritū: ſed idipſū quod eſt preteritum poteſt reſumere vt et fuerit preteritum et nihilominus ſit preſens et futurū. ſi enī deus celum dum mouetur annihilaret et poſtea repararet: nihil prohibet vt videtur ꝙ cum eadē latione qua prius mouebatur: ipſum repararet. ideo et c̄. ¶ Vlterius bernardus de gānaco in impugnationibꝰ henrici quodlibet. 7°. q. 14. arguit ꝙ deus poſſet eundem motum numero reparare. quia ſicut interruptio in eſſe aliorum nō impedit ꝓpter identitatē ordinis ad potētiam diuinā ſic nec in motu. ergo et c̄. vbi ſciendū ꝙ bernardꝰ ibidem inducit aliquas rationes generales ad ꝓbandū ꝙ deus omne corruptū vel annihilatum

poteſt idē numero reparare dicēs. coꝛrupta aliq̄
foꝛma: certū eſt ꝙ materia manet eadeꝫ numero
et etiā potētia ad foꝛmā ſm ꝙ materia ē ſua po-
tentia. ſed ſi in materia diſtiguim⁹ iſtā potentiam
per reſpect⁹ diuerſos ad foꝛmas diuerſas: nō ma
net eadē potētia. potētia aūt hoc ſecundo modo
dicta: dicit oꝛdinem ad talē vel talē foꝛmam. ſed
in materia non manet ampli⁹ oꝛdo ad foꝛmā coꝛ
ruptam eandem numero reparandā. qꝛ materia
nō eſt ꝑ ſe in potētia ad foꝛmā que per agēs natu
rale non pōt in ea introduci: qꝛ potentia paſſiua
nō extēdit ſe vltra actiuaꝫ que ſibi coꝛreſpondet.
nullū autē agens naturale pōt eandē foꝛmaꝫ nu-
mero reparare cū non poſſit eandē trāſmutatio-
nē numero repetere. ergo in materia nō remanet
potētia ad eandē numero foꝛmā que coꝛrupta ē
reparandā: ſed ad eandē in ſpecie ſolū. identitas
autem talis potētie: nihil facit ad hoc ꝙ idem nu-
mero reſurgat. bene tamen manet materia in po
tentia ad eandem foꝛmā. ſed hec potētia non eſt
naturalis ſed obedientialis: quia ſolum reſpectu
dei qui poteſt in materia facere quicquid nō ipli-
cat contradictionē. qđ non eſt ſi eadeꝫ foꝛma nu-
mero reparet̄. in materia autē pꝛeter potentiam
naturalē eſt potētia obedientialis ſicut et in cete
ris creaturis. et quia nulla coꝛruptio vel ānihila-
tio diminuit de diuina potētia aliquid: ſicut deus
potuit hanc foꝛmā ꝓducere antequā ꝓduceretur
ita pōt poſtq̄ꝫ coꝛrupta eſt vel etiaꝫ ānihilata. vñ
ſi materia pꝛima ānihilaretur: de⁹ poſſet eandem
numero reparare cum eius annihilatio nihil ſub-
trahat diuine potentie. itē diuina potentia eo ꝙ
potētia: habet quendam oꝛdinem ad oīa ꝑ ſe ꝑ ſe poſſibilia
ſaltē rōnis: qꝛ entis ad non ens non eſt
niſi relatio rationis. iſte autem oꝛdo non tollitur
ex parte diuine potentie per annihilationem cu-
iuſcūq̄ꝫ. quia ita poteſt dei potentia circa nihil ſi-
cut circa aliquid. vnde eque poteſt pꝛoducere la-
pidem de materia et de nihilo. ergo annihilatio
rei non impedit quin deus poſſit eandem repara
re. ex quo etiam patet ꝙ interruptio in eſſe nō im
pedit quin deus eandem rem numero poſſit repa
rare. quia eundem oꝛdinem quem habet potētia
dei ad illud eſſe: ſemper habet. ita ꝙ licet fiat īter
ruptio in ipſo eſſe: nūquam tamen in illo oꝛdine
quin ſemper illud eſſe dependeat a potentia dei.
licet quando illud eſſe eſt in actu: potentia dei in-
fluat. quando autem non eſt: non influit. et ideo
infinities poteſt idem numero quantūcūq̄ꝫ coꝛ-
ruptum vel ānihilatum fuerit reparare. et hoc eſt
pꝛopꝛium deo et nulli alteri agenti cuius potētia
non habet eundem oꝛdineꝫ ad rem que eſt et ad
illam que non eſt: cum potentia creata non reſpi
ciat nihil quaſi potens aliquid de nihilo pꝛoduce
re ſicut potētia dei. item quod pꝛoducitur ꝑ ean-
dem actionem numero: poteſt eſſe ideꝫ numero
etiam in naturalibus. ſed deus eadeꝫ actione nu
mero pꝛoducit hoc pꝛoductū cum pꝛimo pꝛodu-
citur et cum ſecundo: quia ex parte dei non diuer
ſificatur actio. nec ex parte eius in quo recipitur.
quia hoc non diuerſificat neceſſario actioneꝫ: qđ
non requiritur ad eam. receptio auteꝫ in ſubiecto
non requiritur in actione diuina que nullum ſub-
iectum neceſſario requirit. nec terminus diuerſifi
cat. quia ſicut deus concepit hoc pꝛoductum pꝛo
ducere quando pꝛimo pꝛoducit: ita etiam quan-
do annihilatū eſt pōt idem cōcipere quod iteruꝫ
infinities pꝛoducat̄. vnde ſicut conceptus diuin⁹
ſemper fertur ſuper hoc pꝛoductum quantūcūq̄ꝫ
annihiletur: ita pōt et potentia qua agit̄ ſemper
per eandem actionem. quod patet in ſimili. edifi
catoꝛ enim pōt concipere eandē domuꝫ numero
quam pꝛius fecit que modo coꝛrupta eſt: et ꝓdu-
cere eandem ſpecie non numero quia alia et alia
actione agit nunc et pꝛius. alia auteꝫ et alia actio
requirit alium et alium terminum. ſed quia deus
eadem actione ſemper agit idem frequenter: pōt
eſſe terminus ſue actionis. non ergo idētitati po
tentie materie vel cuiuſcūq̄ꝫ creature imponēdū
eſt ꝙ poſſit ideꝫ numero reſurgere: ſed diuine po
tentie que poteſt quicquid non implicat contra-
dictionem. hic autem nulla contradictio eſt cum
interruptio in eſſe reſpectu diuine potentie non
faciat aliquam diuerſitatem in eſſe. hec ille. et po
ſtea ſubdit ſicut ſupꝛa dictum eſt ꝙ iſta argumen
ta ita concludunt de ſucceſſiuis ſicut de permanē
tibus. quare etc. ¶ Ultimo arguitur contra ea q̄
dicit ſanctus thomas in quarto et ſupꝛa recitata
ſunt. arguit ſiquidē ſcotus ꝙ aliquid totaliter an
nihilatum poſſit per dei potentiā ideꝫ numero re
parari. pꝛimo quia ad hoc eſt auctoꝛitas auguſti-
ni. 22°. de ciuitate dei caplo. 2°. vbi loquens de
carne hominū reddenda in reſurrectione: et ſi in
quit omnibus periſſet modis nec vlla eius mate-
ria in vllis nature latebꝛis remanſiſſet: vnde vel
let eam reparare omnipotēs. ergo totaliter coꝛ-
ruptum et deſtructum in totali eſſe poteſt idē nu
mero reparari. ¶ 2°. quia ſi deſtructū eſſet anni-
hilatum: illud nihil ſequēs annihilationē: eſſꝫ eiuſ
dē rationis cum nihilo quod eſſet termin⁹ a quo
creationis. patet. quia iſte mutationes oppoſite
haberent idem pꝛo termino: vna pꝛo termino a
quo alia pꝛo termino ad quē. ſed nihilum pꝛece-
dens creationē nō repugnabat quin illud cui op-

ponitur poſſet creari. ergo et poſt ānihilationem poterit recreari idē numero. Confirmať ratio. q2 planum eſt ꝙ ex parte cauſe manet eadem ptās. ex parte aūt lapidis eſto ꝙ lapis ſit annihilat⁹: tāta eſt poſſibilitas ſimpliciter ad eſſe poſt annihilationē: quāta ante creationē quia nō magis īcludit contradictionē. nec illud nihil in quo ceſſit lapis: magis priuat poſſibilitatē quia non priuat niſi tanquā oppoſitū. ſed eidem et eſſentialiter opponebatur ante creationem. ergo et c̄. ¶ 3°. quia in homine eſt aliqua entitas poſitiua que neqꝫ ē pars materialis nec formalis nec partes ſimul ſicut probatum eſt in tertio et arguitur ſic. quia aliquid eſt ibi cauſatū a cauſis intrīſecis. ſed nec cauſa materialis nec cauſa formalis eſt cauſata a cauſis intrinſecis nec ambo ſimul. eſt ergo ibi aliqua alia entitas a cauſis diuiſim acceptis: ⁊ illa dſtruitur: alioquin homo non eſſet vere mortuus: quia nō eſſꝫ corruptio totalis entitatis hominis. et tamen illa entitas reparabiť eadem numero: alioquin non eſſet idē homo. ergo. ¶ 4°. quia ſi de⁹ in hoc inſtāti. a. et ī toto tēpore medio vſqꝫ ad. b. et in inſtanti. b. conſeruaret iſtud eſſe: concedendum eſſet ꝙ eſſet omnino idē numero. ergo ſi ī. a. conſeruat et idem in. b. inſtanti: et in tempore nō conſeruet: erit idem. et tamen erit interruptuꝫ in tempore intermedio. probatur conſequentia. q2 identitas iſtius eſſe vt eſt in. b. ad ſeipſum vt eſt ī. a. non dependet eſſentialiter ex cōſeruatione ꝑ illo tempore medio. quia neqꝫ vt a cauſa formali neqꝫ vt a cauſa materiali neqꝫ vt a quacūqꝫ cauſa eſſentiali. hoc etiam probatur aliter. quia alioquin non poſſet deus idem eſſe cauſare in aliquo īſtāti poſteriori quod in inſtanti priori. quia ſi in inſtanti priori cauſat et in tempore ſequenti conſeruat illud eſſe: vt conſeruatum ī tempore eſſentialiter requiretur ad identitatem illius cauſe in inſtanti. b. et ſi tunc non eſſet conſeruatum in illo tempore ſed primo cauſatum in. b. non poſſꝫ creari idem. ¶ 5°. quia diuerſitas poſteriorꝫ non arguit diuerſitatem priorum eſſentialiter. ſed illa īſtantia ad ipſum eſſe permanēs ſunt eſſentialiter poſteriora. vnde et idem eſſe manet in qbuſcūqꝫ inſtantibus ſuccedentibus. ergo ſiue fiat cōtinuatio inter illa inſtantia ſiue non: non minus ipſum eſſe poterit idem eſſe. Uel ſic. ſi idem eē eſſet ī. a. et in tēpore ſequenti in. b. eſſet idem in. a. et in. b. ergo ſi deſtruatur poſterius eo quod eſt durare ī tempore intermedio: adhuc non neceſſario ſeqretur ex hoc diuerſitas eius in. a. et in. b. ¶ 6°. q2 ex illa radice ꝙ eſſe ſimpliciter interruptū vel deſtructum non poteſt redire idem: ſequuntur multa inconuenientia. primuꝫ eſt ꝙ deus non poſſet reſuſcitare brutum idem numero. cuius oppoſitū nōnūquā legitur factum miraculoſe a ſanctis. vt patet de tauro queꝫ ſuſcitauit ſanctus ſilueſter vt habetur in legēda eius. et hoc negare deo eē poſſibile: videtur eſſe magne infidelitatis. et tamē anima eius ſenſitiua interrupta ē et deſtructa. Secundum eſt quia omnia accidentia que corrūpūtur in corruptione hominis vel ante reſurrectionem: nō poſſ ēt eadē numero redire. et tūc homo reſuſcitatus non haberet eandem propriam paſſionem numero quam prius. quia iſta propa paſſio non manſit poſt mortē quia erat totius vt totius et non tm̄ anime. ſed conſequēs eſt impoſſibile ꝙ ſit idem ſub ſpecie et non habeat eandem propriam paſſionem. Tertium eſt. quia potentie anime ſenſitiue que ſm te ſunt accidentia: cū nō ſint accidentia ſolius anime ſed totius compoſiti primo de ſenſu ⁊ primo de ſomno: ꝙ non poſſent redire eedem. et ita homo reſuſcitatus non haberet eandem potentiam viſiuam vel auditiuam. Quartum eſt ꝙ non haberet eandem quantitatem numero. quia illa non manet nec in materia ſola manente: nec in anima intellectiua. igiť et c̄. ¶ 7°. poſitio tua deficit. quia totuꝫ eſſe hominis poteſt manere non iterruptum. primo quia vt ꝓbatum eſt entitas totalis interrumpitur. Secundo quia eſſe anime intellectiue non eſt totale eſſe hominis vt tu accipis. quia omne ens habet aliquod eſſe. ſed homo vt homo: eſt aliquod ens et non tm̄ anima. ergo habet aliquod eſſe propriuꝫ et non tm̄ eſſe anime. Tertio quia contradicis tibi. quia alibi dicis ꝙ ſtatus anime in corpore eſt perfectior ꝙ̄ ſtatus eius extra corp⁹: quia ē pars compoſiti et omnis pars: materialis eſt reſpectu totius. Contra hoc arguitur. quia quod habꝫ totaliter idem eſſe: non eſt imperfectius ex hoc ſolo ꝙ nō cōmunicat alteri idem eē. ſed per te anima ſeparata habet totaliter idem eſſe quod coniuncta: imo eſſe quod eſt totale eē hominis quādoqꝫ cōmunicatur corpori. ergo ipſa in nullo ē imperfectior pro eo ꝙ non cōmunicat idē eſſe corpi. maior apparet. quia perfectio naturaliter preſupponitur ei quod eſt cōmunicare perfectionē. ergo non eſt maior vel minor per hoc ꝙ cōmunicat vel nō cōmunicat. et hoc maxime ſi per talem cōmunicationem nullum aliud eſt eē totius ꝙ̄ iſtud idem. Quarto quia in homine eſt aliqua forma ſubſtātialis alia ab aīa intellectiua. et per conſequēs cū cuiuſlibet forme ſit dare eē: in anima intellectiua non eſt totale eē compoſiti. ergo et c̄. ¶ 8°. quia tunc cum in morte chriſti relatio maternitatis

q̄ erat in virgine ad xp̄m fuerit interrupta in paſſione xp̄i: ſequitur ꝙ poſt paſſionē non eſt eadē mater numero q̄ prius. hec ſcot⁹ in forma. ¶ Cōtra eandē cōcluſionē arguit aureolus et p̄mo ꝓbat ꝙ dicere ꝙ nulla realitas q̄ in morte fuit corrupta redeat eadem numero in reſurrectione: eſt derogare veritati reſurrectionis imo negare reſurrectionē. tum qꝛ reſurrectio eſt ei⁹ quod cecidit iterum ſurrectio. niſi aūt aliquid corruptū et perdens eſſe iterū redeat: non ſtat veritas diffinitionis reſurrectionis. ergo nec veritas diffiniti. qꝛ ille caſus non eſt localis ſed ſm entitatem in nō eſſe. Tum ſecundo quia forte corrupto corrūpit eius humanitas que eſt tertia entitas diſtincta a materia et forma. ⁊ illa eadem numero redibit in reſurrectione. Tum tertio quia dato oppoſito: ſequuntur innumerabilia incōueniētia vt puta ꝙ ſāguis xp̄i quem reſumpſit in paſſione nō fuit idem numero et ante paſſionē. quia ille fuit corruptus nec eius forma ſubſtātialis manſit cum nō ſit animatus anima xp̄i. ſimiliter ꝙ capilli ſanctoꝝ quorū conſtat formā ſubalem in morte corrumpi: nō reſurgent idē numero cōtra illud euangelij: capillus de capite veſtro non peribit. ſimiliter ſequitur ꝙ non redibit eadem ꝓpria paſſio indiuidui: qꝛ illa per te eſt accidens et corrūpitur in morte. ſeqtur etiam ꝙ non redibit eadē maſculinitas et femineitas: ſimiliter nec eadē filiatio. ſimiliter ſeqtur ꝙ nō redibit eadem caro numero. quia caro humana nō dicit ſolā materiam et formā: ſed dicit materiā accidētibus affectā ex ſecūdo de anima vbi habetur ꝙ caro eſt mediū calidi et frigidi et humidi et ſicci. item ꝙ ſenſus tactus non redibit idē numero: ac ꝑ hoc nec idē aīal: ſimiliter nec idē oculus. q̄ omnia ſunt cōtra ſacrā ſcripturam. ¶ 2°. ꝓbat ꝙ dicere ꝙ nullū corruptū poſſit idē numero redire diuina virtute: derogat diuine oīpotentie. tū quia auguſtinus. 22. de ciuitate dei vbi querens quomodo caro comeſta a vermib⁹ incinerata et diſperſa reſurget et redibit eadē: dicit hoc non eſſe difficile apud illum qui nouit omnes partes. et dato ſm eum ꝙ non remaneret ſ omnibus periſſet modis vt nulla eius materia in vllis nature latebris remanſiſſet: vnde vellet repararet eam altiſſimus omnipotens. tum quia ī principio capituli querens de cicatricibus martyrum ſi remanebunt et redibunt: dicit ꝙ apud omnipotentē poſſibile eſt ꝙ redeāt. et hoc oportet concedere de xp̄o ſm textum euangelij cū apparens apoſtolis poſt reſurrectionem dixit. videte manus meas et pedes meos qꝛ ego ipſe ſum. ergo redierūt eedē cicatrices. aliter non fuiſſet efficax argumentū xp̄i ad ꝓbandū reſurrectionem. diceretur enim ſibi ꝙ nō ſunt iſte cicatrices ſ alie. tum quia damaſcenus querēs poſſibilitatē reſurrectionis: nō vadit ad aliud q̄ʒ ad reſurrectionē chriſti. vnde libro quarto capl'o vltimo dicit. non ens factum et effluxum: reparare poterit idē iterū omnipotens. tum quia textus canonis hoc idem oſtendit vt patet de virga virtute diuina conuerſa in ſerpentē et iterum redeūte eadem numero. et de manu moyſi que prius fuit facta leproſa que poſtea rediit ad priorem ſtatum. tum quia miracula ſanctorum hoc teſtantur: vt patet de tauro quem ſanctus ſilueſter ſuſcitauit. hec ille.

QUantū ad articulū tertiū primo notandū eſt ꝓut accipitur ex dictis ſācti thome in pluribus locis et ſignāter de potētia dei. q. 2. ar. 2. ad. 5$^{m}$ et. q. 9. ar. 5. ad. 18$^{m}$. et. q. 10. ar. 2. ad. 12$^{m}$. ꝙ generans et omne agens naturale aſſimilat ſibi genitum vel paſſum: non q̄ʒ$^{m}$ ad proprietates indiuiduales ſ ſm formā ſpecificā. et rō ē. qꝛ talis aſſimilatio cauſatur ſm rationem principij formalis actionis vel generationis. illud enī eſt principiū actionis in agente: ſm quod effect⁹ agenti aſſimilatur. huiuſcemodi autem principium non ē principaliter proprietas indiuidualis ſed ſpecifica: ſiue ſit principium mediatum ſicut eſt forma ſubſtātialis agentis: ſiue ſit principium imediatū ſicut eſt forma accidentalis. non enī pater ex ratione generationis generat filium ſibi ſimilem in paternitate que eſt proprietas indiuidualis. nec ſapiēs generat ſapientem nec artifex artificē nec petrus petrū. generat tamē ſemꝑ homo hoīē ⁊ leo leonē et ſic de ceteris q̄ denominant̄ ſm formā ſpecificā. in rebus etiā inaīatis ignis generat ignē ſibi ſimilē in forma ſpecifica: nō in ꝓprietatibus indiuidualib⁹ que accipiunt̄ ſm hic et nūc et ſm alia principia indiuiduātia. nō enim ignis generat ignem in eodē loco in quo ipſe eſt. nec ignis generatus generat̄ in eodē nūc in quo ignis generans eſt generatus: nec ſemꝑ eiuſdē quantitatis et virtutis et actionis: nec in eadē numero materia igni vel carbonis. vnde tam eſt propoſitio aſſumpta vera et infallibilis: ꝙ etiā in diuinis vbi maxima vnitas eſt: nō fallat. non enim pater generat patrem aut ingenitū: ſed filium ab eo diſtinctū in proprietatibus perſonalibus. nec pater et filius ſpirant patrē aut filium: ſed ſpūm ſanctū ab eis diſtinctū ꝓpetate perſonali. generat tū de⁹ deū et deus ſpirat deū. eo ꝙ deitas q̄ hēt modū quen=

dā forme ſpecifice in eo ꝙ cōmunis ē tribꝰ pſonis eſt principium formale generationis et ſpirationis. ¶Ex quibus inferimꝰ ad ꝓpoſitū nr̄e q̄ſtionis ꝙ nulla conſequentia neceſſaria inferri pōt ꝙ ſi agēs eſt idē numero etiā ſi eadē numero ſit materia: ꝙ effectus ſit idem numero. probatur hoc. qm̄ forma individualis non eſt illi principiū agēdi. nec per conſequēs aſſimilatio effectus ad cauſam agentē: fit quantū ad eius formā individualem ſed ſm formā ſpecificam vt deductū fuit. ergo idētitas numerica agentis: non cauſat effectū eſſe idem numero. vnde phs octavo methaphiſice vbi dicit ꝙ ſi effectus eſt idem: principiū agens aut movens eſt idem: intelligit de idētitate ſpecifica non de individuali vt clare accipitur ex exemplis ab eo poſitis. vnde ſanctus thomas concludens ibi ſententiam phi ait. ſi ergo contingit aliquid idem ſm ſpeciem fieri ex alia et alia materia vt phialam ex auro et argento: manifeſtū eſt ꝙ principium movens oportet eſſe idē. ſ. artem. ex quo etiam conſequit̄ ꝙ illud dictum phi: idem inq̄ᵐ idem natum eſt facere idem: debet intelligi de idētitate ſpecifica non ō individuali que nō eſt per ſe et principaliter principium agendi: ac per hoc nec cauſa aſſimilationis effectus ad agēs: q̄ꝙ q̄ principia individualia nōnūq̄ conferant ad quādā operationis d̄terminationē, put. S. Tho. docet de potētia dei. q. 2. ar. 2. in cor.

¶Secundo Notandū eſt ꝙ ſicut phs dicit pᵒ phy. non quodlibet fit naturaliter ex quolibet: ſed vnumquodq̄ habet ꝓpriam materiā ex qua fit, put ipe dicit etiā octavo libro methaᶜ. neq̄ iterum agens naturale ex qualibꝫ materia facere poteſt effectū quem aptum natum eſt facere: ſed requirit materiam diſpoſitam ſue virtuti et actioni proportionatam. ſicut enim agens naturale eſt quid finitū et determinatū in ſpecie: ita eſt finite virtutis ac actionis ad vnum aliquid determinate: ſic vt nō niſi certo modo et per determinata media ſuum effectum ꝑducat. et preſertim hoc apparet quādo effectus habet agens vnivocum a quo ex neceſſitate nature procedat: ita ꝙ agens naturale equivocum ad eius ꝑductionem non ſufficiat queadmodū eſt de animalibꝰ pfectis q̄ non generantur niſi ex ſemine. ad quoꝝ ꝑductionem ſimul cū virtute celeſti ſine qua nihil hic inferius naturaliter generatur: requirit̄ neceſſario agēs eiuſdē ſpeciei. ꝓpter quod phs dicit. 2ᵒ. phy. ꝙ ſol et homo generāt hoiem. ¶Ex q̄bus inferimꝰ ꝙ p agēs naturale idē numero corpꝰ quod fuit vivum: poſt ipſiꝰ mortem reſurgere non poteſt nec ab aīa reſumi. ꝓbat̄ illud. qm̄ cadavera mortuorū aut pulveres vel elementa in que mortuorū corpora ſolvuntur: nō ſunt ꝓpria materia corporis humani per animam vivificandi. nec ſunt materia diſpoſita ⁊ proportionata ex qua agens vnivocum. ſ. homo producere poſſit aut hominem aut corpus vivū aīa rationali. nam nec ad productionē hominis nec ad formationē humani corpis homo agere poteſt naturaliter niſi per virtutem ſeminis ab eo reſoluti et in loco determinato. ſ. in matrice mulieris materiam corporis humani ad carnē et oſſa diſponentem et preparantem: cum autē circa pulveres et cadavera mortuorum nec ſemē nec aliqua virtus humana talium operationum efficaciam habere poſſit naturali virtute: conſequens eſt ꝙ per agens naturale nec idem homo qui vivus fuit reſurgere nec idem ipſius corpꝰ numero reſumi poſſit. Si autē quis contentioſe dicat ꝙ celum primū alterans hec inferiora per aliquam influentiam poteſt ex pulveribus aut cadavere abſq̄ hominis interveniente naturali operatione corpus humanum formare et ad animā et anime virtutes recipiendum organizare: quēadmodum et poteſt vermes aut ranas abſq̄ agēte vnivoco quandoq̄ generare: poterit ſimili ꝓtervia contendere dicens primū hominem ex limo terre virtute celeſti fuiſſe materialiter formatum contra ſcripture ſacre doctrinam dicentis gene. 2ᵒ. formavit dominus deus hominē de limo terre et inſpiravit in faciem eius ſpiraculum vite. non enī maioris virtutis aut efficacie eſt ex limo terre corpus hominis formare: q̄ꝙ illud ex pulveribus aut etiam ex elemētis in que reſolvitur corpus mortuum iterato reformare. nam vtrobiq̄ eſt materia multū remota et indiſpoſita ad corporis humani formationem nullam inclinationē ſeu aptitudinem naturalem ad illud habens. Et de pulveribus in quos humana corpora reſolvūtur poſt mortem: notāter id dicit ſanctꝰ thomas in cōmento ſuper epiſtolas pauli exponens illud pᵃ Corin. 15ᵒ. inſipiens tu quod ſeminas non vivificatur niſi prius moriatur. vnde pari abſurditate vtraq̄ contentio eſſet refellenda. homo nāq̄ aut etiam humani corporis formatio vt ſupra tactum eſt: non niſi per virtutem ſeminis ab homine deciſi et certo modo ac loco et per determinata media multiſq̄ motibus et alterationibus ac converſionibus et ad vltimum niſi per cōmixtionem viri et mulieris: naturaliter produci aut formari non poteſt. talē enim modū ꝑducendi hoīnes et hominum corpora viventia: deus a principio mundi inſtituit et naturalibus cauſis indixit.

ſolū poſſe eē: ſed totū ſuū eſſe ē a forma ⁊ ꝑ cōſe
quēs idētitas ⁊ diuerſitas: cum ab eodē habeat
quodlibet eē ⁊ eſſe vnū in ſe ⁊ diuerſum ab alio.
materia ergo cū de ſe nullā habeat entitatē ſed
ſolū potētiā ad entitatē: ex ſe non hēt aliquā di=
uerſitatē ſed ſolū potētiam ad diuerſitatē. ⁊ hoc
eſt quod dicit comētator ſup. 2°. metha. ꝙ ī fun
damēto nature nihil eſt diſtictū. vocat autē fun
damentū nature materiā primā. ⁊ patet minor.
ſeqtur ergo concluſio. ¶ 2°. ſic. niſi tota vnitas
materie ⁊ cōpoſiti eēt a forma: tūc aīal qđ nutri=
tur poſt conuerſionē alimēti nō eſſet ſimpliciter
idē qđ prius ⁊ quo ad eēntiā. cōſequēs eſt falſuꝫ
ergo ⁊ antecedēs. falſitas cōſequētis patet ꝑ da
maſcenum. li°. 4°. ca°. 5°. vbi dicit ꝙ panis ⁊ vi=
num ⁊ aqua: in corpus ⁊ ſanguinem comedētis
trāſmutanṫ: nec tamē fit aliud corpus q̄ꝫ ꝑmo. ⁊
idē videtur ſentire ariſtoteles primo de genera
tione. eſt etiaꝫ ad hoc ratio: qꝛ ſi aīal eſſet aliud
eēntialiter poſt nutrimētum q̄ꝫ ante: aut eēt ₰m
totum aut ₰m partē. non ₰m ſe totū vt de ſe pa
tet. tūc enī in oī nutritione eēt noua generatio
quod eſt falſum. nec ₰m partē: qꝛ aut ₰m formā
aut ₰m materiaꝫ. non ₰m formam: qꝛ vt dicitur
ꝑ° de gene. in hoc differt nutritio a generatione
ꝙ in nutritione nō accipit materia nouaꝫ formā
q̄ prius non fuit: ſed fit ſoluꝫ ſub forma q̄ prius
extitit. in generatione autē accipit materia no=
uam formam q̄ omnino nō fuit. nec ₰m materiā
quia aut ₰m totum aut ₰m partē. non ₰m totū
quia materia animalis preexiſtēs: non ſimul to=
ta abijcitur ⁊ alia totaliter noua inducitur vt de
ſe patet. nec ₰m partē: quia materia non hēt de
ſe partē ⁊ partē in eſſentia ſua circumſcripta par=
tialitate quātitatiua de qua nō loquimur. ergo
idē animal penitus quo ad ſubſtātiam in toto ⁊
in parte eſt ante nutritionē ⁊ poſt. ⁊ ſic patet fal
ſitas conſequētis. probatio conſequētie. quia ꝑ
nutritionē forma animalis fit de nouo in mate=
ria alimēti q̄ ſi de ſe haberet aliquam vnitatē ꝑ=
ter illā quam hēt a forma: tunc materia poſt nu
tritionē differret a materia ante nutritionē ſicut
differt totum a parte. et ꝑ conſequēs eſſet aliud
animal ſalteꝫ in parte. patet ergo ꝙ materia de
ſe nullam habet identitatē aut diuerſitatem niſi
quam habet a forma. ⁊ ſic manēte eadem forma
erit eadem materia vndecunq; veniat et ꝑ con=
ſequēs idē compoſitum. ¶ 3°. arguit. quia ra=
tiones partis oppoſite non procedūt. arguunt
enim ſic quidam dicētes ꝙ ſi anima petri vniret
materie non quam hic habuit ſed illi quam pau
lus habuit: non eēt homo idē numero ſimplici=
ter. quia variato vno de illis q̄ ſunt de neceſſita
te ad vnitatē compoſiti: variatur compoſitum.
ſed ſic eſt hic. ergo ⁊c. maior ab omnibus conce
ditur. probatio minoris quo ad illaꝫ partē ꝙ. ſ.
vnitas compoſiti depēdet non ſolum ex forma
ſed ex forma ſimul ⁊ materia. quia ab illo habet
aliquid vnitatē a quo entitatē. ſed compoſitum
habet entitatē eſſentialē non ſolum a forma ſed
a forma ⁊ materia ſimul: alias tota ētitas ⁊ eēn=
tia hominis eēt in anima ſeparata. ergo ⁊ vnita
tem eēntialē. Item probatio ꝙ materia non ſit
vna vnitate ſue eēntie que eſt potētia a forma.
quia vnum conuertitur cum ente. vnde ſicut in
materia ē triplex entitas: ſic ⁊ triplex vnitas. eſt
enim in materia prima potentia quedam a ſolo
deo effectiue ⁊ a nullo alio quomodocunq;. ſe
cūdo participat a forma eē actuale. tertio a quā
titate eē extēſum. ꝑ° debetur vnitas ſubſtantia=
lis potētialis. ſecundo vnitas ſubſtātialis actua
lis. tertio vnitas accidētalis que eſt principium
numeri. modo iſta vltima numeratur numero
quantitatis cuius eſt effectus formalis. ita ꝙ illi
qui dicunt ꝙ in augmēto tota quātitas preexi=
ſtēs corrumpitur ⁊ noua generatur: nō poſſunt
ſaluare ꝙ ſit idē quantū puer ⁊ ſenex licet ſit idē
homo. ⁊ ſimiliter ſiī corpore chriſti viuo ⁊ mor=
tuo reſuſcitato non eſſet eadē quantitas nume
ro: non eēt idē quantum numero. ſed quo ad ſe
cundum eſt vnitas actualis ſubſtantialis a for=
ma ſubſtātiali. vnde iſta eſt tota a forma ſubſtā
tiali et ſola ſicut prima a forma accidētali. tertia
eſt vnitas potētialis quam habet a ſe nō ab alio
formaliter ſicut nec entitatē. verbi gratia. in ge=
nerato ⁊ corrupto eſt vna materia numero nu
meroſitate eēntiali potētiali non actuali nec ac=
cidētali. Hanc rationē alij deducunt aliter dicē=
tes ſic. ab eodē habet aliquid vnitatē ⁊ entitatē
in ſe ⁊ diſtinctionē ab alio. ſed materia hēt enti=

tatẽ eſſentialez non a forma nec ꝑ formam licet
nõ ſit forma. ergo habet vnitatẽ in ſe ⁊ diſtictio
nẽ ab alio non a forma nec ꝑ formam. non ergo
habet materia totã vnitatẽ ⁊ diſtinctionẽ a for=
ma ſicut ſupponũt priores rationes. Probatur
minor tripliciter. pº qr materia eſt ingenerabilis
⁊ incorruptibilis vt dicit pº. phy. ſed nulla enti-
tas q̃ ſit in materia ꝑ formaz vel a forma ẽ inge=
nerabilis ⁊ incorruptibilis cum ꝑ generationez
acquiratur ⁊ ꝑ corruptionẽ amittatur. ergo ⁊c.
Itẽ ſecundo realis cõpoſitio ẽ ad minus duoꝝ
realiter differẽtium. ſed materia ⁊ forma faciunt
compoſitionẽ eẽntialẽ vel realẽ. ergo ſunt duo
realiter diſtincta. quod non eẽt niſi materia ſm
ſe haberet aliquã realẽ vnitatẽ preter illam quã
habet a forma. Itẽ tertio ſubiectum manet idẽ
ſub vtroqꝫ termino tranſmutationis. ſed mate
ria eſt ſubiectum tranſmutationis q̃ eſt a forma
in formã. ergo eadẽ eſt materia ſub diuerſis for
mis. quod nõ poſſet eẽ ſi materia haberet totaz
vnitatẽ ſuam a forma. Sed ꝙ iſte rationes non
cõcludãt patet. qr cũ materia ꝺ ſe ſit in pura po=
tẽtia ad eẽ: ex tali entitate cõpetit ei duplex diſti
ctio. vna qua diſtinguitur a puro nõ ente ꝑ hoc
ꝙ ipa ẽ aliquo modo ens. alia qua diſtiguit ab
actu ꝑ hoc ꝙ ipa eſt potẽtia. et ꝺ hac duplici diſti
ctione ꝓcedit ratio q̃ probat ꝙ materia hẽt ali=
quam entitatẽ ⁊ vnitatẽ in ſe ꝑ quam eſt ingene
rata ⁊ incorruptibilis ⁊ alia a forma realit ⁊ ſub=
iectũ trãſmutationis q̃ eſt a forma in formam. ⁊
ad hoc ſufficit entitas potentialis ſolũ ⁊ vnitas
proportionabiliter ei correſpondẽs. ſed de hac
nõ loq̃mur: ſed ſolũ querimꝰ de diſtinctione ma
terie a materia ⁊ eius vnitate. talẽ autẽ diſtictio
nẽ: impoſſibile eſt inuenire in materia ſm ſe cuz
oĩs materia ſit pura potẽtia tãtũ. ⁊ ꝑ hoc vna
non poteſt diſtingui ab alia ſm cõnumẽrationẽ
potẽtie cum in hac conueniãt: ſed ſm numeralẽ
diſtinctionẽ potẽtie a potẽtia. qr numerus eoꝝ
q̃ ſunt vnius rationis: ſupponit actualitatẽ eoꝝ
ſeu entitatẽ actualẽ eorũ qua numerãtur ſi ſunt
actu plura. ſi aũt ſolũ poſſunt eſſe ⁊ nondũ ſunt
poſſunt quidẽ plura eſſe ſm numeꝝ ſed nondũ
ſunt. cũ ergo materia non hẽat aliquam entita=
tẽ actualẽ ſm ſe ſed omnẽ quam hẽt habeat per
formam ⁊ a forma: ꝯſequẽs eſt ꝙ ſm ſe non põt
habere aliquẽ numerũ quo diſtiguatur actu ab
alia materia. Si aũt aliquis diceret ꝙ tota diſti=
ctio numeralis ẽ quidẽ ꝑ formam vel a forma ſe
ſolũ q̃tum ad fieri nõ aũt q̃tum ad conſeruari
ac ꝑ hoc materia q̃ eſt facta ꝑ formã diuerſa nu=
mero a quacũqꝫ alia materia: ſemꝑ remanet alia
nec recipit aliam vnitatẽ numeralẽ ſub quacũqꝫ
forma fiat de nouo ſed ſemꝑ retinet ꝑexiſtẽtem
⁊ ſic non oportet ꝙ materia q̃ fit ſub alia forma
ſit eadẽ numero cum omni materia q̃ prius fuit
ſub eadẽ: dicẽdum ꝙ non valet. quia licet in cau
ſis efficiẽtibus aliquid poſſit eſſe cauſa in fieri et
non in conſeruari: non tamen in cauſis formali
bus. nihil eniz põt eẽ albũ ſine albedine. cũ ergo
forma ſit cauſa entitatis ⁊ vnitatꝭ materie ꝑ quã
vna diſtinguitur ab alia nõ efficiẽs ſed formalis
impoſſibile eſt talẽ diſtinctionẽ fieri vel cõſerua=
ri ſine forma. patet ergo ꝙ remanẽte eadem for
ma ſm numerum: quecũqꝫ materia adueniat ⁊
vndecũqꝫ: eſt idẽ homo ſm numerum propter
hoc ꝙ tota vnitas actualis cuiuſcũqꝫ rei ẽ a for=
ma. ¶ .4º. arguit. quia ſm hanc viam euadun
tur multe difficultates q̃ ſunt circa materiam re
ſurrectionis. ſicut eſt illa de coſta ade ꝺ qua for=
matũ eſt corpus mulieris vt dicitur gene. 2º. et
illa qua queritur ſi aliq̃s homo nutritur ex car=
nibus alterius hominis ⁊ de ſupfluo alimẽti ge=
neretur alius homo in quo illorum talia reſur=
gẽt. ſm eniz ea que dicta ſunt prius: non differt
q̃tum ad vnitatẽ numeralẽ reſurgentis in quo
talis materia reſurgat cum ipſa de ſe nullam ha
beat vnitatẽ aut pluralitatẽ: ſed omnia iſta com
petunt ei per formam que ſi eſt eadẽ: totum cõ=
poſitum erit idẽ. hec durandus. ¶ Contra ean=
dẽ concluſionez arguit ioannes de neapoli. 2º.
quodlibet. q. 6. vbi ſic dicit. ſi anima petri vnire=
tur materie pauli vel lapidis: eẽt idẽ petrus nu=
mero qui fuit. quod põt ſic probari. exiſtẽte ea=
dẽ forma numero ⁊ eadẽ materia: eſt idẽ cõpoſi
tum numero. ſꝫ ſic ẽ in propoſito. ergo ⁊ cetera.
maior patet de ſe. quia ſicut entitas realis com=
poſiti depẽdet extrinſece ⁊ eẽntialiter ex ſola en
titate materie ⁊ forme: ſic ⁊ vnitas numeralis ex
vnitate numerali. minor etiam q̃tum ad vnam
partez ſupponitur. ſ. ꝙ ſit eadẽ forma: ſed q̃ꝫm ad
aliam declaratur. Ad cuius euidẽtiam ſciẽdum
eſt ꝙ duplex vnitas attribuitur materie. ſ. intri=
ſeca ⁊ eẽntialis: ⁊ alia extrinſeca. ſed prima ẽ po=
tẽtia q̃dam de genere ſubſtantie. ⁊ q̃ꝫm ad talem
vnitatẽ dicitur eẽ vna materia omniũ generabi
lium ⁊ corruptibilium ſeu inuicẽ trãſmutabiliuz
vt patet in primo de generatione. ⁊ alia eſt ſup=
ueniens. ſ. vnitas actualis ⁊ hec eſt etiã duplex.
quia quedã eſt ſubſtãtialis quam. ſ. habet a for=
ma ſubſtantiali ratione cuius dicitur eẽ vna ma
teria in vno cõpoſito. ⁊ quedã eſt actualis acci=
dẽtalis quaz hẽt a quantitate dimẽſiua ſm quã
dicitur eẽ materia generati ⁊ corrupti qr forme

earum ſuccedunt ſibi in eadē parte materie. materia autem partialitatē hēt a quantitate dimēſiua. ſed conſtat q ſi anima petri vniretur materie lapidis vel pauli: eſſet eadē materia q̄ prius extitit ſub forma petri cum p exiſtēte primo modo identitatis et ſecundo. Ad vnitatē autem numeralē cōpoſiti: iſte due vnitates materie ſufficiunt nec requiritur tertia. quod probatur dupliciter. Primo quia plures partes materie quantitatiue diſtincte poſſunt concurrere et de facto concurrūt ad vnum numero vt patet de diuerſis partibus materie elementorum concurrentibus ad generationem mixti quod eſt vnum numero: et de materia cibi et cibati que poſt nutritionē ſunt in nutrito quod eſt vnum numero. Secundo quia ſi aliqua mulier de carnibus humanis nutriretur ſic q materia fetus fuiſſet ſub forma ſubſtātiali alterius hominis et tandē proles continue de humanis carnibus veſceretur: conſtat q in reſurrectiōe finali materia talis prolis eſſet ſub formis illorum hominū quorum carnibus talis proles nutrita fuiſſet et mater eius paſta. et per conſequēs ſub forma talis prolis eſſet alia materia iſto modo ab ea q̄ prius fuit ſub eadem forma. et tamen talis eſſet idē homo in numero qui prius fuit propter vnitatē numeralem forme ſubſtantialis et propter vnitatem materie numeralē primam et ſecundam de tribus predictis q̄uis deeſſet tertia. ergo predicte due ſufficiunt ad vnitatem numeralem compoſiti nec requiritur tertia. per quod etiam patet concluſio principalis. q ſi anima alicuius hominis deſineret eē in tota ſua materia et d nouo vniretur toti alicui alteri materie: eēt idem homo numero qui fuit. ¶. 2°. principaliter. quia hanc ſecundā concluſionem cum predicta ſecunda ratione expreſſe ponit auguſtinus. 22. d ciuitate dei. ca°. 20. vbi agens de reſurrectione finali querit de illis qui veſcuntur carnib⁹ humanis ſub qua forma reſurgent: et reſpondet q ſub forma illorum quorum fuerunt ille carnes: et materiam in tali homine deus aliunde ſupplebit. et nihilominus erit idē homo numero qui fuit. vnde dicit ſic. q̄ritur cum caro hominis mortui etiam ſi ſit viuētis caro: cui potius eorum in reſurrectione reddatur vt pote ſi quiſpiam cōfectus fame atq cōpulſus veſcatur cadaueribus hominum. et ſubdit reſponſionem paucis interpoſitis. reddetur caro illi homini cuius caro humana primit⁹ eſſe cepit ſua. illi vero quem fames exinaniuit: ab eo qui pōt etiam exalata reuocare reddetur. et ſubdit quod ē ad propoſitum. quāuis et ſi omnib⁹ periſſet modis nec vlla eius materies i vllis nature latebris remanſiſſet: vnde vellet eam repararet omnipotens. ¶. 3°. quia hec eſſe videtur ſentētia ioānis baptiſte Mathei. 3°. potēs ē de⁹ de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrahe. ex quo videtur q anime filiorum abrahe qui iā mortui erant: poſſent vniri materie lapidis et eſſent nihilominus idē filij abrahe qui fuerant. vnde dicit hieronimus ſup matheum predicta verba exponēs. in quo dei indicat potētiam vt qui d nihilo cuncta fecerat: poſſit et de ſaxis duriſſimis populum procreare. prima enim ſunt rudimēta fidei credere deū poſſe quicqd velit. hec ioānes.

Quantum ad articulum tertiū primo notandū eſt q vt latius deductū fuit. 3ª. diſ. ſecūdi libri. q. pª. cōmunicatio materie q̄ eſt p ei⁹ pluRificationē ſub multis formis et in multis indiuiduis nō fit niſi p ei⁹ diuiſionē quam materia non habet a ſe ſed a quātitate prout phūs inquit p°. phy. materia enim prima de ſe circunſcripta quātitate: vna numero eſt omniū generabiliū et corruptibilium. fit autē plures numero p quantitatem per quam habet extēſionē et diuiſionē. vnde materia p quantitatē habet q ſit principium pluralitatis indiuiduorum et indiuiduationis cuiuſlibet ſm q indiuiduum ē hoc aliquid ad ſenſum demōſtrabile diſtinctū loco et poſitione ac figura a quocūq alio ſue ſpeciei. ac p hoc a quantitate primo et deinde ab alijs accidētibus q̄ conſequuntur et fundātur in quātitate: hēt q ſit materia propria. i. idiuiduata huius et illius. materia antē ſic pluRificata et indiuiduata ſimul etiam quia hēt rationē primi ſubiecti qd in alio non recipit: ē primū principiū indiuiduationis formarum vt expreſſe dicit. S. D. pª. p. q. 75. ar. 5. in. cor. vt eni ipſe docet in pluribus locis: forma receptibilis in materia q̄tū eſt d ſe communicabilis eſt multis ſm eandē rationē. et inde ē q quia ſpecies rerum ē principaliter a forma: ideo vna ſpecies cōmunicabilis eſt pluribus indiuiduis. plures enim homines vnius tātūmodo ſunt ſpēi. et iterū ꝓprietates q̄ per ſe cōſequūtur formā: ſūt pluribus indiuiduis cōmunicabiles queadmodū riſibile et diſciplinabile ſunt ꝓprietates omnibus hominibus communes. idiuiduatio autē et incōmunicabilitas forme et formarum multiplicatio ac diuerſitas ſm numerū prouenit ex parte materie et ex parte materialiū proprietatū. et hinc ē q oēs aīe q̄tū eſt de ſe ſunt eq̄les pfectio-

neſpecifica.ſunt autē ineq̄les ſm ꝑfectiones in-
diuiduales ex parte corporum in quibus recipi
untur ⁊ in quibus indiuiduantur ⁊ multiplican
tur prout oſtenſum fuit libro ſecundo diſ. 32ª.
vnde proprie loquēdo materia non habet a for
ma indiuiduationē ⁊ ꝙ ſit hec ſed magis ecōtra
¶ Neq̄ obſtat dictis quod. S. Tho. dicit. pª. p.
q. 7. ar. pᵒ. in. cor. ꝙ materia quodāmodo finit̄
ꝑ formam inq̄ntum materia anteq̄ recipiat for-
mā eſt in potētia ad multas formas: ſed cum re
cipit vnam: terminatur ꝑ illam. forma vero fini-
tur ꝑ materiam inq̄ᵐ forma in ſe conſiderata cō
munis ē ad multa. ſed ꝑ hoc ꝙ recipitur in mate
ria: fit forma determinate huius rei. nā finitatio
ſeu terminatio materie ꝑ formā non eſt per mo
dum indiuiduationis ſed ꝑ modum ꝑfectionis
inq̄ntū ꝑ formā eius potētia reducit̄ ad actum: ⁊
de indeterminata ad plures formas: fit determi
nata ad vnā formā. nō ꝙ fiat de vniuerſali parti
cularis ſeu indiuidua: nā materia ⁊ eius potētia
ex ſe eſt vna numero omniū generabiliū ⁊ cor-
ruptibilium. itaq̄ vna numero exiſtēs: eſt inde-
terminata ad plures formas ⁊ multis plurifica-
bilis: quēadmodū limus terre vnꝰ numero exi-
ſtens eſt cōmunicabilis ⁊ plurificabilis in multa
vaſa. q: enī cōmunitas materie ad plura mate-
rialia ē realis: cōpatit̄ ſecū indiuiduationē mate
rie. nā indiuiduatio nō repugnat cōmunitati ſ;
vniuerſalitati. vna enī ciuitas nūero ⁊ vna poſ-
ſeſſio: ē cōmunis pluribꝰ. finitatio vero ⁊ termi-
natio forme ꝑ materiā: eſt ꝑ modū indiuiduatio
nis. q: forma q̄ de ſe ē cōis ⁊ vniuerſalis ad plu-
ra indiuidua: ꝑ hoc ꝙ recipit̄ in materia indiui-
duat̄ ⁊ eſt ꝓpria forma indiuidui diſticta nūero
a forma ꝓpria alterꝰ indiuidui. ¶ Aduertēdū
tn̄ ꝙ q: aīe humane ſunt a ſolo deo ꝑ creationē
⁊ a deo infundūtur corporibꝰ: ideo indiuidua-
tio aīaꝝ humanaꝝ nō ſolum ē a corporibꝰ q̄ ſūt
eaꝝ ꝓprie materie: ſed ē pricipaliter a deo q̄ di-
uerſas aīas numero diuerſis numero corpori-
bus deputat: ⁊ hāc infūdit huic corpori ⁊ illā illi
ꝓut accipi pōt ex dictis. S. Tho. cōtra gē. liᵒ. 2.
caᵒ. 81. ⁊ magis plane in reſponſionibus ad arti
culos cētum ⁊ octo magiſtri ioānis de vercellis
arᵒ vltimo. ¶ Ex quibꝰ inferimus falſam eē opi-
nionē et abſq̄ fundamēto dicētiū materiā a for-
ma tm̄modo habere vnitatē ⁊ pluralitatē ⁊ idē-
titatē aut diuerſitatē. ꝓbat̄ hoc ex premiſſis q̄m
dictū iſtoꝝ ꝓcedit ex falſo fundamēto. ſ. ꝙ mate
ria hēat indiuiduationē ⁊ idētitatē aut diuerſita
tē a forma ꝑ ſe. hoc aūt falſū eſt ſicut ex ſupra-
dictis fuit deductū.

¶ Secundo Notandū eſt ꝙ licet
forma ſubalis adue-
niat materie nude nullā formā. ſ. habēti nec ſub
ſtantialē nec accidētalē: non tn̄ phiſice loquēdo
aduenit materie ſe habēti ſm totā ſue potentie
capacitatē indifferēter ad om̄es formas. Ad cu-
ius intellectū conſiderādū eſt ꝙ ꝑ motū ꝓceden
te introductionē forme: materia diſponebatur
ad certā ⁊ determinatam formam quā in termi-
no motus recipit. inter motū aūt ⁊ eius termi-
num: nullū cadit mediū forme vel durationis.
nec inter tempus alterationis ⁊ inſtans genera
tionis ad quod terminatur. vnde non eſt dan-
dum tēpus aut inſtans temporis inter vltimā
diſpoſitionē materie et introductionem forme
in quo materia ſit indifferēs ad omnes formas
ita vt cauſalitas qualitatū ⁊ diſpoſitionum que
per totum tēpus alterationis diſponunt ad for
me ſubſtantialis introductionē: attingat tanq̄
eius terminum ipſam forme introductionem ⁊
vnionē cum materia q̄ fit in inſtāti quod termi-
nat motum alterationis ꝓcedētis: q̄uis nō ſem
per attingat ad ipſam forme ſubſtātiā producē-
dā. Neq̄ obſtat ꝙ forma aduenit materie nu-
de ab omi alia forma ⁊ diſpoſitione. q: talis de-
nudatio materie nō niſi ꝑ introductionē forme
cōplet̄. forma enī ſua introductione: ſimul ⁊ ma
teriā informat ⁊ a ꝓcedētibꝰ forma et diſpoſitio-
nibꝰ expoliat. ac ꝑ hoc ipſam materiā nudā atti-
git ⁊ replet vt nullū tēpus vel inſtans tēporis
dari poſſit in quo materia nō hēat vel diſpoſitio
nes ad formā: vel ipſā formā. ⁊ propterea phūs
dicit ꝙ corruptio vnius eſt generatio alterius.
quia. ſ. ipſa corruptio ꝓcedētis forme: nō niſi ge-
neratione ⁊ introductione aduenietis forme ꝑ-
ficitur. vn̄ precedētes diſpoſitiones neceſſitāt et
vt ita loquar trahūt nouā formam. ac ꝑ hoc ipſa
forma nō aduenit materie indifferēti ſed deter-
minate ⁊ diſpoſite. i. q̄ imediate ante inſtans in-
troductionis forme fuit diſpoſita ad ipſius for-
me receptionē. itaq̄ vtrūq̄ vere dici poteſt ⁊ ꝙ
forma ſubſtantialis vnit̄ ⁊ aduenit materie nu-
de ab oī forma ſubſtantiali vel accidētali q: ſ. in
ipſa forme vnione materia expoliatur oī forma
ſubſtantiali ⁊ accidentali quā prius habuerat. ⁊
ꝙ aduenit ⁊ vnitur materie diſpoſite ea. ſ. ratio
ne quia tali materie vnitur q̄ immediate ante in
ſtās vnionis diſpoſita erat ad talis forme recep
tionē. ita ꝙ nullum tēpus aut inſtans temporis
ꝓceſſit imediate forme introductionem in quo
materia non fuiſſet diſpoſita ad illam recipiēdā
⁊ in quo ad ipſius introductionē non neceſſita-

ret curſu ⁊ ordie nature. ſicut aũt materia dicit
diſpoſita mõ p̄dicto ad recipiẽdã formã ſubalez
quã agẽs intẽdit: ita ⁊ ẽ diſpoſita ad recipiẽdum
ex cõſequẽti ſimul cũ forma quãtitatẽ ⁊ q̄litates
⁊ generaliter diſpoſitiones q̄bus fit ꝓpria mate
ria ⁊ ꝓpriũ ſubm forme denuo introducte. ipſe
eni diſpoſitiones p̄cedẽtes q̄ diſponebant mate
riã ad forme ſubalis introductionẽ: ſimul diſpo
nebãt ex ꝯſequẽti materiã ad recipiẽdũ cum for
ma diſpoſitiones cõueniẽtes forme: q̄bus mate
ria eſſet ꝓpria ipſius materia. Et vt iſta meliꝰ ca-
piãtur ꝓponamus ſub exẽplo ꝙ in generatione
ignis ex aere: ignis generãs agit i aerẽ alterãdo
ipm inducẽs in eo caliditatẽ et alias ignis q̄lita-
tes: ſimul ⁊ minuẽs ⁊ gradati corrũpẽs aeris q̄li
tates diſponendo materiã aeris ad recipiẽdum
formã ignis ſubalem. tandẽ q̄litates ignis virtu
te ignis agẽtis in tãtũ intẽdũtur: vt p earũ actio
nẽ neceſſario corrũpat aeris forma ⁊ inducatur
forma ignis ſubſtãtialis inductis ſimul cum for
ma qualitatibus igni cõgruentibus: corruptis
tñ prius natura ſimul cum forma aeris et i eodẽ
inſtãti qualitatibus igneis diſponẽtibus i toto
tẽpore alterationis. qualitates aũt iſte precedẽ
tes ⁊ diſponentes: ſunt eiuſdem ſpeciei cũ qua-
litatibus inductis cum igne generato: ſed ſunt
alie ab eis numero. ⁊ q̄uis ſint diſpoſitiones nõ
repugnantes forme ignis generati: corrumpũ-
tur tñ in eius aduentu per corruptionẽ ſubiecti
quod erat aer. accidentia nãq̄ dupliciter corrũ
puntur. ⁊ actione contrarij: et corruptione ſub-
iecti. differunt aũt iſte diſpoſitiones cum forma
inducte: a primis diſpoſitionibus diſponẽtibus
ſicut perfectum ⁊ imperfectum. prime enim ſunt
imperfecte vnde et compatiuntur ſecum in eo-
dẽ ſubiecto aliam formam vt aeris: quam tales
diſpoſitiones cum noua forma ſubſequẽtes nõ
compatiuntur. differunt preterea q2 p̄me diſpo
ſitiones dicũtur eſſe diſpoſitiones q̄tum ad fie-
ri tñmodo forme introducende: eo ꝙ ſine illis
naturaliter non fiet introductio forme in mate-
ria. diſponunt enim p̄parãdo materiã ad recep-
tionẽ forme. ſubſequentes vero ſunt eius diſpo-
ſitiones q̄m ad eſſe: quia per eas ſm curſum na-
ture forma introducta habet eſſe in materia: et
ipſis corruptis forma deſinit eſſe in materia. rur
ſus prime diſpoſitiones poſſunt dici medie iter
materiam ⁊ formam q2 ad earum vnionẽ diſpo-
nunt et quaſi mediant quia precedunt in mate-
ria formam introducendaz. diſpoſitiones vero
aduenientes cum forma: ſunt poſteriores in ma-
teria ipſa forma. vnde non intelliguntur vt me-
die inter materiam ⁊ formam: immo magis for-
ma eſt media inter ipſas ⁊ materiam. nam intro
ducta forma prius natura: ſubſequũtur ipẽ diſ-
poſitiones in materia. Et de iſtis ſecũdis diſpo-
ſitionibus verificatur qđ ſãctus thõmas dicit in
pluribus locis ꝙ forma nõ vnit materie per ali-
quod mediũ. ac per hoc ꝙ nec aĩa vnitur corpo
ri mediãtibꝰ diſpoſitionibꝰ accidẽtalibꝰ. ſicut pa
tet. p̄ª. p. q. 76. ar. 6. Et de ſpiritualibꝰ creaturis
arº. 3º. Jtẽ in. q. de aĩa. ar. 9º. nã de p̄mis diſpoſi
tionibꝰ q̄m ad fieri: ipſe doctor ſctũs tenet ꝙ pñt
dici medie inter materiam ⁊ formam. vnde con
tra gen. liº. 2º. caº. 71. poſtq̄ deduxit ꝙ aĩa non
vnit corpori per mediũ nec vniuerſaliter forma
materie: ſubiũgit. põt tamẽ dici aliquid eſſe me
diuz inter aĩam ⁊ corpus ⁊ ſi nõ in eſſendo: tñ in
mouẽdo ⁊ in via generationis. in mouẽdo q̄dẽ
q2 in motu quo aĩa mouet corpꝰ: eſt q̄dã ordo
mobilium ⁊ motoꝝ. aĩa eni oẽs oꝑationes ſuas
efficit p ſuas potẽtias. vnde mediante potentia
mouet corpꝰ ⁊ adhuc mẽbra mediante ſpiritu ⁊
vlterius vnũ organũ mediante alio organo. in
via aũt generationis: diſpoſitiones ad formam
p̄cedũt formã in materia: q̄uis ſint poſteriores
in eſſendo. vñ ⁊ diſpoſitiones corporis q̄bus fit
ꝓpriũ pfectibile talis forme: hoc modo poſſunt
dici medie inter aĩam et corpus. hec ille. Quod
autem dicit diſpoſitiones ad formam precedũt
formã in materia q̄uis ſint poſteriores i eẽndo
debet intelligi nõ quaſi eedẽ numero ſint diſpo-
ſitiones q̄ precedũt ⁊ diſpoſitiones poſteriores
in eẽ: ſed q2 ſunt eedẽ ſpẽ et differũt vt p̄miſſuz ẽ
ſicut perfectum ⁊ imperfectũ. De ipſis etiam diſ-
poſitionibus p̄cedentibus intelligitur quod di-
cit. p̄ª. p. q. 48. ar. 4. ꝙ habilitas materie ad re-
cipiẽdum formam: eſt per diſpoſitiones quibus
materia p̄paratur ad actũ. q̄ quãto magis mul-
tiplicant: tanto magis eſt habilior ad formam.
¶ Ex ſupradictis inferimus ad propoſituz nře
queſtionis ꝙ per actionẽ agentis et per diſpoſi-
tiones quibus materia diſponitur ad recipien-
dũ formã ſubalez: fit materia ꝓpriũ ſuſceptibile
⁊ propria materia talis forme: ⁊ non ſimpliciter
neq̄ primo p formaz ipſam. ac p hoc dicimus ꝙ
corpus hominis ab agẽte mediãtibꝰ diſpoſitio-
nibꝰ hẽt ꝙ ſit ꝓpria materia ⁊ ꝓpriũ ſubiectũ ani
me rationalis: ⁊ nõ primo aut ſimpliciter ab aĩa
rationali. ⁊ p cõſequẽs nec ꝙ hoc corpus ſit idẽ
vel diuerſum illi. cõtra opinionẽ quorundaz di-
centium ꝙ a ſola anima ⁊ ab agente habet cor-
pus humanũ ꝙ ſit idem vel diuerſum alteri. ita
ꝙ ſi anima petri in reſurrectione communi reſu

mat corpus qđ fuit pauli: erit illud idẽ corpus nu
mero quod fuerat ante mortez ipſius petri. certe
iſtoꝝ opinio q̃ꝫ^m ad radicẽ eſt falſa, ꝓut ex premiſ
ſis fuit deductuꝫ. ac ꝑ hoc quod ex ea inferunt de
anima et corpe humano nõ habet veritatẽ et ca-
ſus eſt impoſſibilis ꝓut. S. Tho. ꝓbat contra gẽ.
li. 2. caplo. 73. et eſt eius ꝓbatio. qm̃ q̃ eſt ꝓpor-
tio aïe hoïs ad corp⁹ hoïs: eadem eſt ꝓportio aïe
hui⁹ hoïs ad corpus hoïs huius. vñ ſicut impoſſi-
bile eſt ꝙ aïa hoïs ingrediaẗ aliud corpus q̃ꝫ hoïs
ſicut ꝙ aïa canis ingrediaẗ corpus lupi: ita nõ eſt
poſſibile aïam huius hoïs ingredi aliud corpus q̃ꝫ
iſtius hoïs. ad motiuũ aũt illoꝝ. ſ. ꝙ ab eo habet
res vnitatem a quo habet eſſe: dicetur in ſolutio-
nibus argumentorum.

¶ Tertio Notandũ eſt ꝙ q2 vnum et
ens cõuertũẗ et vnũquodq̃ꝫ
in tantũ eſt vnũ inq̃ꝫ^m eſt ens, ꝓut phs dicit. 4. me
tha. ideo ſicut in materia conſideraẗ triplex enti-
tas: ita et cõſideraẗ triplex vnitas. conſideraẗ enĩ
in materia quedã entitas potentialis quãtuꝫ ad
id quod eſt in ſe; quia eſt q̃daꝫ potẽtia a deo crea
ta in ordine ad formã ſubalez: non ad hãc vel ad
illã determinate tanq̃ꝫ ad ꝓpriuꝫ ipſius actum. et
hanc entitatẽ conſequiẗ vnitas quedã realis qua
omniũ generabiliũ et corruptibiliũ diciẗ eſſe vna
numero materia. Alia entitas cõſideraẗ in mate-
ria actualis quã habet a forma qua informaẗ ſm
ꝙ ꝑ eam actu exiſtit in rerũ natura. et hãc entita-
tem cõſequiẗ in materia vnitas q̃dã ſpecifica nõ
directe ſed ꝑ reductionẽ. forma enim ex ꝓpria rõ
ne habet ꝙ ſit cõſtitutiua ſpeciei. vnde per hoc ꝙ
aduenit materie ipſam informans: conſtituit for
maliter compoſitũ in determinata ſpecie ad quã
reductiue pertinet materia: eo ꝙ partes ad ſpẽm
totius pertinent per reductionem non directe q2
per ſe et directe non reponiẗ in genere vel ſpecie
niſi quod habet rõnem toti⁹. vnde talis entitas
et vnitas magis ꝓprie conuenit materie ex rõne
compoſiti q̃ꝫ ex rõne forme: quãuis quodã modo
forma ſit cauſa. Alia entitas conſideraẗ in mate-
ria actualis ſed accidẽtalis qua diciẗ eſſe extenſa
et dimẽſionata: quã habet a quãtitate ſm quam
materia diciẗ eſſe magna vel parua. et hãc entita
tem conſequiẗ in materia vnitas numeralis. Et
qm̃ ꝑ hoc ꝙ aliquid eſt vnũ: habet ꝙ ſit in ſe indi
uiſum ⁊ diſtinctũ ab aliquo alio: ideo ſm quãlibꝫ
harũ vnitatũ vna materia dici põt diſtincta ab a-
lia. ꝑ primã nãq̃ꝫ vnitatẽ diſtinguiẗ materia pͥma
generabiliũ et corruptibiliũ a materia corporum
celeſtiũ. nã ſicut dictũ eſt: pͥma vnitas conſeq̃ẗ ma
teriã ſm ꝓpriã rõnẽ inq̃ꝫ^m. ſ. eſt potẽtia. Q2 ergo
alterius rõnis eſt potẽtia materie generabiliuꝫ et
corruptibiliũ a potẽtia materie corpoꝝ celeſtiuꝫ
q2 illa eſt potẽtia ad eſſe iſta vero eſt potẽtia tm̃-
modo ad vbi: ideo ſm primã vnitatez accipiẗ di-
ſtinctio materie vtroruq̃ꝫ corpoꝝ. Secũdũ vero
tertiã vnitatẽ accipiẗ diſtictio vni⁹ materie ſigna
te vel indiuidualis ab alia. diſtinguiẗ enĩ materia
huius ĩdiuidui a materia alteri⁹ indiuidui etiaꝫ ſi
ſint eiuſdẽ ſpeciei: ꝑ hoc ꝙ materia hui⁹ habet aliã
numero quãtitatẽ et extẽſionẽ et figurã ac ſituꝫ et
ſic de ceteris ꝓprietatibus q̃ ſm quãtitatẽ dicunẗ
vel in ea fundanẗ: a quãtitate et ceteris condicio
nibus q̃bus materia alteri⁹ indiuidui eſt ſignata ⁊
indiuiduata. Secundũ vero vnitatẽ ſecundã quã
materia hẽt ſuo modo ꝑ formã: non ꝓprie et dire
cte accipiẗ diſtinctio materie a materia: ſicut nec
ꝓpe et directe materia dẽ vna ſm illam vnitatez
ſed reductiue tm̃modo. vñ non eſt in vſu philoſo
phoꝝ ſaltẽ magne auctoritatis dicere ꝙ vna ma-
teria in generabilibus et corruptibilibus differat
ſpecie ab alia materia: ſed tm̃modo primo et ter
tio modis reperiẗ apud ꝓbatos phos et maxime
apud ariſtotelẽ cui⁹ phiſica doctrina verior et ꝓ-
babilior habeẗ: ꝙ vna materia diſtinguaẗ ab alia.
Unde. S. Tho. in. q. de ſpũa. crea. ar. 8. in cor. ſic
ait. diſtinctio materie a materia non inueniẗ niſi
duplex. vna ſm ꝓpriam rationẽ materie et hoc ſm
habitudines ad diuerſos actus. cũ enim materia
ſm ꝓpriã rationẽ ſit in potẽtia: potentia autẽ ad
actũ dicatur: neceſſe eſt ꝙ ſm ordinẽ actuũ atten
datur diſtictio in potẽtijs et materijs. et hoc mo-
do materia inferioꝝ corpoꝝ q̃ eſt potẽtia ad eſſe
differt a materia celeſtiũ corpoꝝ que eſt potẽtia
ad vbi. ſecũdã autẽ diſtictio materie: eſt ſm diui-
ſionẽ quãtitatis: ꝓut materia exiſtens ſub his di-
mẽſionibus diſtinguiẗ ab ea q̃ eſt ſub alijs dimen
ſionibus. et pͥma quidẽ materie diſtinctio facit di-
uerſitatẽ ſm gen⁹. q2 ſm phm. 5°. metha. genere
aũt differunt: ſm materiã diuerſa. ſecunda aũt di
ſtinctio materie facit diuerſitatẽ indiuiduoruꝫ in
eadẽ ſpecie. hec ſanct⁹ doctor. Ex q̃bus colligiẗ ꝙ
oĩs diſtictio materie a materia eſt vel ſm gen⁹ q̃
accipiẗ ex ipſa potẽtia materie. vel ſm numerum
⁊ hec accipiẗ ex diuerſitate dimẽſionũ primo: ⁊ ex
cõſequẽti aliaꝝ accidẽtaliũ diſpoſitionũ. nõ ergo
per formã ſubalem diſtinguiẗ hec materia ab illa
ſicut falſe quidã opinati ſũt. ac ꝑ hoc nec materia
habet a forma ꝙ ſit vna niſi ſicut fuit pͥmiſſum in-
directe ⁊ reductiue. imo magis forme ſubales plu-
rificãẗ et diſtinguũẗ numero ſub vna ſpẽ ex eo ꝙ ĩ
plurib⁹ et diſtictis numero materijs recipiũẗ. q̃ vñ
habeãt ꝙ ſint plures ⁊ diſticte numero: dictuꝫ eſt

latius in primo notabili. vñ quãuis huiꝰ forme ſit
hec materia et alteriꝰ altera: id nõ infert̃ cauſati-
ue ſed magis cõſecutiue. hec enim indiuidua ma-
teria: infert hãc indiuiduã formaꝫ ſicut cauſa effe-
ctũ. nã materia eſt cauſa hecceitatis et indiuidua
tionis forme. forma vero hec et indiuidua: argu-
it vel infert hãc indiuiduã materiã tanquã ꝓpriũ
ſubm nõ ſicut cauſa effectũ: imo econtra ſicut effe
ctus arguit et infert cauſam cõſecutiue. conſequit̃
enim ad hãc materiã ſignatã: ꝙ forma in ea recep
ta fiat hec et ſignata ſicut effectꝰ cõſequit̃ ad cau-
ſam. omne eni receptum recipit̃ ad modũ recipi-
entis quẽ modũ recipiẽs illi cõmunicat.

QUantũ ad arti-
culũ quartũ reſpõdendũ eſt ob-
iectionibus aduerſarioꝝ. Et q̇-
dẽ ad primũ durãdi cõtra cõclu-
ſionẽ dicit̃ ꝙ minor argumenta-
tionis eſt falſa. ſ. ꝙ materia omnẽ diuerſitatẽ quã
habet trahat a dãte formam effectiue et a forma
formaliter et a nullo alio. qm̃ vt deductũ fuit in p̄
mo et tertio notabilibꝰ: diuerſitatẽ indiuidualeꝫ
non trahit materia a forma ſubali directe ⁊ per ſe
loquẽdo: imo ecõtra forma habet illã diuerſitatẽ
a materia dimẽſionata et indiuiduata. et ad pro-
bationẽ minoris dicit̃ ꝙ aſſumptũ eſt verũ ꝓpor
tionaliter capiẽdo eſſe et eſſe vnũ aut diuerſum.
et tunc ad minorẽ dicimꝰ ꝙ licet materia de ſe nul
lam habeat diuerſitatẽ: nõ inde ſequit̃ ꝙ omnem
illã habeat a forma: naꝫ nec habet a forma ſubali
omnẽ ſuã entitatem. ſicut enim ſubã cõpoſita nõ
habet omnẽ ſuã entitatẽ a forma ſubali ſed indi-
uiduã entitatẽ habet a materia quãtitatibꝰ ⁊ qua
litatibꝰ ſignata: ita etiã et materia que ẽ pars ſub-
ſtantie cõpoſite et cuiꝰ entitatẽ participat: nõ om
nẽ ſuã entitatẽ habꝫ a forma. quãuis eni eſſe ſube
cõpoſite ſit formaliter a forma inq̄ꝫm eſt eẽ ſimpli-
citer: inq̄ꝫm tamẽ eſt eſſe indiuiduatuꝫ nõ eſt p̄mo
et ꝑ ſe a forma ſed a materia dimẽſionibꝰ et quali
tatibꝰ ſignata. quẽadmodũ licet cõpoſitũ ſit ens
ſimpliciter ꝑ formã ſubalem: nõ inde ſequit̃ ꝙ ſit
ens albũ et quantũ ꝑ formã ſubalem. auctoritas
aũt comentatoris nõ facit ad ꝓpoſitũ arguentis.
cõcedimꝰ eni ꝙ ĩ materia p̄ma ſcḋm ſe preciſe nihil
eſt diſtictũ: ſ; nõ ide ſequit̃ ꝙ omnẽ diſtictionẽ ha
beat a forma. ¶ Ad. 2m. negat̃ cõſequẽtia. et ad
eiꝰ ꝓbationẽ dicimꝰ ꝙ materia alimẽti poſt cõuer
ſionẽ ꝑ virtutẽ nutritiuã: aliquã habet vnionẽ pre
terq̄ꝫ a forma. ſ. a materia nutriti prius exiſtente ĩ
quã conuertit̃ et cum qua fit etiã ſubaliter vna et
eadẽ materia nutriti. vnde poſt cõuerſionẽ: ean-
dem vnitatẽ et idẽtitatẽ numero ſeu indiuidualẽ
ab ea participat ſicut et naturã. huiuſcemodi aũt
indiuidualem vnitatem: nõ habet materia per ſe
et directe a forma ſed magis econuerſo vt ſupra
dictum eſt. ¶ Ad. 3m. dicitur ꝙ aſſumptum eſt fal
ſum. ⁊ ad eiꝰ ꝓbationẽ dicit̃ ꝙ reſpõſio arguentis
ad rationes ꝓ noſtra cõcluſione: nõ valet. conce-
dimus eni ꝙ vna materia nõ põt diſtigui ab alia
ſcḋm cõmunẽ rationẽ potẽtie: ſed negamus ꝙ non
poſſit diſtingui materia a materia ſcḋm ſpecialem
ac numeralẽ diſtinctionẽ potentie a potẽtia. neq̄ꝫ
valet eius ꝓbatio nã minor eſt falſa. qm̃ vt ſepe
dictũ eſt ſupra et deductũ fuit in notabilibus: ma
teria non habet omnẽ entitatẽ actualem a forma
q̄ꝫm ad omnẽ modũ et rõnem ipſius entitatis. ſo-
lutione autẽ arguẽtis nõ indigemꝰ. ¶ Ad. 4m. di
cimus ꝙ ꝓpter difficultates occurrentes vt ipſe-
met arguẽs alibi dicit non eſt recedendũ a verita
te. maxime quia via ſancti thome oẽs illas diſ-
ficultates optime euadit ſicut patet legenti accu-
ratius doctrinam ſuaꝫ de hac materia. et quia qḋ
difficilius eſt in eis: tangit et obijcit ioãnes ð nea-
poli: ad reſponſiones ſuoꝝ argumentoꝝ id reſer
uamus. ¶ Ad argumẽta ioãnis de neapoli cõtra
eandem cõcluſionem dicimus ad primũ ꝙ ſtante
caſu per eum poſito: minor argumentationis ẽ fal
ſa. et ad eius ꝓbationẽ admittimus diuiſionẽ vni-
tatis materie quã introducit quãuis nõ ſit omni-
no ſufficiẽs. et tunc ad minorẽ dicimus ꝙ eſt falſa
nã non eſſet vna et eadẽ materia vnitate nume-
rali: cũ non haberet illã vnitatẽ ac identitatẽ que
materie cõuenit ꝑ dimẽſiones et alia accidẽtia ip
ſam indiuiduantia et q̄ faciunt ipſam eſſe hanc et
vnam numero. Et cũ arguẽs dicit ꝙ ad vnitateꝫ
numeralem cõpoſiti due prime vnitates materie
ſufficiũt nec requirit̃ tertia: dicimꝰ ꝙ eſt falſum. qꝛ
dimẽſiones ꝑſefaciunt ad indiuiduationẽ cõpoſi
ti ex materia et forma. Et ad arguẽtis primã ꝓba
tionẽ dicimus ꝙ aſſũptũ eſt falſum q̄ꝫm ad vtrũq̄ꝫ
loquẽdo de diſtinctione partiuꝫ ꝑ ſeparationem
ab vnitate totius mixti vel nutriti. nam falſum ẽ
ꝙ in generatione mixti concurrant plures partes
elementoꝝ actu et formaliter diſtĩcte. qm̃ vt phs
dicit p̄mo libro de generatione: elemẽta non ma
nent actu in mixto ſed virtute in vno tãtũmodo
videlicet q̄ꝫm ad formas ſubales: ĩ vna forma ſub
ſtãtiali mixti q̄ virtute cõtinet ꝑfectionẽ formarũ
elemẽtoꝝ. quantũ vero ad q̄litates: manẽt ĩ vna
media q̄litate q̄ ſapit naturã q̄litatũ elementoꝝ.
q̄ qualitas eſt ꝓpria corporis mixti: differẽs tñ in
diuerſis mixtis ſ; diuerſaꝫ mixtionis ꝓportionẽ.
materie aũt cibi ⁊ cibati poſt nutritionem nõ ſunt

diuerſe numero materie: ſed vna tm̄ facta per cōuerſionem alimēti in ſubſtātiam aliti. vnde ī vno numero nutrito: vna numero materia eſt dimenſionata. ꝑ conuerſionē nāq; alimēti: incorporatur alimentū nutrito ita ꝙ vnum corpus numero ex vtroq; conſtituatur. Ad ſecūdā ꝓbationē reſpōdet. S. Tho. in hac diſti. q. pª. ar. 2. ſub. ar. 4. ad 4m. ꝙ non eſt poſſibile ꝙ totū quod fuit in carnibus comeſtis: in ſemen conuertat̄. quia poſt multam depurationē cibi peruenitur ad decoctionez ſeminis quod eſt ſupfluitas vltimi cibi. illud autē quod de carnibus comeſtis in ſemen conuertitur magis ꝑtinet ad veritatē humane nature in eo q̄ ex ſemine naſcit̄: q̄ȝ in illo ex cuius carnibus ſemē eſt generatum. et ita reſurget in eo qui ex ſemine naſcitur. reſiduum autē materie reſurget in illo ex cuius carnibus comeſtis ſemen eſt generatū. hec ſanctꝰ thomas. Et ſtat ſolutio in hoc ꝙ quia ſemē non eſt de veritate humane nature in generante ſed in generato ad quod ex intentione nature ordinatur: ideo reſurget in gen̄rato. et reſiduū quātitatis debite ſupplebit in reſurrectione diuina virtus aliunde. quod ſupplementū diuina virtute cōuertetur in ſubſtantiā dicte partis generate ex ſemine. et ſic fiet vnū numero corpus quod fuerat in viuo. Neq; obſtat ꝙ illa pars ſeminis eſſz parua quantitate: quoniā virtute diuina pōt conuerti magnū corpus in ſubſtantiā parui ita vt ſit vnū et idē cū illo. nam et virtute naturali multo maiꝰ corpus per totaz vitā hominis ex cibis comeſtis conuertit̄ in ſubām corporis nutriti quod habuit mox generatꝰ quod fuit paruiſſimū: et totum fit vnum et idem corpus numero. ¶ Ad. 2m. principale dicitur ꝙ ex auctoritate auguſtini non habetur ꝙ materia totaliter aliena: fiat materia alicuius reſurgentis eadē numero quā ante mortē habuerat ꝓpter idētitatem anime quod arguens ꝓbare nititur: ſed per virtutem diuinā que pōt etiā id quod in nihilū redactū eſt idē numero reparare. hoc autē aliud eſt dictu ab eo qđ arguens probare conat̄. vnde dictum auguſtini nō confert ad ſuum ꝓpoſituȝ imo magis ad noſtrū qui ponimꝰ reſurrectionem corpoꝝ in idētitate numerali ſola diuina virtute fieri. que pōt iuxta verbuȝ auguſtini carnē humanā alicuiꝰ vnde vellet eam reparare etiam ſi omnibꝰ modis periſſet nec vlla eiꝰ materies in vllis nature latebris remanſiſſet. vnde ſanctꝰ thomas opuſ. 32. đ natura materie capitulo ſeptimo ꝯcludēs ſic ait. ex quo patet ꝙ idē homo numero reſurget et nō alius cū omnia ſua ꝑcipia redeāt adinuicē eadē numero. aīa enim humana ſimplicit̄ eadē numero manet poſt mortem cū plenitudine virtutū ſuarū ad ꝑficiendum materiā in omni gradu eodē quo prius eam perficit. etiā materia manet eadē numero cū ipſa ſit incorruptibilis. eaſdē etiam dimēſiones neceſſe eſt manere in materia licet non niſi in potentia et cōſtat ꝙ non naturali: aliter agens phiſicū eaſdem numero ꝓduceret quod falſum eſt. manent ergo in potentia materie eedē numero reſpectu agentis diuini. quia aliter non foret idē numero indiuiduum: cum dimenſiones agant ad indiuiduationem vt ſupra dictum eſt. et ideo ex eadem materia et eiſdē dimenſionibus cum anima eadem reſurget idē homo numero et non alius. ¶ Ad. 3m. dicitur ꝙ verbū ioānis baptiſte impertinēter adducitur. nam locutio illa eſt figuratiua et ſuſcitatio capitur ibi ꝓ conuerſione gētilium. vnde interlinearis ſuper verbo lapidibus dicit. gētibꝰ quoꝝ corda erant inſenſibilia. et gloſa marginaria. gentiles inquit lapides vocat. et eſt ſenſus. ne gloriemini de ſemine carnis: quia hi tm̄ ſunt filij dei qui per gratiā ſunt illuminati et interius ſuſcitati. Et huic intellectui conſonant verba hieronimi q̄ arguēs inducit ſic exponentis. in quo dei indicat potentiam vt qui de nihilo cuncta fecerat: poſſit et de ſaxis duriſſimis populum procreare. ſed ⁊ ſi locutio beati ioānis fuiſſet ad proprietatem ſermonis: non inde arguens concluderet ſuuȝ intentū. quoniam ſicut dictum eſt: non eſt idem dicere ꝙ deus poſſit virtute ſua infinita materiam lapidis facere eandem numero cuȝ materia corporis petri: et dicere ꝙ illud poſſit fieri ex ſola vnione et iformatione anime petri quod arguens contēdit probare. ¶ Ad argumentum ante oppoſitum dicitur ꝙ licet corpus humanum per mortem vſq; ad elemēta reſoluatur: poteſt virtute diuina ideȝ numero reſumi: non ſolum q̄ȝm ad materiam primam: ſed etiam q̄ȝm ad dimenſiones et alias proprietates indiuiduales quibus materia fit vna et eadem numero. Et preterea materia que ſemel fuit ſub forma petri: aliquam habitudinem habet ad animā petri quam non habet ad alias formas ſub quibus nūquam fuit. ac per hoc verius dicitur eſſe eadē petri materia q̄ȝ quecūq; alia exiſtēs ſub formis elementorū. Et in hoc articulꝰ terminat̄.

TErtiā circa quadrageſimaꝫ qꝛtā diſtinctioneꝫ queritur vtrū coꝛpa ſctōꝛū pꝰ reſurrectionē erūt īpaſſibilia et arguiṫ ꝙ non. omē eni moꝛtale eſt paſſibile. ſed hō pꝰ reſurrectioneꝫ erit aīal rationale moꝛtale. hec eni eſt diffinitio hoīs q̄ nūq̄ ab eo ſeparabiṫ. ergo coꝛpꝰ erit paſſibile.

¶ In oppoſitū arguiṫ. qꝛ omē paſſibile eſt coꝛruptibile: qꝛ paſſio agētis facta abijcit a ſubā. ſed coꝛpoꝛa ſanctoꝝ poſt reſurrectionē erunt incoꝛruptibilia vt dicit pͣ Coꝛi. 15. ſeminaṫ in coꝛruptione ſurget in incoꝛruptione. ergo erunt impaſſibilia.

¶ In hac q̄ſtione erunt q̄ttuoꝛ articuli vt ſupꝛa.

QUantuꝫ ad pꝛimū articulū ſit iſta cōcluſio ꝙ impaſſibilitas coꝛpis gloꝛificati ꝓuenit in eo virtute diuina ꝑ qualitatē ſupnaturalē coꝛpi glorioſo inherentē, ꝓpter plenū dominiū anime ſuper coꝛpus. hec cōcluſio habeṫ ex dictis. S. Tho. in hac diſ. q. 2. ar. pͦ. ſub. ar. pͦ. et. 2. et. ar. 3. ſub. ar. pͦ.

QUantū ad articulū ſecundū arguēdū eſt cōtra ꝯcluſionē cōtra quā ſcotꝰ arguit ꝓbādo ꝙ īpaſſibilitas coꝛpoꝛis glīoſi nō ꝓueniat ex pleno dominio anime ſuper coꝛpus nec ex ceſſatione motus celi. non quidē ꝓpter pꝛimū: quia arguitur ſic. qꝛ aīa non repugnat qualitatibus elementaribus q̄ ſunt in coꝛpoꝛe ſuo etiā in q̄ꝫm contrarie non reducte ad mediū in q̊ ſunt actiue. pꝫ qꝛ ſupponit eas ī ſuo ſuſceptiuo et nihil repugnat ei qđ exigit ī ſuo ſuſceptiuo. nec etiā repugnat effectibꝰ illaꝝ q̄litatū. qꝛ ſi agūt mutuo: nō agūt niſi actiōe vniuoca. ſaltē effectꝰ illi nō repugnāt aīe vſq; ad magnam intēſionē qꝛ cum hoc ſtāt cum aīa licet intendanṫ vſq; ad magnum gradum. ergo tunc non repugnabunt anime vt eſt foꝛma infoꝛmās. ſi ergo aīa ꝓhibet actionem illarum qualitatum non ꝓpter repugnantiam ſui ad actionem illaruꝫ ſed ꝓpter imperium ſuper actum voluntatis quaſi ex pleno dominio ſuper coꝛpus: licet non videtur pꝛobabile quia ſupꝛemus angelus per ſolum imperium ſue voluntatis non poteſt impedire actioneꝫ alicuius naturalis cauſe. cauſe enim naturales nō obediunt angelis ad nutum q̄ꝫm ad actionem et alterationem earum. Dicetur foꝛte ꝙ imperium voluntatis non ꝓhibet qualitates illas adinuicē agere: ſed ex anima plenarie beata redundat in coꝛpus quedam qualitas pꝛohibēs hmōi paſſionem coꝛruptiuam. ſicut durities eſt quedā impaſſibilitas. ſ. pꝛohibens hanc paſſionem que eſt faciliter incidi. ſed contra hoc eſt. illa qualitas non eſt q̄litas celeſtis. tū qꝛ nec ꝑſpicuitas nec lux nec lumē. tū qꝛ coꝛpꝰ humanū cū ſit mixtū: nō ē receptiuū q̄litatis celeſtis. vel ergo erit q̄litas elemētaris vel ꝓꝑa mixti. ꝫ ſiue ſic ſiue ſic: nō īpedit omēꝫ actionē vel paſſionē. patet hoc etiā in exēplo. qꝛ licet durities ꝓhibeat inciſionē: nō tñ cōbuſtionē vł aliā paſſionē deſtructiuā. hoc etiā ꝓbaṫ ꝑ rōnē. qꝛ omēs foꝛme eiuſdē ſuſceptiui ꝓximi: ſunt eiuſdē gen̄is phiſici ex. 5. et. 10. metha. ꝫ omēs tales ſunt ꝯtrarie vł medie vt habeṫ in eodē. 10. omēs aūt hmōi: nō ꝓhibēt actionē mutuā imo ſunt ꝑ̇ncipia actionis mutue. g̊ iſta q̄litas ē elemētaris vel mixti et ꝑꝯſis eiuſdē ſuſceptiui non ꝓhibebit oēm paſſionē coꝛruptiuā: ꝫ magis erit ꝑ̇ncipiū agēdi ⁊ patiēdi. ¶ Itē illa q̄litas aut repugnat alijs q̄litatibꝰ: et tūc nō ꝓhibꝫ oēm actionē qꝛ eſt eiuſdē rōnis. aut nō repugnat: et tūc nō ꝓhibꝫ actionē alicuiꝰ illaꝝ in aliā. qꝛ iſte alie ſunt inter ſe repugnātes et ita ꝑ̇ncipia mutuo agēdi. et ita nulli earum actionū repugnat. ꝙ aūt ceſſatio motꝰ celi nō ſit cauſa huiꝰ īpaſſibilitatis: ꝓbaṫ. tū qꝛ cōtra hoc eſt articulꝰ. ſtante celo: approximato igne ſtupe ꝙ ignis nō coꝛrūpat ſtupā: erroꝛ. tū qꝛ ſꝫ phꝫ. 2. đ ge. motꝰ celi ꝑ tāto eſt cauſa generationis: qꝛ adducit generās. ergo tm̄modo facit ad p̄ſentiā vł approximationē generantis reſpectu materie. ergo ſi ſine motu habeṫ eadē p̄ſentia vel approximatio eque foꝛet generatio exēplū huiꝰ. ſi ſubito ꝑ diuinā potētiā ſol fieret p̄ſens aeri ſicut nūc fit ꝑ motū: eodē modo illuminaret et calefaceret ſibi ſuppoſita ſicut nūc calefacit. imo tūc q̇dē nō ceſſaret agere quouſq; totalr̄ coꝛrupiſſꝫ ſibi ſuppoſitum ſi poſſet coꝛrūpe ſe. nūc aūt qꝛ nō īmoꝛaṫ ſup paſſū ſuppoſitū: minꝰ agit efficaciter in ipm̄. ¶ Cōtra eādē cōcluſionē arguit aureolꝰ ꝓbādo ꝙ iſta īpaſſibilitas nō ꝓueniat ex aliq̄ foꝛma paſſiua. qꝛ īpaſſibilitas coꝛpoꝝ nō ſolū cōſiſtit in nō poſſe pati ab iectionē foꝛme cōuenietis: ſed etiā trāſlationē violentā de loco ad locū. ſed hāc ſecūdā impaſſibilitatē non videṫ hr̄e poſſe coꝛpꝰ ꝑ aliquā qualitatē qꝛ ſic opoꝛteret ꝙ per illā fieret foꝛtiꝰ et valentiꝰ ī reſiſtendo q̄ꝫ ſit quecūq; potentia motiua creata. ꝓbatur ꝯſequentia per ariſtotelē in de motu animaliuꝫ qui dicit ꝙ opoꝛtet potentiam reſiſtentis

fortiorē quidem eſſe potētia mouente. ſed nō eſt
dare vt videt̃ aliquā potētiā in corpe glorioſo ex
cedentē vim motiuam omniū angelorꝫ vel aliorꝫ
mouentiū. ergo et c̃. ¶2°. quia illa virtus tolle
ret paſſibilitatem abiectiuam impediēdo agens
ne ageret. aut ergo hoc erit ſubtrahendo actionē
agēti: aut paſſionem materie. ſed nulla virt⁹ crea
ta poteſt ſuſpendere virtutem actiuam ab agere
nec materiam a pati. eo ꝙ nulla virtus creata po
teſt ſeparare ſubm a ſua ꝓpria paſſione. agere au
tem videt̃ ꝓpria paſſio eſſe virtutis actiue: ſicut
calefacere caloris et hoc paſſiuo preſente. ſimili
ter paſſio materie: eſt pati ſm comentatorē ſecū
do celi et mūdi. ¶3°. quia nulla virtus creata po
teſt auferre illud qđ conuenit alicui in ſecūdo mo
do dicendi per ſe. ſed cōpoſito ex elementis con
uenit per ſe ſecūdo modo pati et corrumpi. qr ꝑ
mo celi et mūdi dicit̃ ꝙ per ſe eſt ꝙ omne corrup
tibile corrūpat̃ et omne paſſibile patiat̃. ¶4°.
nūꝙ abiectiua paſſio pōt ab aliqua forma impe
diri niſi ꝓpter manutenētiam forme cōtrarie. ſed
quecūꝙ forma manuteneat̃ in corpe glorioſo: nō
eſt tante actiuitatis ꝙ poſſit reſiſtere omni agen
ti cōtrario. ergo nulla talis forma in corpe glioſo
pōt ſic manuteneri vt p hoc excludat̃ omnis paſ
ſio abiectiua. Dices ꝙ illa qualitas eſt ligans for
mā cū materia: vel vnā formā cū alia et reddens
impoſſibilē ſeparari ab alia. ⁊ ideo licet forma nō
habeat de ſe ꝙ poſſit manuteneri in ſubiecto per
reſiſtentiā ei⁹ cōtra omne corruptiuū: tamē hoc
poteſt habere mediante illa qualitate. Cōtra qr
tunc oporteret ꝙ qualitas illa fundaret formalē
contrarietatē ab actiuis q̄ apta nata ſunt agere i
corpus: ex quo eſſet corpi ratio reſiſtēdi omi agē
ti. quo poſito: ſequit̃ ꝙ illa qualitas poſſꝫ pati: cū
omne cōtrariū patiat̃ a cōtrario. et ꝙ ſic poſſet di
minui et poſſet corrūpi. et ita nō redderet corp⁹
incorruptibile. hec aureolus. ¶Cōtra eandē cō
cluſionē arguit durād⁹, ꝓbādo ꝙ ipaſſibilitas cor
porꝫ glioſorꝫ nō erit p aliquā formā inherētem: ſꝫ
ſolū p diuinā virtutē aſſiſtentē beatis et ꝓhibētē
actionem cuiuſlibꝫ extrinſeci inferentis paſſionē.
quod probat primo ſic. quia ſicut ſtatui beatorū
repugnat paſſio contra naturam: ſic et motus lo
calis contra voluntatem. inaturalitas autem im
portat violentiam et diſplicentiam in cognoſcen
tibus. ſed ꝙ corpora beata nō poſſint moueri cō
tra voluntatem: non conuenit eis per aliquā vir
tutem inherentē: ſed ſolum per diuinā virtutem
eis aſſiſtentem. ergo idem ſentiēdū eſt de paſſio
ne que eſt contra naturā. probatio minoris. ſi eni
eſſet in corporib⁹ beatis p aliquam virtutē intrin
ſecam ꝙ non poſſent ab alio moueri contra volū
tatem: oporteret ꝙ in quolibet beato eſſet tāta vir
tus in reſiſtendo quanta eſſet in quocūꝙ alio im
pellendo. iſtud aūt non eſt verū. qr ſm hoc opor
tet in minimo beato ad hoc ꝙ non poſſet moueri
cōtra voluntatē: eſſe tantā virtutē quātā ē in quo
cūꝙ hoie vel angelo. alioquin ſi nō eſſet tāta: poſ
ſet moueri ab alio cōtra volūtatē. ponere autem
in minimo beato equalē virtutē cū omnibus ali
is tā hoibus q̄ angelis: inconueniēs eſt cū ſm na
turam angeli excedāt hoies: et ſm gliam ſint gra
dus tam in hoibus q̄ in angelis. ergo et c̃. ¶2°.
ſic. quia paſſibilitas ꝓpe dicta ⁊ corruptibilitas
ſibi correſpōdent. ergo et impaſſibilitas et incor
ruptibilitas. ſed incorruptibilitas beatorꝫ nō erit
per aliquam virtutem inherentē vt ꝓbabit̃: ergo
nec impaſſibilitas. ꝓbatur minor. quia effect⁹ cō
munis requirit cauſam cōmunē. ſed incorruptibi
litas poſt reſurrectionem erit cōmunis bonis et
malis. ergo in eis erit per aliquam cauſam cōmu
nem. ſed in malis incorruptibilitas non erit p ali
quam formā inherentē: ergo nec in bonis. ꝙ autē
in malis non ſit incorruptibilitas per aliquā for
mā inherentē: probatur ex dictis aliorum q̄ tenēt
oppoſitam opinionem. hoc eni expreſſe cōcedūt.
et probatur ꝑ rationem. quia cū paſſio ꝓpe di
cta ſit via ad corruptionem. vt dicit̃. 2°. de gene.
ſi aliqua forma prohiberet corruptionē in dāna
tis: ꝓhiberet et paſſionem qr ad vtrūꝙ ſe exten
deret virt⁹ eius. nec ageret libere vt vnū ꝓhibe
ret aliud vero ꝑmitteret. cū ergo dānatorꝫ in cor
porib⁹ nō ꝓhibeat̃ paſſio ꝓpe dicta: patet ꝙ non
ꝓhibebit̃ corruptibilitas p aliquā formā inheren
tem. ¶3°. ſic. qr augu⁹ in epl'a ad dioſcorꝫ ſic dicit
ſicut ab igne fornacis caldeorꝫ abſtulit de⁹ vtutē
cōburendi q̄m ad aliqđ qr. ſ. corpa puerorꝫ illeſa
ſeruata ſūt: ſꝫ māſit q̄m ad aliqđ qr illo igne cōbu
rebant̃ ligna: ita auferet ab omnib⁹ corruptionē
et dimittet eis naturā modo p̄dicto. ſ. ipediendo
exceſſum actionis. et ſic ipaſſibilitas erit in corpi
bus btōrum p hoc ꝙ virt⁹ diuina btis aſſiſtēs ꝓhi
bebit actionē cuiuſlibet extrīſeci inferētis corrup
tionē. ¶4°. ſic. qr effect⁹ ꝑuatiu⁹ nō reqrit niſi cāꝫ
ꝑuatiuā. ſꝫ eē impaſſibile ē quidā effect⁹ ꝑuatiuus.
ergo nō reqrit niſi cām ꝑuatiuā. nō ergo oportet
ꝙ corpa glioſa ſint ipaſſibilia p aliquā formā inhe
rentē. hec durād⁹. ¶Cōtra eādē ꝯcluſionē arguit
hērric⁹. 9. q̄dlꝫ. q. 16. vbi ſic dicit. oportet ꝙ illđ p
qđ corp⁹ btūm eſt ipaſſibile: ſit tale ꝙ ꝯſeruet ipꝫ
ne ab aliquo interiori vel exteriori pati poſſit niſi
a ſolo deo. nec hoc poni poteſt virtus elementa
ris vt argutū eſt. nec celeſtis: quia celum nō venit

in compoſitionē cuiuſcūq; corporis. oportet ergo
ꝙ ſit aliquid poſitiuū ſupnaturale ꝑ qḋ corp⁹ bea
tū omnino ſit īpaſſibile. dicūt aūt aliq ꝙ hec v̄tus
nō erit aliḋ q̄ glīa anime ꝑ quā corp⁹ ſuū erit ple-
narie ſubiectū ſibi. ꝓpter quod in corpe nō pote-
rit eē aliq paſſio ꝯtra eius diſpoſitionē: qꝛ paſſio
nō fit ab aliquo agēte in paſſum niſi qꝛ dominiū
forme debilitat̄ ſupra patiēs. ſed hoc non ſufficit
qꝛ quantūcūq; corp⁹ ſit ſubiectū anime: ſi nihil re
ceptiuū ſit in corpe per qḋ in ſe vel a ſe ſit impaſſi-
bile: qꝛ ꝙ non patiatur hoc hēt ex illa ſubiectione
vt dicunt: ex hoc ergo bene habebit ꝙ nūquā pa-
tietur: ſed nō ꝙ quātū eſt de ſe ſit impaſſibile. nos
aūt querim⁹ cauſam impaſſibilitatis qua nec pati
poſſit. ſi eni dominiū aīe ſup corp⁹ nō pōt debilita
ri: poſſet tñ debilitari dominiū alicui⁹ qualitatis ꝛ
ſi nūquā debilitaret̄: et ſic poſſet fieri paſſio a q̄li-
tate vīcēte. nos aūt q̄rim⁹ corp⁹ impaſſibile qḋ ex
ſe neceſſe eſt nō pati. vñ ex iſta rōne nō pōt poni
corp⁹ impaſſibile ꝓpter glīam aīe niſi ponendo ꝙ
aīa in hoīe det eſſe corporeū vt hō non ſit cōpoſi
tus niſi ex aīa et materia pmā. vbi non video ali-
quā mixtionē nec formā elemēti nec illā q̄ eſt ex
elemētis nec aliā corruptionē q̄ ſeparationē ani
me a materia. nūc aūt nos ponim⁹ ſeparationē
te: in numero differẽtiã accidẽtiũ varietas facit. ⁊
ſequit̃. loc⁹ ſemꝑ eſt diuerſus. coꝛpoꝝ duoꝝ locuꝫ
vnũ: nullo modo fingere poſſum⁹. ex hoc ſic argu
itur. ſi varietas loci i numero differẽtiã facit: ꝯtra
dictio ẽ ꝙ duo coꝛpa ſint in eodẽ loco. ¶ 2°. qꝛ di
mẽſio eſt formalis rõ repugnãdi duo coꝛpa eſſe i
eodẽ loco. qꝛ ſm pħm. 4. phy. ſole dimẽſiones fa
ciũt ꝑ ſe diſtare nõ ꝑ paſſionẽ nec ꝑ aliquid aliud.
tũc ſic. ſi formalis rõ repugnãdi duo coꝛpa eſſe ſi-
mul eſt dimẽſio diſticta: tũc manẽte dimẽſione q̃ ẽ
formalr̃ rõ huius repugnãtie: ipoſſibile eſt duo coꝛ
ꝑa eſſe ſimul. Confirmat̃ ſic. ſic ſe vident̃ hr̃e due
dimẽſiones ad eſſendũ in eodẽ loco: ſicut duo ac-
cidẽtia ꝯtraria ad idẽ ſubm. ſ duo accidẽtia ꝯtra-
ria nõ pñt eſſe ſimul i eodẽ ſubo. g̊ nec duo coꝛpa
habẽtia diſtictas dimẽſiones pñt eſſe ſimul i eodẽ
loco. maioꝛ ꝓbat̃. qꝛ q̃cq̃d inducit vnũ ꝯtrarioꝛũ
expellit reliquũ. ergo q̃ mouet vnũ coꝛp⁹ ad locũ
expellit reliquũ. ſed hoc non fieret ſi poſſent eẽ ſi
mul i eodẽ loco. g̊. ꝙ aũt duo accidẽtia ꝯtraria nõ
poſſint eẽ ſimul i eodẽ ſubto ꝑ aliquã potentiã: pꝫ
4°. metha. vbi dicit pħs ꝙ ſi ꝯtraria ſunt in eodẽ
pari rõne et ꝯtradictoꝛia. ¶ 3°. ſic. in coꝛꝑe natu-
rali nõ ſunt niſi iſta. ſ. materia et forma ⁊ q̃litates
et quãtitates. ſed formalis rõ repugnãdi duo coꝛ
poꝛa eſſe in eodẽ loco: nõ eſt materia nec forma
ſubalis nec q̃litates: qꝛ coꝛp⁹ aliqꝺ põt rarefieri ⁊
ꝯdenſari manẽte eadẽ materia et forma et q̃lita-
tibus ſola quãtitate mutata. ſed tñ corpus ꝯdẽſa
tũ et rarefactũ occupat aliũ et aliũ locũ. ¶ 4°. nã
duo idiuiſibilia nõ pñt eſſe imediate: qꝛ tũc nõ eſ-
ſent duo ex. 6°. phy. ergo a ſimili põt argui. ſi duo
coꝛpa ſunt ſimul imediata: nõ remanẽt duo. eadẽ
eni rõ q̃ eſt ꝺ vno eſt ꝺ alio. ¶ 5°. qꝛ a puncto ad
pũctũ nõ põt trahi niſi vna linea recta. ſed ſi duo
coꝛpoꝛa eſſent ſimul: poſſẽt trahi due linee recte
quaſi in duobus coꝛpoꝛibus. ergo et cͤ.

Quantuꝫ ad ter-
tiũ articulũ ꝑmo notãduꝫ ẽ ꝙ vt
S. Tho. deducit p̊ª Coꝛi. 15. lec.
6. exponẽs illꝺ aplĩ ſeminat̃ coꝛ-
pus aiale ſurget coꝛp⁹ ſpũale: aia rõnal ꝺr̃ et aia ⁊
ſpũs. ſed aia ꝺr̃ ſm ꝙ ꝑficit coꝛp⁹. ſpũs aũt dicit̃ ꝓ
prie ſm mentẽ ſm ꝙ ſpũalibus ſubſtãtijs. i. angel
aſſimilat̃. iuxta illꝺ Ephe. 4. renouamini ſpũ mẽ
tis vr̃e. vñ ⁊ potẽtiaꝝ aie q̃dã ſunt q̃ ꝯueniũt aie
ſm ꝙ denominat̃ aia coꝛpus viuificãs: quibus. ſ.
aia oꝑat̃ circa coꝛpus: ſicut potẽtie vegetatiue q̃
oꝛdinant̃ ad coꝛꝑis nutritionẽ et augmẽtationeꝫ
et ſm coꝛpus generationẽ. alie ſunt potẽtie q̃ cõ-
ueniũt aie ſm ꝙ hẽt rõnem ſpũs ſicut ſunt rõna-
les. ſ. itellectus ⁊ volũtas q̃bus mẽs nr̃a ꝑficit̃. nã
his potẽtijs et eaꝝ oꝑationib⁹: creaturis ſpũalib⁹
aſſimilat̃. alie vero ſunt potẽtie q̃ cõueniũt aie et
ſub rõne aie et ſub rõne ſpũs. et iſte ſunt potentie
ſenſitiue q̃ inquãtũ hñt eẽ in coꝛꝑe et determinãt̃
ſubiectiue ad oꝛgana coꝛꝑalia: reſpiciũt aiam ꝓut
eſt aia coꝛpus viuificãs. inq̃ꝫᵐ vero deſeruiũt aie ⁊
ſunt velut ei⁹ inſtrumẽta ad oꝑationes mẽtis. ſ. i-
tellectus et voluntatis q̃ oꝛtũ hñt a ſenſu ꝓ ſtatu
iſto i q̊ indiget phantaſmatib⁹: oꝛdinant̃ ad aiam
ſub rõne q̃ eſt ſpũs. qꝛ igit̃ coꝛp⁹ ꝑficit̃ ab aia vt ſit
ꝯueniẽs eius oꝑationib⁹ cũ vnaq̃qꝫ res ſit ꝓpt ſuã
oꝑationẽ: ideo ſm ꝙ diuerſimode coꝛpus ſubijcit̃
aie et illi deſeruit in oꝑationibus ſuis: ſic diuerſi-
mode ꝺr̃ eſſe ꝑfectũ ꝑ aiaꝫ. vñ qꝛ in ſtatu huius vi
te coꝛpus nr̃m deſeruit aie in oꝑationibus q̃ ꝯue
niũt aie inq̃ꝫᵐ eſt aia coꝛpus viuificans et ſuſtẽtãs
quãtũ aũt ad oꝑationes aie ſm ꝙ hẽt rõneꝫ ſpũs
quãuis aliq̊ modo ſubſeruiat aie: tñ multũ ipedi-
mentũ illi affert ꝓpter ipius ifirmitates et neceſſi
tates ac paſſiones: iuxta qꝺ ꝺr̃ Sapiẽ. 9. coꝛp⁹ qꝺ
coꝛrũpit̃ aggrauat aiam: inde eſt ꝙ coꝛpus nr̃m i
ſtatu huius vite ẽ et ꝺnomiat̃ magis aiale q̃ꝫ ſpũa
le vtpote magis paratũ et ꝯcoꝛs aie ad illi deſer-
uiẽdũ i oꝑationibus q̃ ſunt aie vt aia eſt. ſ. in vege
tatiuis et ſenſitiuis: q̃ꝫ i oꝑationibus q̃ ſunt ei⁹ ſub
rõne ſpũs. ſm quã rõnem apl̃s dicit p̊ª Coꝛi. 2°.
aialis hõ nõ ꝑcipit ea q̃ ſunt ſpũs dei. vocãs hoies
aiales eos q̊ ſenſuũ motus et oꝑatiões ſequũt̃ in
iudicãdo q̃ꝫᵐ ad vi aꝑhẽſiuã et i appetẽdo q̃ꝫᵐ
ad vi appetitiuã. in ſtatu vero reſurrectionis in q̊
oꝑatiões ꝑme q̃ ad bonũ coꝛꝑis directe oꝛdinãt̃
. ſ. vegetatiue ceſſabũt: qꝛ nec gñratio erit dicẽte
dño i reſurrectiõe nec nubẽt nec nubent̃ Mathei
19. neqꝫ augmẽtuꝫ coꝛꝑis erit aut nutrimentũ: qꝛ
neqꝫ eſuriẽt neqꝫ ſitiẽt Apocha. 7°. ſed coꝛpus ab
ſqꝫ vllo ipedimẽto et laboꝛe iceſſanter ſeruiet aie
ad ſpũales oꝑationes eius: idcirco tũc coꝛp⁹ nr̃m
iuxta verbũ aplĩ erit ſpũale. Colligimus itaqꝫ ex
ſupdictꝭ ꝙ p⁹ reſurrectionẽ coꝛpa ſctõꝝ erũt ſpũa
lia. tñ qꝛ tãta erit cõcoꝛdia carnis et ſpũs viuificã
te ſpũ. i. aia ſm ꝙ eſt ſpũs ſubditã carneꝫ: vt nihil

carnis ſpūi repugnet queādmodū nūc qn̄ caro
ꝯcupiſcit aduerſus ſpūm vt apl's dicit Gala. 4°.
tū etiā q̄ nullis corpalibꝰ alimētiſ quibꝰ corpa ad
vitā aīalēꝫ ſuſtētant̄ egebūt: ſ; ſolo ſpū viuificāte
oīs eſuriēdi ac ſitiēdi moleſtia deuitabitur. Et
hāc duplicē rōneꝫ tāgit auguſtinꝰ in libro enchiri-
diō. et. 13. li. de ciuitate dei. Huiuſcemodi aūt ꝓꝓe
tas ſpūalitatis nō cōnumerat̄ dotibꝰ corpoꝝ: ſed
eſt tanq̄ʒ eaꝝ radix. nā ex eo ꝙ corpa poſt reſurre
ctionē erūt diuino munere omnino ſubiecta et o-
bediētia aīe nō ſolū ſub rōne q̄ aīa eſt ſed etiaꝫ vt
ſpūs ē modo ſup̄ expoſito: ꝓuenit ꝙ ſint recepti-
bilia q̄ttuor dotū ꝑ deriuationē ab aīa in corpus.

Secundo Notādūꝫ eſt ꝙ nomē
ſubtilis dr̄ d̄ corpibus
gl'ioſis nō ſ̄ꝫ ꝓꝓetatē ſed ꝑ quādā trāſumptionē.
īpoſitū eſt enī nomē ſubtilis ſ̄m ꝓꝓetatē et p̄maꝫ
nominis īpoſitionē a v̄tute penetrandi. vn̄ corpa
facile penetratiua: ſubtilia dn̄r a ph̄o. 2°. de gen̄.
quāobrē corpa rara et fluida: ſubtilia appellant̄ eo
ꝙ quālibꝫ partē etiā minimā tangētis ſe ſubītrāt
ſicut aq̄ et aer. corpa p̄terea ſolida et nō fluida q̄
ex ſui diſpoſitione ſunt bene penetratiua: ſubtilia
cōſueuerūt dici queādmodū veru et acꝰ. et iſta ſ̄ꝫ
gradꝰ v̄tutis penetratiue dicūt̄ corpa magis vel
minꝰ ſubtilia. ꝑ oppoſitū aūt corpa groſſa dicūtur
q̄ nō facile ſunt penetratiua. vn̄ corpa q̄ ſ̄m ꝓꝓe-
tatē dicunt̄ ſubtilia: aut ſunt fluida vl' humida aut
rara vel ſunt ex ſui cōpoſitione acumine q̊dā diſ-
poſita. his enī ꝓꝓetatibꝰ corpa ſunt facile penetra
tiua. ſed ꝓpt̄ hāc nominis rōneꝫ ⁊ ꝓꝓetatē: corpa
gl'ioſa pꝰ reſurrectioneꝫ nō magis dicerent̄ ſubti-
lia q̄ʒ in ſtatu huiꝰ vite ante reſurrectionē. q̄ non
plus hn̄t virtutis penetratiue illa q̄ʒ iſta corpa: cū
vtraq̄ʒ ſint eadeꝫ numero ſinguloꝝ hominū eiuſ-
dē quātitatis et corpulentie et eiuſdē figure ac cō
plexionis. quāobrē nomē ſubtilis vt p̄miſimꝰ non
ꝓꝓe denominat corpa gl'ioſa. Neq̄ʒ obſtat ꝙ cor
pora gl'ioſa pꝰ reſurrectionē poterūt celos pene-
trare et ꝑ ꝯn̄s quecūq̄ʒ alia corpa qd̄ fieri non pōt
ab ipſis eiſdē corpibꝰ in ſtatu huiꝰ vite exiſtentibꝰ
q̄m virtꝰ illa penetratiua nō ꝯueniet corpibꝰ gl'io
ſis ꝑ dotē ſubtilitatis aut ꝑ aliquā formā eis inhe-
rentē: ſed ꝑ dei virtutē illis aſſiſtentē ſicut ponit ſe
cūda ꝯcluſio. et ideo ab illo modo penetrādi non
dicunt̄ corpa ſubtilia. verūtamē trāſumptiue cor
pa gl'ioſa dicta ſunt ſubtilia: ꝓpter aliquā cōueni-
entiā quā hn̄t ad corpa rara q̄ ſ̄m ꝓꝓetatē vocāt̄
ſubtilia. corpꝰ enī raꝝ ꝓut ph̄s dicit. 4. phy. illud
dr̄ qd̄ hēt paꝝ d̄ materia ſub magnis dimēſionibꝰ.
et quia hoc ip̄m ꝓuenit ex ꝑfectione ſpecifica for-
me: inde eſt ꝙ corpa rara ceteris paribꝰ plus hn̄t
de forma q̄ʒ de materia: ꝑ cōtrariū ad corpa dēſa
in quibꝰ plus ē de materia q̄ʒ de forma. et dicunt̄
rara plus hr̄e de forma: non ſolū rōne ꝑfectionis
ſpecifice forme ſubalis: ſed etiā ex rōne dimenſio-
nū q̄ ſunt quedā forme accidentales. vnde in ele
mentis ignis et aer q̄ ſunt elemēta rariora: dicūt̄
magis formalia q̄ʒ aqua et terra q̄ ſunt elementa
denſiora. q̄ ergo corpa gl'ioſa erūt ꝑfectiſſime ꝑ
aīas viuificata et anime habebūt plenū dominiū
ſup corpora ita vt corpora dicāt̄ maxime forma-
lia tāquā formis plena ⁊ ꝓfundata nihil ī ſe habē-
tia formis repugnās aut nō cōueniēs: ideo ꝑ quā
dam aſſimilationē ad corpa rariora trāſlatiue ap
pellant̄ ſubtilia: nō q̄ rara ſed q̄ formalia. i. for-
mis omnino ſubiecta et plena. Ex ſupradictis
in hoc et in p̄cedente notabili inferimꝰ ꝙ de mēte
S. Tho. in hac diſ. q. 2. ar. 2. ſub. ar. 3. et īfra diſ.
49. q. 4. ar. 5. ſub. ar. 3. adiunctis his q̄ dicit pᵃ
Cori. 15. in cōmēto lec. 6. corpa gl'ioſa duplici rō-
ne ſubtilia appellant̄. vna eſt q̄ ſunt maxime for-
malia modo p̄expoſito. qua rōne inter elementa
aer et ignis dicunt̄ corpa ſubtilia. alia eſt q̄ non
ſolū ſunt aīe ſumme obedientia ⁊ ſubiecta ſub rō-
ne qua aīa eſt: ſed etiaꝫ ſub rōne qua aīa ſpūs eſt.
ita vt nō iā dicatur caro concupiſcit aduerſus ſpi-
ritum: ſed magis ipſa dicantur ſpiritualia corpo-
ra ex omnimoda conformitate et obedientia ad
ſpiritum. et quoniaꝫ ſubtilitas ſpiritibus et rebus
ſpiritualibus appropriatur: ideo hac ſecūda ratio
ne corporibus glorificatis ſubtilitas attribuitur.
Poſſunt etiam dici corpora glorioſa ſubtilia: q̄
in ſua compoſitione nihil impuritatiſ aut male cō-
mixtionis vel cōnexionis aut etiam inepte conti
nuitatis habebunt. iuxta quod apoſtolus dicit pᵃ
Corinthioꝝ. 15. ſeminatur ſcilicet corpus in igno
bilitate: ſurget in gloria. ſeminatur in infirmitate
ſurget in virtute. ea enim que nihil fedum aut im
purum vel etiam extraneum habent cōmixtū ap
pellantur ſubtilia. ſicut aurum puriſſimum vel ar-
gentum: ſubtile dicitur.

Tertio Notandum eſt ꝙ vt San-
ctus Thomas tradit ſupra
diſtictione decima articulo tertio ſub articulo ter
tio ad primū: et ſumptum eſt a philoſopho quar-
to methaphiſice: vnitas rei conſequitur eſſe ipſiꝰ.
partes autem alicuius continui ante diuiſionem
non habent eſſe actu cuilibet propriū ſed poten-
tia tm̄. habent tamen eſſe actu cōmune oībꝰ. ſ. eē
totiꝰ. et ideo nulla partiū ī toto hēt vnitatē ꝓꝓaꝫ
ī actu ſed oēs participāt vnitatē totiꝰ: ita ꝙ totū
et partes ſunt vnū ens actu. et inde eſt ꝙ partiuꝫ
in toto: nō eſt accipe numeꝝ in actu ſ; in potentia

tū̄. et ꝓpterea forma q̄ eſt tota in ipo toto et to=
ta in partibꝰ eiꝰ: nō dr̄ ante diuiſionē cōtinui eē in
eo plures vel pluries actu ſed tm̄modo in poten
tia. poſt diuiſionē vero multiplicat̄ ſm actū: ſicut
patet ð forma ligni et etiā de aīa in aīalibꝰ ānuloſ-
ſis. Et hic accipit̄ intellectꝰ eiꝰ qð ipe. S. Doc. di-
cit pmo qdlibꝫ articulo penultimo ꝙ. ſ. duo corpa
facit actual' diuiſio materie corpal'. duas aūt ptes
vnꝰ corpis: diuiſibilitas potētialis. vñ qꝛ eſſe actu
in loco debet̄ ꝓpe et ꝑ ſe quāto habēti eſſe in actu
ideo ptibꝰ i toto continuo nō debet̄ locꝰ ppꝰ actu
ꝫ ipſi toti ꝑcīſe cuiꝰ locus ē vnꝰ omniū partiū rōne
totiꝰ cuiꝰ ſunt ptes. et hec ē ſentētia phi. 4°. phy.
¶ Ex qbus īferimꝰ ꝙ duo corpa vel due ptes con
tinui diuiſe magis habēt ꝙ diſtiguant̄ loco et ſitu
ꝗ̄ due ptes exiſtes in toto. ꝓbat̄ hoc. qꝛ duabus
aut pluribꝰ partibꝰ in toto exiſtibꝰ: vnꝰ tm̄modo
locus et ſitꝰ actu debet̄ vt pmiſſum ē. ſ. locꝰ totiꝰ.
ſed duobꝰ corpibꝰ vel duabꝰ partibꝰ cōtinui actu
diuiſis: ex natura corporeitatis ꝛ dimēſionis quā
titatiue nō vnꝰ locus ꝫ plura loca et plures ſitus
actu debent̄. ac ꝑ hoc minꝰ pñt dici ſimul eē in eo-
dē loco duo corpora vel due ptes diuiſe a toto: ꝗ̄
due partes vel plures exiſtes in toto. ipſa eniꝫ a=
ctualis diuiſio partiū quātitat' a toto: tribuit par
tibus diuiſis ꝙ nō poſſint eſſe ſimul in eodeꝫ loco
plus ꝗ̄ ante diuiſionē: ſicut ꝛ eis tribuit ꝙ habeāt
eſſe actu et ſint plura corpa. vñ partes i toto pñt
dici hr̄e vnū et eundē ſitū localē. ſ. totiꝰ quātitati-
ui: quāuis nō eandē poſitionē vel poſitionis ordi
nem i toto. Ut eni. S. Tho. ait opuſ. 42. de na
tura generis caplo antepenultimo: poſitio ſm ꝙ
ptinet ad genꝰ quātitatis: differt a poſitione q̄ eſt
predicamentū qð ſitus appellat̄. qꝛ poſitio primo
modo dicit ordinē partiū adinuicē in toto exiſtiū.
poſitio aūt ꝑdicamentū: dicit ordinē partiū totiꝰ
locati ad locū. et hec poſitio nō eſt ſic eſſentialis ꝛ
de intriſeca rōne totiꝰ cōtinui queadmodū et pri-
ma ſine q̄ cōtinuū intelligi nō pōt. qꝛ de rōne eſſē
tiali quātitatis cōtinue eſt hr̄e partē poſt partem
cōtinuitate extēſas q̄ ſine poſitiōe pmo modo di-
cta eē nō pōt. eſſentie aūt ꝑdicamentoꝝ ſunt imp
mixte: ita ꝙ nihil qð eſt in vno ꝑdicamento ſm ſe
eſt de eſſentia eiꝰ qð eſt in altero ꝑdicamēto. ſunt
eni ꝑdicamēta decē genera pmo diſticta. ꝯſequēs
eſt ergo ꝙ ſitus q̄ ponit̄ vnū de decē ꝑdicament'
eſſe nō poſſit ð eſſentia ſeu rōne eſſentiali quanti
tatis cōtinue q̄ in altero ꝑdicamēto ꝑ ſe reponit̄ ꝛ
eſt ipſiꝰ ꝑ ſe differentia. ¶ Qꝛ aūt aliquādo repia
tur dictū a phis ꝙ totus locꝰ reſpondet toti corpi
locato et ptes loci ꝓportionaliter reſpōdēt parti
bus locati aut ꝙ totū eſt in toto loco et pars i pte
nō ideo dictuꝫ eſt q̄ſi ꝓprie loquendo ptes totius
corpis locati habeāt partes ipſiꝰ loci tanꝗ̄ ꝓpria
loca realit̄ et actu: ꝫ qꝛ rō humana ſua cōceptione
vel imaginatione diuidit partes locati q̄ ſunt po
tētia diuiſibiles ſm ordinē et menſurā partiū loci
et ſic ſingulis tribuit tanꝗ̄ ꝓpa loca ſingulas par=
tes loci. eo ꝙ rō ſua apprehenſione pōt diuidere. i.
ſeorſum cōcipe vel imaginari ea q̄ realiter ſūt vni
ta: et pariformiter vnire. i. vnita apphēdere ea
q̄ in re ſunt diuiſa. ꝫ qcqd intellectꝰ nr̄ apphēdat
et tñ a pte rei ea q̄ ſunt diuiſa et plura: nō ſunt v-
nū aut indiuiſum. nec ecōtra qð eſt vnū et idiuiſū
nō eſt actu plura ꝛ diuiſa. nō eni ꝓpt̄ nr̄e rōnis ap
prehēſionē vel cōceptioneꝫ: aliqd i re ipſa mutat̄.

¶ **Quarto** Notādū eſt ꝙ ſancti ꝛ doctores dicentes ꝙ ſola vir
tute diuina et ꝑ miraculū duo corpa poſſunt eē ſi-
mul in eodem loco: itelligūt ð loco ꝓpo ita ꝙ idē
locꝰ ꝓpus ſit vtriuſꝗ̄ corpis ſimul. naꝫ duo corpa
eſſe ſimul in eodē loco cōmuni vel ꝙ idē locus ſit
ꝓpriꝰ vni et cōmunis alteri: fieri pōt ꝑ naturaꝫ et
ꝑ artē. nā locꝰ ꝓpus infimi celi ē locꝰ cōmunis ſpe
re ignis. et ambe ſpere hñt vnū locū cōmunē. ſ. ſu
perficiē cōcauā tertij celi. et locus ꝓpus aeris. ſ. cō
cauū elementi ignis ē locꝰ cōmunis elemēti aque.
et aq̄ et aer ſimul hñt eūdeꝫ locū cōmuneꝫ. ſ. ſupfi
ciem cōcauā pmi celi. et iterū ꝑ artem ſi rota fiat i
medio rote: locus ꝓpus maioris rote eſt locꝰ cō-
munis rote minoris introduſe. et ſi tres rote fue=
rint: due rote introduſe habebūt ſimul eundeꝫ lo
cū cōmuneꝫ. ſ. locum ꝓpuꝫ rote maioris. Sed ſic
dicēdo dubiū eſt q̄modo ſcti et doctores dicāt ꝙ
qñ xp̄s naſcendo exiuit ð vtero ꝟgiali clauſo ſal=
ua omnino ꝟginitate et itegritate clauſtri pudo=
ris: et qñ pꝰ reſurrectionē itrauit ad diſcipulos ia
nuis clauſis ioā. 20. et qñ aſcendit i celū videtibꝰ
diſciplis actuū p°: duo corpa ſimul fuerūt i eodeꝫ
loco ꝑ miraculū ſola dei ꝟtute. qð etiā dicūt futu
rū eē pꝰ diem iudicij qñ ſcti et iuſti cū ſuis corpibꝰ
penetrabūt celos ad ſedes ſibi paratas iter ange
los dei. Et ē cauſa dubitatiōis ꝑſerti ſeqñtibꝰ viā
S. Tho. quoniā vt ipſe dicit in hac diſ. q. 2. ar. 2
ſub. ar. 3. ad. 3m. qñ duo corpa ſic ſe hñt ꝙ vnuꝫ eſt
alteri itroduſū: corpꝰ maiꝰ. ſ. icludēs ē locꝰ corpis
minoris rōne illiꝰ ſuperficiei q̄ ðſignat̄ ex ꝯtactu ter=
minoꝝ corpis minoris. et loqt̄ ſanctꝰ doctor ð loco
ꝓprio nā de eo fuerat tota vis argumentationis
q̄ ducit ad hoc incōueniens ꝙ ꝛ ſi locus corporis
maioris ſit locus cōmunis corporis minoris. ſ. in=
troduſi: locū tñ pprium nō hēt. Ad qð rñdet. S.
Doc. ꝙ illa poſitione facta q̄ ſupponit̄ i argumēto
corpus maiꝰ eſt locus corpis minoris et ē ꝓut re-

citatū eſt. vñ niſi intelligeret de loco cōmuni non
eſſet argumentū ſolutū cuꝰ tota vis erat de loco
ꝓprio. cū igiť in caſibus enumeratis vnū corpus
ſit alteri introcluſum ac ꝑ hoc minoris circūferen
tie: videť ſm dicta ſcti thome ꝙ locꝰ ꝓꝑus corpo
ris xp̄i trāſeūtis ꝑ clauſum vterꝫ virginalez fuerit
ſupficies q̄ in ip̄o tranſitu deſignabať intra termi=
nos dimēſionū vteri virginalis ex cōtactu termi=
norꝫ corporis xp̄i. et idē videť contigiſſe quando
xp̄s intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis ꝙ. ſ. i ip̄a
penetratione ianuaruꝫ: locꝰ ꝓꝑꝰ xp̄i fuit ſupficies
q̄ ex eiꝰ cōtactu deſignabať infra terminos quāti=
tatis ianuarꝫ. et idē videť dicendū qñ in eiꝰ aſcen
ſione penetrauit celos. et idip̄m erit ſentiendum
de quocūq; corpe glīoſo aliud corpꝰ penetrante.
ex quo ſequiť ꝙ in caſibꝰ prenotatis nō contingit
duo corpa eſſe in eodē loco ꝓp̄o: imo quodlibet
eorꝫ hēt ſuū ꝓpriū locū. nā corpꝰ penetrās et ītro=
cluſum hēt ꝓ loco ꝓp̄o ſupficiē corpis cōtinentis
et includētis vt deductū eſt. corpꝰ vero cōtinens
et includēs: hēt ꝓ loco ꝓp̄o ſupficiē alteriꝰ corpis
eius dimēſiones circūſcribentez. Patet igitur ra=
tio dubitādi q̄modo in caſibꝰ p̄allegatis: cōmunis
ſentētia doctorꝫ teneat duo corpa ſimul eſſe i eo=
dē loco ꝓp̄o. vnde magis videreť dicēdū ꝙ ratio
miraculi in commemoratis caſibꝰ ſtet in eo ꝙ v=
num corpꝰ penetrat aliud quātūcūq; ſolidū ſit et
ei introcludiť abſq; alicuiꝰ eorꝫ ruptione aut diui=
ſione vel diminutione et generaliter om̄i imuta=
tione alteratiua ad ītra: manēte vtroq; corpe ito
ta ſui integritate ac etiā ſine eo ꝙ vnū corpꝰ alte=
ri cedat. nā huiuſcemodi effectꝰ excedit penitꝰ viꝫ
cauſarum naturaliū imo et totius nature create.
Tenētes tñ cōmunē viā doctorū: dicere poſſumꝰ
ꝙ in p̄aſſignatis caſibus et ſimilibꝰ ratio q̄ ꝓbat ꝙ
corpꝰ alteri introcluſum hēat ꝓpriū locū ſupficieꝫ
videlicet corpis introcludētis quā corpꝰ introclu
ſum deſignat ex cōtactu ſuarū dimēſionū: falſum
ſupponit. ſ. ꝙ talis deſignatio fiat actu et realiter
in corpe penetrato etiā includēte. nam in p̄dictis
caſibus vt cōmuniter poniť a ſctis et doctoribus
penetratio et ītrocluſio vniꝰ corpis ꝑ aliud: facta
eſt abſq; vlla corruptione vel ruptione aut diui=
ſione vel quacūq; imutatione intrinſeca vtriuſq;
corpis: ſeruata penitꝰ illorꝫ omnimoda integrita
te et cōtinuitate. ac ꝑ hoc dari nō pōt actualis de
ſignatio ſupficiei i corpe cōtinēte et includēte per
cōtactū corpis introcluſi. nā talis d̄ſignatio actua
lis fieri non poſſet ſine aliq̄ ruptione reali corpis
penetrati ſeu introcludētis. ꝓbať hoc. qm̄ ſm do
ctrinā ph̄i. 4°. phy. quā om̄es tenēt: locus eſt ſu=
perficies ſeparata ſubiecto actualiter et realiter a
corpe locato et ab eiꝰ dimēſionibus. talis autē ſe=
paratio fieri nō poſſet ꝑ cōtactū corpis alteri ītro
cluſi: niſi facta aliq̄ ruptione vel diſcōtinuatione
reali in corpe cōtinēte et introcludēte: ꝑ quā ſupfi
cies corpis vniꝰ eſſet a ſupficie alteriꝰ diſticta ſub=
iecto ⁊ ſeparata. nā ante penetrationē nulla erat
in ꝓfundo corpis penetrati actu et realiter ſigna
ta ſupficies. Patet igiť falſum eſſe qđ ſupponebať
. ſ. ꝙ in caſibus ſupra cōmemoratis locus ꝓprius
corpis xp̄i eſſꝫ q̄dam ſupficies in corpe penetrato
deſignata. reſtat ergo ꝙ vel corpus xp̄i in ipſa pe
netratione vel trāſitu ꝑ aliud corpꝰ nō habuit lo
cū ꝓpriū qđ eſt deo poſſibile vt. S. Tho. dicit in
reſpōſione ꝓxime allegata. vel habuit ꝓ loco pro
prio ꝓpriū locū corpis ab eo penetrati et ꝑ quod
trāſibat. ac ꝑ hoc neceſſario duo corpa fuiſſent ſi=
mul in eodē loco ꝓprio qđ et cōmuniter a docto=
ribus teneť et ab ip̄o ſācto doctore. et tūc dicēdū
eſt ꝙ. S. Tho. in p̄allegatis verbis non loquiť in
caſibus p̄notatis in q̄bus ſm doctrinā ſanctorꝫ ⁊
vt nobis videť ſm veritatē fidei vt ex verb̄ ſcrip=
ture ſacre accipi pōt ꝑ corpꝰ xp̄i eſt penetratio fa=
cta alteriꝰ corpis ſalua vtriuſq; corpis omni inte=
gritate modo ſupra explicato. ſed loquiť abſolu=
te de incluſione corpis in aliud corpus nō ꝑ ſubi=
trationē et penetrationē realē vniꝰ ꝑ aliud: ſed ꝑ
quandā iuxtapoſitionē: ſicut quādo rota in rota
poniť et aqua in vaſe. vel ſi loquiť de penetratio
ne q̄ vnū corpꝰ aliđ penetrat: nō loquiť in caſu ꝙ
integritas vtriuſq; corpis modo ſupradicto ſer=
veť. nā et argumētū abſolute ꝓcedit de corpe i a=
lio icluſo: nō de corpe xp̄i aut de corpe glorioſo.

Q Uantum ad ar
ticulū quartum reſpondendum
eſt obiectionibꝰ in contrariū. Et
quidē ad ea q̄ durandus inducit
cōtra primā cōcluſionē dicitur p̄=
mo ꝙ ꝓcedunt ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ ſubiectio cor
pis glīoſi q̄ ad operationes cognitiuas et appetiti
uas ꝑtinet ad dotē ſubtilitatis. hoc aūt falſuꝫ eſt.
nā vt. S. Tho. dicit i hac diſ. q. 2. ar. 3. ſub. ar. p̄°.
ad. 3ᵐ. ꝑ dotē agilitatis corpꝰ glīoſum reddiť ha=
bile nō ſolū ad motū localē: ſ etiā ad ſenſuꝫ ⁊ ad
om̄es alias opatiōes aīe ꝑ corpꝰ exequētes. Jdeꝫ
deducit ifra diſ. 49. q. 4. ar. 5. ſub. ar. 3. c. Ad q̄d
aūt ꝑficiat corpꝰ glīoſum dos ſubtilitatis: dictum
fuit in p̄cedēte articulo ſub p̄mo notabili et ſup̄ in
hoc notabili ſcđo. ¶ Dr ſcđo ꝙ etiā ſi dos ſubtili=
tatis ꝑficeret corpꝰ ad obediēdū aīe i ſuis opatio
nibꝰ: rō nō ꝓbaret eiꝰ ꝓpoſitū. tū q2 falſū aſſumit.
nō enī veruꝫ ē ꝙ actꝰ cuiuſcūq; q̄litatiſ ſiue naturať

ſiue ſupnaturalis ſit determinatus ad vnū tm̄modo et neceſſariꝰ ac ꝑ hoc nõ liber. nã ſaltē de actibus q̄litatis ſupnaturalis vt fidei ſpei et charitatis verū nõ eſt. nã niſi actꝰ iſtarū qualitatū eſſent liberi.i.a libero arbitrio ꝓcedētes: nõ eſſent meritorij qđ eſt abſonū. tū etiã quia et ſi dos ſubtilitatis eſſet ad aliq̄d vnū determinata: obiectio non cõcludit. q̄m illud vnuꝫ eſſet ꝑficere corpꝰ ad ꝑfectã obediētiaꝫ anime. ad qđ licet ſemꝑ inclinaret nihil repugnaret ꝙ quãdoq̄ꝫ corpꝰ obediat aīe in hoc et quãdoq̄ꝫ in alio etiã actu oppoſito vt nunc ad motū nūc ad quietē. q̄m iſta variatio nõ eſſet ex parte corpis ſed ex parte aīe nūc imꝑantis corpori vt moueaẗ nunc vero vt quieſcat. et ſic inclinatio corpis ꝑ dotē ſubtilitatis ad vnū tm̄modo eſſet.ſ.ad obediendū anime ad nutū. ¶ Ad argumēta cõtra ſecūdã cõcluſionē ad ꝑmū diciẗ ꝙ minor ē falſa nec arguens illã ꝓbat. ¶ Ad.$2^{m}$. diciẗ ꝑmo ꝙ antecedēs ſicut iacet eſt falſum quãtū ad ſecūdã partē. nã vt ſanctꝰ thomas deducit in hac diſ.q.2.ar.2.ſub.ar.4. diuina virtute eque põt fieri vt duo corpa glorioſa ſint ſimul: ſicut et duo nõ glorioſa et ſicut gl'ioſum et nõ gl'ioſum. Diciẗ ſecūdo negãdo cõſequētiã. nulla eniꝫ rõne ſequiẗ ꝙ ſi xp̄s inq̄ꝫ$^{m}$ deus non poſſet facere ſimul corpꝰ gl'ioſum cū nõ gl'ioſo: ꝙ id poſſet facere corpꝰ glorioſum per aliquid poſitiuum in eo exiſtens. imo magis ſequitur ꝙ nullo modo poſſit illud facere. q̄m ſi maior potētia aliq̄d non põt: multo minus id poterit potētia inferior et minor. ¶ Ad.$3^{m}$. negatur cõſequētia. et ad eiꝰ ꝓbationē diciẗ ꝙ ꝓcedit ex falſo ſuppoſito quãtū ad ſecundã partē. q̄ſi nos dicamꝰ ꝙ corpꝰ poſt reſurrectionē non poſſit eſſe cū alio corpore ſimul in eodem loco. hoc autem nos nõ dicimꝰ. imo dicimꝰ ꝙ poterit ſed non per aliquã formã vel virtutem ſibi inherentem: ſ; per diuinam virtutē aſſiſtētem volūtati aīe beate. ꝑ quē modū auguſtinꝰ dicit corpus beati poſſe cum alio corpore ſimul eſſe in eodem loco. ¶ Ad $4^{m}$. diciẗ ꝙ cõſequentia eſt nulla. non eni ad omnem effectū quē deꝰ põt facere ſua infinita potentia: põt dare virtutem creatã alicui creature. ſicut deus potuit et põt mundū creare: ſed nulli creature cõferre põt virtutē vel formã aliquã ad creandum mundū vt cõmunis ſentētia tenet doctorū. ¶ Ad.$5^{m}$. reſpondet ſanctꝰ thomas ſuꝑ boetium de trinitate vbi q̄rit an duo corpora poſſint intelligi ſimul eſſe in eodē loco in reſponſione ad.$3^{m}$. ꝙ in ferro ignito nõ ſunt duo corpa ſed vnū corpus habēs q̄dē ſpēm ferri ſed aliquas ꝓprietates ignis. et per eandē reſpõſionem dici debet ꝙ panis intinctus vino: vnū corpus eſt nõ duo corpa.

nam in ipſa intinctione panis: ſubſtãtia vini corrumpitur et manēt vini ꝓprietates. ſi tamē in pane eſſent alique poroſitates: in illis poſſet ſubſtãtia vini remanere: ſed tūc nõ eſſent duo corpa ſimul in eodē loco ꝓprio. quia locus ꝓpriꝰ corporis panis eſſet ſuꝑficies corpis illū cõtinētis. ꝓprius autē locus vini eſſet ſuꝑficies cuiuſlibet poroſitatis in pane exiſtētis. et ad ꝓbationē arguentis dicitur ꝙ licet humiditas non poſſit a ꝓprio ſubiecto ſeparari naturaliter ita ꝙ ſubm vt aqua ⁊ aer maneant abſq̄ꝫ humiditate: põt tamē ꝑ ſubm cõmunicari alteri ſubiecto queadmodū et caliditas ignis. dictū autē phi non obſtat q2 loquiẗ in caſu particulari ex quo nõ infertur ꝙ in omnibꝰ ſic contingat. ¶ Ad argumēta durandi cõtra tertiã concluſionē: ad primū admittimus aſſumptū.ſ. ꝙ diſtincta quantitas cū diſtinctione materie quã facit: eſt cauſa ꝙ vnū corpus naturaliter requirit diſtinctū ſitum ab alio et impedit ſimultatē pluriū corpoꝝ in eodē loco. et tunc ad argumētū qđ ex hoc ſuppoſito arguēs format: dicimꝰ ꝙ minor ē falſa. q̄m vt deductum fuit in tertio notabili: partes quãtitatiue exiſtētes in toto: nõ habēt actu ⁊ realiter alium locum niſi locū totiꝰ. ac ꝑ hoc totuꝫ cõtinuū et eius partes omnes ſimul ſunt actu in eodem loco: totū per ſe et partes rõne totius. ꝙ autem plures partes cõtinui in toto aptitudinē habeãt vt ſint in pluribus et diſtictis locis ſi diuidaẗ inter ſe et a toto: nõ tribuit eis ꝙ dū habēt eſſe in toto actu habeãt diſtictionē ſitꝰ. vñ in maiori ꝓpoſitione meliꝰ et veriꝰ dixiſſet arguens ꝙ magis neceſſe ē duo corpa diſtigui ab inuiceꝫ ſitu et poſitione: q̄ꝫ duas partes eiuſdē corpis. arguēs aūt videẗ deceptꝰ fuiſſe putans ꝙ ſicut ꝑtes hñt in toto ordinē poſitionis ac ꝑ hoc diuerſuꝫ ſitū quãtitatiuū in toto: ita hēant diſtictū ſitū localē. hoc aūt ē falſū. nõ eni hr̄e partē extra ꝑtē in loco: ē de eſſentiali rõne quãtitatis cõtinue: ſed bene hr̄e parteꝫ extra ꝑteꝫ in toto. nec ex hoc ſeq̄ẗ illud neceſſaria ꝯñã niſi ſꝫm potētiã cauſaꝝ naturaliū. vñ argumētū ꝓcedit ex falſis. ¶ Ad.$2^{m}$. diẗ ꝙ nobis nõ eſt inconueniēs ꝙ v̄tute diuia corpꝰ magnū ſit i minimo loco. nã et nõnulli doctores intelligūt verū eē ad lr̄aꝫ qđ dñs dicit Mathei.19. faciliꝰ ē camelū ꝑ foramē acꝰ trãſire: q̄ꝫ diuitē intrare in regnū celoꝝ. ſ; q̄cq̄d ſit de hoc: verūtñ ex caſu poſito d̄ replicatione ꝑtiū totiꝰ ſuꝑ ſe: nõ ſeq̄ẗ ꝙ maximū corpꝰ cõtineaẗ localiẗ a minimo loco. nã licet ex ipa replicatiõe ꝑtiū fiat multo mīor lõgitudo totiꝰ corpis nõ ſic fieret minima latitudo. nã ꝑ replicationem creſceret corpulētia ſ; ꝓfunditatē ita vt tota corpis ſuꝑficies circūferētie requireret magnuꝫ locū

eo ꝙ locus circũſcribit locatum ſcḋm omnez eiꝰ ſup=
ficiem, put phs dicit. 4°. phy. vnde in argumẽto
negãda eſt cõſequẽtia qua inferṫ ꝙ ex replicatio=
ne partiũ totiꝰ ſequiṫ maximũ corpꝰ eſſe in mini=
mo loco. ¶ Ad. 3m. diciṫ ꝙ ſimilitudo ſũpta ĩ ma=
iori eſt vera loquẽdo de ordine poſitionis partiũ
quãtitatiuaꝝ in toto: qm̃ vtrobiqꝫ ẽ par neceſſi=
tas. et ſic cõcedimꝰ ꝙ nulla virtute fieri põt ꝙ par
tes quãtitatis cõtinue ꝑmanentis ſint ſimul poſi=
tione. et ꝑ eandẽ rõnem nec due quãtitates diuer
ſoꝝ corpoꝝ. ſꝫ hoc cõceſſo: nõ ſequiṫ ꝓpoſituꝫ ar=
gũẽtis. ſ. ꝙ ꝑ nullã virtutẽ fieri põt ꝙ diuerſe par=
tes quãtitatis vel due quãtitates diuerſoꝝ corpo
rũ ſint ſimul poſitione ſeu ſitu locali. qm̃ poſitio
vel ſituꝰ localis nõ eſt ita eſſentialis quãtitati cõti=
nue quẽadmodũ poſitio vel ordo poſitionis par
tiũ in toto. nã ſicut dicebaṫ in tertio notabili: po=
ſitio et ſituꝰ localis ꝑtinet ad aliud p̃dicamentuꝫ a
quãtitate. ac ꝑ hoc nõ põt eſſe de eſſentia quanti
tatis qꝛ eſſentie p̃dicamentoꝝ ſunt impermixte.
¶ Ad. 4m. diciṫ ꝙ maior eſt falſa qm̃ alia eſt cõ=
paratio vtrobiqꝫ. nã accidẽtia cõparanṫ ad ſubm
informatiue et intrĩſece. due aũt forme eiuſdẽ ſpe
ciei non pñt ſimul informare ſubm idẽ ſcḋm eandẽ
partẽ. corpꝰ aũt cõparaṫ ad locũ ſicut ad aliquid
extrĩſecũ ⁊ nõ informatiue. duo aũt nõ repugnat
ad idẽ cõparari nõ informatiue ſꝫ extrĩſece: tam ĩ
abſolutis ſicut plures linee circuli ad idẽ centruꝫ
terminanṫ et cõparanṫ: qꝫ in relatiuis quẽadmo
dũ in patre ⁊ matre ſunt due relatiões reales ter
minate ad eũdẽ filiũ. locatũ vero cõparaṫ ad lo=
cũ ſicut ad terminũ, put phs dicit. 4°. phy. ¶ Ad
5m. dṙ ꝙ aſſumptũ eſt falſũ ſicut patebit ꝑ ſingu=
las rñſiones ad rõnes oppoſitas. p̃ma nãqꝫ rñſio
ad p̃mã rõnem eſt ficticia et ꝯtra auctoritates ſa
cre ſcripture ſcḋm ꝙ cõmuniter exponunṫ a ſctis et
in eccl̃ia cãtanṫ. caniṫ enĩ ab vli eccl̃ia de btã vir=
gine ꝙ eſt porta illa clauſa de q̃ ezechieľ. 44. dṙ
et ꝯuertit me ad viã porte ſanctuarij exterioris q̃
reſpiciebat ad oriẽtẽ et erat clauſa et dixit dñs ad
me. porta hec clauſa erit et nõ apieṫ et vir nõ trã
ſiet ꝑ eam. et poſt pauca. eritqꝫ clauſa pñcipi. vbi
interlinearis dicit. virgo maria virgo ante partũ
virgo in partu virgo poſt partũ. hec verba ꝓphe
te ꝑtractãs auguꝰ in ſmone caſtiſſimũ ait. quid ẽ
porta ĩ domo dñi clauſa niſi ꝙ maria ſemper erit
intacta. et infra. et q̃d eſt clauſa erit in eternũ: ni=
ſi qꝛ maria virgo eſt ante partuꝫ et poſt partũ. et
ſequiṫ loquẽs in ꝑſona btẽ v̓ginis. illi facta ſuꝫ ia=
nua clauſa: q̃ poſt ſuã reſurrectionẽ ingreſſus eſt ꝑ
oſtia clauſa. et ĩfra. q̃ natꝰ ẽ de vẽtre meo: me ma=
trẽ dimiſit intactã. adĩpleuit ventrẽ meũ diuinita
te et vteꝝ meuꝫ nõ euacuauit caſtitate. de beata
etiã v̓gine cantat eccl̃ia ꝙ eſt ortꝰ concluſus fons
ſignatꝰ. dicere autẽ ꝙ vterꝰ beate v̓ginis in partu
filij dei fuerit relaxatꝰ: apte repugnat p̃dictis au=
ctoritatibꝰ. nã relaxatio talis eſſe nõ poſſet niſi cũ
quadã dilatatione mẽbri v̓ginalis q̃ nullo modo
fieri poſſet manẽte eius omnimoda integritate.
non enim integritas corpis ſolidi ſoluiṫ per ſolaꝫ
eius ruptionem aut ſciſionẽ: ſed etiã per ꝯtinuita
tis p̃ſtine relaxationẽ. nam qḋ relaxaṫ: nõ manet
ita ſolidũ ⁊ cõpactũ ſicut fuerat ante relaxationẽ.
ac ꝑ hoc nec manet ĩ eadẽ integritate nec ita clau
ſum ſicut ante. Et cõfirmaṫ. qm̃ ſi eque integrũ ⁊
clauſuꝫ ac ſolidũ manſiſſꝫ clauſtrũ virginale poſt
relaxationẽ ab arguẽte confictaꝫ ſicut p̃us: vt q̃d
poniṫ ab eo mẽbri virginei relaxatio. vnde videṫ
ꝙ arguẽs pretẽdat aliquẽ modũ apertionis fuiſ=
ſe mẽbri virginei in partu filij dei. qḋ manifeſte de
rogat virginitati beatiſſime matris q̃ a ſanctis et
a tota eccleſia predicaṫ cuꝫ integritate inuiolata
clauſtri pudoris. vnde auguꝰ in quodaꝫ ſermone
de natiuitate dñi ait. fas nõ erat vt ꝑ eius aduẽtũ
violaretur integritas matris qui venerat ſanare
corrupta. et in alio ſermone eiuſdẽ feſti. cuiꝰ ortus
inquit ex carne vbertateꝫ nutrientis attulit: inte=
gritatẽ pariẽtis nõ abſtulit. item leo papa in ſmo
ne ſecũdo de natiuitate inquit. oportuit enim vt
primã genitricis integritatẽ: naſcẽtis incorruptio
cuſtodiret. et in tertio ſermone. hũc inquit ſibi di
em quẽ in ſalutem mundi ex beata maria naſcere
tur elegit: integro ꝑ omnia pudore generãtis. cu=
ius virginitas ſic nõ eſt violata partu: vt non fue=
rat temerata cõceptu. et iterũ in ſermone quarto
de beata virgine dicit. que ſalua integritate virgi
nea: corꝑee tm̃ eſſꝫ miniſtra ſubſtantie. vnde cõ=
tra fictionẽ dicte relaxationis poſſet ſic argui. vel
talis relaxatio ſcidit aut diſcontinuauit cõtinuita
tẽ membri virginei aut non. ſi primũ dicaṫ: error
eſt manifeſtus contra virginitatẽ beatiſſime ma=
tris que ab vniuerſali eccleſia predicaṫ virgo an=
te partum et virgo in partu et virgo poſt partum
dicẽte ꝓpheta: ecce virgo cõcipiet et pariet filiuꝫ.
ſi vero in relaxatione facta nõ fuit ruptio aliq̃ ſeu
ſciſura aut diſcõtinuatio partiũ clauſtri virginalis
idipſum ſequitur quod ſua fictione vitare conten
dit ſcilicet duo corpora ſimul eſſe in eodẽ loco. nã
quantũcũqꝫ mẽbrũ pudoris relaxatũ fuiſſet dum
tamen nec corruptio nec partiũ diſcõtinuitas fa=
cta fuiſſet: in ipſo exitu corpis xp̃i neceſſario duo
corpora fuiſſent in eodẽ loco. ita enĩ duo corꝑa ſi
mul ſunt in eodem loco ſi corpus glorioſuꝫ pene=
trans ꝑtrãſeat papirũ ſubtilem: ſicut ſi tranſiens

penetraret parietē ferreū. nā difficultas eſſendi
duo corpora ſimul in eodē loco non ſtat in groſi-
tie aut duritie vel mollicie corporū: ſed in hoc ꝙ
vnum corpꝰ penetrās et trāſiēs ꝑ aliud abſq̃ eo-
rum cōtinuitatis ruptione nō habet locū ꝓpriū
niſi locū corpis penetrati, put deductū fuit in q̄r-
to notabili. ꝙ aūt corpa ſint duriora aut mollia vl'
laxiora nihil facit ad ꝓpoſitū. Ad dicta vero am-
broſij et gregorij niceni reſpōdet. S. Tho. 3ª. p. q.
28. ar. 2. ad p̄m. ꝙ premiſſa verba ambroſij dicta
ſunt exponēdo id qđ euāgeliſta induxit d lege. ſ.
oē maſculinū adaperiēs vuluā ſanctū dn̄o voca
bitur. qđ quidē vt beda inq̄t conſuete natiuitatis
more loquit̄: nō ꝙ dn̄s ſacri vētris hoſpiciū quod
ingreſſus ſanctificauerat: egreſſus de uirgīaſſe cre
dendus ſit. vn̄ illa aptio nō deſignat reſerationē
clauſtri pudoris virginei: ſed ſolū exitū, plis d vte
ro matris. hec. S. Doc. Et in eo ſenſu accipi de-
bet dictū gregorij niceni. ¶ Neq̄ valet reſpōſio
arguētis ad ſecundā rōnem: qm̄ et temeraria eſt
repugnās ſentētie ſanctorū doctorū et veritati q̄
cōmuniter in eccleſia predicat̄. vn̄ ſup illud Ma-
thei. 28. et accedēs reuoluit lapidē et ſedebat ſu
per eum: dicit interlinearis. nō vt egreſſuro ianu-
as aperiat: ſed vt egreſſum eiꝰ pandat iā factum.
Itē auguſtinꝰ in ſermōe tertio d reſurrectione: fe
fellit inquit cuſtodes. ſ. xp̄s. exiliuit de ſepulchro
apparuit diſcipulis ianuis nō apertis. inde clauſus
exijt: huc excluſus intrauit. Itē beda in homelia.
qui eni mortalis clauſo virginis vtero potuit naſ
cendo ingredi mundū: ipſe factꝰ imortalis clauſo
ſepulchro potuit reſurgēdo exire de mūdo. Itē
chriſoſtomꝰ ſuper ioānem. ſurrexit q̄dem dn̄s la-
pide et ſignaculis ſepulchro iniacētibꝰ. ¶ Neq̄
valēt reſponſiones ad tertiā rationem. nō prima
quia niſi xp̄s intraſſet ad diſcipulos poſt reſurre-
ctionē ꝑ ianuas clauſas: nō ita accurate euāgeli-
ſta ioānes cōmemoraſſet ioā. 20. ꝙ fores eſſent
clauſe quādo venit ieſus et ſtetit in medio diſcipu
lorū. qđ et iterū eodē capl'o notanter repetiuit di-
cens. et poſt dies octo iterū erant diſcipuli eiꝰ in-
tus et thomas cū eis: venit ieſus ianuis clauſis et
ſtetit in medio. imo ſi intraſſet ꝑ feneſtram aut ri
mas aliq̄s domꝰ ſicut iſte deſipit: videret̄ euāgeli-
ſta cōmemorās et repetēs ꝙ intrauit ad diſcipu-
los ianuis clauſis: cauſam dare falſitati qđ eſt ab-
ſurdū. nō eni, put augꝰ dicit in ep'la ad hieronimū
fas eſt in ſacra ſcriptura fictū aut ſupfluū aliquid
imaginari. Unde ipe augꝰ in q̄dā ſermōe paſcha-
li. nōnulli inq̄t de hac re ita mouent̄ vt pene pere
clitent̄ afferentes cōtra diuina miracula p̄iudicia
ratiocinationū ſuarū. ſic eni diſputāt. ſi corpꝰ erat
ſi hoc ſurrexit de ſepulchro qđ pependit in ligno
quomodo ꝑ oſtia clauſa intrare potuit. q̄bus reſ-
pondet: ſi cōprehendis modū nō eſt miraculum.
vbi deficit ratio: ibi eſt fidei edificatio. Idē ſuper
ioānem exponens p̄miſſa verba euangeliſte. mo
li inquit corporis vbi diuinitas erat: oſtia clauſa
non obſtiterunt. ille quippe nō eis apertis. ſ. ianu
is intrare potuit: quo naſcente virginitas matris
inuiolata ꝑmanſit. ¶ Neq̄ ſecūda reſpōſio ſtare
pōt. nā vt ſanctꝰ thomas arguit cōtra ſic reſpon-
dētes in hac diſ. q. 2. ar. 2. ſub. ar. 5. in cor. ꝙ cor-
pus aliquod ſit in minori loco q̄ȝ ſit ſua quantitas
eſſe non pōt niſi per hoc ꝙ quantitas corpis ꝓpa
efficiatur aliquo modo minor ſeipſa. qđ quidem
non pōt intelligi niſi dupliciter. vno modo ex va
riatione quātitatis circa eandē materiā. vt. ſ. ma
teria q̄ primo ſubeſt magne quātitati: poſtea ſub
ſit parue. ſed hoc eſſe nō pōt: q2 mutatio quanti-
tatis circa materiā: repugnaret impaſſibilitati et
incorruptibilitati corpis glorioſi. quia nullus mo
tus q̄ fit ſm̄ aliquid itrinſecū rei: pōt eſſe ſine paſ-
ſione abijciēte a ſub̄a. et p̄terea ſequeret̄ ꝙ corpꝰ
glorioſū quādoq̄ eſſet rariꝰ et quādoq̄ ſpiſſius.
q2 cū nihil diuidi poſſit ab eo de materia ſua: quā
doq̄ eadē materia eſſet ſub paruis dimēſionibus
et quādoq̄ ſub magnis: et ita rareſieret et dēſare-
tur qđ eſſe non pōt de corpe impaſſibili. alio mo-
do pōt intelligi ꝙ quantitas corpis g'li'oſi efficiat̄
minor ſeipſa ita. ſ. ꝙ ꝑtes corpis g'li'oſi ſubintrent
ſe inuicē et ſic redeat ad quātūcūq̄ paruā quanti
tatē. ſꝫ hoc nō pōt eſſe q2 repugnaret recte diſpo-
ſitioni corpis humani q̄ req̄rit d'terminatū ſitū et
diſtātiā partiū. vn̄ nec ꝑ miraculū nū quā hoc fiet.
et ideo dicēdū ꝙ corpꝰ g'li'oſū ſemꝑ erit i loco ſibi
eq̄li. Qđ aūt arguēs dicit augūm fuiſſe ſue opinio-
nis: ē falſiſſimū ſicut pꝫ ex auctoritatibꝰ ſup̄ poſitiſ.
¶ Neq̄ valet rn̄ſio quā vltimo ponit ad tres p̄di
ctas iſtātias. tū q2 nō ē ſile qđ adducit. qm̄ corpꝰ
xp̄i nō eſt in ſacr'o local'r nec quātitatiue ſed ꝑ ſuā
ſub̄am. eſt aūt ꝯtra rōnem corpis ꝙ localiter trā-
ſeat d loco ad locū abſq̄ medio, put ph̄s ꝓbat. 6.
phy. tū etiā q2 nec ex textu ſacre ſcripture nec ex
itellectu ſctōꝝ doctoꝝ talis modꝰ h'ri pōt in p̄di-
ctis caſibꝰ. vn̄ ea facilitate cōtēnēdꝰ eſt: q̄ et abſq̄
fundamēto et ficticie ē adiuētꝰ. et licet deo fuerit
poſſibilis: modꝰ tn̄ ponēdi ſctōꝝ doctoꝝ verior ē
et ſecurior vt pote magis cōcordās l're ſacre ſcrip
ture cōtra quā ſtādū nō eſt phātaſijs hoīꝫ nō trāſ
cēdētibꝰ reꝝ ſenſibiliū cōdiciones. ¶ Neq̄ iterū
valet rn̄ſio eius ad quartā rōnem. nā cū celum ſit
infrangibile et indiuiſibile per naturam, put ph̄s
docet. 2°. li°. de celo: vnde et iob. 27°. dicitur ꝙ

celi velut ſolidiſſimi quaſi ere firmati ſunt: nõ mi-
nus incõueniẽs eſt ꝑ naturã ponere corpꝰ celeſte
ſcīdi aut diuidi vt cedat corpori glorioſo: ꝙ̃ duo
corpora ſimul eſſe in eodẽ loco. cũ ergo a ſanctis
doctoribꝰ cõmuniter teneat̃ et vniuerſalis eccl'ia
predicet cõcorditer littere ſacre ſcripture ꝙ in na
tiuitate xpi et in eiꝰ exitu de ſepulchro et in ipſius
ingreſſu ad diſcipulos ianuis clauſis: duo corpo-
ra ſimul ſteterint in eodẽ loco: ſecuriꝰ et veriꝰ dici
tur ꝙ in aſcẽſione xpi ſuper om̃es celos duo cor-
pora fuerint ſimul in eodẽ loco: ꝙ̃ ꝙ aliud genus
miraculi ꝑ ruptionẽ et ſciſſionẽ celoꝝ factum ſit. p̃
ſertim qꝛ primꝰ modus aſcẽſionis xpi per celorū
.ſ. penetrationẽ: p̃dicatur in vniuerſali eccleſia. q̃
predicatio nõ eſt contẽnenda dicẽte ap'lo pᵃ Co-
rin. 15. ſi inanis ẽ predicatio nr̃a: inanis ẽ et fides
nr̃a. ¶ Reſpõſionẽ aũt arguẽtis ad quintã rõnem
admittimꝰ. ſed ratio illa quinta nõ eſt ſancti tho
me neqꝫ ſm eiꝰ doctrinã ꝓbaret̃. ¶ Ad. 6ᵐ. ꝓnci-
pale dicitur ꝙ r̃ſiones date ad tres rõnes alias
ꝓbãtes ꝙ ꝑ diuinã potẽtiã duo corpa pñt eſſe ſi-
mul in eodem loco: nõ ſufficiẽter ſoluũt. nõ prima
ꝓpter duo. p̃mum ẽ qꝛ ſupponit falſum. nã quãdo
virtute diuina ĩpedit̃ ne ignis exurat ſeu calefaci-
at ſicut factũ fuit in camino triũ pueroꝝ: non ſolũ
diuina virtꝰ ĩpedit naturã caloris ne ĩprimat̃ cale
factibili: ſ₃ etiã ĩpedit et aufert ab igne actionẽ vt
calefacere vel cõburere ꝑ quã natura caloris ĩfun
ditur calefactibili. quãuis et poſſibile ſit deo ſub-
trahere effectũ nõ ſubtrahẽdo actionẽ cauſe ſecũ
de. et pari modo põt impedire ne corpus adueni
ens loco alteriꝰ expellat p̃mum a loco aut diſtin-
guat ſibi locũ ab illo. ac ꝑ hoc facere põt ꝙ ambo
corpa ſimul ſint ĩ eodẽ loco. vnde nihil differt ad
ꝓpoſitũ ꝙ manente actione ſecũde cauſe ſubtra
hat̃ de virtute eius effectꝰ: aut ꝙ ſimul cũ effectu
ſubtrahat̃ vel impediat̃ actio: nam deo vtrũqꝫ eſt
eque poſſibile. Secundũ eſt qꝛ licet ad occupare
locũ nõ ſequat̃ ĩ loco ex p̃ſentia locati aliq̃ forma
intrĩſeca: ſeq̃tur tñ aliq̃ extrĩſeca loco et intrĩſeca
locato. ſ. vbi qđ ſm auctorem ſex p̃ncipioꝝ eſt for-
ma q̃dam diſticta ab alijs p̃dicamẽtis exiſtẽs ſub
iectiue in locato. ita ꝙ ꝑ hoc ꝙ deus ĩpedit actio-
nẽ corꝑis ſecũdo aduenĩẽtis. ſ. expulſionẽ corpo-
ris primo exiſtẽtis in eodẽ loco: ĩpedit ne ex eius
p̃ſentia cauſet̃ forma vbi diſticta a forma vbi cor
poris p̃us exiſtẽtis. et ſic nõ ſolũ impedit actionẽ
corꝑis locati: ſed etiã impedit in loco extrĩſece et
intrĩſece in locato quandam diſtinctã formã vbi.
¶ Neqꝫ valet r̃ſio ad ſecũdã rationẽ: qm̃ minor
eſt falſa capiẽdo occupare locum ſm vim nominis.
vnde occupare locũ dupliciter poteſt accipi. vno
modo quãtũ ad rõnem nominis: et ſic occupare
locũ idem eſt ꝙ locũ replere. alio modo occupa-
re locũ eſt replere locũ et nõ cõpati in eodem lo-
co aliud corpus: et hoc ſecundum ſe habet ex ad
ditione ad primũ. et quãuis ſm vim et ordinẽ na
ture duo iſta nõ ſeparent̃ adinuicẽ: ſ₃ qꝛ nõ cõpati
aliud corpꝰ in eodẽ loco ſe hẽt ex additione ad re
plere et occupare locũ ſm primã acceptionem: eſt
q̃d poſteriꝰ illo. et ꝑ conſequens põt diuina v̄tute
ab eo ſeparari ita vt duo corpa ſint in eodẽ loco ⁊
illũ repleãt et illum ſimul occupẽt ſm ꝙ occupare
locũ capit̃ in p̃ma ſignificatione. vñ cõcedimus ꝙ
corpus occupare locũ eſt in loco hr̃e partes poſi
tione diſtictas et diſtãtes abinuicẽ. ſed falſum eſt
ꝙ de eiꝰ rõne eſſentiali et p̃meua ſit hr̃e partes po
ſitione diſtictas et diſtãtes loco ab omni alia quã
titate vt arguẽs infert. vñ arguẽs deceptus eſt in
ſignificatione p̃maria eiꝰ qđ eſt occupare locum.
¶ Neqꝫ valet reſpõſio ad tertiã rõnem qm̃ aſſu-
mit falſum. nã cũ locus ſit extrinſecus locato: non
poſſunt duo corpora habere diſtictionem inter ſe
a loco niſi ab extrinſeco. ſ₃ neceſſarium eſt cum ſint
duo corpa ſm ſubam et ſm ꝓꝑetates intrinſecas
ꝙ ab intrĩſeco diſtĩguant̃ adinuicẽ: qđ arguẽs ne-
ceſſario hẽt ꝯfiteri cũ ponat deũ poſſe facere plu-
ra corpora quorũ neutrũ ſit in loco. et cum diſtin
ctio corpoꝝ ab extrĩſeco ſit poſterior et accidẽta
lis quãtũ attinet ad ꝓpoſitũ: conſequẽs eſt ꝙ deꝰ
põt cõſeruare diſtinctionẽ ſubalem et intrĩſecam
duoꝝ corpoꝝ abſqꝫ eoꝝ diſtictione extrinſeca et
accidẽtali. Qđ aũt arguẽs dicit deum nõ poſſe fa-
cere duo quãta diſticta ſic ꝙ partes eoꝝ ſint poſi-
tione indiſtincte: cõcedimus capiẽdo poſitionem
ſm ꝙ eſt ordo partiũ in toto et ꝑtinet ad p̃dica-
mentũ quãtitatis: q̃ poſitio eſt de intrĩſeca ratiõe
quãtitatis. ſi aũt arguens intelligat ſicut videtur
de poſitione q̃ eſt ordo partium locati in loco que
pertinet ad p̃dicamentũ ſitus: negamus illud. et
ad huius improbationẽ dicimus ꝙ aſſumptum eſt
falſum. non enĩ poſitio ſitualis eſt de intrĩſeca ra-
tione quantitatis. et hoc habet ipſe arguẽs cõce-
dere cum ponat deum poſſe facere plura corpora
quorum neutrum ſit in loco. nam corpora quan-
ta quedam ſunt et quãtitas eſt de intrinſeca eorũ
cõpoſitione: ita vt nõ ſit dare corpus nec mathe-
maticum nec naturale ſine eo ꝙ ſit quantum vel
quantitas. ¶ Cum vero arguẽs vult reſpõſionem
ſuam coaptare et applicare ad formam argumenti
primo contradicit ſibi ipſi dicens ꝙ nõ prohiben
tur plura corpora eſſe in eodem loco: qꝛ locus ſit
cauſa diſtinctionis corpoꝝ: nam parũ ſupra dixit
oppoſitum. Secundo aũt aſſumit falſum. nã vt ſu-

p̄ra dictū eſt: diſtinctā poſitionē corpoꝝ cōpatit̄
vnitas loci ꝑ virtutē diuinā. ¶ Ad argumēta ſco-
ti cōtra modū dicēdi ſancti thome .ſ. ꝙ ſolus deꝰ
pōt facere duo corpa eſſe in eodē ſitu: ad primuꝫ
dicit̄ ꝙ ꝓcedit ex malo intellectu verborū ſancti
thome. nā cū dicit ſanctꝰ thomas deū ſolū id poſ
ſe: nō intēdit excludere omnē coopationē vel cō-
cauſalitatē cauſarū naturaliū. ſed mēs ſua eſt dice
re ꝙ ad illū effectuꝫ nulla alia cauſa ſufficere pōt
nec pōt ad illū attingere quāuis ad aliqua q̄ talis
effectꝰ p̄ſupponit coopetur. ſicut p̄ncipia eſſentia-
lia duorū corpoꝝ coopant̄ ad cōſiſtētiā corporū
ſine qua duo corpa nec in eodē loco nec in diuer-
ſis eſſe nō poſſēt: et dimēſiones q̄ coopant̄ ꝑ hoc
ꝙ apte nate ſunt eſſe in loco. ſed neutra iſtarum
cauſaꝝ attingit ad hunc effectū qui ē duo corpo-
ra eſſe in eodē loco. Et cōſimiliter cū dicit̄ ꝙ ſolꝰ
deus cōſeruat duo corpa in eodē loco: debꝫ intel-
ligi inq̄tum ipſa conſeruatio terminat̄ ad hoc ꝙ ſint
ſimul in eodē loco. ad quē effectū ſola dei opatio
attingit ꝑ ſe: quāuis ad hoc ꝙ ipſa corpa ſint et di
ſtincta ſint numero: coopent̄ diuine actioni pricī-
pia eoꝝ eſſētialia et accidētalia. Et eſt ſimilis mo
dus loquēdi cuꝫ ſancti et doctores cōmuniter di-
cunt ꝙ īfuſio grē homini eſt a ſolo deo: qꝛ ad hūc
effectū ꝑ ſe ſolus deꝰ attingit. quāuis ad quedam
q̄ huiuſcemodi infuſio p̄ſupponit .ſ. ad hoīs conſi-
ſtētiā cauſe naturales coopentur. nā ſi homo nō
eſſet: nō poſſet illi gr̄a infundi. Reſpōſio autem
quā arguēs introducit ad nihilū valet. ¶ Ad. $2^{m}$
dicit̄ ꝙ ſitꝰ q̄ dicit ordinē et poſitionē partiū in to
to: eſt eſſentiale diſtīctiuū quātitatis. et ſine hoc
ſitu deꝰ non pōt ꝯſeruare quātitatē cōtinuā diſtin
ctam ab alia. ſitꝰ vero q̄ dicit ordinē et poſitioneꝫ
partiū cōtinui in loco: ē accidētale diſtinctiuū ip-
ſius: non tū̄ caſuale. et ſine hoc ſitu deꝰ pōt conſer
uare duo quāta et duo corpa. nam ante iſtū ſituꝫ
formalē cauſam et eſſentialeꝫ diſtinctionis habet
quātitas q̄ eſt cauſa diſtīctionis ſitus localis. vn̄
S. Tho. ſuꝑ boetiū de trini. vbi q̄rit an loci varie
tas aliquid faciat ad diuerſitateꝫ ſm̄ numerū: di-
cit ꝙ ex eodeꝫ cauſat̄ diuerſitas ſm̄ numerū: ex q̊
cauſat̄ neceſſitas diuerſitatis locoꝝ ī diuerſis cor
poribus .ſ. ex diuerſitate materie ſub dimenſioni-
bus exiſtētis vt parū ſupra inquit et latius articu
lo p̄cedēte. et ꝯcludēs ait. et ideo ip̄a diuerſitas lo
corū in ſe conſiderata eſt ſignū diuerſitatis ſꝫ nu
merū. Et ī reſpōſione ad p̄mū et. $2^{m}$. et. $3^{m}$. dicit
ꝙ rationes ille cōcludūt ꝙ diuerſitas loci nō eſt
cauſa diuerſitatis indiuiduorū ſm̄ ſe qđ ipſe cōce
dit: ſed per hoc inquit nō remouet̄ quin cauſa di-
uerſitatis locoꝝ .ſ. diuerſitas materie ſub dimen-
ſionibus ſit cauſa diuerſitatis ſm̄ numerū. vn̄ ſm̄
iſta argumētū nihil cōcludit cōtra nos. ¶ Ad. $3^{m}$
dicitur ad maiorē ꝙ in cauſis eiuſdē ordinis et ra
tionis: nō datur circulꝰ. ſed in minori deficit argu
mentū: quia diſtīcta quātitas et diſtinctꝰ ſitꝰ loca
lis nō ſunt cauſe adinuicē eiuſdē ordinis. nā diſti-
cta quātitas eſt cauſa diſtinctionis ſitus a priori.
diſtinctꝰ vero ſitꝰ eſt cauſa diſtīctionis quātitatis
a poſteriori et ꝑ modū ſigni. ¶ Ad. $4^{m}$. dicimus
ꝙ quicq̄d ſit de eius ꝓceſſu: et tū̄ nihil cōcludit cō
tra nos. imo idipſum infert qđ nos tenemus .ſ. ꝙ
nō ē impoſſibile deo: quātū eſſe ſimul cū quanto
et quantū eē ſine ſuo effectu qui ē eſſe in loco diſ-
tincto. ¶ Ad argumēta alioꝝ cōtra eandē cōclu-
ſionē q̄ recitat ſcotꝰ: ad primū reſpōdet ipſe ſcotꝰ
ꝙ auctoritas boetij ſic eſt intelligēda non ꝙ acci-
dentia faciāt indiuiduū nec eiꝰ differētiā ſubſtan-
tialē et multo minꝰ locus qꝛ poſſibile eſt corpꝰ in-
diuiduū eſſe ſine loco ſicut patet de vltima ſpera.
ſed eſt intelligēdū ꝙ facit diuerſitatē numeralem
ideſt oſtēdit nobis diuerſitatē numeralē qꝛ diffe-
rētia accidētiū facit nobis talē diuerſitatē īnoteſ-
cere. et quo ad hoc meliꝰ facit locus ad īnoteſcen
duꝫ q̄ꝫ alia: eo ꝙ naturali cognitione nō poſſumꝰ
illa duo corpa cognoſcere ſi ipſa eſſent in vno lo-
co. hec ſcotꝰ. et cōſonat ſentētie ſancti doctoris ſi
cut patet in reſponſione ad ſecūdū īmediate pre
cedente. ¶ Poſſet etiā breuiꝰ dici ad argumētuꝫ
ꝙ boetius loquit̄ de differētia indiuiduoꝝ non a
priori ſed a poſteriori. et cū dicit nullo modo fin-
gere poſſumꝰ duobꝰ corꝑibꝰ vnū locū: loquit̄ cōſi-
derata vi naturaliū cauſaꝝ: nō ꝯſiderata dei potē
tia a q̄ magis depēdēt omnes effectꝰ cauſarū ſecū
darū q̄ꝫ ab ipſis cauſis ſecundis ꝓpter qđ illis re-
motis deus pōt ꝓducere effectꝰ quos vult. ſic ex-
ponit ſanctꝰ thomas ſuꝑ boe. de tri. in reſpōſione
ad. $4^{m}$. ¶ Ad. $2^{m}$. reſpōdet ſcotus negando ma
iorē .ſ. ꝙ dimēſio ē formalis ratio repugnādi duo
corpa eſſe ſimul. nā vt dicit: diſtīcte dimenſiones
cū ſint in diſtinctis ſubiectis non habēt formaleꝫ
repugnātiam ſm̄ ſe q̄ nō eſt niſi quo ad idē ſubm̄
ſed pōt eſſe repugnantia inter eas quātū ad effe-
ctuꝫ que ſm̄ eum dicit̄ repugnantia virtualis. qm̄
repletio loci facta ꝑ vnum corpus: repugnat ꝙ ſi
mul fiat repletio eiuſdeꝫ loci ꝑ aliud corpus. deꝰ
autem pōt ſubtrahere effectū a ſua cauſa natura-
li. et iſta etiam ſolutio concordat doctrine ſancti
thome vt patet ex eius dictis proxime allegatis.
Ad confirmationē reſpōdet ſcotus negādo ſimi-
litudinem. et cauſa diſſimilitudinis eſt quia diſtin
cte dimenſiones nō ſunt formaliter contrarie. et
ideo poſſunt eſſe ſimul ī eodē loco potius q̄ꝫ duo
accidentia

accidẽtia cõtraria. Et ꝑ hec patet reſpõſio ad id
qđ ſeqtur ꝙ .ſ. vnũ cõtrariũ expellit aliđ a ſubto.
nã ſuppõit falſuʒ qꝛ diſtĩcte dimẽſiones nõ ſunt
ꝯtrarie, ꝓut dictũ eſt. ¶ Ad. $3^{m}$. reſpõdet ſicut ad
$2^{m}$. ꝙ licet dimẽſio ſit cauſa repugnandi ꝙ duo
corpora ſint ĩ eodẽ loco: nõ tñ eſt rõ formalis ſi-
cut dictũ eſt. ¶ Ad. $4^{m}$. reſpõdet ipe ſcotꝰ ꝙ cõ-
ſequẽtia nõ valet. qꝛ indiuiſibilia nullã hñt mag
nitudinẽ ⁊ ideo fiũt vnũ ſimul poſita. diuiſibile
autẽ licet ſit cũ alio diuiſibili: manet tñ magnũ. ⁊
ideo nõ valet ſi indiuiſibilia nõ pñt eſſe ſimul niſi
fiãt vnũ: ꝙ idẽ ſit ꝺ diuiſibilibꝰ. ſʒ reſpõſio iſta ma
nifeſte aſſumit falſum. nã duo pũcta terminãtia
duas lineas ſimul exiſtẽtes ſũt ſimul ⁊ tñ nõ fiũt
vnũ imo qđlibet pũctuʒ ẽ diſtĩctũ ſubto ab alio.
vñ meliꝰ reſpõderi põt ex dictis. S. T. in hac diſ.
q. 2. ar. 2. ſub. ar. 2. ad. $3^{m}$. negãdo maiorẽ. ⁊ ad
eius ꝓbationẽ dicit ꝙ phꝰs loqtur ſuppoſito ꝑ
ĩpoſſibili ꝙ duo pũcta exiſterẽt ẜm ſe nõ tãq̃ ter
mini magnitudinũ. nũc aũt qꝛ ẜm veritatẽ duo
pũcta nõ pñt eſſe ĩ rex nã niſi ſint termini magni
tudinũ vt lineax: duo pũcta pñt eẽ ſimul ĩ eodẽ
loco ita ꝙ nõ fiãt vnũ ſed maneãt diſtĩcta ſubtis
eo tñ mõ quo pũcto cõuenit eẽ in loco. ſ. ꝑ acci-
dẽs qꝛ corpus vel linea cuiꝰ eſt terminꝰ eſt ꝑ ſe in
loco ꝓut phs dicit. 4°. phy. ¶ Ad. $5^{m}$. reſpõdet
S. Tho. loco ꝓxime allegato ſub. ar. 3°. ĩ reſpõ
ſione ad ſcðm ꝙ minor eſt falſa. nã poſito ꝑ diui-
nã virtutẽ ꝙ duo corpora ſint ĩ eodem loco: nõ
ideo due linee recte pñt trahi a pũcto ĩ pũctũ ſʒ
a diuerſis pũctis. nã cũ pũctꝰ ſit ſubiectiue in cor
pore cuius ẽ terminꝰ: due linee recte ĩ duobꝰ cor
poribꝰ nõ pñt trahi niſi q̃libet a pũcto in punctũ
in ſuo corpore qđ eſt diſtĩctum numero ab alio
corpore ẜm ſubam et accidẽtia intrinſeca: q̃uis
nõ loco. vñ argumẽtũ fallit ſuppõnẽs ꝙ ab eodẽ
puncto deſignato ĩ loco deberẽt trahi due linee
duox corpox exiſtẽtiũ in ipſo loco. qđ falſuʒ eſt
qm̃ linea recta in aliquo corpore nõ trahit niſi a
pũcto in pũctũ exiſtẽtiũ ſubiectiue in ipo corpo
re cuiꝰ ſunt termini. ac ꝑ hoc in diuerſis corpori
bꝰ a diuerſis pũctis trahũtur diuerſe linee recte.
¶ Ad argumẽtũ ante oppoſitũ reſpõdet. S. T.
in hac diſ. q. 2. ar. 2. ſub. ar. 2. ad. $p^{m}$. ꝙ corpus
xp̃i nõ habuit ex dote ſubtilitatis ꝙ poſſit eſſe ſi
mul cũ alio corpore in eodẽ loco ſicut minor ar
gumẽti ſuppõit. ſed id põt ex diuinitatis virtu-
te poſt reſurrectionẽ ſicut ĩ natiuitate. ⁊ ideo nõ
ſequit ꝙ rõne ſubtilitatis id cõueniat corpori
bus glorioſis. ⁊ in hoc articulus terminatur.

ULteriꝰ cir
ca diſtĩctionez q̃dra-
geſimã quartaz q̃rit
vtrũ aĩa ſepata poſ-
ſit pati ab igne cor-
poreo et arguitur ꝙ
nõ. qꝛ oẽ qđ patit re-
cipit aliqđ ab agẽte.
ſi ergo aĩa patiat ab
igne corporeo: opor
tet ꝙ aliqđ ab eo recipiat. ſed oẽ qđ recipitur in
aliquo ẽ in eo ꝑ modũ recipiẽtis. ergo qđ recipi
tur ab igne in aĩa nõ eſt ĩ eo materialiter ſʒ ſpũa
liter. ſed forme rerũ in aĩa ſpũaliter exiſtẽtes: ſũt
ꝑfectiones illius. ergo ſi ponat ꝙ aĩa patiat ab
igne corporeo: hoc nõ erit ĩ eiꝰ penã ſʒ magis in
eius ꝑfectionẽ. ¶ In oppoſitũ arguit. qꝛ eadem
rõ eſt de aĩabus ſeparatis ⁊ de oĩbus ꝙ ab igne
pati poſſint. ſed oẽs ab igne corporeo patiũtur
cũ puniãtur ab illo igne a q̃ corpora dãnatoruʒ
poſt reſurrectionẽ patiẽtur quẽ oportet eẽ cor-
poreũ. ergo aĩe ſeparate ab igne corporeo pati
poſſũt. ¶ In hac q̃ſtiõe erũt q̃ttuor articłi vt ẽ.

QUantum ad p̃-
muʒ articulũ ſit p̃ma cõcluſio ꝙ
ignis inferni affliget corporali-
ter dãnatos poſt reſurrectionẽ
q̃uis nõ alterabit eox corpora
a ſua naturali diſpoſitione. Hãc ꝯcluſionẽ tenet
S. Tho. in hac diſ. q. 3. ar. p°. ſub. ar. 3. in. cor. et
ad. $3^{m}$. Et cõtra gẽ. li°. 4. ca°. 89. Itẽ q̃dlibet. 7
ar. 11. ⁊. 13. ¶ Secũda cõcluſio eſt ꝙ aĩa ſeparata
põt pati ⁊ affligi ab igne corporeo. Hãc ꝯcluſio
nẽ tenet. S. T. in hac diſ. q. 3. ar. 3. ſub. ar. 3. Itẽ
cõtra gẽ. li°. 4°. ca. 90. E in q̃ſtionibꝰ de aĩa. ar.
21. Et q̃dlibet. 3. ar. 13. ¶ Tertia cõcluſio ẽ ꝙ p̃-
uatio diuie viſionis ẽ p̃cipalis pena dãnatox.
Hãc cõcluſionẽ tenet. S. T. in pleriſq̃ locis ⁊ p̃-
ſertĩ in q̃ſtionibꝰ ꝺ aĩa loco ꝓxime allegato ĩ cor.
Et cõtra gẽ. li°. 3. ca°. 141. Itẽ opuſ. 3°. ca. 174.

QUantum ad ſe-
cundũ articulũ arguẽdũ eſt cõ-
tra cõcluſiones. Et quidẽ con-
tra p̃mã arguit durãdus ⁊ p̃mo
cõtra cõcluſionez in ſe. ⁊ arguit
p̃mo ſic. illud qđ nihil reale abĳcit ſed ſolũ illud
qđ eſt nature ꝯueniẽs: nõ affligit nec inducit ve
ram paſſionẽ que ſit vere afflictiua. ſed ꝑ ſpũalẽ
ĩmutationẽ nihil reale abĳcit: ſed ſoluʒ ponitur.

illud qđ eſt nature cõueniẽs: qꝛ talis receptio eſt
ꝑfectio ſenſuū. ergo ꝑ talẽ imutationẽ nihil affli
gitur: nec talis receptio ẽ paſſio vere afflictiua.
vtraq; ꝑmiſſarū de ſe patet. ¶. 2°. ſic. ꝑ illud qđ
ẽ cõmune beatis ⁊ dãnatis: nõ põt poni afflictio
dãnatoꝝ. ſed ſpũalis imutatio ſenſuum a ſenſi-
bilibus: eſt cõis beatis ⁊ dãnatis. ergo ꝑ illaꝫ nõ
põt poni fieri afflictio dãnatoꝛum. patet maioꝛ.
quia poſita cauſa cõmuni: poniť effectus cõis. ⁊
ideo ſi cauſa afflictionis eẽt in beatiſ ⁊ dãnatis: ſe
quitur ꝙ afflictio ſimiliter eẽt eis cõmunis qđ non
eſt verū. minoꝛ ſimiliter patet de ſe. quia ſenſus
beatoꝝ imutabūtur ſimpliciter a ſenſibilibꝰ ſicut
ſenſus dãnatoꝝ: alioqui nõ cognoſcerẽtur ſen-
ſibilia q̃ dãnati cognoſcūt. ſi autẽ dicatur ꝙ bea-
ti apꝛehẽdẽt ignẽ ſeu imutabuntur ſicut dãnati
ab illo: nõ tñ apꝛehẽdẽt ipm vt nociuum vel le-
ſiuū quomodo dãnati ipm apꝛehendẽt: contra
quia aut ille ignis erit in coꝛpoꝛibus damnato-
rum leſiuus aut nõ. ſi nõ et tu dicis ꝙ apꝛehen-
dent eū vt leſiuū: ergo iſta apꝛehẽſio erit falſa.
et ſic nõ affligẽtur ſm veritatẽ ab igne ſed ſoluꝫ
ex ſua falſa apꝛehẽſione ſeu eſtimatione qđ eſt
incõueniens. Et iterū vnde veniret dãnatis illa
falſa eſtimatio ꝙ iudicẽt illū ignẽ vt eis nociuuꝫ
ſi ĩ veritate nõ ſit eis nociuꝰ. nõ põt dici ꝙ a deo
qꝛ deus nulli imittit falſuꝫ iudiciū ſicut nec puer
ſum apetitum. nec ex ſeipis: quia damnati poſt
reſurrectionẽ erunt eque ꝑfecti ſeu ꝑfectioꝛes ſi
cut nunc ſunt. ⁊ ideo ſicut nunc poſſunt recte iu
dicare de igne vtrum ſit eis nociuus vel nõ: ita
tunc poterūt vt videtur. Et iterū quicq̃d ſit de
alijs ſenſibilibus alioꝛum ſenſuum ⁊ maxime vi
ſus ꝙ poſſunt imutare ſenſū intẽtionaliter ſi-
ne reali et naturali imutatione qđ tñ nõ omnes
cõcedunt: ſenſibilia tamẽ tactus ⁊ maxime caloꝛ
nõ videtur imutare ſenſum tactus niſi naturali
mutatione vel ſaltem nõ ſine ea. caloꝛ eniꝫ non
videtur in medio vel oꝛgano cauſare niſi calo-
rem. vel ſi cauſet aliquid aliud: nõ tamẽ ſine ca-
loꝛe. ꝓpter quod nõ bene apparet quomodo ca
loꝛ ignis nõ poſſit ſenſum tactus imutare ſpũa-
liter ⁊ nõ naturaliter. ſi vero ille ignis ſit eis ve-
re leſiuus: habetur ꝓpoſitum. ſ. ꝙ damnati affli-
gentur vera paſſione naturali ab igne illata. qđ
patet ſic. obiectum tempoꝛe vł natura pꝛecedit
actum potentie. ſed ignis vt vere leſiuus immo
vt actu ledẽs: eſt obiectum actualis apꝛehẽſio-
nis vel actualis afflictionis ſequẽtis in dãnatis.
ergo ꝑus tempoꝛe vel ſalteꝫ natura: ignis ledit
coꝛpoꝛa dãnatoꝛū: q̃ apꝛehẽdatur ⁊ q̃ ſequať
doloꝛ in eis. ſed illa leſio ex quo ꝑcedit omnem

immutationem ſpũalem: nõ põt eſſe niſi ꝑ muta
tionẽ realem ⁊ naturalem. quare ⁊c. ſic ergo pa
tet ꝙ doloꝛ ſenſibilis qualis ponitur in damna-
tis non poteſt cauſari per ſolam immutationeꝫ
ſpiritualem ſeu intentionalem. Et qđ dicitur ꝙ
ſenſibilia ꝓpoꝛtionata delectant impꝛopoꝛtio-
nata vero offendunt dato ꝙ non immutẽt imu
tatione naturali vt coloꝛes ⁊ ſoni: non valet. qꝛ
q̃uis triſticia poſſit cauſari ex oĩbus illis q̃ no
bis nolẽtibus accidunt vt oſtendit auguſtinus
14. de ciuitate dei: doloꝛ tamẽ ſenſibilis ſm eun
dem non eſt niſi ex leſione carnis pꝛoueniẽs. ꝑ-
dicta ergo ſenſibilia q̃tumcūq; impꝛopoꝛtiona
ta cauſare poſſent triſticiam ſeu diſplicentiã. ſed
doloꝛem ſenſibilẽ nihil poteſt cauſare niſi quod
coꝛpus imutat realiť. ¶. 2°. ꝑncipaliter arguit
cõtra ꝓbationẽ cõcluſionis qua dicitur ꝙ qꝛ ce-
lum ꝑ motum ſuū eſt ꝑmū alterãs: ideo ceſſan-
te motu celi ceſſabit omnis alteratio. illud eniꝫ
non põt teneri ſaltem pariſius cum ſit articulus
condẽnatus. dicit eniꝫ articulus ꝙ dicere ꝙ ceſ-
ſante motu celi ſi ignis eſſet iuxta ſtupam nõ cõ
bureret illam: erroꝛ. Item illa ratio videtur re-
pugnare poſitioni. quia ꝑmum alterans eſt cau
ſa cõmunis alterationis ⁊ non cuiuſdam tantū.
ſi ergo ꝑ ceſſationem motus celi tanq̃ ꝑmi alte
rãtis ceſſent alie alterationes: opoꝛtet dicere ꝙ
oĩes ceſſent ⁊ nõ quedam ſic et quedam nõ qđ
eſt contra eos q̃ dicunt ꝙ ceſſabit actio natura-
lis nõ autem intẽtionalis. Item quia iſta diſtin
ctio alterationum ſeu paſſionum ẽ ſatis dubia.
quia omnis alteratio quam facit ſenſibile in mo
tum vel in ſenſum: videtur eſſe naturalis ⁊ rea-
lis. naturalis quidem: qꝛ eſt ex ꝑncipijs naturali
bus naturaliter agẽtibus. realis vero: qꝛ ꝑ eam
fit vera ⁊ realis foꝛma in ſuſceptiuo q̃ habet to-
tum ſuū eſſe circūſcripta omni opatione aĩe. ve
rum qꝛ imutatio taliū ſenſibilium non coꝛrūpit
aliquid ꝑ ſe ſed ſolū illa q̃ ſunt a ſenſibilibus ta-
ctus: qꝛ cõſiſtẽtia coꝛpoꝛis ꝑ ſe depẽdet ex qua-
litatibus tangibilibus et nõ ex alijs ſenſibilibus
ideo imutationes qualitatū tangibiliū poſſunt
ꝑ ſe ꝑtinere ad coꝛruptionem coꝛpoꝛis. nõ autẽ
ille que ſunt ab alijs. ꝓpter hoc tñ non debet di-
ci ꝙ immutatio que fit a qualitatibus tangibili
bus ſit realis et naturalis: illa vero q̃ fit ab alijs
ſenſibilibus nõ ſit realis ⁊ naturalis ſꝫ ſolum in-
tẽtionalis. omnes enim ſunt reales ⁊ naturales
⁊ equaliter depẽdent a ꝑmo alterante. ⁊ ideo ſi
immutatio alioꝛuꝫ ſenſibilium puta coloꝛum ⁊
ſoni poſſunt eẽ ceſſante motu celi: eadẽ rõne po
terit eſſe imutatio naturalis ſm qualitates tan

gibiles. Item nullo modo videtur ꝙ celum ra=
tione ſui motus localis ſit cauſa alicuius altera
tionis nec illius q̄ eſt ab illo im̄ediate nec cuiuſ=
cūq̧ alterius. primo quia principium quo alte=
rans alterat naturaliter: eſt aliqua qualitas al=
terantis ſiue vniuoca cum termino alterationis
ſiue equiuoca. ſed motus localis non eſt aliqua
qualitas corporis celeſtis nec aliqua forma ab=
ſoluta. ergo non poteſt eſſe prīcipium ſeu ratio
alicuius alterationis. maior patet. quia ſola for
ma poteſt eſſe principium quo aliquid agit. illa
autem reſpectu alterationis nō poteſt eſſe for=
ma ſubſtantialis vt patet p ariſtotelem de ſenſu
⁊ ſenſato. nec quantitas: quia illa nullius actio=
nis eſt principium imo abſtrahit ab omni actio=
ne ⁊ paſſione. nec relatio vt patet. 5°. phy. relin=
quitur ergo ꝙ ſit aliqua qualitas ⁊ ſic patet ma
ior. minor de ſe manifeſta eſt ⁊ nihilominus ha=
betur. 8°. phy. vbi dicitur ꝙ motus localis nihil
variat in celo ⁊ ideo ſolus ille motus ei attribui
tur. Secundo quia impoſſibile eſt ꝙ aliquid ha
bens prīcipium agendi eque perfectum vt prius
⁊ paſſum eque diſpoſitum vt prius: non poſſit a=
gere ſicut prius. ſed ceſſante motu celi ignis re=
manebit ita calidus ſicut prius et ſtupa eque diſ=
poſita vt calefiat ſicut prius. ergo eis approxima
tis neceſſario ignis cōburet ſtupam ſicut prius. et
eodem modo cum corpora dānatorum ſint ve
re paſſibilia: carēt eni dote impaſſibilitatis quaꝫ
habent corpora beatorum: poterunt vere cale
fieri et imutari ab igne ſicut nunc immutantur.
ceſſatio ergo motus celi non impedit veram et
naturalem alterationem corporum. quia mot⁹
eius ad illam non requirit: q̄uis requiratur ad
alteratione generationis ⁊ corruptionis ⁊ alia=
rum mutationuꝫ per hoc ꝙ adducit alterans ſci
licet ſolem ⁊ alia aſtra reſpectu diuerſarum par=
tium terre que ſui preſentia agunt vbi prius nō
agebant ⁊ propter ſui abſentiam nō agunt vbi
prius agebant. hec ille. ¶ Contra eandem con=
cluſione arguit ſcotus probādo ꝙ ceſſante mo=
tu celi agētia inferiora poſſent agere. quia non
eſt ratio agendi ex parte cauſe particularis: niſi
quia habet formam ſufficiēter actiuam ⁊ paſſuꝫ
ſufficienter approximatum. ⁊ ſi dicas ꝙ cum hoc
requiritur aliud agēs vniuerſale. ſ. celum: volo
non inq̄ntum motū localiter quia motus loca=
lis non ē ſibi ratio agēdi in ſuo ordine. nihil eniꝫ
facit motus localis ſm philoſophū. 2°. de gene
ratione: niſi ꝙ eſt adducens generans hoc ē per
ſeipſum fit approximatio agentis habentis vir=
tutē actiuam propriā: ⁊ approximatio ad paſſuꝫ
eſt habitudo ſiue aſpectus ad corpus celeſte ha
bens determinatam rationem cauſe ſuperioris
reſpectu cauſe inferioris ſuppoſite: que omnia
haberet etiam ſi requieſceret. ergo requiſita ad
actionem eſſent tunc q̄ nunc. hec ille. ¶ Contra
eandē concluſionē arguit aureolus probando
ꝙ organa ſenſuū damnatorum puta tactus ca=
lefiēt realiter. primo quia apprehenſio excellētis
calidi ē quedam calefactio trahens medium ar=
monie tactus ad extremum. ſed ita erit in dam=
natis. ergo ⁊c. ¶. 2°. ſic. nā ſcriptura dicit ꝙ dā=
nati mittētur in ignē ⁊ ardebunt. ¶. 3°. quia au
ctoritates ſanctoruꝫ puta auguſtini et gregorij
idē ſonant nec diſtinguunt paſſionē intentiona
lē a reali. ¶. 2°. loco vult probare ꝙ non poſſit
eē in ſenſu paſſio intētionalis ſine reali: quoniaꝫ
paſſio intentionalis actio ē realis. p̄mo nam ſm
ariſtotelem. 2°. de anima excellens ſenſibile cor
rumpit ſenſum. ⁊ hoc patet per experientiam in
viſu reſpectu intenſiſſimi coloris ⁊ i auditu reſ=
pectu excellētis ſoni. ſed impoſſibile ē ꝙ aliqua
actio corrumpat ſenſuꝫ niſi ſit actio realis vt cuꝫ
apprehēſione cōcurrat realis trāſmutatio. ¶. 2°
nam ibidē philoſophus dat differentiā inter ſen
ſum ⁊ intellectum. q2 intellectus poſt excellens
intelligibile fortius itelligit. econtrario autē eſt
de ſenſu. nam auditus poſt maximum ſonū mi=
nus audit: quod non eſſet niſi potentia auditi=
ua tranſmutaretur realiter. ¶. 3°. quia ad expe
riētiam patet ꝙ poſt viſionem intenſam coloris
viridis remanet potētia viſiua alterata adeo vt
alia videantur ſibi virida. ſimiliter poſt maximū
lumē apparent omnia luminoſa: quod non eſſet
niſi apprehenſio ſenſuum eſſet cum reali tranſmu
tatione. ſimiliter idem patet q2 ad ſenſationem
odoꝝ ſunt i ſenſu reales tranſmutationes nam
prouocant et curant reuma. non ergo operatio ſen
ſus eſt abſtracta ſicut operatio intellectus. ¶. 4°
q2 dicit philoſophus. 2°. de aīa ꝙ viſio eſt que=
dam coloratio. ſimiliter auditio eſt quedam ſo
natio. ⁊ ratio eſt q2 obiectum ſenſibile actuat et
quodammodo tranſmutat ſenſum ad ſui ſimili
tudinem realem. ¶. 5°. q2 organa ſenſuum exi
ſtunt in quadam ſpoliatione a forma apprehēden
da i quodam medio inter extrema. viſus eni eſt
ſpoliatus ab excellēti colore ⁊ lumine: ideo eius
organū conſiſtit i quadā diaphoneitate. ⁊ ſimili
ter tactus cōſiſtit i medietate qualitatū tāgibili
um recedēte ab extremis. tale aūt mediū extre=
morū in quolibet organo ſenſuuꝫ vocat ariſto
teles armoniā. tunc ſic. comprehēſiones ſenſuū
nō ſunt niſi mutationes medioꝝ. ſꝫ huiuſmodi

mutationes medioꝝ ſunt reales tráſmutationes. ergo imutationes ſenſuum ſunt paſſiones tráſmutatiue. ⁊ hic eſt ꝙ magis facte abijciunt a ſenſu ꝑ tanto qꝛ ſenſibilia agẽtia ſm ſuas extremitates corrũpunt ꝓportionẽ ſenſus pro tãto qꝛ trahunt eã a medio ad extremũ. nec ariſtoteles intẽdit ꝙ huiuſmodi tráſmutationes ſenſuũ ſint generaliter ſalus ⁊ ꝑfectio niſi ꝺ mutatione ſenſus vſq; ad gradus q̃ proportionãtur armonie organi a qua cũ exeunt: trahũt mediũ ad extrema. ideo cõp̄hẽſio ſumme calidi ĩ ſenſu tactus nõ eſt aliud q̃ calefactio. ſimiliter cõprehẽſio excellẽtis coloris ĩ viſu: eſt quedã coloratio trahẽs mediũ ad extrema et ideo abijcit a ſuba. hec ille. ¶ Cõtra eandẽ concluſionẽ arguit hẽricus quodlibet. 11°. q. 8ª. dicẽs. dicunt q̃dã ꝙ ſola apprehẽſio ſine imutatione reali põt cauſare dolorẽ ⁊ maiorez q̃ ſi eſſet ibi realis imutatio ſicut erit ĩ corporibus dãnatoꝝ. qꝛ ignis non imutabit corpora eoꝝ cõburẽdo: ſed per ſpẽm intẽtionalẽ calorum imutabit exceſſiue ad quã ſeq̃tur maxim⁹ dolor. ſed quomodo poſſit hoc fieri naturaliter: nõ video. qꝛ ſi in tali imutatione nulla ſit abiectio: nihil recipitur niſi ſenſibile ſm ꝙ ſenſibile. ſi autẽ non cauſat dolorẽ ſed delectationẽ vnde nõ affligeret ea niſi ſupnaturaliter ſenſus ꝑfectiſſimos. Si ergo oportet ponere corpora dãnatoꝝ vere affligi nec ſit ibi imutatio corruptiua nec deus ĩmittat dolorẽ qꝛ tunc pro nihilo eſſet ibi ignis: tunc ſi ꝑciperetur corruptiua imutatio vbi nõ eſt deceptio: eſſet ſicut eſt ĩ dormiẽtibus q̃ ſomniãt ſe cõburi. hec ille. Itẽ bernard⁹ ibidẽ ſic dicit. poſitio illa que ponit corpora dãnatorum affligi per intẽtionalẽ immutationem non naturalẽ vel realẽ: non eſt multũ rationabilis. qꝛ licet app̄henderẽt illam imutationẽ intentionalẽ: tamẽ cum hoc ſcirent ꝙ in nullo põt eis nocere. ⁊ ideo non apprehenderent dolorez. Itẽ illa imutatio intẽtionalis non fit ab igne niſi per imutationẽ naturalẽ: aliter non plus affligeret eos calor ignis preſentis q̃ abſentis. quia ex quo nõ imutat realiter: ſufficeret ꝙ calor eẽt imaginatus. ea eni que imaginantur: freq̃ẽter plus mouent q̃ ea que in picturis videmus. ille autẽ ignis non plus faceret ĩ eis q̃ ignis pictus q̃ reduceret eis ad memoriam veruz ignẽ abſq; hoc ꝙ aliquam realem imutationẽ faceret ĩ eis. ſicut aliqui dicunt ꝙ ignis verus nullam realez imutationem facit ĩ eis. hoc autẽ eſt idem dicere ac ſi negaretur illa afflictio fieri per verum ignẽ. Itẽ apprehẽdere nocumentum quod nullo modo nocere poteſt: eſt deceptio. et ſic deciperẽtur dãnati. et ideo hec poſitio non eſt multũ tenenda. hec ille. ¶ Contra ſecundaz concluſionẽ arguit durandus dicẽs ꝙ hec opinio probabilis ẽ ponendo ꝙ aĩa ſeparata vel angelus ſit in loco per eſſentiam ſuã. qꝛ tunc poteſt virtute diuina detineri in loco ne moueatur ad alium ad quez vellet. non tamẽ bene apparet quomodo virtus detẽtiua ſit in igne. hoc tamẽ nõ obſtãte: poſſet dici ꝙ dicitur detineri ab igne: quia detinetur in igne. ⁊ ſic ab eo patitur eo modo quo deſiderãs mortẽ ⁊ faſtidiens vitã: dicit ꝙ aĩa patitur a ſuo corpore in quo detinetur. ⁊ nihilominus graue videtur aliq̃bus ꝙ iſte ſit totus mod⁹ quo anima vel demones patientur. quia ſm hunc modum: equaliter pateretur aĩa vel demon ſi detineretur ĩ pulcherrima camera ⁊ optime ornata ſicut patitur ab igne: qꝛ non ponitur pati niſi q̃tenus detinetur. hoc autẽ non reputatur adeo penale cõmuniter ſeu graue: ſicut p̄dicamus eẽ grauẽ penam damnatoꝝ hominum vel demonũ. Et confirmatur. qꝛ ſicut anime dãnatorum detinẽtur ĩ inferno: ſic aĩe puerorum decedẽtiuz in ſolo originali in libo. ſi ergo ſola detentio eſt afflictio: ſeq̃tur ꝙ aĩe decedẽtium ĩ originali tãtum affliguntur: q̃tum demones ⁊ aĩe dãnatorum quod non videtur conueniẽs. ſi vero ſpũs ponatur eſſe in loco ꝑ operationẽ: tunc non bene apparet qualiter patiatur a loco ꝑ detẽtionẽ. qꝛ operationum quedam manẽt ĩ agente vt intelligere ⁊ velle: ⁊ ꝑ iſtas non poteſt ſpũs eẽ magis ĩ loco q̃ per eſſentiam. alie vero ſunt q̃ tranſeunt ĩ materiam exteriorẽ: et per has ſolas põt cõpetere ſpũm eſſe ĩ loco quatenus mouet vel facit aliq̃d circa locum vel circa corpus exiſtens in loco. hec autẽ operatio licet poſſit conuenire angelis: non tamẽ põt cõuenire animabus ſeparatis. qꝛ aĩa ſeparata nec mouet ad formam qꝺ eſt cõmune ſibi ⁊ angelis. nec põt mouere aliqꝺ corpus ad locum: qꝛ cum habeat determinatuz mobile. ſ. corpus cui vnitur vt forma mediante quo mouet quicq̃d mouet: ſeparata ab eo nihil aliud põt mouere. ſi ergo ſpũs non ſit ĩ loco niſi per operationẽ ⁊ nullã talẽ põt habere aĩa ſeparata: ſeq̃tur ꝙ ipſa nõ ſit ĩ loco. ⁊ ꝑ conſequẽs ꝙ ibi non detineatur nec ꝑ determinationẽ affligatur. Itẽ probatur de aĩa ⁊ angelis ſimul eſto ꝙ vtriq; conueniat operari circa locũ ꝙ non affligãtur ꝑ detẽtionẽ in loco. qꝛ ſi eſſe ĩ loco ẽ operari ĩ loco: eẽ ſeu detineri violẽter ĩ loco: eſt operari ĩ loco violẽter vel ꝯtra voluntatẽ. ſed illud nõ põt cõpetere aĩe ſeparate vl' angelo. ergo ⁊c. maior de ſe patet. minor probatur. quia magis

pōt homo cogi ad operādū q̄ angelus vel aīa ſeparata. ſed homo non pōt cogi coactione ſimpliciter dicta ad operandum ea que dependent ex libero arbitrio: q̄uis poſſit impediri ne faciat quod vellet facere. nam ſi p violentiam manus alicuius hominis applicetur ad pcutiēdum aliū talis non pcutiet actiue. qꝛ principium actiuum operationis non eſt in illo ſed mere paſſiuum. ꝛ multo magis videtur ꝙ aīa ſeparata vel angelus non poſſit cogi ad aliquam actionē depēdētē a libero arbitrio. talis autem eſt omnis actio quā habet vel habere pōt aīa ſeparata vel angelus circa locum. quare ſi eē in loco eſt operari in loco: et detineri ī loco eſt operari ī loco violēter patet ꝙ nec angelus nec aīa ſepata poſſunt violēter detineri in loco. nec p conſequens affligi p violētā detentionē. Si vero dicatur ꝙ non ſunt in loco nec detinētur in loco p actionē ſuām in locum ſed potius p actionē quā recipiunt a loco: contra. detineri a loco ſuppōnit eſſe ī loco. ſi ergo paſſio ſpūs in loco eſt per detētionē ī loco ſeqtur ꝙ paſſio in loco ſupponit eſſe in loco. ſed poſterius preſuppōnēs ſuum pius: non eſt cauſa eius. ergo patet ꝙ a loco non eſt ratio anime vl angelo ꝙ ſit in loco. hec ille in forma. ¶ Contra eandē arguit henricus. 8°. quodlibet. q. 34. dicēs. quidā dicunt ꝙ ſpūs alligatur igni ꝛ nō pōt ſeparari ꝛ impeditur ab agēdo quod agere cupit ꝛ in hoc ſumme affligitur. ſed hoc modo nō patitur ab igne inferēte paſſionē niſi occaſionaliter. ſed ipe in ſe huiuſmodi dolorē excitat ſicut cor hominis excitaret paſſionē iracundie ad preſentiā repugnantis. Itē dicunt alij ꝙ patitur ab igne non vt eſt natura inflictiua: ſed vt ē inſtrumētū diuine iuſticie. ſed ſic nō plus pateretur ab igne inq̄tum eſt calidus q̄ ab aere. ideo dicēdū eſt ꝙ ignis affligit ſpūm inq̄tum calidus. ꝛ eodē genere ē afflictiuū quo affligit ſenſu3. ¶ Contra tertiā concluſionē arguit aureolus probando ꝙ miſeria dānatorum pricipaliꝰ formaliꝰ ꝛ eſſentialiꝰ conſiſtat in diſplicētia ō deo eterna: q̄ in carētia diuine viſionis vel in afflictione penali. pmo ſic. in illo actu cōſiſtit infelicitas dānatorum: q̄ eſt ſummū malum illorū. patet quoniā ſicut felicitas eſt ſummū bonū formale beatorū ſic infelicitas dānatorum eſt ſummū malum formale illorū. ꝛ ſicut felicitas beatorū conſiſtit in ſummo eorū bono eſſentialiter: ſic infelicitas dānatorū in ſummo eorū malo. ſed malignari ī diuinitate ſiue diſplicere de diuinitate quod idem eſt: eſt ſumme malū formale dānatorū ꝛ maius q̄ non videre diuinitatē. probatur. qꝛ non videre diuinitatē vt ſic non habet rationē deteſtabilis ꝛ culpe. vt formetur ſic ratio. illud quod habet maiorē rationē deteſtabilis ꝛ fugibilis: habet maiorē rationē mali ad potētiā cui ineſt. ſed diſplicere de diuinitate habet rationē deteſtabilis ꝛ fugibilis plus incōparabiliter q̄ non videre deum. qꝛ non videre deū eſt tantūmodo malum non videti. ſed diſplicere ꝛ odiu3 illud ſunt actus q̄ q̄tū eſt ō ſe puarēt diuinitatē ſi poſſent. omnis enī qui odit alium q̄tum eſt de ſe vellet illū non eē. ꝛ ideo odire diuinitatē: eſt velle non eſſe diuinitatē. ¶ Confirmatur hoc ex diffinitione felicitatis quā ponit ariſtoteles p° ethi. dicēs ꝙ eſt opatio hominis ſm maximū bonū eius in vita pfecta. ergo per oppoſitū infelicitas eſt opatio ſm maximū malū hominis ī vita impfectiſſima. ſed nulla eſt opatio q̄ conſiſtat in tanta deteſtabilitate ꝛ habituali malo: q̄ illa que eſt abominatio ꝛ diſplicētia diuinitatis. ergo ꝛc. ¶ 2°. ſic. beatitudo ꝛ infelicitas opponunt. tūc ſic. maior eſt oppoſitio inter actus contrarios poſitiue q̄ inter actū ꝛ puationē eius. ꝛ ideo maius malū eſt illud quod opponit bono cōtrarie: q̄ illud quod opponitur puatiue tantūmodo. patet enī ꝙ pius eſt iniuſte agere: q̄ ſolū non agere iuſte puatiue. ſic ergo cū infelicitas conſiſtat in malo maxime oppoſito beatitudini: oportet ꝙ conſiſtat ī actu oppoſito contrarie: non actu oppoſito puatiue. ſ3 beatitudo cōſiſtit ī actu viſionis ſm aliquos: vel ſm alios ꝛ melius ī vltima cōplacētia diuinitatis q̄ eſt delectatio q̄dam vltimata ō deo viſo. oppoſitū autē viſionis: nullum eſt niſi oppoſitum puatiue puta non videre. oppoſitu3 autē cōplacētie cōtrarie eſt ipa diſplicētia. ergo ī illa maxime conſiſtit infelicitas. ¶ 3°. ſic. beatitudo conſiſtit in q̄etatione vltimi finis. ſed inq̄etatio in diuinitate non eſt aliud q̄ diſplicētia de illa. probatur. qꝛ per oppoſitu3 q̄etatio eſt ſumma cōplacētia in illa. ergo infelicitas dānatoru3 conſiſtit in quadā diſplicētia vltimi finis ꝛ p conſequens diuinitatis. iſta autem diſplicentia non eſt aliō q̄ odire deū ꝛ diſplicere ī eo. hec aureolꝰ

Quantum ad articulum tertium pmo notandū eſt prout ex dictis. S. Tho. accipitur. p°. 2e. q. 35. ar. p°. ꝛ. 2°. ꝙ delectatio ꝛ dolor ad appetitu3 ptinent. omnis autē motus appetitiuus ſeu inclinatio conſeqēs apphēſionē: ptinet ad appetitū intellectiuū vel ſenſitiuū. nam inclinatio appetitus naturalis non conſeqtur apphēſionem

ipſius appetentis:ſed alterius.ſ.datoꝛis nature.
delectatio vero ⁊ doloꝛ p̄ſupponunt i eodē ſub=
iecto ſenſum vel appꝛehēſionē alicuius:vel noci
ui aut diſconuenientꝭ ſicut eſt doloꝛ:vel cōueniē=
tis ſicut eſt delectatio. vnde doloꝛ nō eſt paſſio
coꝛpoꝛis nec ſubiectiue eſt ī coꝛpoꝛe:q̄uis cau=
ſa ipſius in coꝛpoꝛe ſit.ſ.leſio vel aliquod aliud
coꝛpoꝛi nociuum aut diſconueniēs. ſed motus
doloꝛis ſemꝑ eſt in anima. non enī coꝛpus dole
re poteſt niſi dolēte anima. itē nec doloꝛ eſt act⁹
virtutis ſenſitiue appꝛehēſiue:q̄uis ad doloꝛem
req̄ratur apphēſio leſionis vel nociui aut diſcō=
uenientis per virtutē aliquam cognoſcitiuam. ſ3
eſt actus vl' motus vt pꝛemiſſum eſt appetitus
vel ſenſitiui vel intellectiui ſm ꝙ doloꝛ ex dupli
ci apphēſione cauſari pōt pꝛout. S. Doc. dedu=
cit vbi ſupꝛa. ar. 2ᵒ. ſ. vel ex apphēſione exterio=
ris ſenſus:vel ex apphenſione interioꝛis ſiue in=
tellectus ſiue imaginationis. interioꝛ aūt appꝛe
henſio ad plura ſe extēdit q̄ʒ exterioꝛ. eo ꝙ que=
cūqʒ cadunt ſub exterioꝛi apphēſione:cadunt
ſub interioꝛi ſed non ecōuerſo. veruntamē ſicut
ex vſu loquēdi illa delectatio q̄ ex exterioꝛi app
hēſione cauſatur:delectatio nominatur:illa ve=
ro q̄ ex apphēſione interioꝛi cauſatur gaudiū3
appellatur:ita ⁊ ille ſolus doloꝛ qui ex appꝛehē
ſione interioꝛi cauſatur:triſticia nominatur. qui
vero cauſatur ex exterioꝛi apphēſione:communi
ni nomine apellatur doloꝛ. vnde triſticia eſt q̄=
dam ſpēs doloꝛis ſicut ⁊ gaudiū3 delectationis
capiendo doloꝛē cōmuniter pꝛo actu vel motu
appetitus cauſato ex appꝛehenſione generaliter
alicui⁹ nociui. ⁊ ſic capit doloꝛē apoſtolus. ro. 9.
dicēs. triſticia eſt mihi magna ⁊ cōtinuus doloꝛ
coꝛdi meo: pꝛo eodem vtens triſticia ⁊ doloꝛe.
ſi tamē doloꝛ capiatur pꝛo motu appetitus cau
ſato ex apphēſione exterioꝛis ſenſus d̄ nociuo
cōiuncto p̄ſenti: ſic doloꝛ ex oppoſito diſtingui
tur contra triſticiam ſm diſtinctionē apphēſio
nis interioꝛis ⁊ exterioꝛis. hoꝛum aūt doloꝛum
interioꝛ qui alias dicitur doloꝛ coꝛdis:ē maioꝛ ⁊
grauioꝛ tam ex parte cauſe q̄ʒ ex parte appꝛehē
ſionis pꝛout. S. Tho. ꝯducit. pª. 2ᵉ. loco ſupꝛa
allegato arᵒ. 7ᵒ. ex parte quidē cauſe:quia cau=
ſa doloꝛis exterioꝛis eſt malum cōiunctū quod
repugnat coꝛpoꝛi. cauſa autem interioꝛis dolo
ris eſt malum coniunctum quod repugnat ap=
petitui. ex parte vero apphēſionis:quia doloꝛ
exterioꝛ ſequitur apphēſionem interioꝛem vl'
imaginationis vel etiam rationis. cum itaqʒ do
loꝛ interioꝛ repugnet directe ⁊ per ſe appetitui
doloꝛ autē3 exterioꝛ repugnet appetitui non p
ſe ſed quia repugnat coꝛpoꝛi:ſequitur ꝙ ex par
te cauſe doloꝛ interioꝛ ſit maioꝛ q̄ʒ exterioꝛ. na3
id quod eſt per ſe eſt pꝛius et melius in bonis et
peius in malis eo quod eſt ꝑ aliud. ſimiliter etiā
ex parte apphēſionis doloꝛ interioꝛ eſt maioꝛ.
nam appꝛehenſio rationis et imaginationis eſt
altioꝛ q̄ʒ apphenſio ſenſus tactus. vnde ſimpli=
citer ⁊ ꝑ ſe loquendo doloꝛ interioꝛ grauioꝛ eſt
doloꝛe exterioꝛe. verūtamē quādo doloꝛ exteri
oꝛ eſt cū doloꝛe interioꝛi:tūc doloꝛ augetur. qꝛ
ergo in dānatꝭ vterqʒ doloꝛ cōiungit̄: ideo gra
uiſſimus ē doloꝛ dānatoꝛū.

Secundo Notādum eſt ꝙ ob=
iecta ſenſuū ſunt ipa
ſenſibilia extra ſenſus exiſtētia habentia eſſe rea
le ⁊ naturale in vniuerſitate rerum. ⁊ iſta ſenſibi
lia ſunt que a ſenſibus per ſe ⁊ directe percipiun
tur:q̄uis medium quo ipa percipiuntur ⁊ app=
henduntur a potētijs ſenſitiuis ſit ſpēs ⁊ ſimili=
tudo cuiuſlibet ſenſibilis quam ſenſus imediate
recipiunt: ⁊ qua mediante feruntur in ipa ſenſi=
bilia tanq̄ʒ in pꝛopꝛia obiecta. licet enim ſpecies
albedinis intentionaliter ꝑueniat ad oꝛganum
⁊ ad ipſum ſenſum viſus:non tamen cognitio ⁊
iudicium potentie viſiue fertur in ipam albedi=
nis ſpeciē: ſed in albedinem realiter extra oculū
exiſtentē. vnde ⁊ pcipit gradu3 intenſionis eius
⁊ ipſius extenſionem ac magnitudinē ⁊ figuram
ſupꝛa quam fundatur:q̄uis ſpecies p̄dicta albe
dinis in viſu recepta intentionaliter illas condi
ciones non habeat actu. et idem dicendum eſt ī
ſingulis ſenſibus. non enim ſenſus auditus iu=
dicium ⁊ cognitio fertur directe ⁊ per ſe in ſpēm
ſoni aut vocis quam immediate recipit et a qua
imutatur intentionaliter:ſed ſup ſonum et vo=
cem extra auditum in rerum natura exiſtentem
cuius eſt ipa ſpecies ⁊ quam repſentat. ⁊ idipm
eſt circa intellectum. qui licet ſpeciem rei intelli=
gibilis pꝛimo ⁊ immediate recipiat:eius tamen
cognitio ⁊ iudicium p ſe ⁊ pꝛimo ac directe non
fertur ſupꝛa ipam ſpeciem receptam:ſed ſup re3
intelligibilem extra intellectum exiſtentem per
ſpeciem repꝛeſentatam. ⁊ ratio generalis eſt qꝛ
omnis potētia ſiue ſenſitiua ſiue intellectiua:ꝑ=
mo ⁊ ꝑ ſe ac directe fertur in pꝛopꝛium obiectu3
quod non eſt ſpecies vl' ſimilitudo que in ſenſu
vel ī intellectu recipitur ſubiectiue:ſed res ꝑ illā
repꝛeſentata. non enim obiectum viſus dicitur
ſpecies coloꝛis ſed ipſe coloꝛ ⁊ ſic de ceteris. ob=
iectum namqʒ eſt quod pꝛimo ꝑ ſe ⁊ directe ter
minat actionem potētie. Ex quibus inferimus
ꝙ cum mot⁹ vel actus aut paſſio appetitus cau

ſetur ex apprehenſione ⁊ perceptione ac iudicio
virtutis cognitiue ⁊ ipſum neceſſario preſuppo
nat: primo ⁊ directe fertur in ipſas res apprehen
ſas ⁊ cognitas tanq̄ in propria obiecta poten=
tie cognitiue: non in ſpecies vel ſimilitudines re=
rum in vi cognitiua intentionaliter ⁊ immedia=
te receptas. vnde ⁊ philoſophus. 6. metha. po=
nit bonum ⁊ malum eſſe differētias appetibiles
eo ꝙ ſint condiciones rerum in eſſe reali ⁊ natu
rali exiſtētium circa quas verſatur potētia appe
titiua. neq̄ enī appetitus dolet aut triſtatur nec
delectatur de ſpecie coloris vel ſoni intētionali
ſed de ipſo colore aut ſono in rerum natura exi=
ſtēte quorum ſunt ipſe ſpecies. ⁊ circa etiam ſen=
ſum tactus nō dolet aut triſtatur appetitus nec
delectatur de ſpecie obiecti tangibilis conuenien
tis vel diſconuenientis: quam ſenſus tactus in=
tētionaliter recipit: ſed de ipſo obiecto tangibi=
li conueniēti vel diſconuenienti extra ſenſum ta
ctus exiſtente. nam hoc eſt quod ſenſum tactus
offendit ⁊ ledit aut demulcet ⁊ iuuat. ⁊ ideo bo
num vel malum quod tactui infert: quid reale ē
non apparens aut ſimilitudinarium queadmo=
dum ignis pictus vt quidā obijciunt: q̄uis non
inferatur ſm naturalē corporis vel organi im=
mutationem. ¶ Aduertēdum tamē ꝙ quia ob=
iecta ſenſus tactus ſunt qualitates quibus cor=
pus animalis ⁊ organa ſenſuum conſtant ⁊ cō=
ſeruantur ac etiam corrūpuntur: dupliciter pñt
dici conuenientia vel diſconuenientia ſenſui ta=
ctꝰ. vno modo reſpectu nature corporum ⁊ or=
ganorum. ex eo enim ꝙ ſenſus tactus eſt aptus
natus apphendere et percipere qualitates tan=
gibiles ex quibus vt dictum ē conſeruat̄ ⁊ etiā
corrumpitur corpus animalis: habet ſenſum et
perceptionem earum prout ſunt conuenientes
vel diſconueniētes aut nociue nature corporis
propter quod vt ſanctus thomas dicit de veri.
q. 26. ar. 3. in. cor. tactus appellatur ſenſus eo=
rum ex quibus componitur animal ⁊ per q̄ cor=
rumpitur. Alio modo poſſunt dici tangibilia cō
uenientia vel diſconuenientia ſenſui tactus ſm
rationem talis potentie inq̄tum. ſ. conueniunt
vel diſconueniunt proportioni et armonie ſen=
ſus tactus quā habet reſpectu proprij obiecti.
⁊ iſte modus ſecundus conueniētie vel diſcon=
ueniētie eſt magis proprius ſenſui tactus eo ꝙ
eſt ipſius potentie in ordine ad proprium obie=
ctum. ac per hoc magis directe ⁊ primo ⁊ per ſe
apphenditur a ſenſu tactus q̄ primus modus.
ex quo fit vt apprehenſio ⁊ cognitio ſenſus ta=
ctus ſemꝑ ſit cum pceptione conueniētie vel diſ
conueniētie ſecundo modo dicte: ſed non ſemꝑ
cum pceptione pmi modi: queadmodū in dāna
tis poſt reſurrectionē cōmunē.

¶ Tertio Notandum eſt prout ſan=
ctus thomas dicit de verita=
te. q. 26. ar. pᵒ. in. cor. ꝙ quia paſſio proprie ac=
cepta ē cum quadam abiectione prout patiēs a
contraria qualitate tranſmutatur in contrariā
ampliatur nomē paſſionis ſm vſum loquentiū
vt qualitercunq̄ aliquid impediatur ab eo qđ
ſibi competit: pati dicatur. vt ſi dicamus graue
pati ex hoc ꝙ prohibetur ne deorſum moueat̄.
⁊ hominē pati ſi prohibeatur ſuam facere volū=
tatem. Huiuſcemodi autem impedimētum: du
pliciter poteſt contingere. vno modo ex impro
portione ⁊ diſconuenientia obiecti ſenſibilis: ⁊
ſm iſtū modū tam ſenſus tactus q̄ ceteri om=
nes dicuntur pati ab obiecto improportionato
⁊ diſcōueniēti: circa quod ſenſus non poteſt ha
bere in actu ſuo illam perfectionē ad quā eius
virtus ſe extendit. nam cum obiectum ſit moti=
uum potentie et reducens potētiam ad actum
conuenientem ſue virtuti: ſi obiectum mouens
ſit illi diſconueniens ⁊ improportionatum: non
poterit actum proportionatum ſue virtuti eli=
cere. vnde q2 ſenſus iſto modo impeditur a ſua
perfecta operatione: pati dicitur paſſione pro=
priedicta. Alio modo contingit impedimētum
in operatione ſenſus ex leſione organi corpora
lis: ⁊ iſto modo pati poſſunt oēs potentie q̄ hñt
eē in organis corporalibus. nam cū he potētie
vtant̄ organis corporalibus ad ꝓprias opatio
nes: neceſſe ē ꝙ ad defectū organorū ſequatur
defectus in ſenſuum actionibꝰ. ac p hoc ex leſio=
ne vel nocumēto organi patitur ſenſus impedi
mētū ꝓprie opationis. iſto etiā modo patiūtur
q̄uis indirecte potētie organis corporalibꝰ nō
vtētes ſicut intellectiue: ſm ꝙ accipiunt ad ꝓpri
as opationes a potētijs organis vtētibus. con=
tingit nāq̄ ꝙ leſo organo virtutis imaginatiue
intellectus opatio ipediatur: eo ꝙ intellectꝰ in=
diget phantaſmatibus ad ſuam opationē. iſto
etiam modo paſſionis ex leſione vel nocumēto
corporis: ſpeciali quadā ratione p̄ ceteris ſenſi=
bus patitur ſenſus tactus pro eo quia apphen=
dit ⁊ pcipit ipam corporis leſionē vel nocumētū
quod alij ſenſus non pcipiunt. vt enim dictum ē
ſupra: ſenſus tactus eſt ſenſus. i. hēt ſenſationē
eorū ex q̄bus cōponitur aīal ⁊ p que corrūpitur.
⁊ ideo eius ē leſionē ⁊ nocumētū corporis ſenti
re: ex cuius apphēſione cauſatur in appetitu ſen=
ſitiuo dolor corporalis. q̄ nō ſolum dicitur cor=

poralis ꝓpterea quia ex corporali ſenſu cauſaꝛ:
ſed et qꝛ ex corpis leſione vel nocumēto īſurgit.
verūtū iſte modus ſentiēdi et patiēdi nō contin
git niſi circa corpora q̄ immutari poſſunt natu=
rali imutatione. vnde in ꝓpoſito nr̄o quia cor=
pora dānatorū poſt reſurrectionez ſunt oīo im=
paſſibilia ſm naturalē immutationē: non erit in
dānatis dolor ex leſione vel nocumento corpo
ris exortus: ſed tm̄modo ex paſſione ſupra poſi
ta qua potētie ſenſitiue patiunꝛ a diſcōueniēti ⁊
improportionato ſibi obiecto. vt eniz ph̄us di=
cit. 2°. li°. de aīa vel. 3°. ſecūdum grecos ca° q̄m
aūt ſentim⁹: quia ſenſus cōſiſtit in quadā ꝓpor=
tione: ideo ſenſibilia diſcōueniētia et impropor
tionata dolorē afferūt ſenſui: cōueniētia vero et
proportionata afferūt delectationez. et dicūtur
afferre ſenſui dolorē vel delectationē: non quia
ſenſus ſit ꝓprie dolere aut delectari: ſed quia ad
dolorē et delectationē ſemper reqrīꝛ tactus ſen
ſus ꝑut. S. Tho. expōit. p̄a. 2e. q. 35. ar°. p̄°. ad
2m. et ꝓbat ibi philoſoph⁹ a ſigno id veruz eſſe
exemplificādo in omnib⁹ ſenſib⁹. vbi et de ſenſu
tact⁹ dicit. tactui quoqꝫ non calidū ſane ſimplex
.i. ī ſummo ac frigiduz: ſꝫ id quod ē ad rationē .i.
ꝓportionē redditū amicū ē atqꝫ iocūdū. Faciūt
ad p̄miſſa quo ad duplicē modū patiēdi ſenſus
tactus ea q̄. S. Tho. deducit. p̄a. 2e. loco proxi=
me allegato. ar°. 2°. ad. 3m. ſenſibilia inquit ta=
ctus ſunt doloroſa nō ſolū inq̄ꝫm ſūt impropor
tionata virtuti app̄henſiue: ſed etiā inq̄ꝫm cōtra=
rianꝛ nature corporis. aliorū vero ſenſuū ſenſi=
bilia poſſunt quidē eſſe improportionata virtu
ti apprehēſiue: nō tū contrariātur nature niſi in
ordine ad ſenſibilia tactus. hec ille. Quātum ve
ro ad id quod dictū ē ꝙ ſenſus tactus in corpo=
rib⁹ poſt reſurrectionē nō patiꝛ ex leſione vel no
cumēto corporis ſed ꝓpter diſconueniēs et im=
proportionatū obiectū: faciūt ad predicta ea q̄
S. Tho. ſcripſit in hac diſ. q. 2. ar. p̄°. ſub. ar. 4.
ad. p̄m. dicens. q̄litates quas tact⁹ p̄cipit ſunt ille
ex quib⁹ conſtituiꝛ aīalis corpus. vnde per qua
litates tangibiles corpus aīalis ſm ſtatū preſen
tē natū eſt imutari imutatione naturali et ſpūa=
li ab obiecto tactus. in corporib⁹ tū glorioſis a
quib⁹ impaſſibilitas excludit naturalē imutatio
nē: erit imutatio a q̄litatib⁹ tāgibilib⁹ ſpiritualis
tm̄. hec ille. Et idē dicēdū eſt ſm ei⁹ viā et proba
biliorū doctoꝝ circa corpora damnatorū: cū etiā
ponāꝛ ab eis īpaſſibilia ſm naturalē imutationē

**Quarto** Notādū ē ꝑut. S. Tho. inq̄t. p̄a. 2e. q. 22. ar. 2°.
ad. 3m. ꝙ dupliciꝛ organuz aīe pōt tranſmutari.
vno modo trāſmutatione ſpūali ſm ꝙ recipit in
tētionē rei. et hoc per ſe inueniꝛ in actū app̄hen=
ſiue virtutis ſenſitiue. ſicut oculus imutaꝛ a viſi
bili: nō ita ꝙ colorēꝛ ſed ita ꝙ recipiat intētionē
coloris. eſt aūt et alia naturalis trāſmutatio or=
gani ꝑut organū trāſmutaꝛ q̄tū ad ſuā natura
lē diſpoſitionez puta ꝙ calefit aut infrigidaꝛ vel
alio modo ſimili trāſmutaꝛ. et hm̄oi tranſmuta
tio: ꝑ accidēs ſe habet ad actū app̄hēſiue v̄tutis
ſenſitiue. puta cū ocul⁹ fatigaꝛ ex forti intuitu vꝉ
diſſoluiꝛ ex vehemētia viſibilis. hec ille. Et id ip
ſuz dicit loco vltime allegato in notabili p̄cedē=
te ſpecialiꝛ de ſenſu tact⁹. tactus inq̄t dicꝛ maxi=
me materialis inter alios ſenſus: qꝛ hꝫt plus de
materiali immutatione adiūctū. nō tū immuta=
tio materialis ſe habet ad actū ſentiēdi qui perfi
ciꝛ ſpūali imutatiōe niſi ꝑ accidēs. hec ille. Ex
quib⁹ īferim⁹ pro p̄ma ꝯcluſiōe ꝙ nō eſt d̄ ꝑ ſe ra=
tione ſenſus tact⁹ nec ꝑtinet ad ei⁹ ꝓpriā paſſio
nē abſolute ⁊ ſimpliciꝛ ꝙ app̄hēdat ſuū obiectū
mediāte naturali imutatione: ſed hoc accidit ta
ctui ꝑ ſtatu vite preſentis ī quo humana corpo
ra immutari pn̄t naturali imutatiōe a ſuis qua=
litatib⁹. non eñ vt. S. Tho. dicit in hac diſ. q. 2.
ar. p̄°. ſub. ar. 3. ad. 2m. imutatio naturalis neceſ
ſario p̄cedit imutationē ſpūalē: niſi quādo orga
nū ſenſus tact⁹ aptū ē imutari naturali imutati=
one. qꝛ oē paſſiuū ſm ſuū modū recipit actio=
nē agētis. et ideo ſi aliq̄d ſit quod naturali imu=
tatiōe immutari nō poſſit ſicut eſt d̄ corporibus
humanis poſt reſurrectionez: ibi erit ſpiritualis
immutatio tantū non precedēte naturali immu
tatione. Dicimus ergo ſecunduz premiſſa ꝙ ig=
nis inferni cruciat corpora damnatorum vere ⁊
realiter ſm ſenſum tactus ⁊ cauſat in damnatis
dolorem corporalem: non exurendo vel cale=
faciēdo eoꝝ corpora: ſed ꝑ hoc ꝙ eius caliditas
exceſſiua eſt diſcōueniēs ⁊ improportionata ac
etiā horrida ſenſui tact⁹ qui vt ſupra dictum eſt
auctoritate philoſophi: conſiſtit ſm ſui ſubſtā=
tiam et virtutē in quadā ꝓportione et armonia
reſpectu ꝓprij obiecti quod pari modo requirit
habere ꝓportionē et quoddaz temperamētum
vt ſic congruat ſenſui tactus ſicut actiuum paſſi
uo. et idē dicēduz eſt de aquis niuiū q̄s ſimul cū
igne ſcriptura ponit in penā dānatoꝝ futuras
eſſe. Q: ſi aduerſari⁹ ꝑtinax inſtet ⁊ querat quo
modo ignis vel eius caliditas pōt eſſe tactui diſ
cōueniēs et horrori ac nocumēto non illum nec
ipſius organū exurēdo aut calefaciēdo: reſpōde
m⁹ ꝙ eo ipō modo quo voces incōſonantes au=
ditū offendūt et illi penam igerūt ac ſūt horrori

et odoꝛ fetidus eſt olfatui penalis et illū offendit et figure hoꝛribiles offendūt et cruciāt viſum: cū tamen voces diſſone nec odoꝛ fetidus nec facies hoꝛrida afficiāt ſuis qualitatibꝰ predictos ſenſus naturali imutatione. ſicut enī odoꝛ fetidus nō facit fetidū olfatū nec vocū diſſonantia ſenſum auditus foꝛmaliter abſonū nec figura hoꝛribilis ſenſum viſus facit hoꝛridū et tamē penā et cruciatuꝫ ſuis potētijs ingerūt: ita et ignis calidiſſimus coꝛpoꝛibꝰ et tactui oppoſitꝰ ſenſuꝫ tactꝰ offendit ⁊ cruciat: nō illū vel ipſius oꝛganū exurēs aut calefaciens: ſed quia ē illi improportionatꝰ et diſcōueniens ac hoꝛridus tanq̄ꝫ armonie et tēperamento ſue virtutis offenſiuꝰ. ſentit nāqꝫ ipſius caloꝛē intenſiſſimū et ſuo tēperamēto plurimū diſcōueniens: ac ꝑ hoc ⁊ ſue cōuenietis oꝑationis impeditiuum. vt enī premiſſum ē in tertio notabili: qualitercūqꝫ aliq̄d impedit̄ ab eo qḋ ſibi cōuenit: patit̄. Predicte rōni ad penā dānatoꝝ accedit ꝙ ex oꝛdinatione diuine iuſticie: tātū infert cruciatꝰ ⁊ doloꝛis ignis infernalis dānatis hominibꝰ: quantuꝫ eis inferret ſi eoꝝ coꝛpa exurēdo toꝛq̄ret. vñ ſi qs ſequēs imaginationē ſm ea q̄ vident̄ in hoc ſtatu nō ſatis cōprehēdat ꝙ ignis inferni ſola imutatione ſpūali poſſit inferre dānatis hoībus tā acerbiſſimā penā coꝛpoꝛalē quāta in eccleſia predicatur adiūgat premiſſis ꝙ pena et cruciatus dānatoꝝ oꝛdinatione diuine iuſticie eis irrogat̄ ꝓpter eoꝝ demerita. vnde volūtate et diſpoſitione dei: tantus doloꝛ et cruciatꝰ ac etiā ſuperexcedēs pōt illis inferri ab igne ꝑ ſolā actionē et imutationē ſpūaleꝫ quātus inferri poſſet ꝑ imutationē naturalē calefaciēdo et exurendo. nā et naturaliter non eſt minoris efficacie ad cauſandū doloꝛē acerbiſſimum apprehenſio aīalis q̄ fit ꝑ imutationem ſenſuū ſpiritualē: q̄ꝫ ea q̄ fit ꝑ imutationē coꝛꝑis materialē. imo eſt plerūqꝫ maioꝛis ꝓut in ꝑmo notabili deductuꝫ fuit. Facit ad iſta qḋ. S. Tho. dicit in hac diſ. q. 3. ar. 2. ad. 3m. ignis inquit ille erit inſtrumētum diuine iuſticie puniētis. inſtrumētū auteꝫ nō ſolum agit in virtute ꝓpꝛia et ꝑ ꝓpꝛiū modū: ſed etiā in virtute ꝑncipalis agētis et ſm ꝙ eſt regulatū ab eo. vnde quāuis ignis ſm ꝓpꝛiam virtutē non habet ꝙ aliquos cruciat magis vel minus ſꝫ modū peccati: habet tamen hoc ſm ꝙ eius actio modificat̄ ex oꝛdine diuine iuſticie. hec ille.

¶ **Quinto** Notandū eſt ꝙ vt latiꝰ fuit deductuꝫ. li. 2°. diſ. 2. q. ꝑa. ſub notabili ꝑmo: qḋ ſctūs thomas dicit ſubaꝫ incoꝛpoꝛeā vt angelū vel aīam humanā eſſe in loco nō ꝑ eſſentiā ſed ꝑ oꝑationē: debet intelligi nō ꝙ ipſa eſſentia rei incoꝛpoꝛee preſentialiter nō ſit in loco ſed tātūmodo eiꝰ virtus ⁊ oꝑatio: nā hoc expꝛeſſe eſt cōtra ipſiꝰ doctrinā vt ibi fuit ꝓbatum. ſed debet intelligi ſic ꝙ ſuba incoꝛpoꝛea nō eſt in loco ꝑ eſſentiā. i. ꝙ eius eſſentia nō eſt illi rō eſſendi in loco ſed ſua virtus et oꝑatio. itaqꝫ ſuba icoꝛpoꝛea et eius eſſentia ē in loco quādo oꝑat̄ in loco vel aliquā habet ad locū habitudinē. ſed ratio foꝛmalis qua ſic eſt in loco: nō eſt ipſa ſua eſſentia ſed eius oꝑatio vel qualiſcūqꝫ vnitio aut habitudo ꝓut ibi expoſitū fuit. ſed vt ibi tactū fuit: ea ſūt intelligēda loquēdo de exiſtētia ſubſtātie ſpūalis in loco ſm viā et oꝛdinē nature quē deus illi indidit. qm̄ ſupnaturaliter et virtute diuina: non ſolū dicto modo cōuenit eis eſſe in loco: ſed modis alijs ꝓut diuīa ꝓuidētia diſpoſuerit. Vñ circa ꝓpoſitū nr̄e ſecūde ꝯcluſionis dicimꝰ viā ſequētes ſancti doctoꝛis ꝙ poſt hanc vitam anime dānatoꝝ ſunt ſicut in loco in inferno et in ipſo infernali igne per diuinam iuſticiam et voluntatem per quā ibi eternaliter detinentur etiam ſi nullam operationem habeant circa locum inferni aut ignis nec circa coꝛpoꝛa in eis exiſtentia. ſunt ergo ipſe anime et animarū eſſentie dānatoꝝ in inferno ſicut in loco: quāuis nec earū eſſentia aut operatio ſit illis exiſtendi in eo loco ratio et cauſa: ſed ipſa diuina iuſticia et dei prouidentia. et licet non dicātur ibi eſſe per operationem: poteſt tamen dici ꝙ ſunt ibi per paſſionē quam ſuſtinent: non tanq̄ꝫ ꝑ cauſam aut rationem foꝛmalem: ſed magis tanq̄ꝫ per effectū. vt ſic deducatur conſequentia. anime dānatoꝛuꝫ ſunt in inferno et in igne eterno ibi parato: quia diuina iuſticia tali loco illas alligauit. ⁊ quia ſic ſunt in tali loco: ideo ibi taliter puniūtur et patiuntur. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ in caſſuꝫ laboꝛant nōnulli querentes a nobis qui ponimꝰ ſubſtātias ſpirituales eſſe in loco per operationē que ſit illa operatio per quam ſicut per rationem foꝛmalem anime dānatoꝛum et demones ſunt in loco inferni et in eius ignibus. naꝫ vno verbo ſue queſtioni reſpondemus ꝙ et ſi nullam habeant ī inferno operationem per quaꝫ ibi ſunt: veraciter tamen ibi ſunt vt in loco: cauſa et ratione ſup̄ poſita. Neqꝫ contradicimus nobis dicentes ſubſtātias ſpirituales eſſe in loco naturaliter per operationem. nam ſic dicendo: non dicimꝰ ꝙ ſubſtantie īmateriales et ſpūales nulla virtute eē pñt ī loco niſi ꝑ oꝑationē: ſꝫ ꝙ naturali v̄tute cōuenit eis eē in loco ꝑ oꝑationē. et adhuc capiēdo multū large oꝑationē ꝓut ſcđo libꝛo loco p̄allegato ānotatuꝫ fuit ex dictꝭ ſcti thome. vñ nulla in nobꝭ ē contradictio ſi nūc dicamꝰ ꝙ ſupnaturalr̄ ⁊ v̄tute diuīa aīe et ſubē ſpūales pñt eſſe in loco nō ꝑ oꝑationē.

Q Uantũ ad articulũ quartũ reſpondẽdũ eſt obiectionibus cõtra ꝯcluſiones. Et quidẽ ad primũ durãdi cõtra p̃mã ꝯcluſionẽ dicit̃ ad minorẽ ꝙ eſt falſa quãtũ ad ſecundã ꝑtem. nõ eni eſt veruꝫ ꝙ imutatio ſpũalis ſit ſemꝑ cõueniẽs nature ſenſuũ niſi quãdo obiectũ imutãs eſt ꝓportionatum potẽtie ſenſitiue. ſi aũt ſit illi iꝓportionatuꝫ: eſt per cõſequẽs ei diſcõueniẽs et nociuũ. et ꝺ hoc latius fuit dictũ in tertio ⁊ quarto notabilibꝰ. ¶ Ad 2$^{m}$. dicit̃ ꝙ licet imutatio ſpũalis ſit genere cõmunis beatis et damnatis: differt tñ ſpecie in vtriſqꝫ nec vt ſic eſt illis cõmunis. nã imutatio ſpũalis ſẽſuũ in beatis eſt ꝓportionata eoꝝ ſenſibꝰ vt potẽ ab obiecto proportionato cauſata. imutatio vero ſpũalis ſenſuũ dãnatoꝝ eſt illis improportionata et diſcõueniens tanqꝫ ab obiecto diſcõueniẽte et improportionato cauſata. vñ reſponſio ibi data bona eſt. Et ad eiꝰ primã impugnationẽ dicimus ꝙ ignis inferni erit corꝑalibus ſenſibꝰ dãnatoruꝫ vere leſiuꝰ et nociuus: nõ ex leſione aut imutatione alteratiua corpoꝝ: ſed quia ledit armoniã ſenſus et naturali eius ꝓportioni nocet: eo ꝙ ſit obiectũ improportionatũ et diſconueniẽs. nã vt in tertio notabili allegatũ fuit ex auctoritate phi: ſẽſus cõſiſtit in quadã ꝓportione in ordine ad ꝓprium obiectũ. vnde eſtimatio dãnatorum qua iudicant illũ ignẽ eſſe eis nociuũ: vera eſt. arguẽs aũt deceptꝰ eſt putans ꝙ ignis inferni ſola leſione aut imutatiõe naturali corꝑis cauſet nocimentũ ſenſui. qꝺ non eſt verũ vt in predictis notabilibus ſatis deductũ fuit. Ad ſecundã impugnationẽ ꝺ ſenſibilibꝰ tactꝰ eſt eadẽ reſpõſio. aſſumit eni arguẽs in ea hoc falſum ſi vlr capiat̃ ꝙ. ſ. ſenſibilia tactꝰ non imutant ſenſum tactꝰ niſi naturali imutatione vł nõ ſine ea. hoc certe veritatẽ nõ habet niſi quãdo organũ tactꝰ aptũ natuꝫ eſt imutari naturali imutatione, ꝑut dictũ fuit i tertio notabili. qꝺ in ꝓpoſito nr̃o nõ cõtingit. qm̃ corꝑa dãnatorũ imutabilia ſunt tali imutatione diuina iuſticia id exigẽte. Quod aũt vltimo arguẽs obijcit contra id quod dictum eſt ꝙ. ſ. ſenſibilia tactus abſqꝫ imutatione naturali nocent ſenſui: dicimus ꝙ auguſtinus vbi allegatur: loquit̃ de dolore ſenſibili ſm ſtatũ vite preſentis in quo leſio carnis põt contigere in corporibus humanis. nos aũt loquimur in cõcluſiõe de dolore ſenſibili corpoꝝ dãnatoꝝ in futuro ſtatu in quo nõ ex leſione carnis: ſed ex leſione ſenſus corꝑalis cauſabit̃ dolor ſenſibilis. ¶ Ad. 2$^{m}$. principale contra ꝓbationem cõcluſionis ⁊ ad argumentũ ſcoti ꝯtrá eandẽ cõcluſionem dicitur ꝙ non militãt ꝯtra nos. qm̃ ꝓbatio illa ꝑ ceſſationẽ motus celi nõ eſt de mente ſancti thome in vltimis eius ſcriptis: quicquid in p̃mis tenuerit ꝑut latius oſtẽſum fuit li. 2$^{o}$. diſ. 14. ſub quarto notabili. ¶ Ad argumẽta aureoli cõtra eandẽ concluſionẽ: ad primũ dicit̃ ꝙ aſſumptũ eſt falſuꝫ nec arguẽs illud ꝓbat. et eſt expreſſe cõtra phm in. 2. li de anima. ¶ Ad. 2$^{m}$. dicimꝰ ꝙ vbi dicitur in ſacra ſcriptura ꝙ dãnati mittent̃ in ignẽ et ardebũt: ardor accipitur pro ſenſu et ꝑceptione ardoris. ſentiet nãqꝫ ſenſus corporalis tactus calorẽ ignis eẽ maximũ: nõ ex imutatione naturali corporũ: ſed ex imutatione ſpũali. et de hoc ſatis dictuꝫ fuit in tertio et quarto notabilibus. Et in eodẽ ſenſu auguſtinꝰ et gregoriꝰ et alij ſancti loquunt̃ de ardore dãnatoꝝ. nec fuit illis opus ſacrã ſcripturam exponentibꝰ diſtinctionẽ facere de paſſione naturali et intentionali que in rudimentis phie cõmuniter docetur. ¶ Ad id qꝺ ſecũdo loco vult ꝓbare dicimus ad p̃mã ꝓbationẽ ꝙ actio dicit̃ realis dupliciter. vno modo ex eo ꝙ realẽ alterationeꝫ vel tranſmutationẽ naturalẽ cauſet in paſſum. et iſto modo negat ſanctꝰ thomas realẽ actionẽ in imutatione ſpũali circa corpora dãnatorum. alio modo dicitur actio realis ex eo ꝙ non eſt ſm ſolã intellectus appꝛehẽſionẽ. et iſto modo cõcedimꝰ ꝙ imutationes ſpũales ſenſuũ ſunt reales et cauſãt effectum realẽ. vnde imutatio intentionalis non dicit̃ ab intentione quã intellectꝰ quibuſdaꝫ rebꝰ per conſiderationem attribuit: ſed dicit̃ intentionalis. i. ſm ſimilitudinẽ et ſpẽm facta: non imediate per ipſam rem ſm eſſe materiale qꝺ habet: vnde et ſpũalis quãdoqꝫ appellat̃. ꝙ aũt talis actio corrumpat ſenſum vel eius organũ: ꝑ accidẽs cõtingit et nõ ſm omnẽ ſtatũ vt dictũ eſt. ¶ Ad ſecundam probationem concedimus antecedens et pro nobis facit. ſed negamꝰ conſequẽs capiẽdo trãſmutationẽ realẽ pro naturali. i. quãtũ ad naturalẽ diſpoſitionẽ organi ſenſus. ¶ Ad tertiã dicimus ꝙ nihil cõcludit cõtra nos. nã talis alteratio potẽtie viſiue non eſt ꝺ per ſe ſm imutationẽ naturalem: ſed per intentionalem et ſpũalem. ꝙ aũt odores aliquãdo reuma curẽt: non ideo ẽ qꝛ naturaliter imutent potentiam olfatiuam: ſed qꝛ fumalis quedam euaporatio recipitur in organo olfatus: que tranſmutatione naturali illud imutãs cauſat reumatis ſanitatem: et non ipſa potentie olfatiue ſenſatio. vnde ꝓbatio arguẽtis ꝓcedit ex falſo. ¶ Ad quartã dicit̃ ꝙ arguẽs falſum imponit ariſtoteli. nã ipſe contrariũ docet in. 2. de anima. ¶ Ad quitã cõcedimꝰ preambulũ ibi poſituꝫ.

et ad ꝓbationē ex eo ſumptā: negaṫ aſſumptum.
nam cōprehēſiones ſenſuum: ſunt ſenſibiliū appre
henſiones et ꝑceptiones. que licet cauſenṫ ex mu
tatione medioꝝ: nō tñ ſunt ipſe medioꝝ mutatio
nes. et cū inde infert arguēs ꝙ imutationes ſenſu
um ſunt trāſmutatiue: cōcedimꝰ ſpiritualiter non
naturaliter et materialiter ꝑ ſe loquendo. et ideo
falſum eſt ꝙ magis facte abijciant a ſenſu loquen
do de abiectione naturalis diſpoſitionis. qḋ autē
vltimo infert ꝙ comprehēſio calidi nō ſit aliud ꝙ̄
calefactio et comprehēſio coloris ſit quedam co=
loratio: falſum eſt. non enim id ex precedentibꝰ
recte intellectis quēadmodū expoſuimꝰ vera cō=
ſequentia pōt concludi. ¶ Ad argumēta henrici
⁊ bernardi dicit̄ ꝙ ꝓcedunt ex vno falſo preſuppo
ſito. ſ. ꝙ ignis inferni nō vere affligit corpora dā=
natoꝝ abſqꝫ eoꝝ imutatione naturali. hoc autez
falſum eſt, put late deductū fuit in notabilibꝰ. cru=
ciat, pfecto vere et realiter ſenſus corpales dāna=
torum et ipſum etiā tactū non exurēdo aut cale=
faciendo: ſed maxima ſua diſproportione offen=
dente armoniā et ꝓportionē ipſoꝝ ſenſuū. offen=
dit ſiquidē ſenſum viſus ignis infernalis ſua ſpe=
cie horribili. nam cū damnati ſint igne circundati
et inuoluti: habent ſemꝑ ignem oculis obiectuz.
qui etiaz apud nos in ſtatu hoc grauis et horribilꝭ
eſt oculis corporalibus: ita vt ipſum ferre diu nō
poſſent: non ſolum ꝓpter organi corruptionez: ſꝫ
etiam quia lumē ignis eſt improportionatum po
tentie viſiue et ſibi odioſuz. quāto magis erit ocu
lis dānatorū odibilis et horribilis lux illa ſulphu
rea fediſſima ⁊ quadam terrena opacitate cōmix
ta ignis infernalis: ex cuius apprehenſione cauſeṫ
in appetitu maximꝰ dolor et anguſtia. eſt etiaz ig=
nis inferni maxime nociuus ⁊ horribilis ſenſui ta
ctus: non ipſum vel ipſius organū exurendo vel
calefaciēdo: ſed quia eius calor nimis ab ipſo gra
uiter ſentiṫ tanqꝫ ſue ꝓportioni et temperamen=
to offenſiuus. ſicut enim et nūc ſenſus tactus calo
rez ſentit exceſſiuū ignis oppoſiti mēbris corporis
abſqꝫ eo ꝙ ſenſus ipſe naturali imutatione calefi=
at quātūcūqꝫ membra ipſa calefiāt et exurenṫ: ita
et in inferno ſenſus tactus corporis dānatorum
ſentiet nimiū calorē ignis oppoſiti abſqꝫ eo ꝙ exu=
ratur vel calefiat: nulla etiam exuſtione aut cale=
factione corporibꝰ imiſſa. nō eni ſenſus tactus ſen
tit calorez vel frigus ea ratione per ſe loquendo
quia corpus vel eius organum calefit aut frigeſ=
cit: quoniā vt deductū fuit in tertio et quarto no=
tabilibus: imutatio naturalis corporum vel orga
norum: non neceſſario requiritur ad ſenſationez
et ꝓprias operationes potentiarum. ſed propte

rea quia calidum vel frigidū ſibi eſt oppoſituz vt
ꝓprium obiectū. vnde ſicut quādo eſt nimius ca=
lor exurēs corpus ſentiṫ vt nociuus armonie cor
poris: ita etſi non exurat corpꝰ ſi tamē eſt impro=
portionatꝰ ſenſui tactꝰ: ſentiṫ nihilominus vt no
ciuus proportioni et armonie potentie tactiue.
¶ Ad ea q̄ durandꝰ arguit cōtra ſecundā conclu=
ſionē: ad p̄mū dicit̄ ꝙ nos ponimꝰ eſſentiā anime
ſeparate ⁊ angeli vt demonis eſſe in inferno ſicut
in loco et ibi detineri per diuinā iuſticiā modo ex=
poſito in quito notabili. neqꝫ fieri debet vis vtrū
dici debeat ꝙ ab igne detineṅ vel in igne prout
arguēs difficultat: quia vtrūqꝫ poſſibile eſt ꝑ vir=
tutē diuinā. cū autē arguens dicit ꝙ ſola detentio
non videṫ eſſe ſibi tanta pena quātā eccleſia p̄di=
cat paratā eſſe dānatis angelis et aīabus: dicit̄ ꝙ
ſubſtātie nobili et inter alias creaturas digniori
habēti ex ſui natura arbitrij libertatē ſicut eſt ani=
ma rōnalis et angelus: grauiſſima pena eſt cōtra
volūtatē ſuā detineri ne faciat aut vadat quo ve=
non ſolū ſingulis quo ad ſe ſed etiam quo ad ali-
os. vnde et iterlinearis ſuper illud: illumiabit ab-
ſcondita tenebrarū dicit. et quia tunc omnia no-
ta omnibus: poterūt de ſe iudicare ⁊ de alijs. Cui
conſonat quod ioānes chriſoſtomꝰ dicit et habe-
tur ſupra diſ. 17. in littera dicens. nūc autē ſi recor
deris peccatorū tuorū et frequenter ea in conſpe
ctu dei pronuncies et ꝓ eis depreceris: citius illa

delebis.ſi vero obliuiſceris: tunc eoꝝ recordaberis nolens quādo publicabunt̄ in conſpectu omnium amicoꝝ et inimicoꝝ et ſanctoꝝ angeloruꝫ. Accedit ⁊ his auctoritatibus ratio ſatis ꝓbabilis quā ſanctꝰ thomas inducit ſupra diſ. 43ª. loco ꝓ cōcluſione allegato. nā vt inquit: ſicut oportet ꝙ iudex et aſſeſſor iudicis merita cauſe cognoſcant ad hoc ꝙ iuſtā ſentētiā ꝓferāt: ita oportet ad hoc ꝙ iuſta ſentētia appareat: ꝙ omnibꝰ ſentētiā cognoſcentibus: inoteſcāt merita et demerita ſingulo ꝝ. hoc autē fiet diuina virtute vel ad memoriā ſinguloꝝ illa reducente ſi noticiā eoꝝ habuit hic aliquando: vel ſi non habuit: nouam eoꝝ noticiā mentibus ſingulorum ingerente.

**Q**uantum ad articulū quartum reſpondendum eſt obiectionibꝰ aduerſariorum. Et quideꝫ ad argumēta ſcoti cōtra primā cōcluſionē dicit̄ ꝙ ꝓcedūt ex falſo vel ficto intellectu in ſcriptis ſcti thome. vnde nō militāt cōtra ipſius doctrinā ſicut patuit in ṗmo notabili. ¶ Ad argumēta eiuſdē contra ſecundā concluſionē: ad primū dicit̄ ꝙ ſi arguens loquit̄ de potentia ſm ordinē nature: prima ꝓpoſitio nō eſt vlr vera. nā anima itellectiua prior eſt naturaliter ſuis potētijs intellectiuis: et tamen nō pōt eſſe ſine illis. et ſubiectū priꝰ eſt naturaliter ſua ꝓpria paſſione: et tamē ordine et potētia nature non pōt eſſe ſine illa. licet enī actꝰ intellectus naturaliter ṗor ſit actu volūtatis et quandoqꝫ poſſit ſine illo eſſe: verūtamē quādo voluntas ab obiecto intellectus neceſſitat̄ ad actū: nō pōt eſſe via nature ꝙ actus intellectus ſit quin ſequat̄ volūtatis actꝰ. et de hoc ſatis fuit dictuꝫ in tertio et quarto notabilibꝰ. ſi aūt arguēs loquat̄ de potentia dei abſoluta: argumēta eius non militant cōtra nr̄am concluſionē q̄ non intelligit̄ de potētia dei abſoluta, ꝑut dictū fuit libro ṗmo diſ. ṗª. q. 3. ī quarto notabili. ¶ Ad. 2ᵐ. dicit̄ ꝙ ratio ſancti thome ꝓ cōcluſione nō ſolū ꝓbat de aptitudine: ſed etiā de actu ꝑut ex tertio et quarto notabili apparet. vnde falſum arguēs aſſumit nec illud ꝓbat. ¶ Ad. 3ᵐ. reſpōdet magiſter durandus ꝙ expoſitio arguētis ad illō ioā. 17. hec eſt vita eterna et c̄: eſt abſurda et periculoſa in fide. naꝫ ſi nomine vite eterne non deſignatur niſi actio vitalis eterna et non beatitudo ipſa: tunc dici pōt ꝙ dānati habebūt vitā eternā quia habebūt aliquam opationē vitalē eternā puta dolorē vel triſticiam mentalē de amiſſione beatitudinis et de afflictione corporis ꝑ ignē. cui dicto contradicit ſcriptura ſacra Mathei. 25. que vitā eternā ꝓmittit ſolis bonis dicens. ibunt hi. ſ. mali in ſupplicium eternū iuſti vero in vitam eternā. hec durandus. Et certe arguens deceptꝰ eſt putās ꝙ eadē ſignificatio ſit nominis in vi vniꝰ dictionis aſſumpti: quaꝫ ſignificat ſi accipiat̄ ſm partes. et qr vita eterna ſm partes et in vi duarū dictionum non aliud ſignificat q̄ꝫ operationē vitalem eternā q̄ poteſt competere et bonis et malis et beatis et dānatis: extiſtimauit ꝙ etiam in vi vniꝰ dictionis ſm ꝙ beatitudo ſola dicat̄ vita eterna ex vſu ſacre ſcripture et ſanctoꝝ doctoꝝ: cōueniret cuilibet opationi vite ſi maneat in eternū. hoc autē eſt falſum et ex falſa imaginatiōe ꝓueniēs. naꝫ in diuinis pat̄ ē ſpūs et filius eſt ſpūs qr deꝰ ſpūs eſt vt dicit̄ ioan. 4°. itē et pater eſt ſanctꝰ et filius eſt ſanctꝰ: et tamen hoc nomē ſpūſſanctꝰ in vi vniꝰ dictionis: eſt nomē ꝓprium ſoliꝰ ꝑſone que ꝓcedit a patre et filio ſm omnes ſanctos et doctores cōmuniter. ita vt hec ſit falſa. pater eſt ſpūſſanctus et filiꝰ eſt ſpūſſanctꝰ ſumpto nomine ex vſu loquētiū in vi vniꝰ dictionis. ¶ Ad ea que idem ſcotꝰ arguit ſecundo loco dicitur ad primū primo ꝙ minor ꝓpoſitio eſt falſa tam in naturalibus q̄ꝫ in ſupernaturalibus. naꝫ omnis virtus et vniuerſaliter omnis habitus determinat potentiam reſpectu actus. vnde et phs 2°. ethi. potentiam dicit qua poſſumꝰ: habitū vero quo taliter poſſumꝰ. habitus enim virtutis determinat potentiā ad bene opandū: malus vero ad malum. Reſpondet̄ ſecundo ꝙ argumentum ſupponit falſum. ſ. ꝙ habitus q̄ eſt lumen glorie in patria et neceſſitat voluntateꝫ ad fruendum deo ſit poſterior voluntate. hoc autem falſum eſt. immo reſpectu obiecti volūtatis ī patria ⁊ reſpectu ipſius actionis: lumen glorie prius eſt voluntate. nam per lumen glorie potentia intellectus beati videt diuinam eſſentiam et ꝓponit eam vt ꝓpriū obiectum voluntati. arguens aūt ꝓcedit in argumento tanq̄ꝫ ſi omnis habitus eſſet poſterior omni potentia quod minꝰ docte dicitur. licet eniꝫ habitus ſit poſterior natura potentia quā informat nihilominꝰ poteſt alias potētias p̄cedere. ¶ Ad 2ᵐ. dicit̄ ꝙ quātūcūqꝫ beata virgo habuerit ī via maiorē charitatē q̄ꝫ alij ſancti: nō oſtēdebat beate virgini diuinam eſſentiam clare viſam. nec ī patria charitatis eſt diuinam eſſentiā aperte manifeſtare: ſꝫ luminis glorie. vnde ex perfectione charitatis et preſertim in via non poteſt inferri clara viſio diuine eſſentie que eſt prima cauſa neceſſitandi intellectum ad fruenduꝫ deo. vnde in argumento cōmittitur fallacia ſm non cauſam vt cauſam. ¶ Ad. 3ᵐ. dicitur primo ꝙ aſſumptū eſt fal-

ſum in ꝓpoſito nr̄o. qm̄ voluntas non pōt imperare vel nō imperare aliquid niſi ſibi proponatur ab intellectu vt bonū quod ab ītellectu beato cōtingere non pōt in patria. ſic reſpōdet ſanctꝰ thomas ad ſimile argumentū de veri. q. 24. arti. 8. ad. $2^{m}$. quod erat tale. in poteſtate liberi arbitrij eſt vti gratia vel non vti: nā liberū arbitriū a gratia cogi non pōt. ſed ſi liberū arbitriū gratia ſupinfuſa nō vtiť: cedit in malū. ergo nulla gratia ſuperueniēs pōt liberū arbitriū cōfirmare in bono. ecce argumētū: ſequiť reſpōſio. ad ſecundū dicendū ꝙ in poteſtate liberi arbitrij eſt nō vti habitu cum pōt hoc ipm̄ quod ē nō vti habitu ſibi ꝓponi ſub ſpecie boni: quod de gratia in beatis accidere non pōt. hec ſanctꝰ thomas. Diciť ſecūdo ꝙ poſito licet non cōceſſo ꝙ volūtas poſſet nō imperare viſionē diuine eſſentie ſuppoſito lumine glorie et obiecto preſente: poſtꝗ̄ tamē imperat illam ꝛ intellectꝰ ꝓponit volūtati diuinā eſſentiā eſſe ſūmum bonū: nō pōt voluntas illā non amare ꝓut ex tertio ꝛ quarto notabili apparet. et in hoc caſu loquiť noſtra cōcluſio. ¶ Ad. $4^{m}$. diciť ꝙ quicqd ſit de quibuſdā ꝓpoſitionibꝰ in eo aſſumptis nam non ſunt vſquequaꝗ vere: et tamē argumentū nō militat cōtra nr̄am cōcluſionē. quia nō aliud concludit niſi ꝙ de potētia dei abſoluta et nō de ordinata: poteſt volūtas non diligere eſſentiā diuinā clare viſam. et hoc nos cōcedimus ſicut dictū fuit in reſpōſione ad primū primo loco cōtra hanc ſecundā cōcluſionē. ¶ Ad. $5^{m}$. diciť ꝙ aſſumptum eſt falſum neq̄ valet eius ꝓbatio. tum quia habitus quo volūtas neceſſitať ad amandū diuinam eſſentiā clare viſam: nō eſt ſibi inherēs nec ſuꝰ habitus: ſed eſt habitꝰ intellectꝰ. ſ. lumen glorie faciens diuinā eſſentiā clare videri. tum etiam qꝛ etiā de habitu informāte voluntatē eſt falſa propoſitio prout ex quarto notabili eſt manifeſtū. ¶ Ad $6^{m}$. dicitur ꝙ procedit ex falſo ſuppoſito. nō enim ſanctꝰ thomas aſſignat rationem quā arguēs inducit ad ꝓbandū cōcluſionē vt arguens fingit ſicut patet in locis ꝓ concluſione allegatis et ex tertio et quarto notabili. Neq̄ eſt ſimile quod in argumento inducitur de forma celi: qm̄ in materia celi non eſt potētia ad aliā formā ſicut viſum fuit in ſecundo libro. et inde eſt ꝙ materia celi non pōt naturaliter alia forma informari. ſed ītellectus beatus licet videat diuinā eſſentiam: non ideo tolliť aut minuitur eius potētia ad hoc ꝙ ab alijs obiectis informetur et ꝑficiatur. vnde intellectus beatus non ſolum cognoſcit diuinam eſſentiā: ſꝫ multa alia de creaturis etiam ꝑ aliam cognitionem.

¶ Ad argumēta godofredi contra eandē concluſionem: ad primū dicitur ꝙ non militat ꝯtra nos qui tenemꝰ ꝙ deus de potētia abſoluta pōt ſuſpēdere actū voluntatis manēte aperta viſione. noſtra aūt concluſio intelligiť ꝗ̄$^{m}$ eſt ex parte nature rei. ſ. voluntatis beati. ¶ Ad. $2^{m}$. diciť ꝙ capiēdo beatitudinē ſicut arguēs capit: nō eſt ad ꝓpoſitum nr̄e cōcluſionis q̄ loquiť de ꝑfecta ꝛ ſimpliciter beatitudine qualis eſt in pr̄ia. ¶ Ad argumēta bernardi et durādi cōtra eandē cōcluſionē dicitur ꝙ non militant cōtra nos quia ꝓcedūt ď potentia dei abſoluta ſm̄ quā non obſiſtūt nobis q̄ idipſum tenemꝰ. ¶ Ad argumēta durādi contra tertiā cōcluſionē: ad primū diciť ꝙ aſſumptū ē falſum. non enī ſufficeret ſaltē nō ſatiſfaceret plene cōſciētijs exiſtentiū in iudicio ſi cōfuſa cognitione ꝑ hoc ꝙ quidam ſunt a dextris et quidā a ſiniſtris cognoſcerēt rectitudinē diuine ſentētie ꝗ̄$^{m}$ eſt ex parte rei. vnde ꝓbabilius diciť ꝙ nō ſolū noticia confuſa et in generali ſed noticia in particulari et ꝑ certitudinē cognoſcēt om̄es ſentētiā iudicis iuſtam et rectiſſimam: ſinguloꝝ merita et demerita cognoſcētes. ¶ Ad. $2^{m}$. diciť ꝙ quāuis non ſit auctoritas ſacre ſcripture q̄ in forma verboꝝ illud dicat expreſſe: eſt tamē auctoritas ſacre ſcripture q̄ recte intellecta illud ꝓbet ſicut apparet ex quinto notabili. ¶ Ad argumēta durandi cōtra quartam cōcluſionē diciť ꝙ vt tactū fuit in quinto notabili: non pōt ꝓ certo diffiniri de circūſtantijs eorum q̄ in iudicio generali facta et dicta erūt: eo ꝙ ſacra ſcriptura aut certa dei reuelatio nos nō docuit expreſſe de ſingulis. et ideo cōtra diuerſa opinantes ex nulla parte pōt efficaciter ꝓbari ſua opinio. magis tamē veriſſimile eſt ꝙ ſentētia ꝓferetur mentaliter ſicut et meritoꝝ ac demeritoꝝ diſcuſſio. qď auguꝰ tenet. 2°. de ciuitate dei. vnde qꝛ arguēs de diſcuſſione tenet ꝙ fiet mentaliter: ſi ꝓprie debeat fieri coaptatio: rationabiliꝰ eſt ꝙ ſentētia ꝓferať mētaliter. neq̄ oportet ꝙ ſentētia illa ꝓferatur more iudiciū humanoꝝ qui ſicut accuſatio et teſtificatio in cauſis fiūt vocaliter: ita ꝛ ſententiam ferunt vocaliter. in generali tn̄ iudicio accuſatio et teſtificatio ac defenſio erit mētalis. ſm̄ illud apl̄i Ro. 2. teſtimoniū illis reddēte conſciētia ipſoꝝ ꝛ inter ſe inuicē cogitationū accuſantiū aut etiā defendentiū in die cū iudicabit dn̄s occulta hoim̄. idcirco rationabiliꝰ diciť ꝙ ſentētia ꝓferetur mētaliter. nec oportet ꝙ ſentētia coapteť his cōtra quos dať: ſed magis accuſationi et meritis cauſe. ¶ Ad argumētū ante oppoſitū reſpondet S. Tho. diſ. 48. huiꝰ quarti. q. p$^{a}$. ar. 3°. ad. $3^{m}$. ꝙ verbum auguſtini eſt intelligendū quando id qď apprehendiť per intellectū precedentē: eſt bonū

per participationē et nō ꝑ eſſentiaꝫ ſicut ſunt oēs creature: eo ꝙ in eis pōt eſſe aliq̄d quare affectus nō moueat. ſimiliter etiā in via deꝰ cognoſcit̄ per effectꝰ: et intellectꝰ nō attingit ad ipſam eſſentiaꝫ bonitatis eiꝰ. vnde non opoꝛtet ꝙ in via affectus intellectū ſequat̄: ſicut ſeq̄ret̄ ſi eſſentiā eius videret q̄ eſt ipſa bonitas. Et in hoc articulꝰ terminat̄.

## Diſtinctio. xl.ix.

CIrca q̄dragesimā nonā diſtīctioneꝫ q̄rit̄ vtrū vltima beatitudo vel felicitas hūana ſit aliquis actꝰ eternꝰ et arguit̄ ꝙ non. qꝛ beatitudo eſt homini cōmunicabilis. ſ eternitas nō pōt ei cōmunicari qꝛ qđ in tēpoꝛe factū eſt non pōt eſſe eternū. ergo vltima beatitudo hūana nō eſt aliq̄s actꝰ eternꝰ. ¶ In oppoſitū arguit̄. qꝛ vltima hoīs beatitudo in dei viſione cōſiſtit. ſ in hoc cōſiſtit vita eterna vt patet ioānis. 17. hec ē vita eterna vt cognoſcāt te. ergo beatitudo humana eſt aliquis actus eternus. ¶ In hac q̄ſtione erunt quattuoꝛ articuli vt ſupꝛa.

QUantuꝫ ad pꝛimū articulū ſit pꝛima concluſio ꝙ beatitudo ſeu felicitas humana eſt actꝰ et nō habitꝰ. Hanc cōcluſionē tenet. S. Tho. in hac diſti. .q.pͣ.ar.2.ſub.ar.2. Itē.pͣ 2ͤ.q.3.ar.2. ¶ Secūda concluſio eſt ꝙ beatitudo hoīs eſt vita eterna et actꝰ eternitate mēſuratꝰ. Hāc cōcluſionē tenet. S. Tho. in hac diſti. vbi ſupꝛa ſub.ar.3. Iteꝫ ꝯtra gentiles libꝛo.3°.caplō.61.

QUantum ad ſecundū articulū arguēdū eſt contra cōcluſiones. et q̄deꝫ cōtra pꝛimā arguit ſcotꝰ ꝓbādo ꝙ btitudo nō cōſiſtat in opatione. quia nullū agēs eſt ꝑfectiꝰ ex hoc ꝙ ꝑ actioneꝫ ſuam aliq̄d ꝓducit. ſed operās eſt aliquo modo cauſa ſue opationis. ergo nō eſt ſimpliciter ꝑfectioꝛ ꝑ ſuam opationē. beatꝰ vero eſt ſimpliciter ꝑfectioꝛ ꝑ ſuā beatitudinē. ergo et c̄. maioꝛ ꝓbat̄. quia effectus nō eſt ſimplicit̄ ꝑfectio agētis: cū agēs vel ſit eque ꝑfectū puta ſi eſt vniuocū: vel eſt illo ꝑfectiꝰ puta ſi ſit equiuocū. Cōfirmat̄. qꝛ ſi ſimplicit̄ fit de impfectioꝛi ꝑfectiꝰ: ergo ſimplicit̄ mutat̄. incōueniens aūt eſt agēs in eo ꝙ agēs mutari ſm phꝫ.3. phy. quia tunc in eo ꝙ eſſet in actu eſſꝫ in potētia. Cōfirmat̄ etiā quia beatꝰ nō ē cauſa effectiua ſue beatitudinis quia tūc beatificaret ſe. eſt aūt cauſa effectiua ſue opationis. ergo et c̄. Dicet̄ foꝛte ꝙ i actu ſunt duo. ſ. ſuba actus et foꝛma a qua habet ꝑfectionē. et ſm pꝛimū pꝛincipiū eius ē potētia naturalis. q̄ꝫm ad ſecundū pꝛīcipiū eiꝰ eſt habitꝰ. ſi ergo ille ſit acquiſitꝰ et ē ſicut tu ponis: cōtra hoc arguitur. Pꝛiꝰ eſſentialiter nō pōt depēdere ab aliqua cauſa a qua non dependeat poſteriꝰ eſſentialiter. ſ actus eſt pꝛioꝛ eſſentialiter ſua foꝛma: alioquin non neceſſario illa foꝛma pꝛeexigeret actū ad ſui eſſe. ergo ſi intellectꝰ creatꝰ eſt cauſa ſube actꝰ: tūc illa foꝛma depēdebit ab intellectu creato: et non niſi in aliquo genere cauſe qꝛ nihil videt̄ eſſentialiter depēdere ab aliquo qđ non ē cauſa eiꝰ loquēdo de actu puro quocūq̄. Itē illa foꝛma nō eſt niſi aliqua cōdicio ipſiꝰ actus. potētia aūt q̄ elicit actum non elicit illū nudū ſed cū tali vel tali condicione ſeu circūſtātia. ergo potētia nō tm̄ eſt cauſa ſubſtātie actꝰ ſed etiā illiꝰ foꝛme actus. Itē ꝙ habitus ſit cauſa diſtīcta a potētia alicuiꝰ diſtincti omnino videt̄ ꝓbabile. tū quia nō eſt niſi cauſa ſecunda reſpectu potētie. cauſa autē ſecunda et pꝛima non habēt diſtīctos effectꝰ ſibi ꝓpꝛios. tum qꝛ reſpectu neutriꝰ: eſſet hec pꝛima et illa ſecūda. quia ille effectꝰ ꝓpꝛiꝰ habitui eſſet neceſſario foꝛma abſoluta quia relatio nō eſt ꝑ ſe terminꝰ actionis vl̄ agentis. nō eſt aūt ꝓbabile actionē attīgēteꝫ obiectum beatificū includere duo abſoluta. ¶ 2°. pꝛincipaliter arguitur ſic. qꝛ habitus eſt perfectio ſimpliciter nobilioꝛ actu. ſed beatitudo eſt perfectio nobiliſſima. ergo magis cōſiſtit in habitu q̄ꝫ in actu. pꝛobatur maioꝛ. tum quia ſm phm.3°. thopicoꝝ bonum diurnius eſt melius. ſed habitus ē bonum diurnius ſeu permanentius q̄ꝫ actus. qꝛ habitus eſt de difficili mobilis: actus autem ſtatim trāſit. tum quia habitus eſt aliqua cauſa actus: alioquin non facilius nec perfectius ageret habēs habitum q̄ꝫ non habens. non autem eſt cauſa niſi effectiua quod patet diſcurrendo per cauſas. et nō effectiua vniuoca vt patet. ergo equiuoca ac per hoc nobilioꝛ. ¶ 3°. quia abſolutum ſine contradictione poteſt manere abſq̄ reſpectu fundato in

eo quia eſt prius naturaliter tali reſpectu. ſed reſpectus ad obiectū fundat̄ in opatione. ergo operatio pōt eſſe et manere ſine reſpectu ad obiectū. ſed ſine eo nō eſt beatitudo: alioquin eſſet beatitudo et nō in obiecto beatifico. ¶ 4°. quia nulla opatio īmediate pficit eſſentiā ſed ſolū potentiā. ſed beatitudo immediate perficit eſſentiam anime. ergo beatitudo nō cōſiſtit in opatione. minor ꝓbat̄ quintupliciter. Primo qꝛ nobiliori pfectioni correſpōdet nobili⁹ pfectibile. ſed beatitudo ē nobiliſſima perfectio. eſſentia autē eſt nobili⁹ pfectibile ꝙ potētia ſm rem ſi differāt realiter: et ſaltem ratione ſi differant ratione: qꝛ qualis eſt ordo aliquoꝝ diſtictoꝝ realiter: talis eſt ordo eorūdē ſm rōnem quādo ſola rōne diſtinguūtur. pma ꝓpoſitio licet habeat īſtātiā de pfectionib⁹ alterius rōnis ſm gen⁹ puta de ſubali ꝛ accidentali: ſiquidē pfectio ſubalis quia dat eſſe ſimpliciter reqrit pfectibile ſm quid ens. ſ. in potētia. pfectio aūt accidētalis qꝛ dat eſſe ſm quid requirit pfectibile ſimpliciter ens in actu. tñ de pfectionib⁹ accidētalibus cōparatis inter ſe videt̄ eſſe vera cōparando ad pfectibilia receptiua actuū. qꝛ ſi impfecti⁹ ē capax alicui⁹ accidētis qō maxime pficiat illud accidentaliter: ſupius nō pōt ſumme pfici accidētaliter illa pfectione nec alia niſi excellēte. ¶ 2°. ꝓbat̄ eadē minor. quia quicqd eſt imediatū ſuſceptiuū accidētalitatis ſi poſſit p ſe eſſe: poſſet p ſe recipere illud et nō aliud niſi mediante illo. ergo ſi potētia anime poſſet eē ſeparata ab eſſentia: poſſet recipe beatitudinē et p cōſequēs eſſꝫ beata: eſſentia aūt nō ſine illa. et ita natura nō intellectualis poſſet eſſe beata qꝛ accidens et natura intellectualis manēs in ſe nō poſſet eſſe beata qꝛ carens imediato ſuſceptiuo beatitudinis. ¶ 3°. ad idem. qꝛ natura intellectualis non eſſet beata niſi p accidens: ſicut lignū calefacit qꝛ calidūꝫ. cōſequēs eſt incōueniens quia pfectio per accidens nō ē eſſentialiter perfectio illius cuius eſt per accidens. cōſequentia probatur. quia ita ineſſet nature beatificabili beatitudo per accidens medium: ſicut calefacere ineſt ligno mediāte calore. ¶ 4°. ad idē. gratia eſt gloria conſumata. ſed gratia eſt principaliter in eſſentia anime et redundat in potentia ſub ratione habitus ꝛ virtutis. ergo et c̄. ¶ 5°. qꝛ beatitudo eſt per quendam illapſum vel circūintellectionem obiecti beatifici reſpectu beatificabilis. et iſte illapſus vel circūintellectio potius eſt in eſſentia ꝙ in potentia. nam ex illapſu in eſſentiam redundat vel deriuatur in potentias. nō autem econuerſo quia a priori fit redundantia vel deriuatio in poſterius ꝛ non econtra. illud enī eſt principalius tale a quo aliud eſt tale et non econtra. aſſumptū probat̄. quia beatitudo principali⁹ conſiſtit in obiecto increato inꝙᵐ eſt bonū voluntatis create. ipſa autem anima vel natura angelica mediante voluntate transformatur vt cōuertatur in illud prout eſt poſſibile vi amoris ſm ꝙ dicit dioniſius ꝙ amor eſt vis transformatiua et conuerſiua amantis in amatuꝫ. et hugo ſup illud calidum et acutū et ſupferuidū. amor vnū facere vult dilectū cum ipſo. ſ. amāte. et poſt dilectus ingerit ſe vt ſi fieri poſſit hoc ipſe ſit quod ipſe. ſ. qui amat. et ſic miro quodaꝫ modo incipiat expelli et exire a ſe. Ex his arguitur ſic. vt natura amās exeat ex ſe et incipiat eſſe quod amat: nō pōt fieri niſi p circūintellectionem. nō aūt anime aut nature create illaberetur diuinitas ſed potius ecōtra vt in natura tali nihil appareat niſi ſumme vel diuine diſpoſitiōes: imo vt nō appareat aliud eſſe ꝙ de⁹. ſicut ferrum candens igne lucet et ardet vt ignis quaſi non ſit nec appareat eſſe aliud ꝙ ignis. hec ſcotus. ¶ Cōtra eandē cōcluſionē arguit henricus. 3°. quodlibet. q. 12. vbi querit vtrūꝫ beatitudo principali⁹ pficiat eſſentiam anime vel potentiam: ꝛ reſpōdet ſic. dicendū inquit ꝙ ſm auicenā et alios philoſophos bonuꝫ quod eſt beatitudo hominis nō reſpicit eſſentiā anime ſed ſolum potentiam mediāte opatione. ſed iſti non viderunt vnam beatitudinem que conſiſtit nō ſolū in actu intellectus et voluntatis in quib⁹ non eſt niſi beatitudo creata: ſed principalius conſiſtit in obiecto quod eſt beatitudo īcreata que deus eſt inꝙᵐ eſt bonum voluntatis que ſe transformat in illō ꝙᵐ poſſibile eſt ſm naturaꝫ et hoc vi amoris ſm quē elicitur vt habitu voluntatis volitio vera. vñ hugo ſup ſeptimuꝫ capl̄m celeſtis hierarchie dicit. ſi enim in dilectū nō vadis adhuc foris amas. et ſequitur. amor eni te facere vult vnuꝫ cum illo qm̄ dilectio ſupeminet ſcientie et maior eſt intelligentia. plus enim diligit̄ ꝙ intelligit̄ ꝛ intrat dilectio et appropinquat vbi ſcētia foris eſt. qō fit nō per hoc ꝙ homo illabat̄ diuinitati ſed diuinitas anime. ſicut ferruꝫ candeſcit ex hoc ꝙ ignis ꝓfundat ſe in ferro ꝛ non per hoc ꝙ ferrū ꝓfundat ſe in igne. illapſus autē magis fit in eſſentia aīe ꝙ in potētijs. ſicut gratia et gloria ꝙ̄ eſt grā cōſumata pncipaliter ē in eſſentia et ex redūdantia in potētijs ſub rōne habit⁹ et virtutis. p talē eni illapſum anima inflāmat̄ et illuminat̄ ardore caliditatꝭ ꝛ ꝓut eſt poſſibile dei formalitatem habet vt quaſi non ſit nec appareat aliud eē ꝙ deus. ſicut ferrū cādēs in igne lucet et ardet vt quaſi non appareat eſſe aliud ꝙ ignis nec diſtinctum quid ab eo. deinde

per deriuationē diuinitas illabiť potentijs.i. ſube 
ꝑut habet rationem potentie. vnde eſt vnꝰ illapſus nec pōt fieri illapſus in eſſentia quin redūdet in potētijs.dico ergo ꝙ beatitudo principaliꝰ pficit eſſentiā ꝙ̃ potentias: quia in illa pncipaliꝰ habetur deus q̄ eſt beatitudo: et pficit illā quodam modo p ſuā eſſentiā. potētias autē anime nō niſi per illas operationes terminatas ad eſſentiam ſub ratione veri et boni: licet pceptio huius pfectiōis non pueniat aīe niſi p potētias.hec ille. ¶ Cōtra eandē cōcluſionē arguit aureolus ꝓbādo ꝙ beatitudo nō conſiſtat in opatione ſm ſuā rōnem abſolutā, put eſt quedā q̄litas abſoluta: ſed potiꝰ ꝓut eſt exhibitiua obiecti in eſſe pſentiali. pmo ſic. opatio nr̄a ſub illa ratione eſt beatificatiua ſub q̄ inſaciatiua qꝛ beatitudo eſt ſumma ſacietas iuxta illud auguſtini beatꝰ eſt q̄ habet quicq̄d vult. ſ opatio nō eſt ſaciatiua vt eſt talis qualitas ſed vt exhibitiua obiecti beatifici in eſſe preſentiali. ergo et c̄. maior nota eſt et ꝓbata p auguſtinū.12.ꝺ ciuitate dei. minor patet quia ſolū finis habet facere: non autē illud qꝺ eſt ad finē vt ſic. operatio autē in ratione qua eſt q̄litas preciſa exhibitione obiecti: eſt ens ad finē et nō ipſe finis. ſimiliter vt ſic eſt bonū finitū ⁊ limitatū. nullū autē tale bonū ſaciat. item vt ſic diſtinguiť a deo. nullū autē bonum ſaciat niſi deus ex pmo cōfeſſionū. item vt ſic relinquit potētiā ad aliā opationem puta aliā viſionem. nō ergo vt ſic cōtinet omnē formā. et per conſequēs vt ſic nō ſaciat. ergo per oppoſitū ipſa ſaciat inq̄ꝫ^m eſt finis. et hoc habet inq̄ꝫ^m eſt exhibitiua finis et vt ſic eſt infinita et ſummū bonum et virtualiter continens omne bonū. iſta tamē non cōpetunt opationi formaliter: ſed extriſece inq̄ꝫ^m eſt exhibitiua ſūmi boni ⁊ infiniti. ex quo patet ꝙ vt ſic non relinquit potētiam ad aliud: quia oīe bonū cōtineť ciuiliter in eo quod exhibet. ¶ 2°. ſic. philoſophus dicit pmo ethi. de bono ⁊ dicit ꝙ bonū accipiť ꝓ vtili qualis eſt oīs bonitas ordinabilis in finē. vlteriꝰ obiectū beatificū eſt vltimus finis: actꝰ vero eſt finis ſub fine. his ſuppoſitis arguo ſic. in omni ordinabili in finem et in omni eo qꝺ eſt finis ſub fine: ratio eiꝰ quod eſt ordinabile in finē nō accipiť penes abſolutū ſed in cōnetione ad finē. que cōnexio cōſiſtit in exhibitione ipſiꝰ finis. hec ꝓpoſitio apparet in exēplo. ſi enī appeto potionē exhibentē ſanitatē: nō eam appeto propter abſolutū ſed pꝰſe vt ordinať et cōnectitur ſanitati. ſi enim appeteret ratione abſoluti: iā nō appeteretur ꝓpter aliud ſed ꝓpter ſe. ſed bonitas actus beatifici eſt bonitas ordinabilis in finē nec appetitur propter ſe ſed ꝓpter aliud: nec beatificat propter ſe ſed propter obiectuꝫ quod exhibet preſens. ergo non beatificat nec ratio eiꝰ inq̄ꝫ^m eſt beatitudo ſumi debet penes eius abſolutū ſed penes exhibitionē finis. ¶ Confirmať. quia q̄ñ aliquid nō competit alicui p ſe et primo ſed per aliꝺ non competit ſibi per rationeꝫ ſui abſoluti ſed ex cōnexione ad illud. ſed beatificare non competit opationi per ſe et primo ſed ex ratione obiecti. ergo et c̄. vnde ſi deꝰ faceret abſolutū opationis ſine exhibitione obiecti: nō beatificaret. ſi autē per impoſſibile faceret exhibitionē obiecti remoto abſoluto ipſius actꝰ beatificaret. vnde ex hoc poteſt ſic argui. illud eſſentialiter cōſiſtit in eo: quo poſito et remoto omni alio poniť: et q̊ remoto omni alio poſito remoueť. ſed ſic eſt de exhibitione obiecti. ergo. ¶ Confirmať. quia ſm auguſtinū beatus eſt q̄ habet quicq̄d vult et nihil male vult. i. q̄ habet quicq̄d recte vult. iſta aūt habitio nō conſiſtit i abſoluto opatiōis qꝛ illo volito nō ex hoc habeť volitū eē bonū. ſ cōſiſtit i exhibitiōe obiecti q̄ exhibitiōe habeť preſentialiť oīe bonū in quadam ratione eminenti. hec aureolus. ¶ Cōtra ſe eandam cōcluſionem arguit ſcotus probando ꝙ viſio beatifica non menſuretur eternitate. primo quia ſm te principiū actus q̄ꝫ^m ad ſubam eſt potētia. ſed ſm formā ſuam principium eius eſt habitus. et ſi habitus ſit īfuſus: perfectio actionis erit a cauſa exteriore que cauſat habituꝫ. ex hoc arguitur ſic. impoſſibile eſt actū inq̄ꝫ^m informatum ſm quam rationem tu dicis actum beatificatū: eē magis permanentem vel īmutabiliorē eſſe q̄ꝫ ſm ſubſtantiā: quia impoſſibile eſt illud cui ineſt aliquid per accidens: eſſe īmutabilius eo cui ineſt. ergo ſi actus ſm ſubam mēſurať euo quia eſſe eius ſm te menſuratur euo: ſequitur ꝙ actus inq̄ꝫ^m informatus vel habituatus haberet maiorem inmutabilitatē q̄ꝫ eui. ¶ 2°. quia apparet manifeſte falſum ꝙ aliquod creatum menſureť eternitate vt diſtinguitur cōtra euum. quia ſi euū includat ſucceſſionem ſiue potētialitatem ad diffiniēdū: hoc videť competere cuilibet creato quod nō eſt ꝓprie temporale. eternum enim ſicut eſt totum ſimul actu: ita caret potētia non eſſendi. ¶ 3°. quia tua probatio non valet. nō enim ſequiť. creatura ītellectualis non pōt ex ſuis naturalibꝰ in beatitudinē. ergo btītudo in ſua natura eſt eminētioris pmanentie q̄ꝫ creatura ītellectualis qꝛ eſt accidēs eius et tale accidens quod non conſequiť principia ſubiecti nec ſubeſt cauſalitati huius ſubiecti: eſt tū in ſe quoddā minꝰ nobile et minꝰ pmanēs. ¶ 4°. quia nō aliter viſio q̄ꝫ triſticia damnatorum ſit eterna patet. quia mathei decimo q̄nto ꝺr̄. ite maledicti

in ignem eternū. et multa talia ponuntur in ſcripturis. conſtat autē ꝙ illa pena non eſt eterna aliqua eternitate diſtincta ab euo vel tempore ꝑpetuo. ergo cōſimiliter perpetuitas beatitudinis nō eſt proprie eternitas nec neceſſe eſſe: ſed eui poſſibilis eſſe et nō eſſe tū ꝑpetuo cōſeruati. hec ille.

Quantuꝫ ad tertiū articulū primo notādū eſt ꝙ ſicut latius d̄ductū fuit libro tertio diſ. 23. q. pª. ſub tertio notabili: habitus adueniens potentie opatiue: vnū principiū conſtituit cū ea ad eundē actū. queadmodū ex ſpecie ſenſibili vel intelligibili et potētia quam informat: fit vnū p̄ncipiū ſentiendi aut intelligēdi reſpectu eiuſdeꝫ actus. ac ꝑ hoc eadē opatio ꝑfecta i ſuo genere eſt et a potentia et ab actu ſicut vnus effectus ab vna cauſa vel principio. ita ꝙ et ſuba actꝰ et actus modificatio ſeu determinatio ē ab vtroqꝫ et ab habitu et a potentia ꝑ habitū informata. vnde idē numero actꝰ meritorius et q̄ꝫm ad ſubam actꝰ et q̄ꝫm ad rōnem meriti ē ⁊ a potētia liberi arbitrij et ab habitu charitatis. Nec obſtat qd̄ phs dicit. 2º. ethi. ꝙ. ſ. potentia eſt q̄ poſſumꝰ et habitꝰ ē quo bene vel male poſſumus: qm̄ hoc phi dictū eſt ꝑ quandam appropriationē. quia eni potētia ſine habitu poteſt actū ꝓducere q̄ꝫm ad ſui ſubam et habitu habet ꝙ bene vel male opereṫ: ideo ꝑ quandā rōneꝫ adaptationis ſubſtātia actus attribuitur potētie: habitui vero attribuiṫ modus bone vel male opationis. et iſto modo ꝑ quandā. ſ. appropriationē accipiendū eſt quod. S. Tho. dicit in hac diſ. q. pª. ar. 2. ad. 2m. de ſuba actus et de forma. i. habitu a q̄ perfectionem habet actus. veruntamē q̄ꝫm eſt ex parte rei eadeꝫ opatio eſt: et q̄ꝫm ad ſubam et q̄ꝫm ad modum ſeu determinationem ipſius eſt tota ab vtroqꝫ: quāuis potentia ab habitu participet modum bene vel male operandi: et habitꝰ a potētia ſubam actus. Cōfirmāṫ iſta per diffinitiones vel deſcriptiones habitus datas a comentatore qui. 3º. de anima dicit. habitus eſt quo quis agit cum voluerit. et ab auguſtino dicente. habitus eſt quo aliquid agitur cum opus fuerit. vt enim ex vtraqꝫ diffinitione accipitur: nō ſolus modus agēdi habitui tribuitur: ſed ⁊ ipſum agere. Falſa ē igitur imaginatio quorundam opinātium ꝙ quādo actus procedit a potentia habitu informata: ſint circa actum duo effectus diſtincti a duobus principijs diſtinctis procedētibus. ſ. ſubſtantia actus a potentia: et modus ſm̄ quem actus dicitur bonus vel malus ab habitu.

Secundo Notandū eſt ꝙ vt. S. Tho. dicit in pluribus locis et ſignanter. pª 2e. q. 50. ar. 2. ad. 2m. et latius in. q. de virtuti. in cōmuni. ar. 3. ſubiectū tripliciter cōparaṫ ad accidēs. vno modo ſicut prebens ei ſuſtentamentū nā accidens ꝑ ſe nō ſubſiſtit: fulciṫ enim ꝑ ſubiectū. alio modo ſicut potentia ad actū. ſubm̄ eni accidēti ſubijciṫ ſicut quedā potentia actui. vñ et accidens forma diciṫ. tertio modo ſicut cauſa ad effectū: nam principia ſubiecti ſunt principia per ſe accidētis. quantū ergo ad primū: vnū accidens alterius ſubiectū eſſe nō poteſt. nam cū nullū accidēs per ſe ſubſiſtat: non poteſt alteri ſuſtētamētū prebere: niſi forte dicaṫ ꝙ in q̄ꝫm eſt a ſubto ſuſtētatū aliud accidēs ſuſtentat. ſed q̄ꝫm ad alia duo vnuꝫ accidēs ſe habet ad aliud ꝑ modū ſubiecti: nam vnū accidēs eſt in potentia ad alterū ſicut diaphaneitas ad lucē et ſuperficies ad colorē. vnum etiā accidēs pōt eē cauſa alterius vt humor ſaporis. et ꝑ hūc modū dicitur vnū accidēs alterius accidētis eſſe ſubm̄: non ꝙ accidens poſſit alteri accidēti ſuſtētamentuꝫ p̄bere: ſed quia ſubiectū eſt principiū accidentis altero mediāte. Ex quibus inferimꝰ ad ꝓpoſituꝫ nr̄ꝫ ꝙ licet imediatū ſubiectū beatitudinis ſit potentia quia eſt p̄ncipiū eius imediatū: primū tū ⁊ magis ꝓprie ſubm̄ beatitudinis eſt aīa cuius ipſa potētia eſt accidēs. vnde dicere potētiā anime eē ſubiectum beatitudinis: non ē aliud dictu q̄ꝫ dicere ꝙ anima ē ſubiectū beatitudinis mediāte potētia. ſicut dicere ꝙ vnū accidēs eſt ſubiectū alterīꝰ nō eſt aliud dicere q̄ꝫ ꝙ ſuba ſm̄ ꝙ eſt ſub vno accidente eſt ſubm̄ alterius. ꝓut. S. Tho. exponit pª 2e. loco preallegato. Et accedit huic rationi in materia noſtra quia beatitudo non ſolum eſt accidens ſed et eſt actus. i. opatio quedaꝫ. actiones aūt et operationes: ſunt ꝓprie ſuppoſiti tanq̄ꝫ ſubiecti agentis et nō formaꝝ aut potentiarū q̄ ſunt principia non agētia ſed quibus agens agit. non enim viſus eſt ꝓprie videns: ſed homo vel aīal ꝑ viſum. et cōſimiľr nō ꝓprie intellectus eſt intelligēs aut voluntas volēs: ſed homo vel aīa eſt itelligēs et volens ꝑ intellectū et volūtatē. vñ etiam in q̄ꝫm beatitudo ē ſubaliter opatio: hēt ꝓ primo ⁊ principali ſubiecto: nō potētiā intellectiuaꝫ a qua imediate ꝓcedit ſicut a p̄ncipio quo: ſed magis ipſam aīam vel hoīem a quibꝰ ꝓcedit ſicut a principio quod: et a quibus et in quibꝰ habet ſubſiſtētiā et ſuppoſitationē in rerum natura. loquimur nūc de beatitudine hominis. Patet igitur ꝙ per hoc ꝙ ſanctꝰ thomas ponit btitudinem eſſe ſubaliter operationem intellectꝰ ac per hoc ꝙ ſubiectiue ſit

in potentia intellectiua imediate: nō negat beatitudinem eſſe opationē anime principaliter et animā eſſe eius pmū et pncipale ſubiectū quāuis nō imediatū. imo magis illud affirmat vt ex premiſſis manifeſte cōſtat. Facit ad iſta qḋ. S. Tho. dicit de veri. q. 27. ar. 5. ad. 17m. ait eni. ſicut eſſentia anime imediate eſt eſſendi principiū: opationis vero principium eſt mediantib9 potentijs: ita imediatus effect9 gratie eſt conferre eſſe ſpirituale quod ptinet ad informationē ſubiecti ſiue ad iuſtificationem impij que eſt effect9 gratie operantis. ſed effectus gratie mediantibus virtutibus ꝛ donis: eſt elicere actus meritorios quod pertinet ad gratiam coopantem. hec ille.

¶ **Tertio** Notandū eſt ꝙ vt. S. Tho. deducit. 2a 2e. q. 132. ar. pº. in cor. et in. q. de malo. q. 9. ar. pº. gloria claritatē quandā ſignificat. vnde gloriari idem: eſt qḋ clarificari vt auguſtinus dicit ſup ioānem. claritas aūt et decor quandā habent manifeſtationē. et ideo nomē glorie pprie importat manifeſtationez alicuius de hoc quod ſuo ſplendore cōſpicuū et decorum videtur: ſiue illud ſit bonuz corporale ſiue ſpūale. quia vero illud quod ſimpliciter clarū eſt a multis conſpici poteſt et a remotis: ideo pprie per nomen glorie deſignatur ꝙ bonū alicui9 deueniat in multorum noticiam et approbationez. largius tamen accepto nomine glorie: nō ſolum cōſiſtit in multitudinis cognitione: ſed etiā paucoꝝ vł vni9 aut ſui ſolius. ſm quē modū apls dicit. 2a Corin. pº. gloria noſtra hec eſt teſtimoniū cōſciētie noſtre. quia ergo ſancti in patria gratia conſumati et confirmati habent ſplendorē gratie ꝛ cōſpicuitatez omnibus manifeſtam et hoc in ſempiternum: dicunt eſſe in eterna gloria. itaqꝫ gloria ſanctoꝝ in patria eſt ipſa claritas gratie conſumate. nam et ſm claritatē gratie in via: apoſtolus in premiſſa auctoritate deſignās gloriam in via ſanctoꝝ cū dixiſſet: gloria noſtra hec eſt teſtimonium cōſciētie nře: ſubiūgit ꝙ in ſimplicitate cordis et ſinceritate dei ꝛ nō in ſapiētia carnali: ſed i gratia dei cōuerſati ſumus in hoc mūdo. Quāobrez S. Tho. de veri. q. 27. ar. 5. ad. 6m. dicit ꝙ ſicut charitas vie non tollit in pria ſed remanet augmētata ppter hoc ꝙ in ſui rōne nullū defectū importat: ita etiā gratia quia nullū in ſui rōne iportat defectū: p ſui augmētū fit gloria. nec dicit eſſe diuerſa pfectio nature in ſtatu vie et patrie ꝙ̄m ad gratiam ppter formā diuerſam pficientē: ſꝫ ppter diuerſam pfectionis mēſurā. hec ſctūs doctor. vbi apte dicit grām cōſumatā et gliam idez eſſe. cum enim gloria ſit eſſentialiter claritas vt premiſſum eſt: recte dicitur ꝙ gratia cōſumata ſit gloria qm gratia lumē quoddā appellat. dicimus eni lumen gratie. i. lumen quod eſt ipſa gratia capiēdo genitiuū intrāſitiue. Ex quib9 inferim9 ꝙ gloria ſctoꝝ in patria nō eſt ſubaliter ipſa beatitudo: ſed ē q̄dāmodo eius cauſa ſicut et gratia cōſumata. vnde ſi alicubi in ſcriptura auctētica gloria beatoꝝ dicta ſit ipſa beatitudo ſeu diuina viſio aut fruitio debet accipi dictum per cauſam non ſm predicationem eſſentialem.

¶ **Quarto** Notandum eſt prout. S. Tho. deducit. 2a 2e. q. 23 ar. 2. in cor. ꝙ deus ſm hoc diſponit omnia ſuauiter ſicut dicit ſapientie. 8. qꝛ mouet oīa ad debitos fines idideſ ſingulis rebus formas per quas inclinant ad fines ſibi preſtitutos a deo. ſi eni motus aut opationes rerū non pcederent ab aliqua forma vel habitu pficiente et inclināte rem q̄ mouetur vel agit ad talē actionē vel motū: mot9 vel actio nō eſſet rei cōnaturalis. et p cōſequēs neqꝫ eſſet illi delectabilis et ſuauis imo magis eſſet ei quid violentū. cū autez beatitudo et viſio diuine eſſentie ſit act9 improportionatus p exceſſuz nature intellectualis: ſi nō pcederet in beatis ex aliquo habitu ſupnaturali diuinit9 īfuſo intellectib9 beatoꝝ ſed fuiſſet illis imiſſus per modū cuiuſdā illapſus vt quidā falſo opinati ſunt: ſequeretur ꝙ non eſſet mētibus beatoꝝ ſuauis et delectabilis. imo tanqꝫ ſimpliciter ab extrinſeco pncipio diuitus et imiſſus: eſſet magis violent9 et triſtis. quēadmodū eſt corpori graui motus ſurſum repugnans et violent9 quādo a pncipio extrīſeco ſurſū mouet. id aūt dicere eſt abſurdum de pfectiſſima operatione qualis eſt beatitudo ſeu diuine eſſentie viſio que et ſm phos et ſm theologos cōplementū habet in delectatione. vñ et ppheta dicebat. delectationes in dextera tua vſqꝫ in finē. dexteram appellās contēplationē diuine maieſtatis i patria p cōparationē ad ipſius cōtemplationem i via. vnde ſicut opinio magiſtri in. 17. diſ. primi libri cōmuniter a doctorib9 reijcit: ponēs ꝙ actus charitatis quo deū diligim9 eſſet penitus ab extriſeco. ſ. a ſpū ſancto p modū illapſus imiſſus et nō ab intrinſeco p formā aliquā volūtatem mouētē et inclinantē ad charitatis dilectionē: ita et iſtoꝝ cōſimilis opinio dicentiū beatitudinē et viſionez diuine eſſentie imitti a deo mētib9 beatoꝝ p moduz illapſus: tanqꝫ falſa refellenda eſt. imo et quāuis aliquādo pro opinione teneri potuit et ſi minus vera: nunc aūt pro errore cenſeri debet iuxta verum intellectum decretalis ad noſtrū in clemētina loco quinto in numero errorum ibi compu-

tatorum. vbi textus ſic dicit. quinto q quelibet i-
tellectualis natura in ſeipſa naturaliter eſt beata
q anima nō indiget lumine glorie ipſam eleuā
te ad deum vidēdū et eo beate fruēdū. hec decre
talis. et facit cōtra dictā opinionē qm ſi actus bea
titudinis et viſionis diuine eſſentie fuiſſet menti-
bus beatorum a deo p illapſum imiſſus: non indige
ret natura intellectualis lumine glorie quo eleua
retur ſupra ſui naturā ad videndum deum et deo
fruendum quod decretalis pro errore cenſet. pro
batur illud. quoniā ſi actus beatitudinis et viſio-
nis dei imitteretur per modū illapſus a deo: ipſe
actus ſufficeret mētib⁹ beatorum in puris natu-
ralibus exiſtentium quo viderent deum. nam ad
habendum actionem aliquam penitus ab extrin-
ſeco: ſufficit ipſa rei naturalis conſiſtentia non ſo
lum non diſpoſita: ſed etiam repugnante natura
dū tamē a virtute mouētis vel agētis ſuperet. ſi-
cut patet in graui ſurſum piecto. vel ſaltem ſuffi-
ceret ipſa rei natura non repugnans.

¶ **Quinto** Notādū eſt q vt boetius diffinit quinto libro de con
ſolatione: eternitas eſt interminabilis vite tota ſi
mul et perfecta poſſeſſio. dicitur autē intermina
bilis vite ſm q interminabile dicit negationē ter
mini et a parte ante et a parte poſt. vt ſic dicatur
interminabilis vita q nec habet principium nec fi
nem. dicitur vero tota ſimul: tum q nec in ſeipſa
habet prius et poſterius nec preteritū nec futurū
nec iſta habet ſm aliquē modū tranſmutationis
adiuncta. et dicitur perfecta: quia nihil ſibi deeſt
nec aliquid participatione alterius habet. vnde
ſm hanc eternitatis rationē ſolus deus eſt eter-
nus: nam nulla creatura eſt cuius eſſe intermina-
bile ſit nec principiū habens nec finē. omnis enī
creatura et omne aliud a deo principiū habuit ſui
eſſe. neq iterum aliquod ens preter deum habet
omnem ſui pfectionem totā ſimul. neq rurſus eſt
aliqua creatura que non habeat ſuum eſſe et om-
nem ipſius perfectionem participatam a deo. ſoli
igitur deo propriū eſt eſſe eternum eſſentialiter et
per naturam. ſecundū aliquā tamen participatio
nem eternitatis creature alique dicuntur eterne
ſm magis et minus ſm q plus vel minus partici
pant de perfectionibus eternitatis. Unde ad p-
poſitum nrm beatitudo creata hominū et ange-
lorum eſt eterna inq$^{m}$ participat interminabilita
tem a parte poſt. erit enī in perpetuū abſq fine.
item et quia eſt tota ſimul non p partes aut i ſuc-
ceſſione. totam nāq diuinā eſſentiam et omēs ip
ſius perfectiones et rationes quas vnq videbit
beatus: ſimul a pricipio ſue beatitudinis videt. ſz
illud auguſtini vltimo libro de trinitate. non erūt
.ſ. in patria volubiles noſtre cogitationes ab alijs
in alia euntes atq redeuntes: ſed omnem ſciētiā
noſtram vno ſimul conſpectu videbimus. quo cir
ca hieremie. 31. propheta dicebat. et non docebit
vltra vir proximum ſuum et vir fratrem ſuū di-
cens cognoſce dominum. omnes enim cognoſcēt
me a minimo eorū vſq ad maximū ait domin⁹.
¶ Ueruntamen eternitas huiuſcemodi beatitudi-
nis deficit ab eternitate dei: tum quia eſt partici-
pata a deo et non ſibi connaturalis nec menſura
adequata. tum etiam quia non eſt interminabi-
lis a parte ante: et hoc eſt cōmune omnibus crea
tis eternitatem participantibus. Item et deficit
quia quāuis ipſa eorum beatitudo ſm ſe ſit intrāſ
mutabilis actu et potentia dono dei: patitur ta-
men ſecū tranſmutationes nōnullas intellectio
num et affectionum ac etiam locorum ſuo modo
in quibus non eternitate ſed tempore menſurā-
tur. ſm q auguſtinus dicit. 8. ſuper geneſim ad lit
teram q deus mouet creaturam ſpiritualem per
tempus. vbi et dicit q per tempus moueri: eſt p
affectiones moueri. Deniq et alia ſunt que min⁹
participant d eternitatis duratione quemadmo-
dum dānati et eorum ſupplicia. quorū participa-
tio eternitatis q$^{m}$ ad hoc tātūmodo attenditur
q eſt interminabilis a parte poſt prout. S. Tho.
notat in hac diſ. q. p$^{a}$. ar. 2. ſub. ar. 3$^{o}$. ad. 4$^{m}$. Et
p$^{a}$. p. q. 10. ar. 3. ad. 2$^{m}$. vnde et in ſacra ſcriptura
dānati cruciandi et mittendi dicūtur in ignē eter-
num qui paratus eſt diabolo et angelis eius. non
tamen participant intrāſmutabilitate. imo nō ſo
lum in affectionibus et intellectionibus tranſmu
tationem habent: ſed etiā in eorum ſupplicijs. ſm
illud iob. 24. ad nimium calorem tranſibunt ab
aquis niuium. idcirco magis dicuntur menſurari
tēpore etſi ppetuo: q eternitate. ſm illud pſalmi
inimici dnī mētiti ſunt ei et erit tēp⁹ eorū in ſecula

**Quantum ad ar**ticulū qrtū reſpōdendū eſt obie
ctionibus in cōtrariū. Et quidē
ad pmū ſcoti cōtra pmā cōcluſio
nē dicit q qcqd ſit d maiori ppo
ſitione nā nō eſt vſr vera et pferti qn aliqd pduci-
tur per actionē agētis imanentē nā tunc tale pdu
ctū cū maneat in agēte facit ad ipſi⁹ perfectionem
quēadmodū verbū formatū in itellectu p ipſius
opationē pficit itellectū. verūtn minor ppoſitio
nō recte ſumit ſub maiore. nā maior pcedit d eſſe
ctu agētis pducto p actionē ſuā q aliqn vt qn ē qd
extriſecū penit⁹ nō d pfectio agētis. minor vo pce-

dit de operatione que cū ſit in agente ſubiectiue
ſemper eſt pfectio ipſius quia eſt finis quidā eius
ad quē ordinatur. qm̄ vnaqueq̄ʒ res eſt ꝓpter ſu
am opationem, put phs dicit ſecūdo de celo. et pͣ-
cipue id verū eſt de opatione imanente qualis ē
beatitudo. vnde in argumento cōmittitur falla-
cia figure dictionis mutando effectū in opationē
¶ Et ad primā confirmationē dicimꝰ ꝙ loquēdo
ꝓprie de motu prout aliquid abijcit a re mota de
quo loquitur phs vbi allegat̄: prima conſequen-
tia ē falſa. naʒ qđ perficit̄: magis acquirit q̄ʒ ab eo
aliquid abijciat̄. vn̄ phs. 7°. phy. ꝓbat ꝙ in q̄ʒm ali
quid pficit̄ nō alterat̄ quāuis aliquādo precedat
alteratio. et ibi expreſſe negat alterationē eſſe in
parte intellectiua p hoc ꝙ ſcit aut intelligit. neci
ipſa virtutū acquiſitione ꝓ eo ꝙ vt ſic pficitur. et
cum arguens infert ꝙ tūc in eo ꝙ eſſʒ in actu eſſʒ
in potētia: dicitur ꝙ eſt falſa illatio. naʒ licet agēs
antequā agat ſit in potētia ad actionem: in q̄ʒm tn̄
agit: in actu eſt tam pͥmo q̄ eſt forma vel eſſe: q̄ʒ in
ſecūdo qui eſt actio vel operatio. ¶ Ad ſecūdam
cōfirmationē dicit̄ ꝙ ſolutio ibi data bona eſt et ē
ſancti thome in hac diſtin. q. pͣ. arti. 2. ſub. ar. 2.
ad. 2m. Et ad eius improbationeʒ dicit̄ ꝙ forma
de qua ſanctꝰ doctor loquit̄ in reſpōſione et ipſe
etiam arguēs in impugnatione: eſt cōdicio et pfe
ctio quedam actus quaʒ habet ab habitu pficiēte
potentiam. hoc ſuppoſito: dicit̄ pͥmo ad impugna-
tionem ꝙ talis forma non eſt poſterior eſſentia-
liter ipo actu. naʒ qđ eſt poſteriꝰ alio eſſentialiter
cōſequit̄ illud eſſentialiter. ipſa aūt forma. ſ. perfe
ctio adueniēs actui: nō cōſequit̄ eſſentialiter ſub-
ſtantiā actus ſed accidētaliter: alias omnis actus
haberet perfectionem habitus quod eſt falſum.
illud autem quod accidentaliter conſequitur ali-
quid: nō neceſſario dependet a cauſa ipſius ſicut
patet de gratia et charitate. ⁊ idem iudiciū eſt de
lumie glorie qđ ſanctꝰ thomas appellat in noſtro
ꝓpoſito formā pficientē ſubam actus. Reſponde
tur ſecundo ꝙ impugnatio arguētis ꝓcedit ex fal
ſo intellectu quē habuit in verbis ſancti thome pu
tans ꝙ mens eiꝰ fuiſſet dicere actum beatitudinis
q̄ʒm ad ſui ſubam preciſe: elici a naturali potētia. ⁊
q̄ʒm ad formaʒ qua perficit̄: tm̄modo elici ab actu
luminis glorie. hoc certe falſum eſt. qm̄ vt dedu-
ctuʒ fuit in pͥmo notabili ſm doctrinā ſcti thome
vtrūq̄ʒ eſt ab vtroq̄ʒ. vnde argumentū procedit
ex falſo ſuppoſito. Et p hec patet reſpōſio ad ter-
tiam et quartā confirmationes q̄ ꝓcedūt ex eodē
falſo ſuppoſito. ¶ Ad. 2m. pͥcipale dicitur ꝙ ma-
ior eſt falſa prout. S. Tho. dducit. pͣ 2e. q. 71. ar.
3. Et ad eius primā probationem reſpondet ſan
ctus thomas ibidem ad primū ꝙ nihil prohibet
aliquid eſſe ſimpliciter altero potius: quod tamē
ſm quid ab eo deficit. ſimpliciter enim potius iu-
dicatur quod preeminet q̄ʒm ad id quod per ſe ꝯſi
deratur in vtroq̄ʒ. ſm quid autem quod preemi-
net ſm id quod per accidens ſe habet ad vtrūq̄ʒ.
oſtenſum eſt autem ex ipſa ratione actus et habi
tus ꝙ actus ē potior in bonitate et malicia q̄ʒ ha-
bitus. ꝙ autem habitus ſit diuturnior q̄ʒ actus: ac
cidit ex eo ꝙ vtrūq̄ʒ inuenitur in tali natura que
non poteſt ſemper agere et cuius actio eſt in mo
tu tranſeunte. vnde ſimpliciter actus eſt potior
tam in bonitate q̄ʒ in malicia. ſed habitus eſt po-
tior ſm quid. Ad ſecundam probationem reſpō-
det ſanctꝰ thomas ibidem ad. 3m. ꝙ habitus eſt
cauſa actus in genere cauſe efficientis. ſed actus
eſt cauſa habitus in genere cauſe finalis ſm quaʒ
conſideratur ratio boni et mali. et ideo in bonita
te et malicia: actus preeminet habitui. ¶ Ad. 3m.
dicitur ꝙ maior non eſt vniuerſaliter vera. non
enim habet veritatem quando reſpectus conſeq̄
tur per ſe ad abſolutum. nam non poteſt ſepara-
ri a creatura reſpectus ad creatorem. nec mane-
re poteſt potētia ſine reſpectu et ordine ad actū.
et pariformiter neq̄ʒ operatio vel actus abſq̄ʒ or-
dine et reſpectu ad obiectum: cum ab illo habeat
ſpecificationem prout philoſophus dicit. 2°. de
anima. ¶ Ad. 4m. dicitur ꝙ minor eſt falſa. et ad
primam eius ꝓbationem dicitur primo ꝙ nobilio
ri perfectioni correſpondet nobilius perfectibile
non ſimpliciter ſed ſibi proportionatum et adeq̄
tum. nec ſemper imediate ſed ſufficit ꝙ mediate ⁊
principaliter. eſſentia autem anime licet ſit nobi-
lius perfectibile q̄ʒ potentia intellectiua reſpectu
beatitudinis: non tamen eſt ita adequatuʒ et im
mediatum. et ideo potētia ipſa imediatius perfi
citur q̄ʒ eſſentia anime. Dicitur ſecundo ꝙ proba
tio arguentis procedit ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ ſan-
ctus thomas teneat beatitudinem non eſſe pfe-
ctionē eſſentie anime. hoc aūt falſum eſt. imo te-
net ꝙ magis et principaliꝰ ſit perfectio eſſentie a-
nime q̄ʒ potentie quāuis non imediatius, put de-
ductum fuit in ſecūdo notabili. Et per hec patet
reſpōſio ad omnes quinq̄ʒ probationes minoris
que procedunt ex eodē falſo ſuppoſito. verūtamē
quia in ſingulis aſſumunt̄ alique ꝓpoſitiones mi-
nus vere: ideo ſingulas percurramꝰ. ¶ Ad ſecun-
dam ꝓbationē dicit̄ ꝙ loquendo naturalr̄: caſus
poſitus in argumēto eſt impoſſibilis. qm̄ potētie
aīe ſunt naturales eius ꝓprietates p ſe cōſequen-
tes ipſius eſſentiam ſaltem originaliter. verunta
men loquendo ꝺ potentia dei abſoluta: dicimus

ꝙ ſi potētia intellectiua anime beate haberet eſſe ſeparatum ab eſſentia aīe et diuina eſſentia eſſet illi preſens queadmodū nunc dum eſt anime cō-iuncta: nullū nobis eſt inconueniēs fateri ꝙ fuiſſꝫ beata abſqꝫ anima. et cum arguēs infert ꝙ tūc natura non intellectualis poſſit eſſe beata: negatur conſequentia. nam potentia intellectiua habens eſſe ſubſiſtēs per diuinam potētiā: natura quedāꝫ eſt intellectualis. et quia eſſe eius per ſe ſubſiſtēs eſſet vitale: per conſequens et eius operatio vitalis eſt non alia vita ꝙ̄ intellectuali. Et ſi obijciat ꝙ ſola potentia intellectiua non complet rōnem nature humane: reſpondemus dupliciter. primo ꝙ licet non eſſet completa natura humana: eſſet tamen cōpleta quedāꝫ natura ſpūalis ſicut eſt angelus quāuis inferior illo. Reſpondem⁹ ſecundo ꝙ et ſi potentia intellectiua ſubſiſtens per ſe ſeparata ab anima nō haberet cōplementum nature humane ſed eſſet aliquid eius: nihilominus poſſꝫ beatitudinem recipe et eſſe beatam. queadmodū et nunc ante reſurrectionem corpoꝝ: anime ſanctorum defunctorum ſunt beate: quāuis non habeant complemētū nature humane que complectitur corpus ſimul et animāꝫ. Neqꝫ obſtat ꝙ talis potētia intellectiua maneret accidēs ſicut nūc eſt in anima exiſtens: quia ſicut in ſacramento euchariſtie quantitas dimēſiua panis et vini per diuinam potentiam habet poſt conſecrationēꝫ omnem illam opationēꝫ quā ſuba panis aut vini haberet ſi preſens eſſet ſicut et habet per dei potentiam eius eſſe ſubſiſtentie: ita et potentie intellectiue ſeparate ab anima poſſet dari p diuinā potētiam ꝙ haberet omnem illam operationem quā coniuncta anime habuiſſet ſicut et daret ſibi p caſum ꝙ haberet eſſe ſubſiſtens nam ad huiuſcemodi eſſe conſequitur operari. ¶ Ad tertiam negat antecedens. nam licet anima mediante potētia ſit beata: non ideo ſequitur ꝙ per accidēs ſit beata. non enim eſt idem dictu cauſa mediata et cauſa per accidens. nā non dicitur artifex cauſa p accidens domus pro eo ꝙ mediante ſerra et dolabra illam edificat. imo quādo cauſa imediata recipit virtutem agendi a cauſa mediata: effectus magis et principalius producitur a cauſa mediata et prima ꝙ̄ a cauſa imediata. Unde in propoſito noſtro licet potentia intellectiua imediatius habeat perfectionem beatitudinis: magis et pricipalius anima eſt beata cuius virtute et ſubſiſtētia potentia intellectiua fit beata. Ad exemplum autem de ligno calido: dicimus ꝙ calefactio proprie et principaliter et per ſe a ligno calido efficitur magis ꝙ̄ a calore loquendo de principio qd. et quāuis lignum nō ſit cauſa per ſe calefactionis lignum tamen calidūꝫ eſt cauſa eius per ſe. ¶ Ad quartam dicitur ꝙ non concludit propoſitum arguentis. quoniam gloria etiam eterna non ē ideꝫ re in beatis quod beatitudo prout oſtenſum fuit in tertio notabili. vnde licet gloria ſit in eſſentia anime ſicut et gratia: non inde ſequitur ꝙ in eſſētia anime ſit beatitudo ſubiectiue. ¶ Ad quintāꝫ dicitur primo ꝙ aſſumptum eſt falſūꝫ prout in qrto notabili deductum fuit. neqꝫ valet eius probatio. quia beatitudo et ſi principalius cōſiſtat ī obiecto increato: non tamen prout obiectum eſt p̄ſens intellectui per illapſum: ſed per modum obiecti. nam deum eſſe preſentem per illapſūꝫ: commune eſt omnibus creaturis. ſed in ratione obiecti cogniti et amati: ſolūmodo eſt in creaturis intellectualibus. Dicitur ſecundo ꝙ dato ſed non conceſſo ꝙ diuina eſſentia vt dare viſa eſſet preſens menti beate per illapſum: talis illapſus imediate fieret potentie et per potentiam eſſentie. et hoc probatur ex auctoritate dioniſij quam arguens allegat. nam transformatio amantis in amatum per quam arguens dicit fieri illapſum amati in amantem: eſt per actum amoris ſm dioniſium. actus autēꝫ amoris īmediate elicitur a potentia voluntatis: quamuis principaliter ab eſſētia anime. vnde ex ea ratione magis probatur ꝙ beatitudo ſit imediate a potentia et in potentia anime ꝙ̄ in eſſentia. Et per hec patet reſpōſio ad dicta henrici. ¶ Ad argumenta aureoli cōtra eandem concluſionem dicimus ꝙ non militant contra concluſionem noſtram imo conferūt ad eius declarationem. cōcedimus nāqꝫ ꝙ beatitudo nō conſiſtit in operatione ſm ſuam rationem abſolutam: ſed prout eſt exhibitiua obiectiui eſſe preſentiali ſm modum loquendi arguentis. niſi eniꝫ operatio intellectus terminaretur ad obiectum beatificum intellectui preſens: non eſſet beatitudo. non enim viſio diuine eſſentie eſt beatitudo inꝙ̄m eſt viſio abſolute: ſed inꝙ̄m eſt viſio diuine eſſentie. ¶ Ad argumenta ſcoti contra ſecundāꝫ concluſionem: ad primum dicitur ꝙ deficit dupliciter. primo quia aſſumptum non eſt ſimpliciter et vniuerſaliter verum. nāꝫ gratia accidentaliter ineſt homini: et tamen facit illum magis permanere in bonis operibus et propoſitis ꝙ̄ permaneret per ſolāꝫ naturam ſuam liberi arbitrij. immo et facit hominem impecabilem etiā in hac vita ac per hoc diuturnius pmanere in bono quod tamē per ſuam naturā non pōt ſicut apparet in cōfirmatis vt in beata virgine et ſanctis apoſtolis adhuc viatoribus prout communi⁹ tenet. Secūdo deficit

quia ſuppoñit falſum. ſ. ꝙ ſanctꝰ thomas teneat ꝙ actꝰ beatitudinis ſm̄ ſubam̄ mẽſuret̃ euo. hoc certe eſt falſum. imo ſm̄ doctrinaꝫ ſancti thome actꝰ beatitudinis et q̄z$^{m}$ ad ſubam et q̄z$^{m}$ ad ꝑfectionẽ ex lumine glorie: mẽſurat̃ eternitate participata dono dei ꝓut deductũ fuit in quinto notabili. nec oꝑationes intellectiue alie a beatitudine in btis menſurant̃ euo vt arguẽs putat: ſed tẽpore quãtis nõ primi mobilis ꝓut ex dictis auguſtini apparet in notabili ꝓxime allegato. ¶ Ad. 2$^{m}$. dicitur ꝙ ꝓcedit de eternitate eſſentiali et ꝓut eſt menſura adequata. beatitudo aũt ſanctoꝝ menſuratur eternitate participata et nõ ſicut adequata menſura. ¶ Ad. 3$^{m}$. dicit̃ ꝙ ꝓbatio ſancti doctoris nõ ſolũ ſtat in eo qđ arguẽs tangit: ſed magis in hoc ꝙ virtute et dono dei creatura intellectualis attigit beatitudinẽ. ꝓpter quod ſicut homo fit particeps diuine oꝑationis in vidẽdo deũ: ita fit particeps eternitatis qua diuina oꝑatio mẽſurat̃. Vñ S. Tho. ĩ hac diſ. q. p$^{a}$. ar. 2. ſub. ar. 3. ad. 3$^{m}$. eternitas inquit nõ eſt cõmunicabilis hoĩ ita ꝙ ſit eiꝰ mẽſura adequata vel alicuiꝰ quod in ipſo eſt. põt tamẽ hoĩ cõmunicari ſm̄ quãdã participationem vt ſicut hõ fit particeps diuine oꝑationis in vidẽdo deum: ita ſit particeps eternitatis qua diuina oꝑatio menſurat̃. et ſic ipſa eiꝰ oꝑatio dicitur vita eterna. hec ille. ¶ Ad. 4$^{m}$. reſpondet ſanctꝰ thomas vbi allegatum eſt in fine quinti notabilis ꝙ eternitas non eſt ſimilis hinc et inde. ¶ Ad argumentum ante oppoſitum reſpondet ſanctus thomas per ea que recitata ſunt in reſponſione proxime poſita ad. 3$^{m}$. Et in hoc articulus terminat̃.

VLteriꝰ circa eandẽ diſtictioneꝫ querit̃ vtrũ beatitudo vltima hoĩs conſiſtat eſſentialiter in actu intellectꝰ et arguitur ꝙ nõ. qꝛ beatitudo vltima hoĩs conſiſtit in ꝑfecta cõiũctione hoĩs ad deũ. ſed ꝑfectius homo deo ꝯiungit̃ ꝑ voluntatẽ q̄z ꝑ intellectũ. vnde dicit hugo de ſancto victore ſeptimo caplo eccleſiaſtice hierarchie ſup illud mobile et acutũ et c̃. dilectio ſupeminet ſciẽtie et maior eſt intelligẽtia. plus enĩ deꝰ diligitur q̄z intelligat̃: intrat dilectio vbi ſciẽtia foris ẽ. ergo beatitudo magis conſiſtit in dilectione q̄z in cognitione et in voluntate q̄z in intellectu. ¶ In oppoſitũ arguit̃ qꝛ ioãnis. 17. dicit̃. hec ẽ vita eterna vt cognoſcãt te verũ deum et quẽ miſiſti ieſuꝫ xp̄m. ſed vita eterna eſt beatitudo ipſa. ergo beatitudo in cognitione conſiſtit. ¶ In hac queſtione erunt quattuor articuli vt ſupra.

QUantuꝫ ad primũ articulũ ſit p̄ma concluſio ꝙ vltima hoĩs felicitas vel beatitudo nõ cõſiſtit eſſentialiter in aliq̃ actu volũtatis. Hãc cõcluſioneꝫ tenet. S. Tho. in hac diſ. q. p$^{a}$. ar. p$^{o}$. ſub. ar. 2. Et p$^{a}$ 2$^{e}$. q. 3. ar. 4. Et cõtra gẽ. li. 3. caplo. 26. Iteꝫ qđlibet. 8. ar. 19. ¶ Secũda cõcluſio eſt ꝙ vltima felicitas hoĩs cõſiſtit eſſentialiter in actu intellectꝰ. Hãc cõcluſioneꝫ tenet. S. Tho. vbi ſupra. Et. p$^{a}$. 2$^{e}$. q. p̄dicta. ar. 8. ¶ Tertia concluſio eſt ꝙ vltima felicitas hoĩs non cõſiſtit in oꝑatione intellectus pratici. Hãc ꝯcluſionẽ tenet. S. Tho. in hac diſ. vbi ſupra ſub. arti. 3. Et. p$^{a}$ 2$^{e}$. vbi ſupra. ar. 5. Et cõtra gẽ. li. 3. capl'is. 34. et. 35. et. 36.

QUantum ad articulũ ſecundũ arguẽdũ eſt contra cõcluſiones. Et q̇deꝫ contra p̄mã arguit ſcotꝰ ꝓbando ꝙ beatitudo p̄ncipaliter cõſiſtit ĩ actu volũtatis plus q̄z in actu intellectꝰ. qꝛ finis extra ẽ ſimpliciť optimũ et ſũme volẽdũ. ergo inter ea q̃ ſunt ad ipm̄: qđ eſt ſibi ĩmediatiꝰ et magis ĩmediate tẽdit in ipm̄ vt in finẽ vltimũ: eſt p̄ncipalius in beatitudine formali et magis finis intra. ſed actꝰ volũtatis ĩmediatiꝰ tẽdit in deũ vt in finẽ vltimũ cũ finis vltimꝰ in q̄z$^{m}$ hmõi ſit ꝓpriũ obiectũ volũtatis et ipſiꝰ velle. ergo et c̃. maior ꝓbat̃. illud enĩ eſt magis volendũ voluntate libera: qđ appetitui naturali eſt magis appetẽduꝫ naturalr̃. ſed hmõi eſt quod ẽ ꝓpinquiꝰ vltimo fini qui ſimplr̃ maxime appetit̃ naturalr̃. ¶ 2$^{o}$. quia volũtas põt velle ſuũ actũ ſicut ĩtellectꝰ ĩtelligere ſuũ actũ. aut ergo vult ſuũ actũ ꝓpť ĩtelligere aut ecõtra aut neutrũ ꝓpter alterũ. et loq̊r de velle ordinato. non p̄mũ: qꝛ ſm̄ anſelmũ. 2$^{o}$. cur deꝰ homo caplo p̄mo ordo ꝑuerſus eſt velle amare vt intelligeret. nec tertiũ: qꝛ in ordinatis per ſe ad eundẽ finẽ: eſt aliquis ordo inter ſe tanq̄z ad fineꝫ ſub fine. ergo ſecundũ: et hoc vult anſelmꝰ. ¶ 3$^{o}$. ſi beatitudo ſit ſũme volenda: ergo illud eſt maxime beatitudo intra qđ inter intriſeca eſt ſũme volendũ. ſꝫ hmõi eſt aliquod velle. plus enim appetit volũtas perfectionẽ ſui in fine vltimo: q̄z ꝑfectionẽ intellectꝰ.

et hoc recte

et hoc recte loquēdo de appetere liberiori ſicut
naturalr̄ plus appetit appetitu naturali. ¶ 4°
quia ꝑfectiſſimus habitꝰ voluntatis in via ꝑficit
eā ſecūduꝫ capacitatē quā habet pro tūc. ergo ſi
ille eſt nobilior quocūqꝫ habitu ītellectꝰ: capaci
tas volūtatis pro via ē maior vl' aliquid maius
ꝙ̄ capacitas ītellectus. ergo et pro pr̄ia. quia vl'
eſt eadē capacitas hic et ibi loquēdo de capacita
te remota q̄ eſt ſm gradū nature capacitatis: vl'
illa correſpondet ibi ꝓportionabiliter iſti hic lo-
quēdo de capacitate ꝓpinqua. quia prima capa
citas non pōt ſaciari niſi per aliquid ꝓportiona
biliter ꝑficiēs eaꝫ. ergo nō niſi per nobilius ſi illa
eſt aliquid nobilius. ¶ 5°. quia ſi nullꝰ actus volū
tatis eſſet eſſentialiter beatitudo vel de eſſentia
beatitudinis: ergo deꝰ poſſet ſeparare om̄e gau
diū et delectationeꝫ a beatitudine. et ſic aliquis
poſſet eſſe beatus et nō gauderet nec complace
ret ſibi in illa quod videt̄ abſurdū. Cōfirmatur
quia ꝑfectꝰ eſt aliquid ſi de eſſentia eiꝰ ſit aliqua
ꝑfectio ſiue quādo includit eſſentialiter aliquaꝫ
ꝑfectionem: ꝙ̄ ſi non eſſet niſi cōcomitās. ſed de
ratione beatitudinis ē ꝙ ſit ꝑfectio maxima. ma
gis aūt eſſet perfecta ſi de ratione eius eſſet dele
ctātio. ¶ 6°. quia pena eſſentialiter ē triſticia: er
go premiuꝫ erit eſſentialiter gaudiū. antecedēs
patet. quia oēm actū volūtatis volūtas elicit vo
lūtarie et delectabiliter ⁊ nihil tale pōt ei eſſe pe
nale quia oīs actus p̄ter triſticiā: eſt volūtarius
et delectabilis reflectēdo ſe ſuper actū. ſicut eniꝫ
volēs volo me velle: ita nolens volo me nolle.
ſed nullū volūtariū videt̄ eſſe penale. ergo bea
titudo eēntialiter ⁊ formaliter nō videt̄ eſſe niſi
gaudium et delectatio ſiue actus delectabilis.
¶ Cōfirmat̄. qꝛ malū quod ē inhoneſtuꝫ: perti-
net ad penā per ſe. ergo om̄e bonū honeſtū per
ſe ꝑtinet ad premiū: et malū pene per ſe pertinet
ad triſticiā ſicut bonū cōmodi ad gaudium. hoc
enim ē volūtariū ⁊ delectabile ſicut aliud ē inuo
lūtariū ⁊ triſtabile. ergo p̄miū eſſentialiter inclu
dit gaudiū et delectationē. hec ſcotus in forma.
¶ Contra eandē cōcluſionē arguūt alij vt reci-
tat petrꝰ de palude. primo ſic. illa potētia q̄ eſſen
tialiter ꝑtinet ad imaginē dei: eſt q̄ eius capax et
particeps beatitudinis eē pōt. ſed volūtas eſt eſ
ſentialiter pars imaginis. ergo ⁊c̄. Si dicatur ꝙ
maior habet inſtātiā in intellectu agēte q̄ eſt pa-
rs imaginis nec tn̄ habet actū in beatitudine: di
cēdū ꝙ maior ꝓpoſitio intelligit̄ de potētia paſ
ſiua cū beatificari ſit pati ⁊ recipere. ¶ 2°. ſic. om
nis actꝰ per queꝫ imediate et perfecte attingitur
obiectū beatificū ſub ratione qua eſt beatificuꝫ
eſt eſſentialiter beatificus. ſed actus voluntatis
eſt huiuſmodi. ergo ⁊c̄. maior patet dupliciter.
primo quia finis quo eſſentialiter eſt actus quo
imediate habet̄ finis gratia cuiꝰ. dico aūt imme
diate: quia ꝓpter hoc in actu reflexo non pōt eē
beatitudo quia nō attingit obiectū beatificū im
mediate ſed mediāte actu recto. ſecundo ꝓbat̄
eadem maior. quia ſicut omnis actꝰ qui imedia-
te attingit viſibile obiectuꝫ inq̄ꝫm eſt viſibile ē eſ-
ſentialiter et formaliter viſio: ſic omnis actus q̄
attingit immediate obiectū beatificū vt eſt bea
tificuꝫ obiectiue: ē eſſentialiter et formaliter bea
titudo ſubiectiue. et ſi dicat̄ ad hāc maiorē ꝙ ve
ra eſt quādo attingit obiectū nondū habituꝫ: ſꝫ
hic eſt iam habitū per actum intellectus ideo ⁊c̄
dicēdū ꝙ non eſt habitū omnimodo quo habe
ri pōt immediate quod requirit̄ ad verā beatitu
dinē. nec oportet addere primo: qꝛ ſi viſio inter
rūperet̄ et poſtea videretur ſicut fuit ī paulo: ita
eſſet beatifica ſecūda viſio ſicut prima. vnde vi-
ſio non habet rationeꝫ beatitudinis quia prima
alias cognitio vie eſſet beatifica: ſed quia imme
diata. Et ſi dicatur ꝙ illa primitas et poſteriori-
tas que fuit in paulo accidentaliter accipiat̄ ſm
illos qui dicūt ꝙ beatitudo auget̄ intēſiue in re-
ſurrectiōe et ꝙ intēſio ſit per generationē et cor
ruptionē: tūc eni per ſe viſio poſt reſurrectioneꝫ
preſupponit viſionē ante: nec tn̄ eſt minꝰ beatifi
ca ſm eoſdē. minor patet. ſ. ꝙ actus voluntatis
in pr̄ia immediate fertur in deū ſub ratione qua
obiectū beatificū: quia deꝰ eſt obiectū beatificuꝫ
ſub ratione qua eſt omnis boni bonuꝫ ⁊ ſummū
bonū. volūtas aūt in pr̄ia eſt perfectiſſima. non
eſt aūt potētia perfectiſſima: niſi quādo imedia-
te in obiecto ſuo inuenit rationē om̄is ſūmi bo-
ni. cum aūt eius obiectū ſit bonuꝫ in cōi: non eſt
perfecta niſi attingat ſūmū bonū in ratione om
nis boni. Item actus intellectus nihil ponit cir-
ca obiectū. ergo ſicut inuenit obiectū beatificuꝫ
ſic ſimplex et imediatū repreſentat ipſum volū-
tati. ¶ 3° ſic. potētia que habet actū eſſentialē in
merito: habet actū eſſentialē in premio. ſed vo-
luntas eſt huiuſmodi. ergo etc̄. maior patet. qꝛ
ſi albū inq̄ꝫm albū et per ſe diſgregat: hoc eſt per
albedinē qua eſt albū. ſed merens inq̄ꝫm merens
vel ſaltem per ſe premiatur ratione meriti quia
conuenit omni et per ſe licet non ſoli cuꝫ aliqui
ſint beati ſine merito. ſicut etiam ignis per ſe eſt
calidus: ꝙ̄uis aliquis non ignis ſit calidus vel
per ſe vt aer vel per accidēs vt aqua. ergo merēs
debet premiari ſm illud et per illud ⁊ ſm q̄d me
ruit. et pari ratione potentia que habuit eſſen-

tialiter actũ in merito: habere debet actũ eſſentialẽ in premio. dico autẽ potẽtia quia ſecus eſt de habitu. eſt eni aliquis habitus q̃ habuit eſſentialiter actum in merito ſicut fides quia ſine fide impoſſibile eſt placere deo: qui tñ nõ hẽt actũ in patria quia nõ manet ſed potẽtia ibi manet. dico autẽ qui habuit formaliter et ſubiectiue non quod in alio efficit ſicut intellectus agẽs quia repugnat beatitudini eſſentiali ꝙ efficiatur a potentia creata: ſed debet recipi in ea. minor patet. quia diligere deũ eſt per eſſentiã actus meritorij. nec concludit ratio quin alie potẽtie poſſint beatificari vel accidentaliter vel organice vel eſſentialiter vt intellectus: quia credere vel iudicare eſt de eſſentia meriti ſicut eligere. ❡4°. q2 potentia eſſentialiter libera: eſt eſſentialiter beatificabilis. ſed volũtas eſt hmõi. ergo ꝛc. maior patet. quia oppoſita nata ſunt fieri circa idẽ: nõ per accidẽs ſed per ſe. vnde cũ ſalus beatitudinis ꝛ dãnatio miſerie ſint oppoſita ꝛ nihil eſt per ſe dãnabile dãnatione perfecta. ſ. quo ad penã dãni et ſenſus niſi habẽs vſum liberi arbitrij. ergo nihil eſt per ſe beatificabile niſi habẽs vſũ liberi arbitrij. ꝙ autẽ paruuli beatificãtur ẽ per auctoritatẽ. potẽtia aũt p eſſentiã libera p eſſentiã ẽ beatificabilis. ſed volũtas ẽ hmõi. ergo etc̃. Si dicatur ꝙ intellectus agens eſt liber quia immaterialis et tñ non eſt beatificabilis: dicendum ꝙ non omne immateriale eſt liberũ nec omnis potẽtia immaterialis ẽ libera eſſentialiter: ſed illa q̃ eſt ſubiectum actus liberi. nõ propter hoc ꝙ ipſum patitur: ſed per hoc ꝙ actus ſuus elicit⁹ vel imperatus eſt in poteſtate ſua quod eſt de intellectu poſſibili et voluntate non de agẽte qui penitus agit de neceſſitate nature. tñ cum etiã potẽtie organice et pure actiue vt vegetatiua beatificentur in patria ſaltem accidẽtaliter toto corpore beatificato: non eſt negãdum quin intellectus agens beatificetur per accidẽs quia et actũ naturalẽ in intellectu poſſibili multo nobili⁹ eliciet q̃ in via. hec petrus. ꝛ ſubdit ꝙ iſte rationes bene concludũt ꝙ actus volũtatis eſſentialiter eſt de eſſentia beatitudinis actiue q̃ eſt in patria conſiſtẽs in delectatione dei et ꝓximi qui ẽ ciuitas ciuium ſupernorũ et regnum dei non carẽs felicitate politica. ❡Contra eandẽ concluſionẽ arguũt alij vt recitat durãdus. primo quia beatitudo cõſiſtit in actu nobiliſſimo. ſed actus voluntatis eſt nobilior actu intellect⁹. ergo ꝛc̃. maior patet ex primo ethicorum et decimo. minor probat̃. quia ille actus eſt nobilior in quo ꝛ ẽm quem ſumus liberi: q̃ ille ẽm quem nõ habem⁹ libertatem. ſed ẽm actum voluntatis ſumus liberi non autẽ ẽm actum intellectus qui neceſſitatur ab obiecto. ergo ꝛc̃. ❡2°. quia beatitudo cõſiſtit in operatione que elicitur a potẽtia perfecta per nobiliſſimum habitũ. ſed volũtas perficitur nobiliori habitu q̃ intellectus. ergo in operatione volũtatis magis conſiſtit beatitudo q̃ in operatione intellectus. maior patet vbi ſupra. minor probatur. quia nobilior habitus eſt charitas q̃ quicũq alius vt patet per apoſtolũ pª Corin. 13. charitas autem perficit voluntatẽ. quare ꝛc̃. ❡3°. in operatione illius potẽtie conſiſtit beatitudo principalis: q̃ magis reſpicit obiectum ſub ratione qua eſt beatificum. ſed talis eſt voluntas magis q̃ intellectus. quare ꝛc̃. maior videtur manifeſta quia operatiões rationẽ ſumunt ex obiectis. minor probatur. quia ratio obiecti beatifici eſt ſummũ bonũ et perfectum. ſed ſub hac ratione voluntas potiſſime reſpicit ſuum obiectum: cum ratio boni ſit ratio obiecti voluntatis. ❡4°. in illo actu conſiſtit principaliter beatitudo: per quẽ perfectius intellectus vnitur deo. ſed talis eſt actus volũtatis magis q̃ intellectus. ergo ꝛc̃. maior patet quia beatitudo noſtra cõſiſtit in vnione ad ſummũ bonũ. minor ꝓbatur quia vnio anime cũ deo inchoatur in viſione ſed conſumatur in delectatione q̃ pertinet ad voluntatem. et iterum dicit hugo d̃ ſancto victore ſuper ſeptimum capitulum celeſtis hierarchie ꝙ dilectio ſupereminet ſcientie ꝛ maior eſt intelligẽtia. plus enim diligitur deus q̃ intelligatur ꝛ intrat dilectio vbi ſcientia foris ſtat. item quod eſt poſteri⁹ generatione: eſt prius perfectione. ſed actus voluntatis eſt poſterior actu intellect⁹. ergo eſt perfectior. ſed in perfectiori actu principalius conſiſtit beatitudo. ergo ꝛc̃. ❡5°. in optimo actu conſiſtit beatitudo ſiue felicitas. ſed actus voluntatis eſt melior actu intellect⁹. ergo ꝛc̃. maior nota eſt ſed minor ꝓbatur. quia ille actus eſt melior: quo efficimur meliores. ſed per actum voluntatis dicimur boni ſimpliciter loquendo et vnus melior altero. ẽm aũt actũ intellect⁹ null⁹ dicit̃ bonus nec vn⁹ melior alio loquendo ſimpliciter ſed ſolum cũ determinatione vt pote bonus clericus vel huiuſmodi. quare et cetera. ſecundo q2 ille actus ẽ melior: cuius oppoſitum eſt peius. ſed dilectioni dei opponitur odium dei quod eſt peius ignorantia vel infidelitate que opponit̃ cognitioni dei. ergo diligere deum eſt melius q̃ cognoſcere ipſum. et ſic patet minor. ſequitur ergo cõcluſio. ❡6°. premiũ reſpondet merito. ſed meri

tum magis conſiſtit in actu volũtatis ꝙ̃ in actu intellectus: ergo ⁊ premium. ergo ⁊c̃. ¶ 7°. ſi in actu volũtatis nõ cõſiſteret btitudo: tũc vidẽs deū ⁊ non delectatus in ipſo eſſet beatus. hoc aũt eſt falſum. ergo ⁊c̃. antecedẽs patet ſed probatur falſitas cõſequẽtis. quia ſi vidẽs deũ non delectaretur: poſſet triſtari quia viſio dei nõ excludit triſticiã niſi inferat delectationẽ. qui autẽ triſtatur miſer eſt nam triſticia eſt quedã miſeria et ſic idē ſimul eſſet beatus ⁊ miſer quod eſt impoſſibile. hec argumenta recitat durãdꝰ ⁊ ſunt ꝓ maiori parte ſumpta ex dictis hẽrici in ſuis quolibetis. ¶ Cõtra ſecundam cõcluſionem et precedentẽ arguit ſcotus probãdo ꝙ beatitudo nõ conſiſtat formaliter nec eſſentialiter in vnica operatiõe. primo quia beatitudo cõſiſtit ſimul in actu intellectus ⁊ volũtatis. quod patet qꝛ beatitudo conſiſtit in perfecta vnione beatificabilis cum deo. hec aũt concludit vnionẽ ſm omnem potentiam ſm quam anima eſt vnibilis deo. ſed huiuſmodi eſt tã intellectus ꝙ̃ volũtas. quia ſicut deus ſub ratione qua eſt ſummũ verũ eſt immediatū obiectum intellectus: ita ſub ratione qua eſt ſummũ bonū eſt ĩmediatum obiectum volũtatis. ergo ⁊c̃. ¶ 2°. per quā virtutem aliquid mouetur ad terminũ: per eandem quieſcit in termino. ſed tã per intellectum ꝙ̃ per voluntatẽ natura intellectualis mouetur in deũ. ergo per vtrãq; potentiam in ipſo quieſcit. ſed beatitudo eſt perfecta quies nature intellectualis in deo. ergo ⁊c̃. ¶ 3°. quãdo ad perfectionẽ alicuiꝰ in actu primo plura requirũtur: ad perfectionẽ eiuſdẽ in actu ſecundo plura requirũtur. ſed ad perfectionẽ nature rationalis in actu primo plura requirũtur. ſ. intellectus ⁊ voluntas qꝛ ſi vna eſſet ſine altera: non eſſet perfecta natura ĩ actu primo. ergo ad perfectionẽ eius in actu ſecũdo requiruntur multi actus ſecũdi iſtis primis correſpõdẽtes. ergo beatitudo q̃ eſt cõpletiſſima ꝑfectio nature intellectualis: in actu ſecundo requirit iſtos duos actus ſecundos. maior probatur. quia natura non poteſt eſſe perfecte quieta niſi quodlibet per ſe pertinẽs ad eius naturalē perfectionem quietetur. da enim ꝙ aliquod tale non quietetur: ergo natura nõ ſm quodlibet ſui intrinſecū quietaꝛ̃. ergo nõ perfecte. ꝑfectio enī quietatiua totius nature: includit ꝑ ſe quietationem cuiuſlibet actus primi per ſe pertinentis ad ipſam naturã. ¶ 4°. quia auguſtinus dicit. 13. de trinitate ꝙ beatus eſt qui habet quicq̃d vult. ſed non tm̃ recte vult homo vnam operationem ſed plures: quia ſi recte vult fruitionem recte vult viſionẽ ſine qua non eſt fruitio. ſi etiã recte vult viſionẽ: recte vult fruitionẽ. quia ſm anſelmũ. 2° cur deus homo: natura intellectualis ad hoc accipit intellectum ad diſcernẽdũ bonum a malo: vt per voluntatem bonũ diligat ⁊ malum odiat. Item ex eadē auctoritate ſi per vnam operationem poteſt habere quicq̃d vult aut ergo per operationem volũtatis: et tunc ſequitur ꝙ deſcriptio auguſtini equiualet iſti. beatus eſt qui vult quicquid vult. qꝛ habere eſt velle cum oĩs operatio voluntatis ſit velle. ſed viator vult quicquid vult. ergo ipſe eſt hic beatus. Si autẽ illud habere ſit per actum intellectꝰ: tũc ſequitur ꝙ beatꝰ eſt qui intelligit quicquid vult. ⁊ tunc ſequitur vt prius ꝙ vel viator eſt beatus quia intelligit quicquid vult; vel oportet dicere ꝙ iſtud habere non conſiſtit in ſolo actu voluntatis nec ſolius intellectꝰ nec in quacũq; vnica operatione. ¶ 5°. qꝛ beatitudo cõſiſtit in operatione quacũq; per quā beatus diſtinguitur a non beato per ſe. ſed beatus per ſe diſtinguitur a non beato per actum intellectus: quia beatus videt obiectum beatificum non aũt non beatꝰ. diſtinguitur etiā per actum voluntatis: quia ſi cauſe ſint diſticte ⁊ effectus. ſed actus intellectꝰ eſt cauſa actus voluntatis: quia ea poſita ponitur ille actꝰ et illa nõ poſita nõ ponitur et remota remouetur. hec ſcotus in forma. ¶ Cõtra tertiam cõcluſionem arguit petrus ꝺ palude dicẽs. in patria ſicut in via ẽ duplex felicitas ſilicet ſpeculatiua et pratica: cum quicquid perfectionis ẽ in via eminentius ſit in patria. loquendo ergo ꝺ felicitate contemplatiua: illa conſiſtit in actu intellectus: non ſolum pure aut eſſentialiter imo totaliter. ad quā quicũq; actus voluntatis ſiue ſit dilectio ſiue delectatio aut fruitio nõ ſe habet eſſentialiter immo nec conſequenter nec accidẽtaliter: quia non poteſt aliquis actus voluntatis ſequi intellectum pure ſpeculatiuũ. ille enim ſpeculatiuꝰ qui non dicit de proſequibili aut fugibili nũq; mouet. 3°. de anima. et inde eſt ꝙ habitibus ſpeculatiuis in intellectu: nullus habitꝰ correſpondet in voluntate: ſed ſolum habitibꝰ intellectus pratici: ſicut partibus prudentie correſpondẽt habitꝰ moralis in appetitu. ¶ 2°. poſſumus loqui de beatitudine ſupernaturali actiua: et illa conſiſtit in actu intellectus pratici antecedẽter ſicut ⁊ oĩs actus voluntatis: ⁊ in actu voluntatis eſſentialiter: et in actu delectationis conſequenter: vel ſm rem ſi differunt re: vel ſm rationem ſi differunt ratione tãtū. ciuitas enim ciuium supernorum et eorum felicitas conſiſtit

in dilectione dei et ſui ⁊ proximi ordinata qualē
requirit illa. et ſic poteſt dici beatitudo pax ⁊ re=
gnum dei. ſed principalitas eſt penes volunta=
tem. quia omnis cognitio pratica ordinatur ad
voluntatē ſicut ad finez quia finis pratice eſt o=
pus ſecūdo methaphyſice. ❡. 3°. ſi loquamur ꝺ
beatitudine prout dicit ſtatum aggregatum ex
illa duplici felicitate: ſic conſiſtit quidem in actu
vtriuſqꝫ eſſentialiter ſed in actu intellectus prī=
cipaliter: quia illud quod eſt minus in toto ag=
gregato ē principalius. huiuſmodi autez ē felici
tas contēplatiua non actiua: cuꝫ iſta ſit propter
illam ſm philoſophuꝫ. vnde cum beatitudo ſit
finis et non ad opationem ſicut ad finem: hoc ē
differēter. quia beatitudo contemplatiua ē om
nium actionum finis ſui generis ⁊ aliorum. vn=
de ē ſimpliciter finis licet non ſit finis gratia cu=
ius quia hoc eſt ipſum obiectum. ſed beatitudo
actiua ē finis actionum praticaruꝫ ſed non om=
nium ſimpliciter. immo ipſa ordinatur ad contē
plationē que ſine illa poſſet turbari. dilectio er=
go dei in patria licet non ordinet deum in aliud
tamen ipſamet ordinatur in viſionem ſicut mi=
nus bonum eiuſdē ſubiecti ad aliud maius bo=
num eius. ſꝫ in hac deductione dubium ē ꝙ bea
titudo ſumma non habet fruitionem annexam
ſed beatitudo minor. ſ. actiua. cum tamen dicat
philoſophus ꝓ°. metha. ⁊. 9°. ethi. conſideratio
ſapiētie habet mirabiles delectationes ⁊ puriſſi
mas ſortes. ſed illud non eſt niſi mediante actu
pratico qui dictat deum eē ſummum bonum vł
ſumme amādū ⁊ huiuſmodi. hec petrꝰ. ⁊ ſubdit
ꝙ quattuor rationes ſecundo loco poſite con=
tra pͥmam concluſionē probāt illud quod dictū
eſt ꝺ beatitudine pratica.

QUātum ad ter=
tium articulum pͥmo notandū
eſt ꝙ ſm communiter doctores
theologos ⁊ philoſophos bea
titudo hominis ſeu felicitas po
nitur duplex. vna eſt intrinſeca illi et formaliter
dicta: et hec beatitudo pōt adhuc ſubdiſtingui
quia vel accipitur prout includit oē illud quod
pertinet ad pfectionem beatitudinis hominis ⁊
ſm corpus ⁊ ſm animā: ⁊ ſic accipit boetius bea
titudinem quinto libro de conſolatione diffini=
ens eam ꝙ eſt ſtatus omnium bonorum aggre
gatione pfectus. ſic etiam capit beatitudinē au=
guſtinus. 13. liͦ. de trinitate dicens ꝙ beatus eſt
qui habet quicquid vult ⁊ nihil mali vult. vł ac=
cipitur magis ſtricte pro illo quod inter omnia
bona hominis ⁊ omnes perfectiones humanas
ē optimum ⁊ perfectiſſimum. ⁊ ſic beatitudo ho
minis ponitur eius optima ⁊ perfectiſſima ope=
ratio. Alia ē beatitudo hominis extra ipſuꝫ ſup
poſitaliter exiſtens. q̄ obiectiue ⁊ effectiue dici=
tur hominis beatitudo. ⁊ hec beatitudo ē deus
qui ē ſimpliciter ſummum bonum. ⁊ dicitur bea
titudo effectiue: quia efficit hominē beatuꝫ cau
ſans in eo beatitudinē intrinſecam et formalem
qua. ſ. denominatur formaliter beatus. dicitur
autē beatitudo obiectiue: quia ē proprium ⁊ im
mediatum obiectum pfectiſſime opationis que
dicta ē beatitudo intrīſeca hominis ⁊ formalis.
Unde cum in pſenti queſtione ē queſitum vtrū
beatitudo hominis vltima conſiſtat eēntialiter
in actu intellectus: non queritur ꝺ beatitudine
obiectiua ⁊ effectiua hominis que ē deus ꝺ qua
in dubium non vertitur ſi conſiſtat in actu intel
lectꝰ an non: cum ſit notiſſimum recte intelligē=
ti ꝙ deus non ſit actus vel operatio noſtri intel
lectus. Item neqꝫ queſtio noſtra querit ꝺ beati
tudine intrinſeca ⁊ formaliter dicta ſm primam
acceptionez prout. ſ. includit omne illud quod
ptinet ad hominis pfectionem vel ſm animam
vel ſm corpus. nam impertinens ⁊ abſqꝫ ratio=
ne q̄ſtio moueretur: cum nulli dubium ſit ꝙ bea
titudo ſic ſumpta complectatur omne bonuꝫ et
omnem perfectionem tam corporis q̄ꝫ anime ⁊
tam intellectus q̄ꝫ voluntatis. ac ꝑ hoc dubium
non eſt ꝙ beatitudo ſic ſumpta non conſiſtit in
ſolo actu intellectus. Reſtat igitur ꝙ queſtio
debeat intelligi de beatitudine intrinſeca homi=
ni ⁊ formaliter dicta ſm ꝙ ſtricte accipitur ꝓ op
tima ⁊ pfectiſſima hominis operatione que pri=
mo ⁊ immediate attingit ſummū bonum ⁊ bea
titudinem q̄ deus eſt.

❡ Secundo Notandum eſt ꝙ qr beatitudo hominis ē
ſummum ac optimum bonum eius ⁊ vltimus fi
nis vt in precedēti notabili fuit premiſſum: quo
cūqꝫ modo capiatur beatitudo ſiue formaliter
ſiue obiectiue ⁊ effectiue: neceſſario debet poni
directe et per ſe obiectum voluntatis humane.
nam bonum ⁊ finis inq̄ꝫ[m] hmōi: proprium ⁊ per
ſe obiectum ē voluntatis. et quia ſummum bo=
num eſt ad quod omnia alia bona referuntur ⁊
quod omne bonum in ſe complectitur: et vlti=
mus finis ē ad quem omnes alij fines ordinan=
tur: conſequēs eſt ꝙ primum ⁊ principale ac im
mediatuꝫ obiectum voluntatis ſit ſūmum bo=
num ⁊ vltimus finis. ac per hoc ⁊ beatitudo ipa
quocunqꝫ dictorum modorum capiatur. nunc

eſt ita ꝙ proprius voluntatiſ actus eſſe non põt
primum ⁊ directe ac ꝑ ſe eius obiectum ſicut nec
viſio põt eſſe primum obiectuꝫ viſus. tum quia
omnis anime potẽtia ꝑ ſuum proprium actum
tendit in proprium ⁊ per ſe obiectum. ⁊ per con
ſequens proprius actus potentie non eſt ipſum
eius ꝑ ſe obiectum. tum etiam quia primum ob
iectum voluntatis p̄cedit omnem ipſius actuꝫ.
hoc enim eſt cõmune omnibus potentijs q̃ mo=
uentur a ſuis obiectis. non ergo põt actus vo=
luntatiſ eſſe primum volitum quod eſt beatitu=
do. tuꝫ tertio quia nulla potẽtia anime fertur in
ſuam propriam opationem niſi per actum refle
xum ꝑ quem nũq̃ fertur in proprium ⁊ ꝑ ſe ob=
iectum: ſed magis actu et opatione directa. ſeq̄=
tur ergo efficaci ratiõe ꝙ beatitudo ſiue forma=
lis ſiue obiectiua vel effectiua nullo modo con
ſiſtat in opatione voluntatis q̃m ad ſui ſubſtan
tiam. ¶ Rurſus in omni re que appetit aliquid
tanq̃ finẽ eius ⁊ bonum ad extra .i. ſuppoſito di=
ſtinctum: aſſecutio ⁊ adeptio realis ipſius: ẽ finis
⁊ bonum appetentis ad intra. quemadmodum
ſi aliquis appetat pecuniam tanq̃ finẽ ⁊ bonum
ipſius: finis ⁊ bonum eius ad intra eſt adeptio ⁊
aſſecutio pecunie. Cum ergo nullus actus vo=
lũtatiſ ſit aſſecutio vł adeptio vltimi finis ⁊ ſum=
mi boni quod eſt deus ⁊ beatitudo hominis ad
extra: conſequens eſt ꝙ nulla operatio volunta
tis ſit eſſentialiter beatitudo hominis ad intra.
Probatio medie. quoniam tres ponũtur com=
muniter actus ſeu opationes voluntatis. ſ. deſi
derare amare ⁊ delectari: q̃q̃ delectari nõ ſit ꝓ=
prie opatio put primo libro diſ.. pª. dictum fuit.
ſed nullum iſtorum proprie eſt adeptio vel aſſe
cutio aut habitio vltimi ⁊ ſummi boni. nam de=
ſiderium ẽ actus vel opatio qua voluntas ten=
dit in id quod nondum habet. conſtat autẽ ꝙ
hoc non eſt aſſequi vel adipiſci rẽ appetitam im=
mo magis ſupponit rem eſſe non habitam et nõ
adeptam. amare etiam rem vel finẽ aut bonum
aliquod: non eſt ex ſui ratione illud aſſequi vel
habere: eo ꝙ amare ſe extendat ad bonum ab=
ſens ſicut ad preſens: ⁊ ad bonum non habituꝫ
ſicut ad habitum. amamus enim abſentes ſicut
⁊ p̄ſentes. ⁊ q̃m eſt ex vi amoris: equale bonum
eis optamus ac volumus. Et ſi quis dicat ꝙ a=
mor ad abſentes ẽ impfectus ad p̄ſentes vero ẽ
magis intimus ⁊ perfectus: non obſtat propoſi
to noſtro immo iuuat. nam amor quãtumcũq̃
pfectus ⁊ intimus: non facit ꝑ ſe ⁊ immediate rẽ
amatam ſibi preſentẽ preſentia reali: nec facit eã
haberi et poſſideri ab amãte: alioqui omnis res
intime amata eſſet habita et poſſeſſa realiter ab
amante quod falſum eſſe conſtat. vnde dato ꝙ
amor perfectus ⁊ intimus non eẽt niſi ad preſen
tes vt iſti dicunt: p̄ſentia eorum ꝑ aliam opatio
nem q̃ per amare p̄ſupponeretur iam habita. et
ſi iterũ dicatur ꝙ amare ex ſui ratione ẽ vis vni=
tiua amantiſ ⁊ amati ſm dioniſium: id eſt intelli=
gẽdum de vnione affectus: non p realẽ preſen=
tiam qualem facit beatitudo formalis. ⁊ de hoc
S. Tho. pª 2ᵉ. q. 28. ar. pº. delectari vero cuꝫ ſit
quedam quietatio ⁊ gaudium in bono adepto
p̄ſupponit bonum iam aſſecutum ⁊ habitum. nõ
enim ex hoc ꝙ delectamur in aliquo: fit habituꝫ
⁊ p̄ſens nobis: ſed magis econuerſo quia ẽ habi
tum ⁊ p̄ſens nobis: delectamur in eo. ſeq̄tur igi=
tur ꝙ delectari in bono non ſit ipſa aſſecutio vel
adeptio aut poſſeſſio boni. Reliquitur igitur a
ſufficiente diuiſione ꝙ nulla opatio voluntatis
eſt adeptio vel aſſecutio beatitudinis q̃ deus ẽ.
⁊ ꝑ conſequens ꝙ nullus actus voluntatis põt
eẽ beatitudo formalis ⁊ ad intra. quia vt dedu=
ctum eſt: illa operatio qua primo beatus aſſeq̄=
tur vltimum finẽ ⁊ ſummum bonum quod eſt
deus tanq̃ obiectum beatificum: eſt beatitudo
formalis ad intra. Et in his duabus rationibus
ſtat ſentẽtialiť tota vis deductionis ſctĩ thome
quam in hac diſtinctione adducit ad probandũ
primam et ſecundam concluſionẽ. quas placuit
ſentẽtialiter hic adducere propter iuniores qui
forte non aduerterẽt motiua ſancti doctoris et
eorum efficaciaꝫ. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ pa=
rum facit ad propoſitum aduerſariorum argu=
mentari ꝙ actus vel habitus voluntatis ſit per=
fectior q̃ actus vel habitus intellectus: ad pro=
bandum ꝙ beatitudo intrinſeca ⁊ formalis exi=
ſtat eẽntialiter in actu voluntatis. nam ſicut ex
dictis fit manifeſtũ: non habet actus intellectus
ꝙ in illo cõſiſtat eſſentialiter beatitudo potiꝰ q̃
actus volũtatis: propterea formaliter loquen=
do quia perfectior illo eſt: ſed quia actus itelle=
ctus perfectiſſimus qui eſt viſio diuine eſſentie
eſt quedã aſſecutio ſeu adeptio vltimi ⁊ ſummi
boni quod ẽ deus. quam aſſecutionẽ vel adep=
tionem nullus actus voluntatis importat pro=
ut fuit ſupra probatum. ⁊ iterum quia actus in=
tellectus poteſt eſſe primum ⁊ per ſe volitum ⁊
primum obiectum voluntatis: non autem actꝰ
voluntatiſ vt ſupra patuit. Unde cum dicimus
ꝙ beatitudo hominis formalis ⁊ intrinſeca ẽ ꝑ=
fectiſſima ⁊ optima eius operatio: perfectioneꝫ
ei tribuimus magis ex eo ꝙ eſt adeptio ⁊ aſſecu
tio ſummi boni et vltimi finis: q̃ propter aliam

perfectionem quam habeat ex habitu vel potē-
tia aut ex ipſa ſubſtantia act⁹: q̄uis ⁊ q̄$^{m}$ ad hu-
iuſcemodi perfectionē abſolute loquendo: per-
fectior ſit actus intellectus q̄ actus voluntatis
vt infra probabitur. ſed talis perfectio non ē illi
ratio formalis ꝙ ſit ipſa beatitudo ſubſtantiali-
ter. Rurſus nec ē condicio faciēs ad propoſitū
aduerſarioꝝ ꝙ actus volūtatis intimius ⁊ ma-
gis tendat ad deum ſicut in obiectum beatificū.
nam ex eo recte pōt inferri ꝙ beatitudo q̄ deus
eſt ſit magis ⁊ intimius obiectum volūtatis. ſed
inferri non pōt recta conſequentia ꝙ ipſe actus
voluntatis quo tendit in obiectum beatificum
ſit beatitudo ad intra. ꝑut ſanct⁹ thomas reſpō-
det in hac diſ. q. pª. arº. pº. ſub. arº. 2º. ad. p$^{m}$. nā
tēdere in obiectum beatificum: non ē ipſum adi
piſci et poſſidere quod ē beatitudo formalis ad
intra vt ſupra fuit ꝓbatū.

¶ Tertio Notandum ē ꝙ vt ē doctri
na cōmunis omniū docto
rum: obiectum proprium voluntatis ē bonum
cognitum ꝑ intellectum et ab ipſo ſibi vt bonū
ꝓſentatum. ⁊ qꝛ omnis potentia anime ſiue affe
ctiua ſiue cognitiua ꝑmo ⁊ directe fertur in pro-
prium obiectum ꝑ ſuam operationē ⁊ in quod-
cūq̄ aliud feratur fertur ſm ꝙ participat ratio-
nē ſui obiecti: ideo voluntas ferri non pōt in ali
quid ſua opatione: quod non habeat rationem
boni cogniti. ita ꝙ omne bonum ſub quacunq̄
ratione voluntas in illud feratur: eſt ꝑmo cog-
nitum ab intellectu ⁊ ſub tali ratione ab eo vo-
luntati ꝓſentatum vt bonū. ex quo fit vt q̄uis
q̄$^{m}$ ad aliquid voluntas moueat intellectū ad
intelligēdum: ſimpliciter tñ ⁊ ꝑmo intellect⁹ mo
uet voluntatē. nā ⁊ ſi moueat voluntas intellec
tum ad exercitium ſui actus: hoc non ē niſi quia
ꝑ intellectum proponitur voluntati tale exerci
tium actus: bonum eſſe. cum enim voluntas ſit
potētia ceca nō cognoſcēs: niſi ꝓponeretur ſibi
ab intellectu aliquid ēē bonum: nūq̄ ad id mo-
ueretur. vnde omnē voluntatis actum neceſſa-
rio ꝓcedit apphēſio ⁊ cognitio intellectus: ſꝫ nō
omnē apprehenſionē aut cognitionē intellectus
ꝓcedit actus aut mot⁹ voluntatis. ita ꝙ ſm or-
dinē et proceſſum actuum vtriuſq̄ potētie ꝑut
mutuo ſe mouēt: ſtatur in actu intellectus ſicut
in ꝑmo mouente prout. S. Tho. notat. pª. p. q.
82. ar. 4. ad. $3^{m}$. intellectus autē abſq̄ volun-
tate moueri pōt: vel a ꝑncipio intellectiuo altio
ri. ſ. a deo quod ē primum ꝑncipiū cōſiliandi: vel
a naturali inclinatione ipſius ītellectus ſm quā
ad ꝓſentiā obiecti intelligibilis naturaliter mo-
uetur ad illud intelligēdū ſicut ad id quod eſt
ipſius perfectio naturalis. ⁊ de ꝑncipio motiuo
altiori dicit illud ſanct⁹ thomas pª parte loco ꝓ-
xime allegato. de naturali autē inclinatione vel
appetitu: notat illud de veri. q. vel materia. 22.
ar. 12. ad. $2^{m}$. Nec ē contra ꝓmiſſa qđ. S. Tho.
dicit. pª. 2ᵉ. q. 17. ar. 5. ad. $3^{m}$. ꝙ ꝑmus actus vo-
luntatis ex rationis ordinatione non eſt: ſed ex
inſtictu nature aut ſuperioris cauſe. nam aliud
eſt loqui de ordinatione rationis ſm imperium
de qua ibi loquitur ſanctus doctor: ⁊ aliud ē lo
qui abſolute đ actu ſeu opatione intellectus. qꝛ
ordinatio rationis q̄ eſt ſm imperium: ꝓſuppo-
nit aliquē actum voluntatis vt ibi ſanctus tho-
mas docet. ar. pº. itē preſupponit alios actus ra-
tionis vt conſilium ⁊ inq̄ſitionē de agēdis. vnde
ordinatio rationis ſm imperiū non ꝓcedit om-
nē actum voluntatis. ⁊ tamē apphēſio ⁊ cogni-
tio boni de qua hic loq̄mur: ꝑor ē omni actu vo
luntatis. ad quā cognitionē pōt voluntas mo-
ueri ad id appetēdū abſq̄ vlteriori ordinatione
rationis ꝑ imperiū ex inſtictu. ſ. nature quo vo-
luntas naturaliter tēdit in bonū cognitum: vel
etiam ex motione ſupioris cauſe. ſ. dei. ꝑut ſctūs
thomas dicebat loco ꝓallegato. Ad quoꝝ ple-
niorē intellectū ſciēdū eſt ꝙ intellect⁹ duplicē ha
bet cognitionē. vnā ſine diſcurſu q̄ pōt appellari
intuitiua ſicut ē cognitio ꝑmoꝝ principioꝝ ſiue
cōplexorū ſiue incōplexorū q̄ oblata intellectui
ſtati cognoſcūt. ⁊ iſtā cognitionē nō ꝓcedit act⁹
volūtatis. aliā cognitionē hēt ītellect⁹ q̄ eſt diſcur
ſiua ſeu rōcinatiua ꝑ quā ex cognitione quorū-
dā ī cognitionē alioꝝ deuenit: eo ꝙ oblata intel
lectui nō ſtati cognoſcūtur ꝑfecte. ⁊ hāc intelle-
ct⁹ cognitionē pōt ꝓcedere act⁹ volūtatis deſide-
rātis cognoſcere huiuſcemodi res ⁊ ad eaꝝ no-
ticiā habēdā mouētis intellectū. verūtñ hunc vł
hos act⁹ volūtatis ſemꝑ ꝓcedit aliq̄s act⁹ intelle-
ctus quo dictat ⁊ ꝓponit volūtati bonū ēē inq̄-
rere diſcurſiue de noticia illarū reꝝ. ¶ Ex q̄bus
infertur ꝙ ſimpliciter loquēdo intellect⁹ ē ſupe-
rior ⁊ nobilior potētia q̄ volūtas. probaꝛ ex ꝓ-
miſſis. qꝛ q̄nto aliq̄d magis hēt rōnē cauſe moti
ue reſpectu alteri⁹: tāto ē illo nobilius ⁊ ꝑfecti⁹.
vnde cū intellectus ſimpliciter loquēdo ſit ꝑma
cauſa voluntatem mouens ad ſuam operatio-
nē vt ex dictis patet: ſeq̄tur ꝙ ſit potētia nobilior
illa. Accedit etiā ad id ꝓbandū qꝛ potētie ſpeci-
ficanꝛ. i. ſpēm hñt ex obiectis. illa ergo potētia ē
eminētior alia et ꝑfectior cui⁹ obiectū ē ſimplici⁹
⁊ magis abſolutū. nā quāto aliq̄d ē ſimplici⁹: tā-
to magis accedit ad ſimilitudinē dei qui ē ſimpli

ciſſimus ceteris paribus ac ꝑ hoc ē nobilius ⁊ ꝑfectꝰ. obiectū aūt intellectꝰ ſimpliciꝰ eſt ꝙ̄ obiectū volūtatis. nā rō veri qḋ eſt obiectū intellectꝰ accipit̃ ſm̄ ipaꝫ ſpēm rei ſine habitudine ad aliā rē. ratio autē boni cū ſit ratio appetibilis accipit̃ per cōparationeꝫ ad aliud ⁊ cōuenit rei non ſm̄ ſuaꝫ ſpēm abſolute qꝛ nulla res creata ē bona ꝑ ſuā eſſentiaꝫ ſed ꝑ aliqḋ eſſentie additū vt boetius dicit libro de ebdo. vnde. S. Tho. de veri. q.21.ar.5. humanitas inqt nō habet rationē boni aut bonitatis niſi inꝙ̄m eſſe habet. natura aūt vel eſſentia cuiuſlibet rei create nō eſt ſuū eē: ſed eē participās ab alio. ex quo īfert ꝙ licet bonitas abſolute diceretur de re creata ſm̄ eſſe ſuū ſubſtātiale: nihilominꝰ adhuc remanet habere bonitatem per participationē ſicut ⁊ habet eſſe participatū. deus vero ē bonitas ꝑ eſſentiā inꝙ̄m eius eſſentia ē ſuuꝫ eſſe. alias rationes plures tangit ſanctus thomas in diuerſis locis ad ꝓbandā ꝑeminētiā intellectus ad voluntatē. ⁊ ſignāter cōtra gē. libro. 3°. ca. 26.

¶ **Quarto** Notādū eſt ꝙ ſicut philoſophus docet p° li° de anima ⁊. 2°. ⁊. 7°. metha. motus ⁊ operationes ſunt ſuppoſitoꝝ tanꝙ̄ agentiuꝫ et mouētiū. formis autē ⁊ partibus tribuitur motꝰ vel actio nō tanꝙ̄ agētibus: ſed tanꝙ̄ pricipijs vel inſtrumētis q̄bus agēs agit ⁊ mouet. vnde ꝓprie loquēdo nec intellectus intelligit: ſed ē principiū quo intelligēs intelligit. nec volūtas amat: ſed ē prīcipiū quo amās amat. ⁊ quia idē ſuppoſitum eſt habēs intellectū ⁊ voluntatē: idē eſt ſuppoſitum cognoſcēs ꝑ intellectum ⁊ amās per voluntatē. cum ergo dicit̃ ꝙ intellectꝰ proponit et oſtendit voluntati ꝓpriū obiectū. ſ. bonū: eſt impropria locutio vſu loquētiū tollerata ꝑ figurā ſinedochē poſita parte pro toto. eſt eni ſenſus ꝙ intelligēs ꝑ potētiā intellectus ꝓponit ⁊ oſtēdit volēti ſeu amāti ꝓpriū obiectū. ſ. bonū. ita ꝙ idē ſuppoſitū vt ē intelligēs ⁊ cognoſcēs ꝓponit ⁊ oſtēdit ſibi ipi vt volēti ſeu volūtatē habēti bonum ſuū: qḋ ſic oſtēſum volēs ꝑcipit ⁊ cognoſcit non vt volēs ſed vt ē intelligēs: ⁊ ad illḋ mouet̃ affectu inꝙ̄m eſt volēs. i. volūtatē habēs. veruꝫ quia intellectꝰ ⁊ volūtas ſunt prīcipia q̄bꝰ volēs ⁊ intelligēs habēt motꝰ ſuos ⁊ opationes: ideo huiuſcemodi motus ⁊ opationes ipſis potētijs intellectus ⁊ volūtatis accōmodātur tanꝙ̄ agētibus ⁊ mouētibꝰ aut motis: magis ex vſu loquētiū ꝙ̄ ex ꝓprietate locutionis: ⁊ magis ꝑ figurā ſinedochē poſita parte ꝓ toto vt dictum eſt. Ex q̄bus inferimus ꝙ licet potētia intellectꝰ vt ē talis potētia: maiorē habeat inclinationē ⁊ appetitum naturalē ad actū propriū ꝙ̄ ad actum voluntatis: ⁊ potētia volūtatis ecōtra magis inclinetur appetitu naturali in actum ꝓprium qḋ eſt velle ꝙ̄ in actū intellectꝰ: ſuppoſitū tamen quod vnum et idē eſt cognoſcēs ⁊ volēs: appetitu rōnali illuꝫ magis vult ⁊ in illū actū vtriuſꝙ potētie magis inclinatur: q̄ perfectior ⁊ nobilior eſt ⁊ magis in vltimū ⁊ ſummū eius bonū conducit. vnde volēs pōt magis inclinari in actuꝫ intellectus ſi nobilior ſit: ⁊ cognoſcēs pōt magis inclinari in actū volūtatis ſi melior ſit. imo ⁊ eo modo quo dici cōſueuit intellectū intelligere ⁊ volūtatē velle: etiā volūtas magis īclinat̃ ⁊ magis tēdit in actū intellectꝰ ſi melior ē et dignior ſit ꝙ̄ in actū ſuū propriū. nā cū voluntas in nullū bonum tēdat ſua volitione niſi ab intellectu ꝓponat̃ ſibi vt bonū: cōſequēs eſt ꝙ in id qḋ ꝓponitur ſibi ab intellectu vt magis bonū: magis inclinetur ⁊ magis illud velit ꝑ illā regulā. ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter: ita magis ad magis. Ad habēdā autē cōparationē actuū intellectꝰ ⁊ voluntatis iuxta ꝓpoſitū nr̃m ſm̄ bonitatem ⁊ ꝑfectionē: aīaduertēdū eſt ꝙ vt. S. T. deducit de veri. q. 22. ar. 11°. in cor. intellectus ⁊ volūtas ⁊ eoꝝ actus tripliciter pñt adinuicē cōparari. vno modo abſolute ⁊ ſm̄ ſe nō reſpectu huius vel illius rei: ⁊ ſic intellectus ē eminētior voluntate. nā ꝑfectio ⁊ dignitas intellectꝰ ⁊ actꝰ eius conſiſtit in hoc ꝙ res intellecta per ſuā ſpēm ē in intellectu. ꝑfectio autē ⁊ dignitas volūtatis ⁊ actus eiꝰ cōſiſtit in hoc ꝙ ordinat̃ ad aliquā rem nobilē ⁊ ꝑfectaꝫ ſm̄ eſſe qḋ res illa hēt in ſeipa. quia igitur per ſe ⁊ ſimpliciter loquēdo ꝑfectius ē ⁊ dignius habere in ſe nobilitatē alterius rei ꝙ̄ ad ipam rē nobilē extra ſe exiſtentē ordinari: conſequēs eſt ꝙ ſm̄ hanc cōparationē abſolutaꝫ intellectus ⁊ volūtatis altior ⁊ perfectior ē intellectus. Alio modo pñt intellectꝰ ⁊ volūtas ac eoꝝ actus cōparari ꝑ reſpectuꝫ ad res circa quas ſunt: et iſto modo ſi res intellecte ſint ꝑfectiori modo in intellectu eas cognoſcēte ꝙ̄ in ſeipis quemadmodū ſunt res materiales et corporales: intellectꝰ eſt nobilior ⁊ ꝑfectior volūtate. eo ꝙ res ipſe nobiliori modo ſunt in intellectu cognoſcēte ꝙ̄ in ſeipſis ꝑut volūtas ad illas ordinat̃. qꝛ in ſeipis ſunt materialiter ⁊ corporaliter: in intellectu vero ſunt īmaterialiter ⁊ ſpūaliter. vnde ꝑfectius ē ⁊ dignius cognoſcere res corporales: ꝙ̄ illas amare. Tertio modo intellectꝰ ⁊ volūtas ac eoꝝ actus pñt cōparari per reſpectuꝫ ad res diuinas ⁊ ſic ſi loq̄mur in ſtatu vie in quo res diuine ſunt

in intellectu nr̃o imperfectiori mõ ꝙ̄ in ſeipſis nec attingimus ad earũ eſſentiaz ſm illud apoſtoli pª Cor.xiij. videm⁹ nũc per ſpeculũ in enigmate: volũtas ⁊ eius actus digniores ſunt et perfectiores intellectu ⁊ eius actu. vnde in ſtatu vie perfectior in nobis eſt amor dei ꝙ̄ ipſius cognitio. ſm quē modũ hugo de ſancto victore exponens illud ⁊ calidũ ⁊ acutũ ⁊ ſuperferuidum. 7. ca. celeſ. hierar. ait. dilectio ſupereminet ſciētie ⁊ maior eſt ꝙ̄ intelligētia. plus eni diligit̃ ꝙ̄ intelligitur ⁊ intrat dilectio vt appropiquet vbi ſciētia foris ſtat. verũtamen illud plus debet accipi intēſiue nõ extēſiue: quia nihil pōt volũtas diligere niſi quod ꝑcognitũ eſt ab itellectu. nec iſto modo intrat dilectio vbi foris ſtat ſciētia. Si vero fiat comparatio intellect⁹ ad volũtatē ⁊ ecõtra in ſtatu patrie: ſic pares videtur eē in ꝑfectione ⁊ dignitate ꝙ̄ᵐ eſt ex parte rei cognite ⁊ amate. tantũ eni in patria beatus diligit deũ: quãtũ cognoſcit et econtra. ſed ſupereminet cognitio dilectioni ⁊ ſm pmã cõparationē ipaꝝ potētiarum ⁊ earũ actuũ que dicta eſt ſm abſolutã cõparationē: ⁊ iterũ ſm ꝙ etiam in pr̃ia intellect⁹ mouet voluntatē ⁊ oſtendit ei ſummum bonũ quod debeat ſumme diligere ⁊ eo frui. ¶ Voluntas autē in ſtatu pr̃ie nõ videtur ꝓprie dici motrix intellectus etiã ad exercitiũ ſui act⁹. ſ. viſionis diuine: eo ꝙ obiecto ꝑſente ⁊ intimato intellectui perfuſo lumine glorie: ſufficiēter mouet intellectus ad videndũ dei eſſentiam: ⁊ obiectaliter ab ipſo obiecto clare oſtenſo: et effectiue a deo ſua virtute ⁊ motione intellectũ eleuante ⁊ ei vi tribuēte: et etiã ex naturali inclinatione intellectus ipſam impellēte ad ſui perfectionē optimam ⁊ vltimatam habēdam. ꝙ autem voluntas velit ⁊ ſibi complaceat intellectuz videre diuinã eſſentiã: magis videtur eſſe per cõcomitãtiam acceptãdo ⁊ amando ipſam viſionē: ꝙ̄ per moduz imperij. non eni eſt opus imperio vbi et naturalis appetitus inclinat ⁊ obiectum aperte oblatum inuitat et agens potēs ⁊ efficax vi tribuit ad vidēduz. Item ꝑeminet in pr̃ia intellectus voluntati ꝙ̄ᵐ ad hoc ꝙ primo attingit per clarã viſionem deum non ſolum inꝙ̄ᵐ eſt pmuz ⁊ perfectiſſimum entiũ ⁊ omnium rerum prima cauſa: ſed etiam inꝙ̄ᵐ eſt ſummuz intellectualis creature bonum et obiectum beatificum ac ſup omnia eſſe diligendum: anteꝙ̄ voluntas attingat deum per amorem aut fruitionez tanꝙ̄ bonum adeptum ⁊ ſibi preſens ſaltem ꝑoritate nature. niſi eni intellectus totum id cognoſceret ⁊ videret ac illud dictaret ⁊ voluntati oſtenderet nullatenus volũtas ſuo amore vel quauis alia operatione ſummum bonum ⁊ obiectum beatificuz attingere poſſet. vnde attinctio ſeu aſſecutio per intellectum ſummi boni inꝙ̄ᵐ eſt obiectum beatificum: non ſolum eſt prior natura attinctione ⁊ aſſecutione voluntat̃: ſed etiam eſt ipſius cauſa.

¶ Quinto Notãdum eſt prout ſanct⁹ thomas deducit ꝯtra gen. liᵒ. 3ᵒ. ca. 26. ꝙ appetitus ſub propria ratione appetitus non eſt aliqḋ propriuz intellectualis nature ſed oībus reb⁹ naturalibus ieſt: ꝙ̄uis non eodem modo ſit in diuerſis. que tamen diuerſitas procedit nõ ex ratione apetitus ſed ex diuerſitate cognitionis rerum. ille enim res que omnino cognitione carent: habēt apetitum naturalem tantum. qui apetitus licet non ſequatur cognitionē ipſarum rerum: ſequitur tamen cognitionē auctoris rerũ. vnde ⁊ actiones rerũ que ex ſuo naturali apetitu procedunt: magis attribuuntur auctori rex ꝙ̄ rebus ipſis. ⁊ hinc ē ꝙ res naturales cognitione carentes: magis dicunt̃ agi ſuis ꝓprijs actionibus ꝙ̄ agere. res vero q̃ habēt cognitionē ſenſitiuã preciſe: habēt cõſequēter ⁊ apetitum ſenſibilē tm̃modo ſub quo iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis continētur. res vero q̃ habēt cognitionē intellectiuã: habēt cõſequēter ⁊ apetitum cognitioni proportionatum. ſ. intellectiuum q̃ proprio nomine volũtas apellat̃. voluntas igit̃ ſm ꝙ eſt apetit⁹: nõ eſt aliqḋ ꝓprium intellectualis nature: ſed ſm ꝙ intellectus cognitionē ſeqtur ⁊ ab eo dependet. Ex q̃bus inferimus ꝙ voluntas ſub ratione q̃ eſt appetitus: eodē modo ſe habet in omnibus rebus apetitum habentibus. nam vt habitum eſt ſup tota diuerſitas apetitus inꝙ̄ᵐ appetitus eſt: ꝓuenit ex cognitione rerum quaruz eſt appetit⁹. ſicut ergo appetitus naturalis ⁊ appetitus ſenſitiuus ſe habēt in rebus q̃bus inſunt: ita ⁊ appetitus qui eſt voluntas ſe habebit ꝙ̄ᵐ eſt ex ratione appetitus. nunc aũt ſic ē ꝙ nec appetit⁹ naturalis nec appetitus ſenſitiu⁹ eſt finaliter ꝓpter ſe aut ꝓpter ſuum ꝓprium actum ſed propter aliquam aliam ꝑfectionē rei. ergo conſimile erit de appetitu qui ē volũtas. Probatur aſſumptum ratione ⁊ experimento. ratione: quoniam appetitus ex ſua formali ratione non eſt aliud ꝙ̄ vis ſeu potentia qua res habēs appetitum in aliqḋ inclinatur ⁊ in eo habito quieſcit. actus vero ꝓprius ipſius eſt inclinatio ſeu inclinari in aliquid quod alijs nominibus dicitur tendere vel appetere aut in re habita quieſcere. ſed illud aliquid

lacia cōſequētis. ſed phs et cōmentator aſſimilāt
principiū fini in ſecūdo phyſicoꝝ in ordine ad cō=
cluſiones et ea q̄ ſunt ad finē dicēdo ꝙ queadmo=
dū ſi principia ſunt: cōcluſiones ſunt. eodē modo
ſi fines ſunt: ea q̄ ad finē ſunt. volēs ex hoc cōclu=
dere ꝙ nō eſt in eis neceſſitas ſimpliciter ſed ꝯdi
cionata vt patet ibidē. ergo ꝯcludēs ex hoc neceſ
ſitatem ſimpl̄r in volūtate reſpectu finis: facit fal
laciam cōſequētis. ¶ Secūda ratio ē hec. omnis
motus reducitur ad imobile. ſicut patet de motu
aīalium. animal enī nō moueret̄ niſi alicui imobi=
li initeret̄ vt patet. ſed volūtas mouet̄ ad diuer=
ſa obiecta et ſe habet ad ea mobiliter et cōtingen
ter. ergo neceſſe eſt ꝙ i aliquo obiecto imobiliter

figat.illud aūt non pōt eſſe niſi vltimus finis. er-
go finem vltimū vult de neceſſitate. ¶Cōtra iſtā
rationem dicit ꝙ eſt deducibilis ad oppoſituȝ ſic
arguēdo. omnis mot⁹ reducat ad aliquid imobile
ſed voluntas deſiderans ꝑ ſe ſanitatē: mouet ad
potioneȝ. ergo in illa motione oportet aliqd im-
mobile reperiri. ſed hoc eſt falſum quia nec imobi
litatur voluntas in deſiderio ſanitatis nec in deſi
derio potionis. ergo non eſt verū ꝙ omnis mo-
tus volūtatis reducat ad aliquid in quo volūtas
imobiliter quietet. nec valet ſi dicatur ꝙ in appeti
tu potionis propter ſanitatē nō oportet poni ali
quid imobile quia appetit⁹ ſanitatis eſt ꝓpter fe-
licitatem. nō valet inquam. quia dicit phs primo
methaphiſice ꝙ ſcire appetitur propter ſe eſto ꝙ
nullum aliud bonum debeat euenire. manifeſtat
autē hoc ſenſuum delectatio. ergo in iſto motu ꝑ-
ciſo quo quis appetit aliquid propter ſcire aut ꝓ-
pter videre: non occurrit aliquod obiectū cui vo
luntas inhereat imobiliter et de neceſſitate. Pre
terea ideo animalia non mouentur niſi alicui im-
mobili innitant: quia mouentur propter impulſio
nem. pars aūt expellens animalia: neceſſe eſt vt
figatur. ſed voluntas non mouet ſe per expulſio-
nem ſed per ꝓpriam libertatem. ergo nō indiget
aliquo imobili. ¶Tertia ratio hec eſt. voluntas
neceſſario vult illud cuius participatione vult qc-
quid vult. ſed participatione beatitudinis vult qc
quid vult. ergo beatitudinem neceſſario vult.
¶Contra iſtam rationem inſtat dicens ꝙ poteſt
deduci euidenter ad oppoſitum. primo ſic. volū-
tas non neceſſario vult illud ſine cuius participa-
tione aliquid vult. ſed voluntas appetit intelle-
ctum et noticiam veritatis eſto ꝙ nihil aliud de-
beat euenire. imo precindendo omne bonū pre-
ter ipſum ſcire. ergo volūtas non neceſſario vult
finem vltimū quo preciſo: adhuc poteſt appete-
re aliquid propter ſe. Preterea voluntas non ne
ceſſario vult illud cuius participatione vult quic-
quid vult cuȝ non determinetur circa ea de neceſ-
ſitate que vult. ſed volūtas quantūcūqȝ velit ali-
quid participatione vltimi finis: non tamen ne-
ceſſitatur ad illud volendum. ergo nec de neceſſi
tate volet finem. Preterea voluntas vult illō cu
ius participatione vult quicquid vult ſȝ eos. ſed
eſtimans deum eſſe ſummū bonum: eſtimat par-
ticipatione eius volendū quicquid vult. ergo ma
nente illa eſtimatione: de neceſſitate vult deum.
hec autem eſtimatio manet in quolibet fideli. er-
go fidelis de neceſſitate vult deū. cuius oppoſitū
ipſi dicunt. Preterea voluntas poteſt velle om-
ne quod participat ratione vltimi finis. ſed liber-
tas et experientia libertatis eſt magna pars vlti-
mi finis et ſummi boni. ergo preſente ſummo bo-
no: voluntas poteſt vti ſua libertate in non volē
do finem. aut ergo volūtas vtetur ſua libertate ⁊
tamen nollet vti. et ſic cogetur in nolendo finem
quod eſt inconueniēs manifeſtum. ¶Quarta ra
tio eſt. quia motus ſecūdi motoris per impreſſio
nem primi mouentis tendit in eundem fineȝ quo
tendit primū mouens. ſi enim in aliū: iam nō mo
uetur per impreſſionē primi mouētis in ipſuȝ. ſed
voluntas mouet in omnia que vult ex deſiderio
vltimi finis. ergo nihil vult in quo non includatur
deſiderium vltimi finis. nec etiaȝ reſilit ab aliquo
niſi ex deſiderio vltimi finis. ſequit ergo ꝙ nō po
teſt reſilire a fine. et per conſequēs vult finem de
neceſſitate in vniuerſali oſtenſum. ¶Cōtra hanc
rationem inſtat dicens ꝙ iſta ratio poteſt dedu-
ci ad oppoſitum ſic. agens enim ſecundū nō agēs
ſm impreſſionē primi: non neceſſario tendit in ipm
per oppoſitum ꝓpoſitionis eorū. ſed volūtas po
teſt appetere aliquos fines ſecundos ꝓpter ſe et
preciſe abſqȝ impreſſione primi finis. appetit eniȝ
eos eſto ꝙ nullum bonuȝ debeat euenire ſm phȝ
p̄mo metha. et p̄mo ethi. ergo nō neceſſario mo-
uetur in vltimū finē. Preterea voluntas appetit
ſuam libertatē et vſum libertatis ſue propter im-
preſſionem vltimi finis. ſed volendo ſuam liber-
tatem: ſuſpendet actum ſuū circa vltimū fineȝ. er
go ex impreſſione vltimi finis poteſt ſuſpendere
actum circa ipſuȝ. ¶Quinta ratio eſt. illud quod
naturaliter elicitur: neceſſario elicitur. ſed deſide
rium finis neceſſario elicitur a volūtate ipſo oſtē-
ſo. omnis eniȝ natura vult et appetit naturaliter
ſibi bonum. iuxta illud primi ethi. omnia bonū ap
petunt. et illud p̄mi metha. omnes homines na-
tura ſcire deſiderant. et illud boetij. inſerta eſt no
bis naturaliter boni veriqȝ cupiditas. ergo volū-
tas de neceſſitate appetit vltimū finem ſibi oſten
ſum per intellectum. ¶Contra hanc rationē in-
ſtat dicens ꝙ iſta ratio ad oppoſituȝ reducit ma-
nifeſte hoc modo. illud quod naturaliter elicitur
neceſſario elicitur. ſed voluntas neceſſario elicit
deſiderium reſpectu multorum ſm eos. ponunt
enim ꝙ voluntas vult naturaliter intellectuȝ ve-
rum et ſuppoſitū eſſe et viuere et multa alia. er-
go voluntas de neceſſitate deſiderabit eſſe et ſci-
re et multa alia apprehenſa et non ſolum vltimū
finem. hoc autē eſt cōtra experientiaȝ: quia multi
deſiderant non eſſe et non viuere. vnde et fortis
non ſperans aliam vitam: exponit ſe morti vt pa-
tet. 3°. ethi. ¶Sexta ratio talis eſt. quod ē idem
apud omnes: tale ē imobile vt patet. 5°. ethicoꝝ.

ſed velle beatitudinem cõmune eſt apud omnes ſm auguſtinũ.13.de trini.caplo.8.dicentem.omnes beati eſſe volunt.et infra.illa vera eſt et ꝓſpecta et examinata et eliqta ac certa ſententia: beatos eſſe oẽs hoĩes velle. et infra. hoc veritas damat et natura compellit cui ſumme bonus et imutabiliter beatus indidit. et philoſophꝰ.10.ethicorum dicit ꝙ volumus quidem omnes bona: eligimus autez nequaꝗ̃. et multa alia dicit de iſta materia auguſtinus.13.de trini.ergo videtur ꝙ volũtas neceſſario appetit beatitudinem per intellectum apprehenſam. ¶ Contra iſtam rationem inſtat dicens ꝙ ratio poteſt reduci in oppoſitum in hunc modũ.illud eſt neceſſariũ:quod eſt idem apud omnes.ſed omnes volunt vile emere ⁊ care vendere vt ibidem de mimo recitat Auguſtinus qui dixit omnibꝰ exiſtentibus in foro.et multa alia ſunt que omnes volunt cõmuniter qꝛ ad illa naturaliter inclinamur.ergo iſta et multa alia de neceſſitate vellemus cuiꝰ oppoſitũ experimur. ¶ Septima ratio eſt. ſicut ſe habet veruz malum vel apparẽs reſpectu ꝓſecutionis vel deſiderij:ſic verum bonũ vel apparens reſpectu fuge et reſilitionis. ſed malũ verũ vel apparens non põt a voluntate deſiderari vel ꝓſequi. igiť veruz bonum vel apparẽs nullo modo põt reſpui.tale autez eſt beatitudo vel finis vltimꝰ. ergo ab illa oſtenſa ꝑ intellectũ:volũtas non põt reſilire. ¶ Cõtra hãc rationem iſtat dicẽs ꝙ rõ poteſt deduci in oppoſitum ſic. voluntas põt ꝓſequi quicq̃d ĩtellectus põt iudicare ſub ratione boni.ſed ſuſpẽſio volitionis finis vltimi põt apprehendi ſub ratione boni inq̃ꝫm in illa ſuſpenſione eſt magna libertas: et inq̃ꝫm illa volitio includit quandam inutilẽ occupationẽ. occupari videlicet in continua muſitatione reſpectu finis.ergo non apparet cur volũtas non poſſit proſequi illam ſuſpenſionez. ¶ Octaua ratio eſt. qꝛ ſi illud quod minꝰ videť ineſſe ineſt: ⁊ id quod magis.ſed minus videť ꝙ beatitudo in vlĩ cognita et cõfuſa trahat imutabiliter volũtatẽ: q̃ꝫ de obiecto beatifico clare viſo.ergo cũ illa neceſſitate fruať:multo fortius deo clare viſo. ¶ Cõtra hanc rõnem inſtat reducendo rõnez in oppoſitũ ſic.ſi illud quod minꝰ videť ineſſe ineſt:et illud qð magis. ſed minꝰ videtur ꝙ beatitudo apprehẽſa vt ſummũ bonũ confuſum et vlẽ traheret imutabiliter volũtatẽ: q̃ꝫ de deo apprehenſo vt ſummũ et ſic certitudinaliter eſtimato: qm̃ ꝑticularia magis mouent q̃ꝫ vniuerſalia in moralibus. ergo ſi ſummũ bonum vniuerſale et confuſuz trahat dũ apprehenditur imutabiliter voluntatem: multo fortius deus cum eſtimabitur ſummũ bonum trahet ad ſe ĩmutabiliter voluntatem ad ſe diligendum: cuius oppoſitum ipſi dicunt. nec valet ſi dicatur ꝙ hoc ſolum tenetur per fidem. non valet inquam. tum quia hoc tenetur per rationez ꝙ deus eſt ſummũ bonum et illud quo magis excogitari non poteſt ſm anſelmũ proſolo.tuz quia licet teneatur per fidem et per firmã eſtimationez: eque efficaciter mouebit ac ſi teneretur per ſcientiaz. ſicut dicit phs.7°.ethicoruz contra volentem euadere ſermonez ſocratis dicentis ꝙ impoſſibile eſt agere contra ſcientiam vt patet ibidem. ¶ Nona ratio eſt. quia ab illo non poteſt voluntas reſilire: vbi nullam rationem inuenit mali ſed reperit rationem omnis boni.ſed in deo clare viſo nullam mali reperit rationem imo plenitudinez omnis boni. ergo a dilectione illius reſilire non poteſt. Et confirmatur. quia voluntas moueť ex aliquo cur ſm anſelmum. ¶ Cõtra hãc rõnez inſtat reducens eam in oppoſitũ ſic. ſi ab illo reſilire nõ poteſt volũtas vbi nullam rationez mali inuenit ſed potius omnis boni: ergo cuz in deo concepto a viatore ſub ratione omnis boni viator nihil tale reperiat: ſtante iſta eſtimatione non poterit reſilire. et ſic nullus poterit peccare niſi fiat priꝰ hereticus. Et ad cõfirmationem dicenduz ꝙ volũtas in reſiliẽdo habebit aliqð cur. ſ. experiẽtiam ꝓprie libertatis. ¶ Decima ratio eſt. obiectuz quod replet totam capacitatem potẽtie imo excedit eaz ſic implet et mouet illam ꝙ non poteſt reſilire ab illo: maxime ſi mouetur ſm inclinationez nature. ſed deus eſt obiectum implens totam capacitatẽ voluntatis et in ipſum diligendum voluntas naturaliter inclinatur. ergo ipſo preſente impoſſibile eſt ꝙ reſiliat ab eodem. ¶ Contra hanc rõnem inſtat ſic. obiectum quod non replet totam capacitatem potentie: non attrahit ĩmobiliter voluntatem. ſed tale eſt deus. quod patet dupliciter. p̃mo quidez quia non replet niſi mediante actu dilectionis. dilectio vero illa non replet totam potentiam voluntatis cum voluntas ſit in potentia ad multas alias dilectiones. Secũdo vero quia illud nõ ſatiat quod relinq̃t deſideriũ poſſibile reſpectu alteriꝰ obiecti. nũc aũt preſente beatitudĩe adhuc põt volũtas in multis alijs cõplacere ⁊ forſitã in experiẽtia ꝓprie libertatis. ergo non attrahit ĩmobiliter volũtatẽ. ſic ergo q̃cq̃d ſit de cõcluſione: rões nõ ſunt multũ ſtabiles. et illud ẽ maxime rõnabile ꝙ ſummũ bonũ vlr̃ cõſideratuz et apphẽſum trahat ĩmobilr̃ volũtatẽ. qm̃ ſtãte firma eſtimatiõe ꝙ hoc ſummũ bonũ ſit ſolꝰ deꝰ: ipe deꝰ ſic apphẽſus ĩmobiliter mouet volũtatẽ. hoc aũt videť neceſſariũ: quia ſumpta maiore ꝑ intel

lectum et ei adherēte per voluntatem ſi ſit firma
opinio de minoꝛi abſq; hoc ꝙ nō ſit ſcientia: ſtati
concluſio eſt volita vt patet. 7°. ethi. vnde ſi vo-
lo omne dulce et lacte demōſtrato dicēdo hoc eſt
dulce: ſtati cōcluſio eſt volita. ſ. hoc lac. pari rōne
ſi de neceſſitate volo ſummū bonū: ſtati ergo ſeq̄
tur ꝙ deꝰ eſt volitꝰ de neceſſitate. tū qꝛ ſtante cō-
nexione formalis obiecti ſup qd̓ trāſit potētia cū
materiali obiecto: ſimul trāſit ſup vtrūq; potētia.
ſi ergo ſummū bonū eſt volitū neceſſario et illud
applicat firma opinio ipſi deo: omnino ſeq̄r ꝙ deꝰ
cōceptꝰ vt ſummū bonū neceſſario appetiꝛ. idcir-
co opinio illa videꝛ valde rationabilis. hec ille.

Quantū ad ter-
tiū articulū primo notandū eſt
prout. S. Tho. deducit. pª. p. q.
40. ar. 3. in coꝛ. ꝙ duplex ſit ab-
ſtractio per intellectū. vna q̄dē
ẜm ꝙ vl̓e abſtrahiꝛ a particulari ſicut animal ab
hoīe. alia vero ẜm ꝙ forma abſtrahiꝛ a materia
vel ſubiecto ſicut forma circuli abſtrahiꝛ ꝑ intelle
ctum a materia ſenſibili vt cupri vel eris. et ē dif-
ferētia inter has abſtractiones. qꝛ ẜm abſtractio
nem vniuerſalis a particulari: id qd̓ abſtrahiꝛ eſt
cōmune ei a quo abſtrahiꝛ et cōmunicabile multꝭ
cōmunitate rōnis q̄ eſt ꝑ predicationē. ẜm vero
abſtractionē forme a materia vel ſubiecto: id qd̓
abſtrahitur nō habet ex vi abſtractionis ꝙ ſit cō
mūe cōmunitate rōnis: nā pōt iſto modo abſtra-
hi ꝑ intellectum forma ſingularis a ſingulari ma-
teria vel ſubiecto: ſicut ꝯſiderādo huiꝰ circuli enei
figurā circularē abſq; cōſideratione eris qd̓ ē eius
materia indiuidua. ſed quādoq; id qd̓ iſto modo
abſtrahiꝛ eſt cōe cōitate rei. queādmodū mā pri-
ma cuiꝰ vnitas et cōitas ſub pluribꝰ formis ē real̓
preter opationē itellectꝰ. nullo eni intellectu crea
to exñte: materia pma vna numero vnitate eſſen
tie eſt cōicabilis pluribꝰ formis ſibiīuicē ſuccedēti-
bꝰ. aliqñ tñ forma q̄ abſtrahiꝛ a mā vel ſubiecto: ē
cōis pluribꝰ cōitate rōnis nō ex vi talis abſtractio
nis ꝑ ſe loquēdo: ſed accidit ei ex eo ꝙ forma ea-
dē ẜm ſpēz repiꝛ ī pluribꝰ ſubiectis. vñ talis cōitas
cōſequiꝛ imediate abſtractionē primi modi. quē-
admodū ſi abſtrahaꝛ ꝑ intellectum forma circuli
particularis ab iſto ſignato ere vel cupro: forma
ſic abſtracta ſingularis et indiuidua eſt q̄ꝫm eſt ex
vi talis abſtractionis. verūtñ pōt intellectꝰ appre-
hendēs ī ferro et in ligno et in alijs ſubiectis eſſe
formā circuli: abſtrahere iterū ab iſta et ab illa et
ab alia forma circuli vnā rōnē cōem oībꝰ figuris
circularibꝰ. q̄ abſtractio iā eſt ẜm primū modū. ſ.
vl̓is a ꝑticulari. ſed vt dictū eſt ẜm abſtractionē
forme a mā ꝑ ſe loquēdo: non hēt id qd̓ abſtrahiꝛ
ꝙ ſit cōe cōitate rōnis ei a q̊ abſtrahitur aut alijs.
Secūdū hāc igiꝛ diſtictionē abſtractionis dicimꝰ
ꝙ cōitas de q̄ ſctūs doctoꝛ loq̄tur cū dicit ꝙ oēs
hoīes appetūt btītudinē ẜm cōem ipſiꝰ rōnē: nō
eſt cōitas rōnis ẜ abſtractionē pmi modi. ſ. vl̓is
a particulari: ẜ ē cōitas ẜm abſtractionē forme a
materia vel ſubiecto. Probaꝛ hoc. qm̄ ponēs ſe-
cūdū modū q̊ btītudo pōt cōſiderari ẜm rōnem
ſpecialē ꝑ oppoſitū ad cōem rōnē pmi modi: ſpe
cialē rōnē btītudinis aſſignat nō ī aliquo particu-
lari reſpectu vl̓is: ſed ī ipſa materia vel materiali
btītudinis. ait enim ſic pª 2e. q. 5. ar. 8. in coꝛ. alio
modo poſſumꝰ loq̄ de btītudie ẜm ſpecialē rōnē
q̄ꝫm ad id in q̊ btītudo cōſiſtit. i. q̄ꝫm ad materiā in
qua poniꝛ vel ẜm erroꝛes quoꝛūdā vel ẜm veri-
tatē. Et cōfirmaꝛ. qm̄ in hac diſtictione vbi alle-
gatū eſt ꝓ pma cōcluſione ad pmū: diſtiguit d̓ btī-
tudie ꝑ ſe et ꝑ accidēs. vocās btītudinē ꝑ ſe ipſam
formā btītudinis q̄ ē bonū ꝑfectū. btītudinē vero
ꝑ accidēs vocat id qd̓ ē materia vl̓ ſubiectū forme
btītudinis. et inducit ꝓ ſimili duplex viſibile. ſ. ꝑ ſe
vt coloꝛ: et ꝑ accidēs vt hō vel alia res coloꝛata.
Falſū igiꝛ itellectū habuerūt in verb ſcti thome
q̄ ꝓ eo ꝙ ipē poſuit btītudinē ẜm cōem rōnē ap-
peti naturalr̄ ab oībus tanq̄ finale obm volūta-
tis: itellexerūt btītudinē ẜm rōnē vlītatis vl̓ ẜm
ꝙ eſt q̄d vl̓e. qd̓ falſū eſt nō ſolū ex p̄cedētibꝰ: ſed
etiā qꝛ ī pleriſq; locis ſctūs thomas aſſignat diffe
rētiā inter ꝓpꝛiū obm intellectꝰ et ꝓpꝛiū obm vo-
lūtatis: ꝑ hoc ꝙ intellectꝰ ferꝛ in ſuū obm ẜm ꝙ in
eo recipiꝛ ꝑ mediū ſpeciei. volūtas aūt ferꝛ in ſuū
obm ẜm ꝙ eſt in rebꝰ in q̄bꝰ nō eſt rō vlītatis ẜ re-
rū ſinglaritas. et hec differētia ē ſumpta ex doctri
na phi ſexto libro metha. Q ſi nōnūq; dicat ſan-
ctꝰ doctoꝛ obm volūtatis nō eſſe hoc vel illud bo
nū ẜ bonū ī cōmuni vel vlr̄ ſūptū: nō ē ſenſus ꝙ ẜ
rōnē vlītatꝭ ſit tale obm. ẜ ē ſenſus ꝙ bonū ẜ na
turā boni abſolute: eſt ꝓpꝛiū obm volūtatis: nō ẜ
ꝙ ipa natura boni ē īdiuiduata ī hoc vl̓ illo bono.
vñ volūtas ī bonū extra intellectū ferꝛ. et quāuis
oē tale bonū ſit hoc et īdiuiduū: qꝛ tñ cū ſit hoc
bonū ē etiā bonū: ferꝛ ꝑ ſe volūtas in illd̓ qꝛ ē bo-
nū: nō qꝛ ē bonū hoc. i. ſic indiuiduatū. Ad qd̓ fa-
cit qd̓. S. Tho. dicit ī ſimili mā pª 2e. q. 29. ar. 6°
in coꝛ. dicēdū inq̄t ꝙ de vl̓i duplr̄ cōtigit loq̄. vno
modo ẜ ꝙ ſubeſt itētioni vlītatis. alio aūt modo
diciꝛ de natura cui talis intentio attribuiꝛ. alia eſt
eni cōſideratio hoīs vl̓is: et alia hoīs ī eo ꝙ ē hō.
ſi igiꝛ vl̓e accipiaꝛ pmo modo: ſic nulla potētia ſen
ſitiue partis neq; apphēſiua neq; appetitiua pōt ī

vlē:quia vlē fit p abſtractionē a materia indiuiduali in qua radicatur oīs virtus ſenſitiua. pōt tamen aliq̄ potētia ſenſitiua et app̄hēſiua et appetitiua ferri in aliq̄d vl̄iter. ſicut dicim⁹ ꝙ obm viſus ē color ſm gen⁹. nō q2 viſus cognoſcat colorē vlē3 ſed q2 ꝙ color ſit cognoſcibilis a viſu nō ꝯuenit colori inq̄3$^{m}$ eſt hic color: ſed inq̄3$^{m}$ ē color ſimplicit. hec ſanct⁹ thomas. Ad idē facit qð dicit in de veri. .q.22.ar.4.ad.2$^{m}$. quāuis iquit appetit⁹ ſemp intēdat ad aliq̄d i rex natura exiſtēs qð eſt p modū particularis et nō vl̄is: tñ ad appetendū qñq3 mouetur p app̄hēſionē alicui⁹ vl̄is cōdicionis. ſicut appetim⁹ hoc bonū ex hac cōſideratione q̄ ꝯſideram⁹ bonū ſimplr eē appetēdū. qñq3 vero p app̄hēſionē particularis ſ3 particularitatē ſuā. ⁊ ideo ſicut appetit⁹ diſtinguitur ex cōſequēti p differētia3 app̄hēſionis quā ſequitur: ita etiā ex cōſequēti diſtinguitur per vlē et particulare. hec ille. Idē3 in ſententia dicit.p$^{a}$.p.q.80.ar.2.ad.2$^{m}$.

¶ **Secundo** Notandū eſt ꝙ appetitus naturalis eſt duplex. quidā ē cōis omnib⁹ reb⁹ naturalib⁹ etiā cognitione carētib⁹. ali⁹ eſt appetit⁹ naturalis q̄ ſeq̄tur app̄hēſionē virtutis cognitiue. appetit⁹ naturalis p̄mo modo: nō eſt potētia ~~ſpūālis~~ nec aliq̄s act⁹ elicit⁹ a potētia appetitiua: ſed ē ſola naturalis inclinatio ad id qð appetitur cōſequēs formā naturalē rei cui eſt cōnaturalis et cōproducta. ⁊ inde eſt ꝙ p hm̄oi appetitū nō dicuntur res ex ſeipſis appetere bonū ſed ab alio dirigi in bonu3. ſ. a generāte a quo hñt naturā. appetit⁹ aūt naturalis ſecūdo modo: ē act⁹ elicit⁹ a potētia appetitiua cōſequēs app̄hēſionē potētie cognitiue. loq̄mur nūc de appetitu, put nominat actū: nō ipam potētiā appetitiuā. Accipitur iſta diſtinctio ex dictis. S.T.p$^{a}$.p.q.80.ar.p$^{o}$. Et.p$^{o}$.li.ſen.diſ.p$^{a}$.q.vltima. ar.p$^{o}$.ad 3$^{m}$. Et.4$^{o}$.li.ſen. diſ.5.q.2.ar.p$^{o}$.ſub.ar.p$^{o}$.in.c. et ad.p$^{m}$. et i multis aliis locis. Et multū expreſſe de veri.q.22.ar.3.ad.3$^{m}$. ¶ Ex qb⁹ inferim⁹ ꝙ i aīalib⁹ et hoīb⁹ appetit⁹ ſenſitiu⁹ aut itellectiu⁹ naturalis: nō excludit appetitū naturalē cōem etia3 reb⁹ inaīatis ſ3 ſupadditur ei. ⁊ hoc exp̄ſſe dicit ſctūs thomas de veri. loco, pxime allegato i rñſione ad 2$^{m}$. vbi ꝯcludēs dicit. et ideo cū appetit⁹ naturalis ſit determinat⁹ ad vnū nec poſſit eē multiformis vt i tot diuerſa extēdat ſe quot aīalia idigēt: neceſſariū fuit vt aīalib⁹ ſupadderetur appetit⁹ aīalis cōſequēs app̄heſionē: vt ex multitudine app̄hēſox appetit⁹ aīalis in diuerſa ferretur. Et in rñſione ad 5$^{m}$. dicēdū inq̄t ꝙ vnaq̄q3 potētia appetit ſuū obiectū appetitu naturali. ſed appetit⁹ aīalis ad ſpecialē potētiā ptinet. et q2 appetit⁹ naturalis determinat⁹ eſt ad vnū: aīal aūt ſequitur app̄hēſionē: ideſt ꝙ ſingule potētie appetunt bonū determinatū: ſ3 vis appetitiua appetit quodcūq3 bonū app̄henſum. hec ille. Et p$^{a}$2$^{e}$.q.26.ar.p$^{o}$.in cor. exp̄ſſe diſtinguit triplicē appetitū. ſ. naturalē ſenſitiuū et intellectiuu3. Itē.p$^{a}$.p.q.80.ar.p$^{o}$.ad.3$^{m}$. ait. vnaqueq3 potētia anime eſt q̄dam forma ſeu natura et hēt naturalē inclinationē in aliq̄d. vñ vnaqueq3 appetit obiectū ſibi ꝯueniēs naturali appetitu: ſupra quē eſt appetit⁹ aīalis cōſequēs app̄hēſionē quo appetitur aliquid nō ea ratione qua ē cōueniens ad actum hui⁹ vel illius potentie vt pote viſio ad videndum et auditio ad audiēdum: ſed quia eſt ꝯueniēs ſimpliciter aīali. Facit ad iſta plurimum deductio quam doctor ſanctus ponit de veritate loco, pxime allegato. arti.4$^{o}$.

¶ **Tertio** Notandū eſt ꝙ volūtas dupliciter pōt dici cōpleta ſeu pfecta vel incōpleta ſiue impfecta. vno modo reſpectu act⁹ interioris voluntatis ſicut eſt velle aut appetere vel deſiderare. alio modo reſpectu act⁹ exterioris q̄ eſt, pſecutio ei⁹ qð quis appetit vel deſiderat aut vult. volūtas primo modo pfecta ſeu cōpleta: eſt rōnis volūtas. i. q̄ cōſequitur rōnis deliberationē ac determinationem. et hec dicitur volūtas hoīs ſimpliciter et abſoluta. i. nō condicionata, put. S.Tho. dicit.3$^{a}$.p.q.21.ar.4. illud enim abſolute volumus: quod ſm deliberatā rationē3 volum⁹. impfecta aūt volūtas hoc primo modo eſt p oppoſitū volūtas nō abſoluta ſed ꝯdicionata. illud enī quod volūtas ſub condicione vult vt ſi ſit poſſibile vel ſi aliud nō obſiſtat vl̄ quomodo libet aliter: non ſimpliciter et complete volumus ſed ſm quid. quāobrem talis voluntas conſueuit appellari velleitas quedam. i. imperfecta voluntas. perfecta autē voluntas ſiue completa ſecundo modo dicitur voluntas qua quis appetit aut vult aliquid ſimpliciter et abſolute. i. abſq3 condicione: non ſolū actu interiori voluntatis: ſed etiā actu exteriori quo tēdit et conatur ad, pſecutionē eius quod appetit aut vult. voluntas autem imperfecta iſto ſecūdo modo: dicitur voluntas q̄licet aliquid appetit aut vult abſolute. i. abſq3 condicione: non tñ nititur illud aſſequi pro ſuo conamine non, ppter defectum actus interioris qui eſt velle aut appetere: ſed, ppter defectū operis exterioris ad illud obtinēdum requiſiti. eo ꝙ actui exteriori proſecutionis ad illud habendu3 quod appetit eſt aliquid adiūctū quod ſibi non placet aut ē difficile. et ſm diſtinctionem voluntatis hoc ſecundo modo: conſueuit appellari voluntas perfecta voluntas efficax: et volūtas imperfecta volūtas

ineffica. Secundũ igit̃ primũ modũ diſtictionis volũtatis cũ querit̃ an omnes hoies appetãt naturaliter btitudinẽ volũtate pfecta q̃ꝫm ad generalem ſeu cõem rõnem btitudinis q̄ eſt rõ boni completi: reſpõdemꝰ ſm̃ mentẽ ſcti thome ꝙ ſic. non ſolũ ꝓ ſtatu patrie: ſed etiã ꝓ ſtatu vie. ꝓbat̃ hoc. qm̃ loquẽdo de actu interiori volũtatis ſm̃ queꝫ accipitur diſtinctio volũtatis primo modo ſupra poſito: omnes naturaliter bonũ ſuũ completũ appetunt et volũt. ac per hoc ſuã beatitudinem ſm̃ cõem rationẽ quaꝫ nullus rõnis compos ignorat cognitis terminis. Si vero q̄ſtio fiat de volũtate pfecta vel imperfecta ſecũdo modo: reſpondemꝰ ꝙ pro ſtatu vie nõ oĩes hoies appetũt beatitudinem volũtate pfecta ſed ĩpfecta q̄ velleitas poteſt dici vel magis ꝓpe voluntas ineffica. ꝓbat̃ hoc. q2 nõ oĩes conant̃ bonis opibus cõſeq̄ beatitudinẽ ſine q̄bus ipſa beatitudo obtineri nõ poteſt. ſicut apparet in obſtinatis et peccatoribꝰ finaliter ĩpenitẽtibꝰ. q̄ tñ interiori actu volũtatis appetũt et volũt abſolute beatitudinẽ ſm̃ rõnem cõmunẽ. ſ. boni cõpleti et pfecti. nõ enĩ in volẽdo vꝉ appetẽdo beatitudinẽ: cõdicionẽ aliquã apponunt vel p̄ſupponũt. queadmodũ ẽ volũtas aliquorũ de ĩpoſſibili qđ nullus ſciens eẽ ĩpoſſibile appetit aut vult ſimplicit̃ etiã actu interiori: ſed ſub cõdicione. ſ. ſi poſſibile foret. vñ velle aliq̄d abſolute et ſimplicit̃ põt accipi duobus modis. vno modo vt ſit idem dictu ꝙ abſqꝫ condicione: ⁊ ſic omnes hoies appetũt abſolute et ſimplr̃ beatitudinẽ ſꝫ cõem ipſiꝰ rõneꝫ. alio modo capit̃ abſolute et ſimpliciter vt dicat nõ ſolũ velle et appetere aliq̄d: ſ; ſimul etiã et ad illđ obtinẽdũ opibꝰ conari. et iſto modo nõ oẽs appetũt beatitudinẽ etiaꝫ ſub eiꝰ rõne cõi q̄ eſt ratio completi ⁊ pfecti: quia nõ oĩes bonis opibus ⁊ meritis conant̃ bonũ ſuum cõpletum et perfectũ adipiſci ſine quibus obtineri non valet ſm̃ ordinem a deo inſtitutum.

¶ Quarto Notandũ eſt ꝙ capiendo appetitũ pro actu elicito a volũtate: debet ĩtelligi p̄ma cõcluſio nõ quaſi rõnalis natura ſemp actu appetat beatitudineꝫ queadmodũ ſemp hẽt naturã et ea q̄ ſm̃ eſſe naturaꝫ cõſequũt̃: ſed debet intelligi ꝙ naturaliter appetit beatitudinẽ q2. ſ. ex natura ſua hẽt ꝙ ſi ꝓponatur volũtati ab intellectu id qđ eſt ſummũ bonuꝫ quod eſt beatitudo: naturalr̃ appetit ipꝫ ſi aliquẽ actũ circa illđ hẽt. Unde. S. Tho. p̄a 2e. q. 10. ar. p̄o. arguit ſic ſecũdo loco. id qđ eſt naturale: ineſt alicui ſemp ſicut igni eſſe calidũ. ſed nullus motꝰ ineſt voluntati ſemp. ergo nullꝰ motꝰ eſt naturaꝉ volũtati. ecce argumentũ. ad qđ rñdet ſentẽtialit̃ ꝙ illa que pertinent ad motũ vel que ſequũt̃ motum etiam in rebus naturalibus: nõ ſemp inſunt. ſicut ignis non ſemper mouet̃ ſurſum: ſed quãdo eſt extra locũ ſuũ. et ſimiliter nõ oportet ꝙ volũtas q̄ de potẽtia in actũ reducit̃ dum aliquid vult ſemp actu velit: ſed ſolũ quando eſt in aliqua diſpoſitione determinata. Eandẽ ſolutionẽ dat ad ſimile argumẽtum de veri. q. 22. ar. 5. Itẽ. p̄a 2e. loco ꝓxime allegato. ar. 2. in cor. ſic dicit. vnde ſi ꝓponat̃ aliquod obiectũ voluntati quod ſit vniuerſaliter bonũ et ſm̃ omnẽ cõſiderationẽ: ex neceſſitate voluntas in id tendit ſi aliquid velit. nõ enim poterit velle oppoſitum. hec ille. vbi non dicit abſolute volũtas in id tendit: ſed cũ hac additione: ſi aliquid velit. quod exponit q2. ſ. non poterit velle oppoſitũ. quaſi ſic debeat intelligi volũtatem naturaliter et ex neceſſitate velle ſummuꝫ bonum ſibi ꝓpoſitũ: quia. ſ. nõ põt velle oppoſitũ. ita ꝙ neceſſitas qua volũtas naturaliter tendit ĩ ſummũ bonũ vel in beatitudinẽ per actũ eliciꝰuꝫ magis eſt q̃ꝫm ad determinationem actꝰ per obiectum q̃ꝫ q̃ꝫm ad exercitiũ actus: et hoc in ſtatu vie nam in ſtatu patrie vbi ſummũ bonũ et beatitudo ſemp eſt obiectiue ꝓpoſituꝫ voluntati: vtroqꝫ modo voluntas naturaliter et neceſſario in illud fert̃ actu elicito ꝓut deductũ fuit li. p̄o. diſ. p̄a. q. 3a. ſub notabili quarto. ¶ Ad premiſſoꝝ aũt declarationẽ eſt aĩaduertẽdũ ꝓut. S. Tho. deducit de veri. q. 22. ar. 6. in cor. ꝙ indeterminatio voluntatis inuenit̃ reſpectu triũ. ſ. reſpectu obiecti: reſpectu actus: et reſpectu ordinis in fineꝫ. reſpectu obiecti quidẽ eſt indeterminata voluntas q̃ꝫm ad ad ea q̄ ſunt ad fineꝫ non q̃ꝫm ad ipm̃ finẽ vltimũ. non enĩ de neceſſitate ac determinate volũtas appetit aut vult aliquid eoꝝ q̄ ſunt ad finẽ quemadmodũ appetitꝰ reꝝ naturaliũ qui ſicut eſt determinatus reſpectu finis: ita ⁊ reſpectu medioꝝ q̄ ſunt ad finẽ. Secũdo eſt volũtas indeterminata reſpectu actus: q2 etiã circa obiectũ determiatũ. ſ. vltimũ finem põt vti actu ſuo cum voluerit vel non vti. põt enim exire in actũ volẽdi reſpectu cuiuſlibet obiecti et nõ exire. qđ intelligendũ eſt ꝓ ſtatu vie ſicut oſtẽſum fuit ex dictis ſancti thome libro p̄mo loco ꝓxime allegato. in rebus vero naturalibus nõ eſt in poteſtate appetitꝰ exire in actum vel non exire: eo ꝙ res inanimate nõ mouent̃ a ſeipſis ſed ab alijs ac ꝑ hoc nõ eſt in eis moueri vel nõ moueri. Tertio voluntas eſt indeterminata reſpectu eoꝝ que ordinãt ad finẽ: in q̃ꝫm volũtas poteſt appetere illud qđ ſm̃ veritatẽ ordinat̃ in finẽ debitum vel ſm̃ apparentiã tm̃. et hec indeterminatio ex duobꝰ cõtingit. ſ. ex ĩdeterminatione cir-

ca obiectū in his q̄ ſunt ad finē. et iterū ex indeter minatione apprehēſionis q̄ pōt nō eſſe recta. et q2 volūtas dicit̄ libera inq̄ꝫm nō eſt neceſſario deter minata: cōſequēs eſt ꝙ libertas volūtatis in tribus predictis cōſideret̄. ſ. q̄ꝫm ad actū inq̄ꝫm poteſt velle et nō velle. et q̄ꝫm ad obm in his q̄ ſunt ad finem: inq̄ꝫm pōt velle hoc vel illud et eius oppoſitū. et q̄ꝫm ad ordinē in finē: inq̄ꝫm pōt velle id qd vere ducit in finem vel id quod vere non ducit.

¶ Quinto Notanduꝫ eſt ꝙ ſicut phs docet. 9. ethi. amicabilia q̄ ſunt ad alterū: veniūt ex amicabilib9 q̄ ſunt ad ſeipſum. vñ et ad amicos amorē habem9 ⁊ amicitiā q2 illos reputam9 eſſe nos ipſos. et inde eſt ꝙ p̄cepti forma de diligēdo, primo impoſita ē vnicuiqꝫ ſm meſurā dilectionis ſui cū dicit̄. diliges ꝓximū tuū ſicut teipſuꝫ. leuitici. 19. et mathei. 22. amor igit̄ ſui eſt principiū cuiuſlibet amoris ad alteruꝫ. et q2 in appetibilib9 ſicut et in ſpeculabilib9 principia inſunt nobis a natura: conſequēs eſt ꝙ vnuſquiſqꝫ naturaliter ſeipm amet: ita vt ꝑ ſe loquendo nullus poſſit ſeipm odio hr̄e. iuxta qd apl's dicebat ephe. 5°. nemo vnq̄ꝫ carnē ſuā odio habuit. Aduertēdū tñ, put. S. Tho. deducit. 2a 2e. q. 25 ar. 7. ꝙ amare ſeipm contigit tripliciter, vno modo ſm ſuā ſubam et naturā et ꝑfectiones naturaꝫ cōſequētes. et iſte amor eſt cōis et naturalis omnib9 hoib9 ſicut ⁊ ceteris reb9 naturalib9. omnes enī hoies et boni et mali naturalr̄ amāt ſuā cōſeruationē et generaliter bonuꝫ ad qd ex ſui natura inclinant̄. Alio modo amare ſeipm contingit ſm meliorē et pricipaliorē parteꝫ ſui. et iſtud amare ē ꝓpriū bonoꝝ q̄ amāt ſe in illo et ad illud qd ē bonum ſm mētem rōnalē q̄ eſt in hoie potior et pricipalior pars. q̄ ab aplo appellat̄ interior homo 2a. corin. 4. Tertio modo cōtingit amare ſeipm ſm partē carnalē et ſenſitiuā. ſ. q̄ꝫm ad ea ad q̄ caro et ſenſualitas incitant cōtra iudiciuꝫ rationis. ſm ꝙ apl'us dicit Gala. 5°. caro cōcupiſcit aduerſus ſpūm et ſpūs aduerſus carnē. et iſte amor eſt ꝓprius maloꝝ hoim et peccatoꝝ. vñ cū dicim9 naturale eē hoiem amare ſeipm ita vt nemo poſſit ſe odio hr̄e: intelligim9 de p̄mo modo. Sed cōtra hoc obiici pōt q2 naturalib9 nō meremur. ſi ergo homo ſeipm naturalr̄ amat: ſequit̄ ꝙ null9 mereat̄ ſeipm amās cuius oppoſituꝫ cōiter tenet̄. Ad hoc reſpondēdū eſt ſicut ſctūs thomas reſpōdet ad ſile argumētū qd fit de appetitu naturali vltimi finis in hac diſ. q. pa. ar. 3. ſub. ar. 3. et d veri. q. 22. ar. 7. homini inquit eſt indit9 appetitus vltimi finis ſui in cōmuni vt. ſ. naturaliter appetat ſe eſſe completū in bonitate. ſed in quo illa comple

tio conſiſtit vtrū in virtutibus vel ſcientijs vel delectationib9 vel hm̄oi alijs: nō eſt ei determinatū a natura. quādo ergo ex ꝓpria ratione adiut9 dei gr̄a apprehēdit aliquod ſpeciale bonū vt ſuā beatitudinē in quo vere beatitudo ſua cōſiſtit ſicut viſionē dei: tūc meret̄ nō ex hoc ꝙ appetit beatitudinem quaꝫ naturaliter appetit: ſed ex hoc ꝙ appetit hoc ſpeciale. ſ. viſionē dei qd nō naturaliter appetit: in quo tñ ſm rei veritatē ſua beatitudo cōſiſtit. ſi vero aliq̄s p ratiōnē erroneā deducat̄ vt appetat aliquod ſpeciale tanq̄ꝫ beatitudinē ſuaꝫ vt carnales delectationes in quib9 tñ ſm rei veritatem ſua beatitudo nō cōſiſtit: ſic appetēdo ſuā beatitudinē demeret̄. nō q2 appetit beatitudinē: ſed q2 idebite appetit hoc vt beatitudinē in quo beatitudo nō vere cōſiſtit. ¶ Cōſimiliter dicendū eſt ꝙ amare ſeipm primo modo amoris ſimplr̄ et abſolute: nō ē meritoriū q2 naturalr̄ ineſt vnicuiqꝫ talis amor. ſed amare ſeipm q̄ꝫm ad aliqua ſpecialia. ſ. ſub deo et ꝓpter deū et ad obſequiū dei: eſt meritoriū adiūcta gr̄a. eo ꝙ ad iſta ſpecialia nō ineſt amor ſui naturaliter: ſed iſta determinant̄ per rationē et diſcretionē hoīs fide et charitate adiuti. vñ in vtroqꝫ caſu volendo id quod quis naturalit̄ vult: nō eſt meritoriū vel demeritoriuꝫ ſm ſe: ſed volendo id quod naturaliter vult ſm ſpecialem determinationem prout dictum eſt.

¶ Sexto Notandū eſt, put ſanct9 thomas deducit. pa. p. q. 82. arti. 2. in cor. ꝙ ſicut intellect9 naturalr̄ ex neceſſitate inheret primis principijs: ita voluntas vltimo fini vt iam dictū eſt. ſunt aūt q̄dam intelligibilia q̄ non hn̄t neceſſariā cōnexionē ad prima principia ſicut cōtingētes ꝓpoſitiones ad quaꝝ remotionē non ſequit̄ remotio p̄moruꝫ p̄ncipioꝝ: et talibus nō ex neceſſitate aſſentit intellect9. quedā autem ꝓpoſitiones ſunt neceſſarie que habent cōnexionem neceſſariā cum p̄mis pricipijs ſicut concluſiones demōſtrabiles ad quarū remotionē ſequitur remotio primoꝝ p̄ncipiorum. et his intellect9 ex neceſſitate cōſentit cognita cōnexione neceſſaria cōcluſionū ad principia p demōſtrationis deductionē. nō aūt ex neceſſitate aſſentit anteq̄ꝫ hm̄oi neceſſitatē ꝯnexionis per demōſtrationē cognoſcat. ſimiliter etiā ex parte volūtatis. ſunt enī que dā particularia bona que nō habēt neceſſariā cōnexionē ad beatitudinē quia ſine his pōt aliq̄s eē beat9: et hm̄oi volūtas nō de neceſſitate inheret. ſunt aūt quedā habentia neceſſariā cōnexionem ad beatitudinē quib9. ſ. homo deo inheret in quo ſolo vera beatitudo cōſiſtit: ſed tñ anteq̄ꝫ p certitudinem diuine viſionis neceſſitas hm̄oi cōnexio

nis demonſtretur: volũtas nõ ex neceſſitate deo inheret nec his q̄ dei ſunt. ſed volũtas videtis deum ꝑ eſſentiã: de neceſſitate inheret deo ſicut nũc ex neceſſitate volumꝰ eſſe beati. patet ergo ꝙ volũtas nõ ex neceſſitate vult quecũqꝫ vult. hec ſanctus thomas. Ex quibꝰ apparet ꝙ ſicut in ſpeculatiuis intellectꝰ naturalit̄ et ex neceſſitate aſſentit primis principijs et his ꝓpoſitionibꝰ q̄ neceſſariã habẽt ad prima principia cõnexionẽ quibus. ſ. remotis prima ꝑncipia non ſtarẽt: ita etiã in appetibilibus volũtas naturaliter ⁊ ex neceſſitate appetit vltimũ finẽ humane vite qui eſt ſummũ et ꝑfectũ bonum. et ex cõſequẽti eadẽ neceſſitate appetit illa bona que neceſſariã habẽt cõnexionem ad vltimũ finẽ et ſummũ bonũ. ſine quibꝰ conſtat ipſum ſummũ bonũ et vltimũ finẽ adipiſci nõ poſſe. veruntamẽ eſt differẽtia inter ſpeculabilia et opabilia ſeu appetibilia. qm̄ in ſpeculabilibꝰ ſunt multo plures cõcluſiones de quibꝰ habere certitudinẽ põt intellectus ꝙ habent neceſſariã dependẽtiam et cõnexionem ad prima principia ꝑ ſe nota vt ſunt ꝓpoſitiones demõſtrabiles. ꝑ demonſtrationẽ nãqꝫ certificatur intellectus d̄ neceſſaria cõnexione concluſionis ad principia ex quibus deducitur. in opabilibus vero ſeu appetibilibꝰ: modica et forte nulla poteſt haberi certitudo in ſtatu vie de medijs. ſ. bonis particularibꝰ q̄ neceſſariam habent cõnexionẽ ad ſummũ bonũ et vltimũ finem ita ꝙ ſine illis ꝑſus haberi nõ poſſit: ꝓ eo ꝙ operabilia et appetibilia magnã habeãt varietatem ꝓpter diuerſitatẽ tempoꝝ locorũ ac condicionũ et conſuetudinũ hoĩm q̄ conſiderãda ſunt circa agenda eo ꝙ opationes ſunt circa particularia, ꝑut dicitur ꝑmo metha. ꝓpter qđ phs dicit in ꝑmo ethi. ꝙ ſcientia moralis non patitur demonſtrationẽ. vnde pauciſſima ſunt de quibus ſit ꝑ ſe notũ et pro certo cõſtet ꝙ habẽt neceſſariã cõnexionẽ qualis dicta eſt ad vltimũ finem. aliqua tamen ſunt: ſicut eſſe et viuere et ea q̄ neceſſaria ſũt ad hoĩs cõſiſtẽtiã ſine qua homo finẽ ſuũ conſeq non poteſt, ꝑut. S. Tho. notat. pa 2e. q. 10. ar. 2. ad. 3m. et huiuſcemodi bona naturaliter et ex neceſſitate volũtas appetit queadmodũ et vltimuꝫ finem. credendũ tamen eſt ꝙ videntes clare diuinam eſſentiam: videntin ea ſi que alia ſunt bona q̄ neceſſariam cõnexionem habeant ad ſummũ ⁊ perfectũ bonum ac vltimũ finem. et illa ſic videntes: naturaliter et ex neceſſitate volunt et amãt.

¶ Septimo Notandũ eſt ꝙ vt. S. Tho. deducit de veri. q. 22. arti. 5. in rebus ordinatis oportet primuꝫ includi in ſecundo. et in ſecundo inuenitur nõ ſolum illud qđ competit ſibi ſm rõnem ꝓpriam: ſed etiam illud qđ ei cõpetit ſm rationem primi. ſicut hoĩ conuenit non ſolum ratione vti quod ei competit ſm ꝓpriaꝫ differẽtiam que eſt rationale: ſed etiam vti ſenſu et alimento quod etiaꝫ ei competit ſm ſuũ genus quod eſt aĩal et viuũ. natura autem et voluntas hoc modo ordinant̄ vt ipſa voluntas etiaꝫ quedã natura ſit. et ita in voluntate oportet inueniri non ſolum id quod voluntatis ē ſed etiã id quod nature eſt. hoc aũt eſt nature cuiuſlibet create: vt a deo ſit ordinata in bonũ naturaliter appetens illud. vnde et voluntati ipſi ineſt quidam naturalis appetitus boni ſibi conuenientis. et preter hoc habet aliud appetere ſm ꝓpriam determinationẽ nõ ex neceſſitate qđ ei cõpetit vt volũtas eſt. ſicut autẽ eſt ordo nature ad volũtatem: ita ſe habꝫ ordo eoꝝ q̄ naturalr̄ vult volũtas ad ea reſpectu quorũ ex ſeipſa determiatur: non ex natura. et ideo ſicut natura eſt volũtatis fundamẽtũ: ita appetibile qđ naturalr̄ appetitur eſt alioꝝ appetibiliũ principiũ et fundamẽtũ. in appetibilibꝰ aũt finis eſt ꝑncipiũ et fundamentũ eoꝝ q̄ ſunt ad finem: cũ ea q̄ ſunt ad finẽ nõ appetant̄ niſi rõne finis. et ideo qđ volũtas de neceſſitate vult quaſi naturali ĩclinatione ĩ ipſuꝫ determinata: eſt finis vltimꝰ vt beatitudo et ea q̄ in ipſo fine includuntur vt eſt cognitio veritatis et q̄dam huiuſmodi. ad alia vero non determinatur de neceſſitate naturali inclinatione: ſed propria diſpoſitiõe abſqꝫ omni neceſſitate. hec ſctũs thomas. Ex quibꝰ colligitur ꝙ voluntas non dicitur proprie loquẽdo dña ſui actꝰ ſm ꝙ eſt natura: ſed ſm ꝙ eſt voluntas. vnde et eadẽ q̄ſtione ⁊ ar. 7° loco ĩ oppoſitũ arguit ſanctꝰ doctor ſic. ex eo ꝙ aliqđ eſt volũtariũ: dicit̄ eſſe in nobis inq̄m nos dñi ſumus illiꝰ. ſed illud qđ eſt in nobis cuiꝰ dñi ſumꝰ poſſumꝰ velle et nõ velle. et ita nõ de neceſſitate volũtas aliq̄d vult. ecce argumẽtũ. ad qđ reſpondet ſic. Ad. 7m. dicẽdũ ꝙ etiã illa rõ. ꝓcedit de voluntate ſm ꝙ volũtas eſt. hoc eni eſt ꝓpriũ volũtati inq̄m eſt volũtas: ꝙ ſit domina ſui actus.

Quantũ ad articulũ quartũ reſpõdendũ eſt obiectionibꝰ aduerſarioꝝ. Et q̄dẽ ad primũ ſcoti cõtra cõcluſioneꝫ dicitur ꝑmo ꝙ procedit ex falſo intellectu quem habuit in dictis ſancti thome. putans ꝙ cõmunis ratio ſm quã ſanctꝰ thomas dicit beatitudinẽ appeti naturaliter ab hoĩe: ſit ſm abſtractionem vniuerſalis a particulari. quod eſt falſum vt oſtenſuꝫ fuit in primo notabili. Dicitur

ſecūdo ꝙ capiēdo beatitudinez in particulari pro
re in qua vere ponit̄ beatitudo formalis q̄ habet
rationē omnis boni et nihil mali aut defectꝰ ſicut
eſt viſio diuine eſſentie: cōcedimꝰ ꝙ ab omnibꝰ ne
ceſſario ⁊ naturaliter appetit̄ cognoſcētibus in ea
eſſe omnē boni rōnez et nihil mali aut defectꝰ. nō
eni ſanctꝰ thomas negat rē particularē in qua eſt
beatitudo ab omnibꝰ naturalit̄ appeti: niſi qꝛ non
omnibꝰ nota eſt eius perfecta et ſumma ratio bo-
nitatis. nec dicit beatitudinez naturaliter appeti
ab omnibus niſi preſuppoſito ꝙ rō ꝑfecti boni ab
omnibꝰ cognoſcit̄ cognitis terminis eſſe beatitu-
dinē. quod nō ſic eſt d̄ re particulari beatitudinis.
nam multi ſunt q̄ ignorāt ī qua re beatitudo hoīs
vere cōſiſtat. quāobrē de eo varie fuerūt opinio-
nes et errores ſicut apparet ex p̄mo libro et deci-
mo ethicorū. Et ꝑ hec patet rñſio ad.$2^{m}$.et.$3^{m}$.
et.$4^{m}$. ¶Ad.$5^{m}$.dicit̄ ꝙ deficit in multis. primo
in eo qd̄ dicit ꝙ neceſſitas in cauſa īferiori nō pōt
determinare modū agēdi cauſe ſupioris. hoc enī
nō eſt vl̄r verū. nam habitꝰ eſt cauſa inferior po-
tētia naturali et poſterior ſm naturā: et tñ deter-
minat modū agēdi potētie vel bene vel male ſm
rōnem habitꝰ et prōpte et delectabiliter. item ſen
ſus cauſa inferior eſt intellectu: et tñ ꝑ ſpēm ſenſi-
bilis ab eo oblatā: determinat intellectū ad intel-
ligendū rē cuiꝰ eſt illa ſpēs. et ſemē tritici determi-
nat virtutē ſolis q̄ eſt ad plures effectꝰ: ad produ
ctionē tritici. et multa ſimilia dari pñt. Deficit ſe-
cundo eo ꝙ dicit volūtatē eſſe cauſam ſupiorē in-
tellectu qd̄ eſt falſuz prout in q̄ſtione precedente
fuit oſtēſum. Deficit tertio in eo ꝙ dicit neceſſita-
tem q̄ volūtas neceſſitat̄ ad aliq̄d volēdū: ꝯueni
re ei ex rōne ſui et nō ex aliqua alia cauſa. hoc aūt
falſum eſt. nā vt in precedēte q̄ſtione fuit ꝓbatuz
volūtas neceſſitat̄ ad volendū illud quod ſibi ꝓ-
ponit̄ ab intellectu eſſe bonū et appetibile. neceſ-
ſitat̄ inquā q̄ꝫ$^{m}$ ad ſpecificationē actꝰ ꝑ obiectū ſub
hoc ſenſu. ꝙ ſi aliq̄d vult: neceſſario vult illud qd̄
ſibi propoſituz eſt ab intellectu eſſe bonū. Quar
to deficit quia ex neceſſitate quaz intellectꝰ infert
voluntati q̄ꝫ$^{m}$ ad ſpecificationem actus ꝑ obiectū
pretendit inferre ꝙ volūtas neceſſitat intellectū
et alias vires anime ad exercitiū actus. et ſic com
mittitur in argumento fallacia equiuocationis vl̄
ſm quid ad ſimpliciter. nam ſi ex neceſſitate quā
infert intellectus voluntati debet inferri ꝙ volū-
tas neceſſitat intellectuz: vtraqꝫ neceſſitas debet
accipi eiuſdem rationis: aliter cōmittitur fallacia
vt dictum eſt. vnde licet intellectus neceſſitet vo
luntatem ad volendum beatitudinez ſibi propo-
ſitam ſub ratione perfecti boni: nō inde ſequitur
ꝙ voluntas ſic neceſſitata neceſſitet intellectū ad
ſemper actu conſiderandum d̄ beatitudine. quia
nec neceſſitas quam intellectus infert voluntati
neceſſitat voluntatem vt ſemper actu velit beati
tudinem: ſed tunc dūtaxat quādo eſt ſibi propoſi
ta beatitudo vt perfectum bonum. ¶Ad.$6^{m}$.di
citur ꝙ propoſitio illa in qua fundat̄ ratio ſcti do
ctoris intelligitur pro ſtatu vie: non abſolute ſed
ſuppoſito ꝙ voluntas circa tale bonū debeat ha-
bere aliquem actum. quē intellectum. S. Tho. ex
primit. p̄$^{a}$ 2$^{e}$. q.10. ar.2. in cor. ꝓut allegatuz fuit
in quarto notabili. nam ſuſpendere actum volen
di circa illud: bene pōt voluntas in ſtatu vie ꝓut
ipſe expreſſe dicit in principio eiuſdez articuli. ait
enim. voluntas mouet̄ dupliciter. vno modo q̄ꝫ$^{m}$
ad exercitiū actus. alio modo q̄ꝫ$^{m}$ ad ſpecificatio-
nē actꝰ que eſt ex obiecto. primo ergo modo vo-
luntas a nullo obiecto ex neceſſitate mouet̄. pōt
enim aliq̄s de q̄cūqꝫ obiecto nō cogitare et ꝑ con
ſequēs nec actu velle illud. hec ille. Idez in ſentē-
tia dicit d̄ veri. q.22. ar.6. in cor. Ex quibꝰ patet
ꝙ argumētū nō militat cōtra ſanctū thomaz imo
dictis eius cōſonat. ¶Ad argumēta quorundam
que recitat durandus dicimꝰ primo ꝙ ſi in diſtin-
ctione quam premittit de duplici appetitu: appe
titus naturalis capiat̄ pro appetitu qui conſequi
tur naturam et eſt illi cōnaturalis qualis eſt appe
titus cōmunis omnibus rebus naturalibꝰ: cōcedi
mus ſuppoſitū. ſ. ꝙ talis appetitꝰ nō eſt actꝰ elici-
tus ſ; inclinatio quedā īnata nature. ſi aūt appeti
tus naturaľ dicat̄ naturaľ eo ꝙ naturaľr in aliq̄d
tēdat etiā ſi cōſequat̄ ex aliq̄ apꝓhēſione virtutis
cognitiue: ſic dicimꝰ ꝙ illud preſuppoſitū non eſt
vl̄r verum ꝓut latius deductū fuit in ſecūdo nota
bili. Nunc vero reſpōdēdo ad argumēta dicimꝰ
ꝙ ad p̄mū patet reſpōſio ex his q̄ dicta ſūt ad.$5^{m}$
ſcoti. ¶Ad.$2^{m}$.dicit̄ ſicut reſpōdet durādꝰ ꝙ ar-
gumētū nō eſt ad ꝓpoſitū. quia nos nō loquimur
de inclinatione volūtatis in ſuū obiectum per ali
quē habitum acquiſitū: ſed per ipſam met naturā
potentie q̄ habet neceſſariaz habitudinē ad illud
obiectum vt in ipſum feratur actu elicito. et illa ī-
clinatio pōt eſſe ita efficax ſuppoſita preſentia ta
lis obiecti: ſicut iclinatio appetitꝰ naturalis. ¶Ad
$3^{m}$.reſpondet durandus ꝙ auctoritas auguſtini
loquitur de libertate a coactione: non de liberta
te a naturali neceſſitate. q̄ vt ſanctꝰ thomas inq̄t
in pluribus locis: libertati volūtatis nō repugnat
Quod vero vlteriꝰ ibi dicunt: nos concedimꝰ ꝓ
ſtatu vie ꝓut ſupra dictū eſt. ¶Reſpōſiones au-
tem quas dant ad auctoritates auguſtini et an-
ſelmi nō valent. cum enim dicunt primo ꝙ aucto-

ritates beati auguſtini et anſelmi intelliguntur ꝺ appetitu naturali non aũt ꝺ actu elicito: patet expreſſe ꝙ non eſt verũ. dicit enim auguſtinus.13.ꝺ trinitate caplo tertio ĩ fine ꝙ ille mimꝰ qui promiſit ſe dicturũ quid oĩes vellẽt et dixit: vile vultis emere et care vendere. ſi inquã dixiſſet beati omnes eſſe vultis miſeri eſſe nõ vultis: dixiſſet aliq̃d quod nullus in ſua non cognoſceret volũtate. q̃c quid enim aliud quiſq; latenter velit: ab hac voluntate tamẽ nõ recedit. vbi conſtat ꝙ loquitur ꝺ voluntate vel actu voluntatis elicito de quo mimꝰ dixerat vile vultis emere et care vẽdere. et nõ ſolum loquitur de appetitu naturali voluntatis. Itẽ in quarto caplo eiuſdẽ libri inquirit: cum omnes velint beatitudinẽ: an oĩes eam nouerit. cõſtat aũt ꝙ velle ſequens cognitionẽ: eſt actꝰ elicitus. Item in quĩto caplo dicit ꝙ oĩes hoĩes beati eſſe volunt: idq; vnũ ardẽtiſſimo amore appetunt. et ſubiungit ꝙ nullus põt amare qꝺ omnino neſcit. et ita loquit̃ de amore ſequẽte cognitionẽ. Anſelmus etiã de caſu diaboli caplo.13. circa finẽ dicit, omnes quippe volũt beati eſſe. et loquit̃ de beatitudine abſolute q̃ includit cõmoduz. de qua dicit ꝙ iuſticiã non oĩes volũt: cõmodũ vero nõ ſolum omnis natura rõnalis: ſed etiam omne qꝺ ſentire põt vult. nã nullus vult niſi quod aliq̃ modo putat ſibi cõmodũ. et ſic loquit̃ de velle quod ſequit̃ cognitionem. qꝺ velle eſt actꝰ elicitus. et ſic expoſitio qua exponunt dicta auguſtini et anſelmi non eſt vera vt clariſſime patet intuenti dicta eorũ in predictis locis. ¶ Ad argumẽta durandi quibus ꝓponit diſtinctionẽ de appetitu efficaci et nõ efficaci: patet quid dicendũ ſit ex tertio notabili. Neq; obſtat dictis noſtris auctoritas auguſtini quam adducit. nam appetere ĩmortalitatem huiꝰ vite corpalis: apprehẽdit̃ vt impoſſibile poſt ſtatũ peccati. et ideo nimiruz ꝙ appetat̃ appetitu condicionato. ſed beatitudinẽ cõſequi: nõ reputatur ĩpoſſibile etiã a peccatoribꝰ dũ non conantur operibus illam cõſequi. ac per hoc pñt habere appetitum naturalẽ beatitudinis: non condicionatum ſed abſolutum q̄ꝫm ad interiorem actũ. de dãnatis aũt poteſt concedi ꝙ nõ habeant appetitũ beatitudinis efficacem et abſolutũ ſicut arguens dicit: quia ſciunt beatitudinẽ eſſe impoſſibilẽ ſibi. ¶ Ad argumenta que recitat aureolus cõtra eandem concluſionem: dicitur ad prima quattuor ꝙ non militant cõtra nr̃am cõcluſionem. nam oĩa concludunt ꝙ voluntas non de neceſſitate vult finem vltimũ quia põt ſuſpendere actum conſiderationis intellectus circa illum. quod nos nõ negamus pro ſtatu vie. nr̃a autẽ concluſio intelligit̃ vt ſupra dictum eſt q̄ꝫm ad ſpecificationem actus volũtatis per obiectũ: non q̄ꝫm ad exercitiuz actꝰ. et de hoc latius dictum fuit in q̃rto notabili. Auctoritas autẽ auguſtini quam arguens allegat in primo argumento: loquitur de voluntate electiua non de naturali. vt eni. S. Tho. dicit infra diſ. vltima. q.2. ar. p°. ſub. ar. p°. in cor. duplex voluntas conſiderari poteſt in nobis. ſ. voluntas deliberatiua et voluntas naturalis. naturalis voluntas non eſt ex nobis ipſis: ſed ex auctore nature q̃ in natura hanc inclinationẽ poſuit que naturalis voluntas dicitur. voluntas vero deliberatiua eſt in nobis ex nobis ipſis ſm ꝙ in poteſtate noſtra eſt inclinari per affectũ ad hoc vel illud. et de iſta diſtinctione volũtatis dictum eſt diffuſius in ſeptimo notabili. ¶ Ad. 5m. negatur minor. et ad eiꝰ probationem dicitur ꝙ aſſumptum eſt falſum. immo experimur ꝙ maiori conatu et ardore appetimus beatitudinem et eſſe et viuere que naturaliter et ex neceſſitate appetimꝰ: q̄ꝫ quodcũq; aliud appetibile. quod patet. quia iſta bona cunctis aliis appetibilibus preponimus appetitu recto. et ĩ quocũq; alio appetibili implicite et virtute appetimus beatitudinem et eſſe. ꝙ autez nõ ſentiamꝰ intenſionis ardorem in amando beatitudinẽ: nõ obſtat. quia huiuſcemodi ardorem magis efficit plerũq; impetus paſſionis q̄ꝫ ordo nature qui ab auctore nature ſm rei condicionem moderatur. ex quo fit vt voluntas cuz ſit potentia intellectualis nature: nõ eo impetu feratur etiam in id quod naturaliter appetit: quo fertur appetitus naturalis ĩ rebus inanimatis que magis agũtur q̄ꝫ agãt. voluntas vero etſi naturaliter feratur in beatitudinem: et tamen ipſa ſe fert in illam actu a ſe elicito de quo nunc loquimur. nam talis eſt ipſius natura ꝙ ipſa ſe ferat quo tendit affectu. ¶ Ad. 6m. dicitur primo ꝙ minor ſicut iacet eſt falſa. immo ſi voluntas ſimpliciter et determinate imperat ĩtellectui ꝙ conſideret de fine vltimo intellectus ex neceſſitate conſiderabit. et ſicut voluntas neceſſitat intellectum q̄ꝫm ad exercitium actus: ita intellectus neceſſitat voluntatem q̄ꝫm ad ſpecificationem actus per obiectum. vnde. S. Tho. p̊a 2e. q. 9. ar. p°. ad. 3m. voluntas inquit mouet ĩtellectuz q̄ꝫm ad exercitium actus. ſed q̄ꝫm ad determinationem actus que eſt per obiectum: intellectꝰ mouet voluntatem. Dicitur ſecundo ꝙ conſequẽtia nõ valet. non eni ſequit̃ ſi voluntas nõ neceſſitat intellectũ: ꝙ ideo intellectꝰ nõ neceſſitet volũtatez. niſi imaginet̃ arguens ꝙ omne ab alio motuz: moueatur ab illo et eodez modo. quod nõ ſolũ ẽ falſum: ſed eſt puerile dictum. et maxime in ꝓpoſito

nr̃o cõſequẽtia eſt falſa: qꝛ intellect⁹ eſt p̃mus mo
toꝛ comparatione volũtatis. ¶ Ad. 7m. dr̃ primo
ꝙ minoꝛ eſt falſa. imo intellectus eſt ſuꝑioꝛ vt in
precedẽti articulo probatum fuit. Dicitur ſecũdo
concedendo cõſequens illatũ modo expoſito in
reſponſione precedente. et cum dicit arguens ꝙ
experimur oppoſitum: dicitur ꝙ eſt falſum. immo
manifeſte experimur ꝙ ad imperium voluntatis
intellectus exercet actum ſuuz. ¶ Ad argumenta
aureoli contra eandẽ cõcluſionem: ad primũ dici
tur ꝙ procedit ex falſo intellectu quẽ arguens ha
buit in dictis ſancti thome: queadmodũ reſpõſuz
fuit ad primũ ſcoti. ¶ Ad. 2m. dicitur ꝙ etiam ꝓ-
cedit ex falſa imaginatione quaz habuit ex dictis
ſancti thome. exiſtimãs ꝙ quecũqꝫ appheſio vlti-
mi finis et beatitudinis neceſſitet voluntatẽ ad il
lum appetendũ ſm mentẽ ſancti thome qđ eſt fal
ſum. ſed ſm ei⁹ doctrinã illa apphenſio beatitudi
nis per intellectum determinat et neceſſitat vo-
luntatẽ: qua apprehendit̃ beatitudo ſic ꝙ eſt ſum-
mũ bonũ et dictat volũtati ſumme eſſe appetẽdã.
que apprehẽſio eſt pratica. nã de apprehẽſione pu-
re ſpeculatiua: ĩ pleriſqꝫ locis ipſe dicit cũ pħo. 3o.
libro de aĩa ꝙ nõ dicit aliqđ de fugibili aut ꝓſequi
bili. vñ põt intellect⁹ cõſiderare bonũ ſub rõne ve
ri et vt ſic diſputare de bono: et ꝙ ad ipam cõſide
rationẽ boni nõ moueatur voluntas ad illud ap-
petendum: quia intellect⁹ non dictat ꝓ tunc illud
eſſe appetendum. cõcedimus ergo ꝙ ſtante appre
henſione ſummi boni ſpeculatiua preciſe: volun-
tas põt non appetere illud actu nec deſiderare vt
arguens obijcit. ſed hoc non militat contra nos.
¶ Ad. 3m dicitur ꝙ ſi laico ꝓponat̃ intelligibiliter
que ſit natura beatitudinis et ſummi boni: falſuz
eſt vt arguens dicit ꝙ aliud bonum plus appetat.
et preterea ĩ quocũqꝫ bono quod homo appetat
primo et principaliter appetit̃ vltimus finis. Ut
eniz. S. Tho. dicit. pa 2e. q. pa. ar. 6. in coꝛ. vltim⁹
finis hoc modo ſe habet in mouẽdo appetitum ſi
cut ſe habet in alijs motionib⁹ primũ mouẽs. ma-
nifeſtũ eſt aũt ꝙ cauſe ſecũde mouentes non mo
uent niſi ſm ꝙ mouent̃ a primo mouẽte. vnde ſe-
cũda appetibilia nõ mouẽt appetitũ niſi in oꝛdie
ad primũ appetibile qđ eſt vltimus finis. neqꝫ ob
ſtat ꝙ appetẽs aliquid nõ actu cogitet de vltimo
fine nec ſemper illud appetat. qm̃ vt ſctũs doctoꝛ
ibidẽ dicit ad tertiũ: nõ opoꝛtet ꝙ ſemꝑ hõ cogi-
tet de vltimo fine quandocũqꝫ aliqđ appetit vel
operat̃. ſed virtus p̃me ĩtẽtionis q̃ eſt reſpectu vl
timi finis: mãet in quolibet appetitu cuiuſcũqꝫ rei
etiã ſi de vltimo fine actu non cogitet. ¶ Ad. 4m
dicitur ꝙ complacere de complacentia quaz quis
habet de bono adepto vel amato: dupliciter po-
teſt contingere. vno modo ipſo eodem actu quo
habet̃ cõplacẽtia boni amati. queadmodũ eodez
actu fruitionis fruimur deo et fruitione dei prout
S. Tho. dicit. pa 2e. q. 11a. ar. 3. ad. 3m. et ſicut eo-
dez actu intelligo rem et intelligo me intelligere
prout. S. Tho. inquit. po. li. ſen. diſ. pa. q. 2. ar. po.
ad. 2m. et iſto modo eandẽ neceſſitatẽ vel cõtigẽ
¶ Secundo Notādum eſt ꝙ mod⁹ eſſendi in quo ḋbet eſſe ꝓportio inter cognoſcentē ⁊ rē cognitā ſm ꝙ. S. Tho. ḋducit ſignāter. p^a. p. q. 12. ar. 4. in. cor. de quo ⁊ locuti ſum⁹ in p̄cedēte notabili: eſt mod⁹ eēndi nō qualiſcūqꝫ ſed faciens ad cognitionē. duo aūt modi eēndi in genere ſunt qui cōferūt ad cognitionē et illā diuerſificāt taꝫ ex parte cognoſcētis qꝫ ex parte cognoſcibilis. ſ. eſſe in actu et eſſe imateriale. vnūquodqꝫ enim intātū eſt cognoſcibile: inquantuꝫ ē in actu. et nihil eſt cognoſcēs niſi ſm ꝙ eſt in actu queadmodū nec agēs vt ſupra dicebatur. et tertio de aīa phs dicit ꝙ ſicut res ſūt ſeparabiles a materia: ſic circa intellectū ſunt. virtutes etiā cognitiue ſm modum immaterialitatis diſtiguūtur. vnde ⁊ phs ſecundo ḋ aīa dicit ꝙ plāte nō cognoſcūt ꝓpter ſui materialitatē: et ſenſus corporales cognitiui ſunt: quia ſunt ſuſceptiui ſpecieruꝫ ſine materia. vnde ⁊ ſctūs doctor loco ꝓxime allegato volēs aſſignare ꝓportionē inter cognoſcēs ⁊ cognitū diſtinguit moduꝫ eſſendi vtriuſqꝫ in diuerſis rebus ſm eſſe immateriale et ſm eſſe in actu. dicit eniꝫ ꝙ quia ſenſus eſt virtus cognitiua habens eſſe nō ſoluꝫ in materia ſed etiā affixum organo materiali: ideo naturaliter nō cognoſcit niſi res habētes eſſe in materia indiuiduali. intellectus vero humanus quia habet eſſe in materia nō tū affixum organo corporali pro eo ꝙ ex ſui natura eſt virtus immaterialis ſicut ⁊ aīa intellectiua inde eſt ꝙ eius capacitas naturalis eſt directe et per ſe circa res materiales ſm tū ꝙ abſtrahūtur a materia indiuiduali. ita vt ſi aliquid cognoſcit ex vi ſue nature de rebus immaterialib⁹ non habentibus eſſe in materia: nō id habet niſi per res materiales. intellectus vero angelicus quia ſimpliciter eſt immaterialis non habēs eſſe in materia: naturaliter cognoſcit directe ⁊ per ſe res immateriales ⁊ ꝑ eas res materiales intelligit. ſed quia nec angelus nec eius intellectus eſt purus actus ſed habet potentiam admixtaꝫ ita ꝙ non eſt habens eſſe pure in actu: eius virtus cognitiua non ſe extendit naturaliter niſi ad res cōpoſitas ex actu ⁊ potētia. ex quo fit ꝙ capacitas naturalis intellectus angelici nō ſe extēdat ad claram ⁊ perfectam cognitionē diuine eſſentie que eſt actus purus: cuius tamen habet aliqualē cognitionem non directe et per ſe ſed per res compoſitas ex potentia et actu. vnde ꝙ intellectus humanus nō ꝑtingat ex ſuis naturalibus ad videndum clare et aperte diuinam eſſentiam: prouenit ex duplici defectu. ſ. ex eo ꝙ eſt habēs eſſe i materia: et quia eſt conſtans ex potētia et actu. ꝙ autem intellectus angelicus nō attingat ex vi ſue nature ad viſioneꝫ claram diuine eēntie: prouenit ex vno defectu. ſ. quia eſt virt⁹ habens eſſe actu admixtum potentie. Gratis ergo et abſqꝫ vlla ratione contra premiſſam deductionē ſancti doctoris obijciunt quidam putātes ꝙ ſe fundet imodo eſſendi ſpecifico et naturali cognoſcētis et rei cognite: vel in alio modo eſſendi qui non directe pertineat ad habēdaꝫ rerum cognitionem: quod eſt falſum. vnde. S. Tho. p^a. p. q. 88. ar. p^o. ad. 2^m. dicit ꝙ ſimilitudo nature non eſt ratio ſufficiens ad cognitionem: alioquin oporteret dicere qḋ ēpedocles dixit ꝙ aīa ē de natura oīum ad hoc ꝙ omnia cognoſceret. ſed requiritur ad cognoſcendum vt ſit ſimilitudo rei cognite in cognoſcente quaſi quedam forma ipſius. hec ſanctus thomas. ⁊ ſuppleri debet vel ꝙ ſit in cognoſcente ipſamet res cognita prout ex pleriſqꝫ locis doctrine ſancti thome accipi pōt. ⁊ preſertim in hac diſ. q. 2. ar. p^o. in cor. Et. p^a. p. q. 12. ar. 2. in. cor. Et de veri. q. 8. ar. p^o. in. cor. Iteꝫ facit ad id de modo eſſendi qḋ et. S. Doc. dicit contra gen. li^o. 3^o. ca^o. 51. ſic concludēs. manifeſtum eſt igitur ꝙ eſſentia diuina pōt comparari ad intellectum creatum vt ſpecies intelligibilis qua intelligit. quod non contingit de eēntia alicuius alterius ſubſtantie ſeparate. neqꝫ tū pōt eſſe forma alterius rei ſm eſſe naturale. ſe-

quereretur enim ꝙ ſimul cū alio vnita: conſtitueret vnam naturā quod eſſe nō pōt. ſpecies autē intelligibilis vnita intellectui: non conſtituit aliquā naturam ſed perficit ipm ad intelligendum quod perfectiōi diuine eēntie nō repugnat. hec ille. Ad quod iterum facit quod dicit ꝺ ve. q. 8. ar. 3. ad. 6m. ꝙ. ſ. conformitas naturalis ad deuꝫ que eſt in intellectu angeli: non eſt vt intellectꝰ angeli proportioneꝫ ad eſſentiā diuinā ſicut ad formaꝫ intelligibilē. Itaqꝫ ſm premiſſa proportio inter cognoſcentem et cognitum qꝫm ad modum eſſendi debet intelligi ſm mentem ſcti thome nō de modo eſſendi ſm exiſtentiā naturaleꝫ ſed de modo eſſendi ſm eſſe intelligibile. vt ſcilicet modus eſſendi cognoſcētis inqꝫm eſt cognoſcens ſit conformis modo eſſendi rei cognite ſm ꝙ eſt cognoſcibilis. eſt aūt huiuſcemodi conformitas quādo cognoſcens ꝛ cognitū proportionantur in imaterialitate et in actualitate q̄ vt ſupra diximus requiruntur ad cognitionē ex parte cognoſcētis et ex parte rei cognite. Unde qꝛ modus eſſendi intellectus nr̄i inqꝫm eſt cognitiuus: exceditur a modo eſſendi angeloruꝫ inqꝫm ſunt cognoſcibiles: eo ꝙ angeli ſunt ſimpliciter inmateriales non habētes eſſe in materia: intellectus vero noſter ē habēs eſſe in materia: ideo ex puris naturalibus non pertingit ad cognoſcendum quidditates angelorum. Rurſus quia multo plus excedit̄ a modo eſſendi diuine eēntie ſm rationem cognoſcibilis tam in imaterialitate qꝫ in actualitate: quia diuina eſſentia non ſolum eſt immaterialis per negationeꝫ materie ſed etiā per negationem potentie paſſiue: et nō ſolum eſt in actu ſed eſt actus purus: ideo intellectus noſter ex vi ſue nature pertingere nō poteſt ad videndum clare et aperte eſſentiam diuinam. pertingit tñ ſola dei gratia per quaꝫ eſſentia diuina fit per ſeipſam forma intelligibilis intellectꝰ noſtri vt in beatis coaptās moduꝫ eſſendi ſue cognoſcibilitatis modo eſſendi intellectꝰ noſtri: diſponens et eleuās illum ſupra naturaꝫ ſuā per illuſtrationem luminis glorie. vnde. S. Tho. pa. p. q. 12. ar. 4. in cor. ſic cōcludit. nō igitur poteſt intellectus creatus deuꝫ per eſſentiaꝫ videre: niſi inqꝫm deus per ſuam gratiaꝫ ſe intellectui creato coniungit vt intelligibile ab ipſo.

¶ Aduertendū tñ ꝙ immaterialitas dicitur eſſe ratio cognoſcendi in re cognoſcēte: non prout dicit priuationē materie aut materialitatis. tuꝫ quia vt ſic dicit puram priuationem que nō poteſt eſſe cauſa actionis poſitiue. tum etiam quia non omnis res immaterialis eſt cognitiua idest apta nata cognoſcere: ſicut apparet ꝺ formis inaiatorū et de multis formis accidentalibus. ſed accipitur immaterialitas prout circunloquitur nobis quandam naturam poſitiuam innominatam quā nos vocare poſſumus per accōmodationem naturaꝫ ſpirituale. et de hoc latius dictū fuit. pº. li. diſ. 35. q. pa. ſub notabili quarto.

¶ Tertio Notandum eſt ꝙ cum phs dicit tertio libro de aīa ꝙ intellectus poſſibilis ſe habet in potētia ad intelligibilia inqꝫm nihil eorū eſt actu anteqꝫ intelligat quemadmodum et tabula in qua nihil eſt actu ſcriptū: ſed habet potentiam ad hoc ꝙ in ea plura ſcribant̄: non eſt mentis eius ꝙ intellectꝰ poſſibilis ſit in pura potētia et nō aliquod ens actu. nā et tabula nondū ſcripta vel depicta cui phus aſſimilat intellectuꝫ poſſibilē: quoddā ens actu eſt ſm naturam ſuam quia ē ligнuꝫ vel lapis ſeu quid aliud: qꝫuis reſpectu imaginum vel figurarum que in ea pñt depingi dicatur eſſe in potentia. vnde intellectus poſſibilis licet ſit quodam modo in potētia ad formas intelligibiles inqꝫm de ſe non eſt determinatus ad aliquam ipſaruꝫ anteqꝫ per eam aut per ſuam ſimilitudinē determinetur: et tamen ſm ſe aliqua res ē actu ſcilicet virtus quedaꝫ et potentia anime de predicamēto qualitatis ordinata ad anime operatiōes nobiliores. Rurſus quod dicit cōmentator eodeꝫ tertio libro ꝺ anima ꝙ ſcilicet intellectus poſſibilis ſe habet vt materia prima: non ꝺbet accipi tā quam ſimpliciter dictū et quo ad omnia ſed qꝫm ad aliquid. non enim ſicut materia prima de ſe ē pura potentia: ita et intellectus poſſibilis ex ſui natura eſt pura potentia. ſed debet accipi ſimilitudo qꝫm ad hoc ꝙ ſicut materia prima ex ſui ratione non eſt determinata ad hanc vel illam formam ſed indeterminate ſe habet ad omnes: ita et intellectus noſter poſſibilis non eſt de ſui natura determinatus ad aliquod vnum intelligibile: ſed indeterminate ſe habet ad omnia intelligibilia. ¶ Ex quibus inferimus errorem dicentium ꝙ intellectus poſſibilis nullam habet propriam operationem ſed tantūmodo paſſioneꝫ: pro eo ꝙ ab ariſtotele ponitur potentia paſſiua ꝛ a cōmentatore ponitur ſimilis materie prime. decepti enim ſunt non ſatis aduertentes ꝙ vna et eadeꝫ res poteſt eſſe in actu et in potentia vel ſm diuerſa vel reſpectu diuerſoruꝫ. vt enim notat. S. Tho. de veri. q. 8. ar. 6. in cor. nihil ꝓhibet aliquid eſſe actu vnum: et in potentia alterum. ſicut corpus diaphanum eſt actu quoddā corpus: ſed in potentia tantum coloratum. et ſi

militer eſt poſſibile eſſe aliquod ens actu: quod in genere intelligibilium eſt in potentia tantuꝫ. ſicut enim eſt gradus actꝰ et potentie in entibus quia aliquid eſt in potentia tantum vt materia prima: aliquid actu tantum vt deꝰ: aliquid actu et potentia vt ſunt omnia intermedia: ſic eſt in genere intelligibiliuꝫ aliquid actu tantum ſicut eſſentia diuina: aliquid in potentia tantum vt intellectus poſſibilis. omnes autem ſubſtantie angelice ſunt medie habentes aliquid de potentia et aliquid de actu: non ſolum in genere entium ſed etiam in genere intelligibilium. habent eniꝫ eſſentias proprias ſibi preſentes vt actus in genere intelligibilium: ⁊ ſunt in potentia reſpectu plurium aliorum. veruntamē vt ibi deducit ſanctus thomas: licet intellectus noſter poſſibilis nihil poteſt intelligere prout eſt in potentia ad intelligibilia: poſtq̄ tamē perficiatur actu forma intelligibili: intelligere poteſt rem illam cuiꝰ forma perficiatur.

¶ Quarto Notandum eſt ꝙ vt ſanctꝰ thomas docet in pleriſqꝫ locis ſequens ariſtotelem in tertio libro de anima: intellectus agens in nobis eſt potentia diſtincta realiter ab intellectu poſſibili. dicit̄ enī a philoſopho intellectus poſſibilis quo eſt omnia fieri: intellectus vero agens quo eſt omnia facere ſcilicet intelligibilia. huius autem intellectus agētis ſunt duo effectꝰ. vnus eſt facere intelligibilia in potentia eſſe actu intelligibilia. qđ facit abſtrahēdo a phantaſmatibus per illuſtrationem ſui luminis ſpecies ſenſibilium abſqꝫ indiuidualibus condicionibꝰ. que ſic illuſtrate reſultant in intellectum poſſibilem qui eſt receptiuus ſpecierum abſqꝫ materia et abſqꝫ materialibus condicionibus. et ex hoc primo effectu reſultat ſecundus qui eſt intellectum poſſibileꝫ illuſtrare per ipſam ſpecierum intelligibiliuꝫ illuſtrationem. et quia intellectus poſſibilis intelligere nō poſſet naturali virtute nec habere propriam operationem niſi per actionem intellectꝰ agentis ſm predictos effectus: ideo dicitur intellectus agens vigorare intellectum poſſibilē. vnde ſanctus thomas de veritate queſtione nona articulo primo in corpe. de lumine inquit intellectuali oportet nos loqui ad ſimilitudinē luminis corporalis. lumen autē corporale ē medium quo videmus et ſeruit noſtro viſui in duobus. vno modo in hoc ꝙ per ipſum fit viſibile in actu quod erat potentia viſibile. alio modo in hoc ꝙ viſus ipſe confortatur ad vidēdum ex luminis natura. vnde et lumē intellectuale poteſt dici ipſe vigor intellectualis ad intelligendum. hec ille. et inde eſt ꝙ potētia naturalis intellectꝰ poſſibilis ad intelligēdum: non ſe extendit niſi ad ea que per virtuteꝫ naturalē intellectus agētis poſſunt fieri intelligibilia in actu. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ lumen glorie quo beati vident diuinam eſſentiam: aliud lumē realiter eſt a lumine intellectus agentis qui ponitur naturalis potentia anime noſtre. et non idem re extenſuꝫ aut intenſum prout aliqui opinati ſunt. Probatur hoc. quia illa non ſunt idem re: que non habent eandem operationem. ſed lumen glorie in beatis non habet eandeꝫ principalē operationē quam habet intellectus agens. non enim eius ē facere aliquid intelligibile in potentia: eſſe intelligibile actu: cum eſſentia diuina ad cuius viſionem lumen glorie confert: eſt ſm ſe maxime intelligibilis actu ⁊ nullo modo in potētia. eſt enī actus purus. Unde. S. Tho. 7. quodlibet. ar. p°. hoc inquit lumē ſcilicet glorie non eſt neceſſarium ad hoc ꝙ faciat intelligibile in potentia eſſe intelligibile in actu: ad quod eſt nobis neceſſarium lumen intellectus agentis: quia ipſa diuina eſſentia cuꝫ ſit a materia ſeparata eſt per ſe actu intelligibilis. ſed erit neceſſarium tantummodo ad perficiendum intellectum: ad qđ etiaꝫ nunc lumen intellectus agentis valet. predictū autem lumen glorie ſufficienter perficit intellectum ad videndum diuinam eſſentiam eo ꝙ ipſa eſſentia diuina totaliter eſt lux intelligibilis. vnde lumen glorie ab ea in intellectum deſcendens: facit hoc reſpectu diuine eſſentie in intellectu: quod facit reſpectu aliorum intelligibilium que non ſunt lux tātum: ſpecies rei intellecte ſimul ⁊ lumen. ſicut ſi lux ſenſibilis per ſe exiſteret ad eius viſionem ſufficeret lumen oculum perficiens ſine aliqua ſimilitudine. hec ſanctus thomas. et vt ibi dicit in reſponſione ad q̄rtū: quia viſibilia oculo corporali nō ſunt lux tantū: ideo oportet ad hoc ꝙ viſus determinet̄ ad ea: ꝙ nō ſolum ſit illi lumen ſed etiam ſpecies rei viſe. Et ꝙ lumen glorie nō ſit quoddam augmentū vel intenſio luminis naturalis intellectus agētis: dicit illud ſanctus doctor contra gētiles libro tertio capitulo quinquageſimo tertio. cōtingit inquit alicuius virtuteꝫ dupliciter fortificari. vno modo per ſimplicem ipſius virtutis intenſioneꝫ ſicut virtus actiua calidi augetur per intenſionē caloris vt poſſit efficere vehemētiorem actionē in eadem ſpecie. alio modo per noue forme appoſitionem. ſicut diaphoni virtus auget̄ ad hoc vt poſſit illuminare: per hoc ꝙ fit lucidum actu

per formam lucis receptā in ipſo de nouo. et hoc quidē virtutis augmētum requiritur ad alterius ſpeciei operationē cōſequendā. virtꝰ autē intellectus creati naturalis non ſufficit ad diuinā ſubſtātiam videndaꝫ. ergo oportet ꝙ augeatˀ ei virtus ad hoc ꝙ ad talem viſionē ꝑueniat. nō ſufficit aūt augmentum per intēſionem naturalem virtutis quia talis viſio non eſt eiuſdē rationis cuꝫ viſione naturali intellectus creati quod ex diſtātia viſoꝝ patet. oportet igiˀ ꝙ fiat augmentū virtutis intellectiue per alicuius noue diſpoſitionis adeptionem. hec ille.

¶ **Quinto** Notādum eſt ꝙ lumē glorie ponitur diſpoſitio q̄daꝫ intellectꝰ per quam ꝑficitur et eleuatˀ ad vidēduꝫ clare diuinam eſſentiā in q̄ꝫm eſt lumen quoddam deriuatū et impreſſum a luce diuine eſſentie et q̄dam eius participatio. ſm ꝙ propheta dicit ī pſalmo. in lumine tuo videbimus lumen. non tamen huiuſcemodi diſpoſitio eſt neceſſaria ad videndū diuinam eſſentiaꝫ neceſſitate abſoluta ita ꝙ ſine illa repugnet contradictorie videre aperte diuinam eſſentiam. nam vt. S. Tho. tenet in hac diſtin. q. 2. arti. 7. in cor. ſicut contingit aliquando diuina virtute ꝙ aliqua res miraculoſe producitur abſq; diſpoſitionibus ſibi inherētibus ſicut ꝙ virgo pariat et ignis ī aqua comburat: ita poteſt miraculoſe fieri ꝙ diuina virtute aliquis intellectus creatus non habēs niſi diſpoſitiones vie eleuetur ad videndū deum per eſſentiam. Ideꝫ tenet de veritate queſtione decima articulo vndecimo in corpore. ſicut inquit diuine omnipotētie ſubiecta ſunt corpora: ita mentes. vnde ſicut poteſt aliqua corpora ꝑducere ad effectus quoruꝫ diſpoſitio in predictis corporibus non inuenitur ſicut petrum fecit ſuper aquas ambulare ſine hoc ꝙ ei dotem agilitatis tribueret: ita poteſt mentē ad hoc perducere vt diuine eſſentie vniatˀ in ſtatu vie modo illo quo vnitur ſibi ī patria ſine hoc ꝙ a lumine glorie ꝑfundatur. hec ille. Verūtamē neceſſitate proueniente ex ſuppoſitione diuine ordinationis: dici poteſt lumē glorie neceſſaria diſpoſitio intellectꝰ noſtri ad vidēdū clare diuinam eſſentiā. vt eniꝫ. S. Tho. dicit. pª. 2ᵉ. q. 110. ar. 2. in corpe non eſt cōueniēs ꝙ deus minus ꝓuideat his quos diligit ad ſupnaturale bonū habendum q̄ꝫ creaturis quas diligit ad habendū bonū naturale. creaturis aūt naturalibꝰ ſic prouidet vt non ſolum moueat eas ad actꝰ naturales: ſed etiā largitur eis formas et virtutes quaſdā que ſunt principia actuū: vt ſm ipſas īclinentˀ ad huiuſmodi motus et ſic motꝰ quibꝰ a deo mouentˀ fiāt creaturis connaturales et faciles. ſm illud ſapiētie. 8. et diſponit omnia ſuauiter. multo igitur magis illis quos mouet ad conſequendum bonum ſupernaturale eternum: infundit aliquas formas ſeu qualitates ſupernaturales ſm quas ſuauiter et prompte ab ipſo moueantur ad bonum eternū conſequendū. hec ille. et ſic ex diuina ordinatione lumen glorie eſt neceſſaria diſpoſitio ad videndū diuinam eſſentiam. Secunduꝫ hec igiˀ oportet dicere ꝙ vbi S. Tho. dicit nullū intellectū creatū poſſe videre diuinam eſſentiā clara viſione niſi fuerit lumie glorie illuſtratus: loquiˀ de potētia dei ordinata nō de abſoluta cui attribuūtur opera miraculoſa. vnde de veritate loco proxime allegato in fine: non abſolute ꝯcludit ꝙ nullꝰ ī ſtatu vie deū ꝑ eſſentiā videt: ſꝫ cū determinatione. ſ. ſm cōmunē curſuꝫ.

¶ **Sexto** Notanduꝫ eſt ꝙ vt accipiˀ ex dictis. S. Tho. d̄ veri. q. 8. ar. 3º. in reſponſione ad. 12m. et cōtra gen. li. 3. caplo 157. multiplex gradus ꝑfectionis inueniˀ in rebꝰ ꝑut phs dicit. 2. li. celi et mundi. primꝰ eſt ꝑfectiſſimus vt aliquid cōſequatur bonitatē ſuaꝫ et ſine motu et ſine adminiculo alterīꝰ. ſicut eſt perfectiſſima ſanitas in eo qui eſt per ſe ſanus ſine auxilio medicine et hic gradus eſt diuine perfectionis. ſecundus gradꝰ eſt eius quod poteſt conſequi perfectam bonitatē cum modico auxilio ⁊ paruo motu. ſicut eius qui habet ſanitatem cū modico exercitio. tertius gradus eſt eius quod acquirit perfectam bonitatem cum multis motibus. ſicut ille q̄ acquirit perfectam ſanitatem cum multis exercitijs. quartus gradus eſt eiꝰ quod nūq̄ꝫ pōt acq̄rere perfectam bonitateꝫ: ſed acquirit de bonitate aliq̄d ⁊ multis motionibꝰ. quintꝰ gradus eſt eius quod non pōt acquirere aliq̄d d̄ bonitate nec habet aliquē modū ad hoc. ſicut eſt gradus illiꝰ in ſanitate qui ſanari non poteſt. vnde nullam medicinam accipit. nature igitur irrationales nullo modo ad bonitatem ꝑfectaꝫ que eſt beatitudo ꝑtingere poſſunt. ſed pertingunt ad aliam bonitateꝫ imperfectam q̄ eſt earū finis naturalis queꝫ ex vi nature ſue conſequuntur. ſed creature rationales poſſunt conſequi perfectam bonitatem ideſt beatitudinem: tamen ad conſequendum indigent pluribus q̄ꝫ nature inferiores ad conſequendum fines ſuos. et ideo quamuis ſint nobiliores: non tamen ſequitur ꝙ ex proprijs naturalibus poſſint attigere ad finem ſuum ſicut nature inferiores. diuina nimirum prouidentia aliter diſponit creaturas rationales: q̄ꝫ res alias ſm ꝙ nature conditione ab alijs differunt. vnde ſicut humane nature datum eſt a deo ꝙ per ſuam operationem

veritatem intelligibilez attingere poſſit quod aliis rebus non competit que intellectu carent: ita et diuinitus illi aliter prouiſum eſt etiam in naturalibus: q̄ȝ rebus intellectu carētibus: inq̄ȝm homini datus eſt intellectus per quem veritatem diſcernere et inueſtigare poſſit. date ſunt etiaz ei vires ſenſitiue et interiores ꝛ exteriores quibus ad inueſtigandam veritatem adiuuetur. datus eſt preterea illi loquele vſus per cuius officium veritatem quam mente concipit alteri manifeſtet. ex quo fit ꝙ quia vltimus finis hominis in quadam veritatis cognitione conſtitutus eſt que naturalem facultatem ipſius excedit: vt ſcilicet ipſaz primam veritatē videat in ſeipſa: oportet vt ex hoc fine media illi determinentur que ſint fini ꝓportionata. ac per hoc neceſſarium eſt ꝙ aliquod auxiliuz ſupernaturale homini adhibeatur ꝑ quod in vltimum finem ſuum tendat. Ex quibus colligimus ꝙ licet intellectualis natura creata ordinata ſit ad viſionem diuine eſſentie tanq̄ȝ ad vltimū finem et naturaliter ſit capax illius: non ideo ſequitur ꝙ ex puris ſuis naturalibus attingere poſſit ad ipſum finem vltimum conſequendum. naz talis data eſt illi a deo capacitas naturalis ad vltimum finem: ꝙ non per ſola ſua naturalia: ſed per auxilium ſupernaturale dei ad illū perueniat. Et eſt ſimile de impletione preceptorum. nam quāuis precepta data ſint de operibus virtutum que ſunt de naturali dictamine rationis: non tamen impleri poſſunt ex puris naturalibus abſq̄ȝ auxilio dei ſpeciali et gratuito. vnde hieronimus i expoſitione catholice fidei confitetur ſic noſtrū eſſe liberum arbitriū vt dicamus nos ſemper indigere dei auxilio. et auguſtinus in libro de ſpiritu et littera dicit. non moueat quod apoſtolꝰ. Ro. 2. dixit: naturaliter eos q̄ legis ſunt facere. hoc eniz agit ſpiritus gratie vt imaginem dei in qua naturaliter facti ſumus: inſtauret in nobis.

QUantum ad articulum quartum reſpōdendum eſt obiectionibus aduerſariorū. Et quidē ad primum ſcoti cōtra primā concluſionem dicit primo ꝙ aſſumptum eſt falſum neq̄ȝ arguens illud probat. Dicitur ſecūdo ꝙ formare propoſitiones actu et expreſſe ſm figuras ſylogiſmorum: ad rudimenta pertinet dialeticorum que docti viri nō ſemper tenentur obſeruare in expreſſa forma verborum. imo eorum auctoritati derogat formā ſylogiſticam ſm regulas et figuras dialeticoruz ſūmopere cuſtodire. ſed ſatis illis eſt ſi earum virtutem cum ſenſus veritate in ſcriptis ſuis teneant. et cum arguens in reductione ſua confuſa et incōpoſita dicit duas propoſitiones in ratione ſancti doctoris virtualiter contentas eſſe falſas: dicimꝰ ꝙ verum non eſt. et ad probationem dicimus ꝙ aſſumptum eſt falſum ſi loquamur de cognitione perfecta. non enim poteſt haberi perfecta cognitio rei ſuperexcedentis naturaz cognoſcentis: niſi et ipſa cognitio ſit ſuperexcedens naturalez virtutem cognoſcentis. neq̄ȝ obſtat ꝙ imperfectiꝰ naturaliter cognoſcit perfectius ſicut infimus angelus ſupremū: quoniā talis cognitio ex puris naturalibus non eſt perfecta. et ideo exempluz nonē ad propoſitum vbi loquimur de perfecta et clara viſione diuine eſſentie. ¶ Ad. 2m. reſpōdet. S. Tho. in ſimili de veri. q. 8. ar. 3. ad. 4m. ꝙ quāuis intellectus creatus nūquā tantuz eleuetur per lumen glorie quin in infinitum diſtet ab eo eſſentia diuina: tamen per illud lumē fit vt intellectꝰ vniatur eſſentie diuine ſicut forme intelligibili: quod aliter fieri non poſſet. Contra gentiles vero libro tertio capitulo quinq̄ȝgeſimo quarto reſpōdet q̄ſi idem in ſententia ſic dicens. hmōi autem lumen intellectum creatum ad dei viſionem eleuat: non propter eius indiſtātiam a diuina ſubā: ſed propter virtutem quā a deo ſortitur ad talem effectuz licet ſm ſuum eſſe a deo in infinitū diſtet vt ſecūda ratio proponebat. non enim hoc lumen creatum coniungit intellectū deo ſm eſſe: ſed ſm itelligere ſolū. hec ille. Et ſtat virtus vtriuſq̄ȝ reſponſionis in hoc ꝙ licet lumen glorie q̄ȝm ad eſſe nature in infinitū diſtet a diuina eſſentia: qꝛ tamen habet a deo virtutem ad eleuandū et perficiēdū intellectū creatum vt ei coniungatur diuina eſſentia tanq̄ȝ forma intelligibilis: ſufficit ad diſponendum et vigorandū intellectū ad videndū diuinā eſſentiam. quia inter cognoſcentem et rem cognitam ac etiaz medium cognoſcendi: non requiritur ꝓportio q̄ȝm ad eſſe nature ſed q̄ȝm ad eſſe intelligibile. et de hoc latius dictū fuit in ſecūdo notabili. ¶ Ad. 3m. dicitur ꝙ non militat cōtra nos qui non ponimus proportionē intellectus noſtri ad deum geometricam nec ariſmeticam aut duplam vel triplam: ſed tantūmodo ꝓportionē large dictam cognoſcentis ad cognoſcibile et pfectibilis ad perfectiuū ſm eſſe cognituz. vī. S. Tho. in hac diſti. q. 2. ar. pº. in reſpōſione ad. 6m. dicit ꝙ inter cognoſcentem et cognituz nō oportet eē ꝓportionē: ſed ſufficit quedaz proportionalitas. vt ſcilicet ſicut ſe habet cognoſcens ad cognoſcēduz: ita ſe habeat cognoſcibile ad hoc ꝙ cognoſcatur. et talis proportionalitas ſufficit ad hoc ꝙ

infinitum cognoſcatur a finito et econuerſo. Idē
in ſententia reſpondet ad ſimile argumentuꝫ. $p^{a}$.
p.q.12. arti. $p^{o}$. ad. $4^{m}$. Item contra gen. li. $3^{o}$. ca
pitulo. 54. in fine reſpondet ꝙ proportio intelle
ctus creati ad intelligenduꝫ deum: non eſt ſm cō=
menſurationem aliquam proportionis ꝓpe di=
cte: ſed ſm ꝙ proportio deſignat quandaꝫ habi=
tudinem vnius ad alterum vt materie ad formā
vel cauſe ad effectum. ſic eniꝫ nihil prohibet eſſe
proportionem creature ad deum ſm habitudinē
intelligentis ad intellectum: ſicut et ſm habitudi
nem effectus ad cauſam. ¶ Ad. $4^{m}$. patet reſpō=
ſio ex his que dicta ſunt in ſexto notabili. ¶ Ad
$5^{m}$. dicitur ꝙ proportio que requiritur inter cog=
noſcentem et rem cognitam: nec eſt geometrica
nec ſm aliquem determinatū gradū quantitatis
dimēſiue nec virtualis cōmenſurata: ſed exigitur
quidam modus ꝓportionalitatis vt ſicut cognoſ
cens ſe habet ad cognoſcendū: ita ſe habeat cog=
noſcibile ad hoc ꝙ cognoſcatur ꝑut. S. Tho. di=
cit in hac diſ. q. 2. arti. $p^{o}$. ad. $6^{m}$. et huiuſcemodi
modus attenditur in hoc ꝙ res cognita poſſit fie
ri forma intelligibilis cognoſcentis vel ꝑ ſeipſam
vel per ſuam ſpeciem: et ꝙ intellectus ſit ſuſcepti
uus ipſius forme. hunc autem modum proportio
nalitatis non habet intellectus creatus ex puris
naturalibus: ſed illi prouenit ex lumine glorie qd
facit intellectum ſuſceptiuum eſſentie diuine per
modum forme intelligibilis. ¶ Ad ea que duran
dus obijcit cōtra eandē concluſionē dicitur ꝙ ma
ior propoſitio eſt vera de eo quod cadit ſub rō=
ne formali obiecti per ſe et adequati. quod nō eſt
in propoſito. nam obiectum per ſe intellectus no
ſtri eſt quidditas rei materialis: et obiectum ꝑ ſe
et adequatū intellectus angelici eſt ſubſtantia im
materialis compoſita tamen ex potentia et actu.
ſub quorum neutro comprehēditur diuina eſſen
tia ſed vtrūqꝫ excedit ſicut deductum fuit in ſecū
do notabili. ens autem in tota ſui cōmunitate nō
eſt obiectum adequatum intellectus creati: ſed ē
remotum et mediatum. et ideo nimirum ſi ꝑmū
⁊ ſummū ens excedat proportioneꝫ potētie crea
te ad propriū obiectum. vnde et ipſe arguēs coa
ctus eſt fateri ꝙ potentia noſtra intellectiua non
cognoſcit naturaliter deum vel ſubſtantias ſepa
ratas niſi per creaturas corporales que ſunt infe
rioris gradus: nec poſſunt perfecte repreſentare
eum. Quod autem arguens dicit ꝙ exceſſus ob=
iecti non cauſat confuſam et obſcuram cognitio=
nem niſi per accidens: falſum eſt imo de per ſe. nā
ſicut proportio adequata potentie et obiecti cau
ſat per ſe operationem perfectam potentie circa
obiectum: ita et diſpoſitio ꝑ exceſſum obiecti cau
ſat ꝑ ſe imꝑfectam oꝑationē potentie. Unde. S.
Tho. in. q. de anima. q. 16. ad. $5^{m}$. ait. licet intelle
ctus nō habeat organū quod poſſit corrumpi ab
intelligibili excedenti: tamē aliquod excellēs in=
telligibile pōt excedere facultatē intellect⁹ noſtri
in intelligendo. ¶ Ad argumēta ſcoti cōtra ſecū=
dam cōcluſionē: ad primū dicitur ꝙ lumen glorie
eſt neceſſarium ad hoc ꝙ intellect⁹ ſit actiuus ſiue
elicitiuus viſionis diuine. et ad huius improbatio
nem dicimus ꝙ lumen glorie eſt neceſſarium ad
actum viſionis dare eliciendum: non propter ob
iectum ſed propter potētiam. Neqꝫ valēt que cō
tra obijcit. non primū quia aſſumptū eſt falſuꝫ vt
alias probatum fuit: et nunc in tertio notabili fu=
it deductum. Neqꝫ valet ſecundū: quia ſi cum di=
citur: habitus non eſt ſimpliciter principiuꝫ agēdi
ſed ſic agendi: intelligatur q̄ſi hīt⁹ nō ſit principiū
ſubſtantie actus ſed dūtaxat modi agendi prout
arguens videtur intelligere: dictum eſt falſum vt
in precedente queſtione oſtenſum fuit. ſi autē in=
telligatur ꝙ habitus ſolus non eſt ſimpliciter pri=
cipium agēdi abſqꝫ potētia: dictum eſt verū ſꝫ nō
militat cōtra nos. ¶ Ad. $2^{m}$. dicitur ꝙ minor eſt
falſa ſi naturaliter capiaꝝ. i. in puris naturalib⁹ ꝑ=
ut arguens intendit. ſi autem intelligatur ꝙ intel
lectus creat⁹ ex ſua naturali aptitudine ſit ordina
tus ad beatitudinem conſequendam: vera eſt ꝓ=
poſitio ſed non militat contra nos prout dictum
fuit in ſexto notabili. ¶ Ad. $3^{m}$. dicitur ad minorē
ꝙ licet accidens ſit imperfectius q̄ꝫ natura intelle
ctualis: non tū ſe habent ſicut eſſentialiter ordi=
nata. et ideo minor non recte ſumiꝝ ſub maiori.
Ad illud autem quod arguens ſubiungit ꝙ. ſ. fiat
natura intellectualis in tanto gradu et c̄: dicitur
ꝙ caſus eſt impoſſibilis ⁊ ideo nihil concludit. vn
de ad illum caſum reſpondet. S. Tho. in hac diſ.
. q. 2. arti. 6. ad. $7^{m}$. ꝙ nō quicquid ſuꝑaddiꝝ crea
ture poteſt eſſe de conſtitutione nature ipſius. nā
illud quod ad proprietatem nature ſuperioris ꝑ
tinet: non poteſt cōmunicari inferiori nature vt il
lud naturaliter habeat niſi trāſferatur in ſuperio=
rem naturam. ſicut diaphano non poteſt commu
nicari vt abſente lucido luceat: niſi ipſum luciduꝫ
ideſt nature lucide fiat: quamuis lumen ei a cor=
pore lucido cōmunicetur. determinari autem ad
formam intelligibilem increatam eſt proprietas
intellectus increati: et ideo lumen illud per quod
intellectus vnitur forme intelligibili increate: cō=
municari poteſt intellectui creato: ſed non vt ip=
ſum lumen naturaliter habeat: niſi in naturam in
tellectus increati tranſferatur quod eſt impoſſi-

bile. Idem in ſententia et breuiꝰ reſpondet. pͣ. p. q.12. ar. 5. ad. 3m. ¶ Ad argumēta aureoli cōtra eandem concluſionē primo loco facta: dicitur ad omnia tertio excepto ꝙ quicquid ſit de ꝓpoſitionibus aſſumptis in earū ꝓceſſu nam nōnulle ſunt falſe et alie impertinentes: et tamē omnia procedunt ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ nos ponamus ꝙ lumē glorie requiratur ad hoc ꝙ illo mediante intellectus agens cooperetur diuine eſſentie in cauſando viſionem beatificam. hoc autem falſum ē. naꝫ non ponimus lumen glorie ſubiectiue in intellectu agente: ſed in intellectu poſſibili cuius eſt diſpoſitio eleuans intellectum et perficiens ad recipiendum diuinam eſſentiam tanꝗ formam intelligibilem et ad eliciendum actum viſionis beate. ¶ Ad. 3m. dicitur ꝙ maior propoſitio non eſt vniuerſaliter vera. naꝫ pro premio ſepe redditur homini a rege ꝙ vel aſſiſtat regi vel ei conſilium prebeat aut etiam ꝙ officium honoris vel commodi exerceat: que ſine eius aſſiſtētia ⁊ actionibus fieri nō poſſunt. et idipſum eſt de premio viſionis beate. quia huiuſcemodi premium conſiſtit in operatione ab homine elicita virtute et dono dei. imo in propoſito noſtro ecōtra argui poteſt ꝙ homo cooperetur premianti. quoniam meritum et premium correlatiue dicuntur et ſibi inuicem correſpondent. ſed meritum hominis non eſt a ſolo homine: ſed etiam a deo ſibi cooperante. ergo et p̄miū non erit a ſolo deo ſed et ab homine ſibi cooperante. Ad confirmationem dicitur ꝙ dictū philoſophi non probat ꝙ felicitas non ſit operatio ab homine elicita: cum ipſe expreſſe doceat in primo et decimo ethicorum felicitatem eſſe optimā hominis operationem. ¶ Ad ea que ſecundo loco obijcit: ad primū dicitur ꝙ aſſumptum eſt falſum. et ad eius probationem dicitur primo ꝙ ſimilitudo intellectus poſſibilis ad materiam: nō tenet per omnia: ſed ſolum ꝗᵐ ad hoc ꝙ ſicut materia eſt in potētia ad formas: ſic intellectus poſſibilis ad intelligibilia. verūtamen in pluribꝰ ſunt diſſimilia. nā materia p̊ma eſt pura potētia ex ſui natura. intellectꝰ vero poſſibilis eſt quedam virtus et forma et actus. et ideo magis ei competit agere ꝗ materie prime. Dicitur ſecūdo ꝙ etiam in agendo pōt dari aliqua ſimilitudo inter materiam et intellectuꝫ poſſibilem. qm̄ ſicut intellectꝰ poſſibilis poſtꝗ informatꝰ eſt forma intelligibili eſt principium agendi: ita etiam materia poſtꝗ per formam informat̃ et actuatur poteſt eſſe principium agendi: nam actiones totius ſunt compoſiti ex materia ⁊ forma et non tantū forme. ¶ Ad 2m. dicitur ꝙ dictum philoſophi ſic debet intelligi: ꝙ intellectus agēs eſt quo eſt omnia facere. ſ. omnia intelligibilia in potentia: eſſe intelligibilia actu per illuſtrationem phantaſmatum. vnde nō debet intelligi ꝙ intellectus agentis ſit omnia facere ideſt omnia ītelligere vel omnes intellectiones elicere: ſed hoc eſt propriū intellectus poſſibilis poſtꝗ ſit actu informatus ſpecie vel forma intelligibili. ¶ Ad. 3m. dicitur primo ꝙ nullum inconueniens reputamus intellectum agentem et intellectum poſſibilem eſſe duo principia agētia reſpectu diuerſarum operationum. alia eni operatio eſt intellectus agentis. ſ. illuſtratio phantaſmatum et abſtractio ſpecierum intelligibilium: et alia ē operatio intellectꝰ poſſibilis. ſ. intelligere vl' indiuiſibiliter vel cōponēdo et diuidendo. Dr̄ ſecūdo ꝙ quia ītellectꝰ poſſibilis operationes ſuas elicit virtute luminis intellectus agentis: poſſunt ambo intellectus pro vno agente computari per illā regulā thopicā. vbi vnuꝫ propter alterū et c̄. nec ſic dicēdo ſequit̃ ꝙ intellectꝰ poſſibilis ſit agēs nobiliꝰ et preſtātiꝰ ꝗ intellectꝰ agens: quia etiam ſi habeat nobiliorē actum aut effectū: non illum habet niſi virtute intellectus agentis. ¶ Ad ea q̄ aureolus arguit tertio loco: ad primuꝫ dicitur ꝙ maior eſt falſa. quia etiam ſi potentia non patiat̃ ab obiecto paſſione corruptiua vel abiectiua: indiget vigorari ſi virtus eius deficit ab excellentia obiecti: queadmoduꝫ in ꝓpoſito nr̄o, ꝓut dictum fuit in reſpōſione ad durandū contra primaꝫ concluſionē. Et ad cōfirmationeꝫ dicit̃ ꝙ non militat contra nos. qm̄ auctoritas ph̄i nō aliud ꝓbat niſi ꝙ ex intelligētia ꝑfectioris obiecti: non reddit̃ intellectus minꝰ potens ad intelligēdū minꝰ ꝑfecta queadmodū contingit in ſenſu ꝓpter organi paſſionem. hoc aūt nihil facit ad noſtrū ꝓpoſitū. naꝫ nec poninꝰ intellectū nr̄ꝫ deficere a clara viſione dei ꝓpter organi paſſionē: nec ꝓpter intelligētiaꝫ ꝑfectioris obiecti. imo ecōtra dicimus ꝙ quia intellectus noſter ex vi ſue nature natus ē intelligere infima vt materialia: nō pōt ex ſolis naturalibꝰ ꝑtingere ad viſionē maximi et ſup̄mi intelligibilis. ¶ Ad. 2m. dicitur primo ꝙ vt reſponſum ē ſupra ſimilitudo materie prime ad intellectū poſſibileꝫ nō tenet in omnibꝰ. Dicit̃ ſecūdo ꝙ etiā materia prima intelligit̃ vigorari ad recipiēdam formam ſubalem per diſpoſitiones per quas ſit apta et ꝓpria talis forme. quia non quodlibet recipitur in quolibet. et conſimiliter intellectꝰ poſſibilis vigorat̃ lumine glorie ſicut quadā diſpoſitione ad recipiēdū diuinā eſſentiā tanꝗ formā intelligibileꝫ et conſequenter ad eliciendū actū viſionis diuine eſſentie. nec vigor iſte eſt magis intrinſecus intel

lectui q̄ vigor materie ex diſpoſitionibus proue=
niens. ꝙ autem anima rationalis infundatur ma
terie imediate: non obſtat propoſito. ¶ Ad. 3m.
dicit ꝙ lumē glorie vigorat intellectū poſſibilem
ſecundo modo. ſ. vt diſpoſitio medias inter agēs
et patiens vel inter potētiam ⁊ obiectū. et ad hu
ius pmā impugnationē dicit ꝙ aſſumptum eſt fal
ſum. qm plerūq requirit tale mediū pp̄ter diſpo
ſitionem patientis. ad ſecundam impugnationē
dicitur ꝙ non eſt ad propoſitū. nam non q̄rimus
hic de eo qd deus pōt facere per potentiam abſo
lutam: ſed de eo quod fit ſm cōmunē curſuz ⁊ ma
gis cōpetit potentie dei ordinate. ¶ Ad ea vero
que inducit quarto loco: ad primū dicitur ꝙ aſſū
ptum eſt falſum q̄ꝫ m ad primā partē. et ad eius p=
bationem negat maior. et ad decretalē quam ar=
guens inducit: dicimus ꝙ falſe allegatur. vnde ſic
dicit littera decretalis referēs quintū errorē begu
ardorum. quinto ꝙ quelibet intellectualis natu=
ra in ſeipſa naturaliter eſt beata: ꝙq anima non
indiget lumine glorie ipſam eleuante ad deū vi=
dendum et eo beate fruendum. hec textus decre=
talis. vbi conſtat nullam eſſe factam mentionem
de intellectu agente cui decretalis lumē glorie at=
tribuat: ſed tantūmodo de anima in qua eſt intel
lectus poſſibilis. cui rationabiliter attribuit tanq̄
ſubiecto lumen glorie pro eo ꝙ eſt diſpoſitio ele=
uans et perficiens intellectum ad recipiendū di=
uinam eſſentiam tanq̄ formā intelligibilez et ad
ipſam clare intelligendum et videnduz. que duo
circa quodlibet intelligibile competūt intellectui
poſſibili non intellectui agenti. vnde ſicut dedu=
ctum fuit in quarto notabili: lumen glorie non eſt
neceſſariū ad hoc ꝙ faciat primū et principalem
effectū quem in nobis efficit intellectꝰ agens: ſed
ad effectus cōcernentes intellectū poſſibilē. ac p
hoc nō debet poni diſpoſitio intellectꝰ agētis: ſed
diſpoſitio et perfectio intellectus poſſibilis. argu
ens aūt deceptus eſt ex appellatione nominis: qr
dicitur lumē glorie. non aduertēs ꝙ lumē appella
ri conſueuit omne illud quod ad manifeſtationē
confert. ſm illud apoſtoli ephe. 4. omne qd ma=
nifeſtat lumē eſt. nec eſt inconueniēs ꝙ in anima
beata ſit duplex lumen vnū naturale et aliud ſup
naturale reſpectu diuerſoꝝ actuum. ¶ Ad. 2m. di
citur primo ꝙ licet lux illa incorporea de qua lo=
quitur auguſtinꝰ. ſ. lux intellectus agētis ſit vita=
lis per eſſentiam quia cum ſit potētia anime viuit
vita anime: nō inde ſequitur ꝙ omnis lux in qua
et ſub qua aliquid videtur: ſit vitalis p eſſentiam.
ſicut patet d luce ſolis in qua et ſub qua mens ra=
tionalis per oculos videt colores: quāuis et ip=
ſa viſio ſit actus vitalis. Dicitur ſecundo ꝙ lumē
glorie reducibile eſt ad lucem que eſt vita per eſ=
ſentiam ſcilicet ad lucez que deus eſt. a qua lumē
glorie profluit ⁊ emanat. ¶ Ad. 3m. dicit ꝙ proce
dit ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ intellectus poſſibilis ſit
potētia pure paſſiua et nullo modo actiua. quod
eſt falſum prout in tertio notabili fuit deductum.
ex qua falſitate arguens prorupit in alium erro=
rem. ſ. ꝙ lumen glorie detur ad intendēdum ⁊ au
gendum lumen naturale intellectus agentis. qd
non eſt verum prout in quarto notabili probatū
fuit. imo datur ad vigorandam et ampliandam
virtutem intellectus poſſibilis vt ſepe dictuz eſt.
¶ Ad dubia que aureolus mouet quinto loco cir
ca lumen glorie: ad primū patet reſponſio ex ſolu
tione data ad tertium ſcoti contra ſecundā cōclu
ſionem. ¶ Ad. 2m. et. 3m. reſpondetur ſicut reſpō
ſum eſt ad ſecundam impugnationem tertij argu
menti eiuſdē aureoli tertio loco poſiti. ¶ Ad. 4m
reſpondet ſicut reſponſum eſt ad primuz dubiū.
¶ Ad ea q̄ ſexto loco adducit: ad pmuz dicitur ꝙ
aſſumptū eſt falſum. ¶ Ad reſponſiones vero q̄s
arguens adinuenit ad auctoritates quibus lumē
glorie probatur: dicimus ꝙ licet quedam illarum
non probent efficaciter lumen glorie: verūtamē
ſtante veritate ꝙ lumen glorie infundatur a deo
intellectui beatorum ſicut eius diſpoſitio ad vidē
dum diuinam eſſentiam quēadmodum p eccleſiā
fuit determinatum: omnes ille auctoritates ſuo
modo ad id probandum iuuāt: quāuis ab aduer
ſarijs aliter poſſint exponi. Verū ꝙ prima aucto
ritas dicens in pſalmo in lumine tuo videbimus
lumen: ſatis extorte ac ficticie exponitur intelli=
gendo cum dicitur in lumine tuo: ipſum actum vi
ſionis. tum quia actus videndi quāq requirat lu
men: non tamen conſueuit lumen appellari. tum
etiam quia actus viſionis quo beatus videt deuz
eſt actus ipſius beati et illi inherens et ab eo elici
tus. quamobrē magis proprie dici dbet lumē in=
tellectus q̄ lumē dei: quāuis dono dei ſit habitꝰ.
vnde in quacūq auctoritate ibi recitata lumē vl
lux exponitur de actu viſionis: eſt iproprja et ex=
torta expoſitio. ſed quicquid ſit de alijs auctorita
tibus hic recitatis que vt prediximus non effica=
citer propoſitum probant; auctoritas tamen ec=
cleſie in decretali ſupra allegata extra d hereticis
capitulo ad noſtrum: omnes fideles conuincit fa
teri animā beatam indigere lumine glorie ad vi=
dendum diuinam eſſentiam. Nec valet intelle=
ctus quem aduerſarij ſola proteruia dare conan
tur ad textum decretalis. quoniam actus elicitus
a potentia: habet ſe vt eius effectus et vt aliquid

ab ea procedēs. effectus autē vel actus a potētia procedēs: non pōt eleuare et pficere potentiā ad illū met pducēdum: alioquin anteq̄ actu ſit: faceret ad ſui productionē quod eſt impoſſibile et dictum magne demētie. ¶ Cum ergo decretalis dicat expreſſe q̄ anima indiget lumine glorie ipſā eleuante ad deum videndum: manifeſtum eſt q̄ per lumen glorie non intelligit actum vidēdi deū: ſed aliquid aliud animam perficiēs et eleuans ad viſionem dei. ex determinatione profecto eccleſie in hac decretali omnes expoſitiones auctoritatum in contrarium conficte dānantur. ¶ Ad ea q̄ durandus inducit primo loco contra eandem concluſionem: dicitur q̄ lumē glorie requiritur ad cōfortationē intellect⁹ noſtri: non intendendo eius ſubām aut virtutē naturalē: ſed perficiēdo et diſponendo intellectū per modū forme inherentis. quēadmodum gratia et charitas diſponūt et pficiunt animā ad actus meritorios abſq̄ eo q̄ eius ſubām vel naturalē virtutē adaugeant intēſiue. vnde ceſſant obiectiones arguentis cōtra iſtam partē. Rurſus dicimus q̄ intellectus noſter per lumen glorie habet vicē vnius agētis perfecti reſpectu talis viſionis: ſuppoſita diuina eſſentia preſente intellectui ſicut forma intelligibili. et non ſe habēt intellect⁹ et lumē glorie tanq̄ duo imperfecta agentia quemadmodū ſe habent duo trahētes nauem quorū vtrūq̄ eſt quod agit: ſed ſe habent ſicut agens et principium formale quo agit. et ita ceſſat obiectio qua arguēs concludere putabat lumen glorie et potentiam intellectus eē eiuſdem rationis in agēdo. nam vl̄r verū eſt q̄ principium agendi quo et principium agēdi quod: ſunt alterius et alteri⁹ rationis: quia vnū eſt formale et aliud effectiuū. vnde lumen glorie ſe habet ad intellectū poſſibilem ſicut quedam virtus ſibi inherens et illum informās. ac ꝑ hoc valet intellectū confortare pluſq̄ lumē ſolis ſub quo videntur colores: oculos corporales. eo q̄ nō ſe habet ad oculos ſicut formaliter inherens quēadmodū ſe hēt lumen glorie ad intellectū. ¶ Ad ea q̄ ſecūdo loco obijcit ipſe durand⁹ ad primum dicitur primo q̄ nos non ponim⁹ lumē glorie ad ſuſcipiendū actū viſionis beate vt arguens falſo putat: ſed ad eliciendum ipſum viſionis actū. Dicitur ſecundo q̄ nō eſt ſimile de forma et de diſpoſitione ad formam. nam et in naturalibus et in moralib⁹ forme ē diſpoſitio: ſed nō eſt diſpoſitio diſpoſitionis. quia ſic eſſet proceſſus in infinitum. eſt eni in materia vel ſubiecto ordo et aptitudo imediate recipiēdi diſpoſitionem ad formam. et ideo ad illam recipiendam non requiritur alia diſpoſitio. vnde quia natura intellectualis naturalem ordinem et aptitudinem habet ex ſui creatione ad videndam clare diuinam eſſentiam: eo ipſo eſt apta nata recipere immediate lumen glorie. quod ex diuina ordinatione eſt diſpoſitio propria itellectus creati ad talem viſionem eliciendam et ad recipiendum diuinam eſſentiam tanq̄ formam intelligibilem. non enim ad recipiendum quodcūq̄ ſupnaturale requiritur preuia diſpoſitio: ſed tantūmodo ad recipiendū formam que non eſt principalr̄ alterius diſpoſitio. ¶ Ad. 2$^{m}$. patet reſponſio ex his q̄ dicta ſunt ad primū ſcoti contra primam concluſionem. ¶ 3$^{m}$. et. 4$^{m}$. et. 5$^{m}$. argumentum concedimus loquendo de potentia dei abſoluta. et d̄ hoc latius diximus in quinto notabili. ¶ Ad argumētum ante oppoſitū reſpondet. S. Tho. in hac diſtin. q. 2. arti. 6. ad. 4$^{m}$. q̄ intellectus creatus nō impeditur ad hoc q̄ naturaliter poſſit deum per eſſentiam videre: ex defectu diuine eſſentie quia ſcilicet de ſe nō ſit intelligibilis in actu: ſed ex parte ipſius intellect⁹ creati. Et in hoc articulus terminatur.

VLteri⁹ circa quadrageſimā nonā diſtinctionē quēritur vtrū eſſentia diuina ab itellectu creato p aliquā ſimilitudinem videatur: et arguitur q̄ ſic. q: itellect⁹ in actu eſt intellectū in actu. ſicut ſenſus in actu ē ſenſibile in actu. hoc autem non eſt niſi in quantū ſenſus informatur ſimilitudine rei ſenſibilis et intellectus ſimilitudine rei intelligibilis vel rei itellecte. ergo ſi deus ab intellectu creato videtur in actu: oportet q̄ per aliquam ſimilitudinem videatur. ¶ In oppoſitum arguitur. quia dicit auguſtinus. 15. de trinitate q̄ cum apoſtolus dicit: videmus nunc per ſpeculū in enigmate: ſpeculi et enigmatis nomine quecūq̄ ſimilitudines ab apoſtolo ſignificate intelligi poſſunt que accommodate ſunt ad deum intelligendum. ſed videre deum p eſſentiam: non eſt viſio enigmatica vel ſpecularis ſed contra eam diuiditur. ergo diuina eſſentia non videtur per ſimilitudinem. ¶ In hac q̄ſtione erunt quattuor articuli vt ſupra.

QUantuꝫ ad primū articulū ſit iſta ɔ̄cluſio ꝙ diuina eſſentia ꝑ nullā ſimilitudinē creatā videri pōt. Hāc ɔ̄cluſionē tenet. S. Tho. in hac diſti. .q.2.ar.pͦ. Itē.pª.p.q.12.ar.2. Et cōtra gen.li. 3.caplo.51. Itē in cōmēto.pª.Corin.13.

QUantum ad ſecūdū articulū arguit̄ cōtra cōcluſionē cōtra quā arguit aureolus in ſuo q̊libet multiplicit̄. et pͥmo q̄dē arguit cōtra ꝓbationes illius cōcluſionis. dicit enim ſic in forma. ſi debeat tolli ſpecies a beatifica viſione: hoc nō facit rō facialis ⁊ clare noticie nec finitatio ſeu limitatio ſpeciei create ꝓpter opinionē q̄ has rōnes aſſignat. Primā q̄deꝫ ſic aſſignāt. nulla ſimilitudo ſpeciei finita pōt repſentare diuinā eſſentiā. qͦ patet primo auctoritate dioniſij ꝺ diuinis nominibꝰ caplo pͥmo. q̄ dicit ꝙ ꝑ ſilitudinē inferioris ordinis rerū nō pn̄t ſupiora cognoſci: ſicut ꝑ ſpēm corꝑis non pōt cognoſci eſſentia rei corporee. ſpēs aūt creata iferioris ordinis eſt q̄ꝫ diuina eſſentia. ¶ 2ª. qꝛ eſſentia dei eſt ipm̄ ſuum eē qͦ nulli forme create cōpetit. et ꝑ ɔ̄n̄s eam repſentare nō pōt. ¶ Tertia rō eſt ꝙ nullū limitatū ꝑ rōnem ſapiētie vl̄ bonitatis vel ipſiꝰ eſſe pōt eſſe ſimilitudo eiꝰ quod ē incircūſcriptuꝫ et cōtinēs ſuꝑeſſentialit̄ q̄cq̄d ſignificari aut intelligi creato pōt. ſ; talis ē diuina eſſentia. ergo nulla creata ſpecies pōt eam repſentare. ¶ Quartā rōnem aſſignāt ex claritate intuitiue noticie. qꝛ ꝑut ait augꝰ.15. de trini. cuꝫ aplſ dicit. videmꝰ nūc ꝑ ſpeculū in enigmate: ſpeculi ⁊ enigmatis noīe quecūq; ſilitudies ſignificate ab aplo intelligi poſſunt q̄ accōmodate ſunt ad itelligēdū deū. ſed videre deū ꝑ eſſentiā nō eſt cognitio enigmatica et ſpecularis: ſed clara et facialis. ergo nō videt̄ ꝑ ſpēm. ſed hoc dicere ē dicere ꝙ deus in ſe nō videat̄ ſed ꝑ theopharias et ſpeculum qͦ eſt abſurdū vel erroneū. Sed his nō obſtantibus ꝓbo ꝓpoſitionē pͥmo qꝛ limitatio nō impedit ſic. actus q̄ videt̄ diuina eſſentia: eſt expreſſiſſima ſimilitudo ipſiꝰ. ſed actꝰ quo videt̄ diuina eſſentia eſt quid limitatū et finitū. ergo aliqua res limitata et finita pōt eſſe expſſa ſimilitudo diuinā eſſentiam repreſentās. maior patet ꝑ auguſtinū.15. de trini. caplo.11. qui ait ꝙ ſimilima ē viſio cogitationis rei illi vnde format̄ et ex qua gignit̄. Et.14ͦ. de trini. caplo.17. tunc ꝑfecta erit ſimilitudo dei i mēte: quādo dei ꝑfecta erit viſio. apoſtolꝰ enī ioānes ait. ſcimꝰ qm̄ cuꝫ apparuerit ſimiles ei erimus qm̄ videbimꝰ eū ſicuti eſt. hinc apparet tūc in iſta imagine dei plenā ſimilitudinē fieri: quādo eiꝰ plenā ꝑcepit viſionē. hec ille. Et caplo.6. dicit cogitationem qua format̄ mentis intuitꝰ imaginē rei eſſe. Silr̄ et anſelmꝰ dicit monol.33. ꝙ nulla rōne negari pōt cognitionē rei eē imagineꝫ eiꝰ tanq; ex eiꝰ impſſiōe formatā. Rōne etiaꝫ patet. illꝺ enī qͦ vltimate facit formalr̄ vt res aliq̄ mēti appareat luceat et ſit p̄ſens in eē ꝓſpecto et cōſpicuo: ē illiꝰ rei expſſiua ſilitudo. hoc patet. eſſe enī apparēs roſe q̄ mihi obijcit̄ nulla roſa exiſtēte: illud nō ē reale ſed rōnis tm̄ vl̄ intētionale. et ideo nihil ē ex ſe ſ; oportet ꝙ reducat̄ ad aliq̄d reale ex cuiꝰ denominatione ſit. illꝺ aūt in mēte eſt q̄dā res q̄ eſt relucētia et apparitio et p̄ſentialitas et ſilitudo conſpicua rei. ob͞m enī qͦ ſic apparet et relucet relucēs ex apparitione expreſſiua apparet et lucet. ſed actus diuine viſionis eſt illud quo formaliter et vltimate diuina eſſentia mēti apparet obijcit̄ et lucet in eſſe conſpicuo et ꝓſpecto. da enim ꝙ nulla alia mutatione facta nec ex parte dei nec ex parte beati deꝰ annihilet viſionē in mēte beati; cōſtat ꝙ non eſt apparēs lucens nec cōſpicua dei eſſentia illi menti: ſed aberit ſ̓m eſſe proſpectū. et hoc eſt cōmune omni actui cognitiuo. nullus eniꝫ habet in proſpectu mentis rem: niſi dum actu de illa cogitat. vnde auguſtinꝰ.14. de trini. capitulo.6. tanta eſt vis cogitationis: vt nec ipſa mens ſit in proſpectu ſuo niſi dum ſe cogitat. nec aliter poſſit eſſe in conſpectu ſuo niſi cogitando. ſequitur multarum diſciplinarum peritus: ea que nouit eiꝰ memoria continentur. nec tamen eſt aliquid in conſpectu mentis ſue niſi dum cogitat. Et libro.15. dicit ꝙ res lucet in cogitatione virtute ipſius. ergo ipſa viſio eſt expreſſiſſima diuine eſſentie imago et expreſſiſſima ſimilitudo illius. minor autem ꝙ actus ſit res limitata patet. quia eſt creata et accidens in ꝺterminato genere qualitatis. ¶ Ad motiua vero in oppoſitum patet. ad primū quidem dicitur ꝙ ſimilitudinem eſſe inferioris ordinis q̄ꝫ ſit res cognita: itelligi poteſt dupliciter. vno modo eſſentialiter quaſi ipſa ſit ꝑ eſſentiā inferior: et ſic conſtat ꝙ omnis ſimilitudo in intellectu exn̄s vel de angelo vel de quauis ſubſtantia: eſt ordinis inferioris cum accidens inferius ſit ſubſtantia nec ſic intelligit dioniſius. vel poteſt intelligi obiectiue: et ſic dioniſius intendit ꝙ per ſimilitudineꝫ inferioris ordinis rerum hoc eſt que repreſentat inferiora: non poſſunt ſuperiora cognoſci. vnde exemplificat ꝙ per ſpeciem corporis non poteſt eſſentia incorporea cognoſci. non ergo ex hac au-

ctoritate poteſt īferri niſi ꝙ dei eſſentia videri nō poteſt per ſpeciem alicuius creature. ſed quando per ſpeciem creatam non repreſentantem creaturam ſed ſolam dei eſſentiam: non infertur. vnde ī argumento cōmittitur fallacia figure dictionis vł amphibologie cum dicitur per ſpeciem rei inferioris ordinis non poſſunt ſuperiora cognoſci. quia vel pōt intelligi intrāſitiue. ſ. p ſpeciē q̄ eſt p eſſentiā ſuā inferior in ordine: et ſic eſt falſa. vel trāſitiue quaſi p ſpēm que eſt de re inferioris ordinis et ſic eſt vera nō ſolū cōparando ſpēm rei inferioris ordinis ad cognitionē rei ſuperioris ordinis. immo etiā econuerſo quia per ſpēm angeli non pōt homo cognoſci. ¶ Ad. $2^{m}$. dicit ꝙ peccat ſm nō cauſam vt cauſam. nam non cauſa vt cauſa eſt ꝙ non poſſit ſpecies repreſentare deum que eſt ſuū eſſe: ꝓpter hoc ꝙ ſpēs non eſt ſuū eſſe. ſicut patet ꝙ ſpēs que vere eſt accidēs et inherēs: pōt repſentare ſubam et ſubſiſtens. vnde nulla eſſet ratio q̄ vellet oſtendere ꝙ angelus non poteſt habere ſimilitudinem archangeli: quia angelus in eſſendo ſubſiſtit. omnis aūt ſimilitudo accidentalis inheret et non ſubſiſtit. et ratio huius eſt. quia repſentatio fundatur ſuper qualitatem ⁊ conformitatē non autē ſup exiſtentiam vel inherētiam. vñ accidit rei repreſentanti ꝙ ſubſiſtat vel inhereat vel ꝙ ſit ſuum eſſe vel non ſit. quāuis etiam falſum aſſumat. ſ. ꝙ ſpecies non ſit ſuū eſſe vt alias oſtenſum fuit. quia eſſe non eſt niſi affirmatio eſſentie vere dicens ipām vt cōmentator dicit. 5. metha. et. 10. per conſequēs omnis res eſt ſuū eſſe realiť quāuis differat ſm modum cōcipiendi. ¶ Ad. $3^{m}$ dicenduʒ ꝙ ꝓpoſitio cui innititur: non eſt vera. ſ. ꝙ illud quod eſt incircūſcriptū cōtinēs in ſe ſupeminenter quicq̄d pōt ſignificari vel intelligi ab itellectu creato: non poſſit repreſentari per ſpeciē finitam et limitataʒ. ꝓbatū eſt eni ꝙ actus viſionis ſimilim⁹ eſt diuine eſſentie exhibens eam preſentem facialiter in eſſe apparenti et cognito. et tñ eſt quid finitū. hoc patet ſi ponderetur ꝓpoſitio que eſt ꝙ ſpēs rei infinite dicitur infinita. ſm hoc eniʒ ſcientia de diuinitate: eſſet infinita. vnde cum repreſentatio fundetur ſuper qualitatē: finitas autem et infinitas fundetur ſuper quantitatem: eſt mutare quale in quantum cum arguitur. hoc eſt ſimilitudo infiniti: ergo hoc eſt infinitum. quod ī exemplo ſenſibili patet. quia per ſpeciē in pupilla deſcribitur ſimilitudo medietatis celi eque repreſentans eam ac ſi equaretur ſibi in quantitate.

¶ Secundo inquit probo propoſitionem ꝙ clara noticia et intuitiua hoc nullo modo impediat. conſtat enim ꝙ noticia rei preſentis per viſuʒ corporeum apprehēſe et clara et facialis noticia: nō impeditur per hoc ꝙ ponitur ſpecies tanq̄ ratio videndi. et per conſequens etiam non eſt verum ꝙ qui poneret diuinam eſſentiam videri per ſpēʒ tanq̄ p rationem vidēdi: poneret diuinam eſſentiaʒ non videri aut enigmate cognoſci. Preterea illud quod ponit enigma et tollit noticiam facialem: eſt mediū creatum ſe tenēs ex parte obiecti. quaſi act⁹ attigat illud mediū et nō diuinā eſſētiā pſe. nō aūt tollit facialē noticiā mediuʒ quod eſt ratio cognoſcendi. quia in illā non fertur ſed immediate in obiectū: quāuis ratio tendēdi ſit ſpēs ergo nō tolliť facialis noticia ſi ſpēs ponatur iſto vltimo modo. ¶ Quod de auguſtino inducitur patet ꝙ nō intelligit de quacūqʒ creata ſimilitudine q̄ adhibeť ad intelligendū deum ſm modum rationis intelligendi: ſed de illa q̄ adhibeť ſʒ modum cuiuſdaʒ medij obiecti. ſm ꝙ dicit Ro. p°. ꝙ inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur. et ſic ponere ꝙ diuina eſſentia videať per ſpeciem mediam: eſt erroneuʒ. vnde patet ꝙ contigit equiuocatio de medio in toto proceſſu. hec ille. ¶ 2°. principaliter arguit probādo ꝙ deus videtur in patria per creatam ſimilitudinē: qʒ per actum que eſt vera ſimilitudo obiecti. et hoc eſt cōmune omni potētie cognoſcitiue. ſ. ꝙ nulla alia ſpecies eſt ī ea formaliter aut ſimilitudo alia niſi actus qui ſimilim⁹ eſt ipſi rei. ſic ꝙ actus nō addit vltra ſpeciem niſi actualem repreſentationē. hanc autem propoſitionem que vt dicit forte videtur noua: probat duplici ratione. prima fundata in auctoritate. ſecunda tenente ex ſe. quia ſm auguſtinum de moribus eccleſie contra manicheos: nature ordo in ſe habet vt cuʒ aliquid dicim⁹ rationē precedat auctoritas. nam infirma poteſt videri ratio: que cum reddita fuerit auctoritateʒ poſtea per quam confirmeť aſſumit. ſed quia caligantes hominū mētes conſuetudine tenebraʒ pſpicuitati aut certitudini rationis aſpectum idoneum attendere nequeunt: ſaluberrime compertum eſt vt in lucem veritatis aciem titubantē inducat auctoritas. Primo ergo auctoritate fundata in ratione apparet propoſitio. ſi enim vel in intellectu vel in ſenſu que ſunt potentie cognoſcitiue poneretur aliqua ſimilitudo diſticta ab actu et non eſſet ipſa ſimilitudo idest ſpecies et actus qui imprimiť ab obiecto: ſequeretur ꝙ primuʒ receptiuum in ſenſu nō eſſet ipſa viſio: et intellectio non eſſet purum pati ab obiecto. et hoc patet. qʒ ſm ponentes ſpecies diſtinctas realiter ab actu et ſi ſimul tempore potentia reſpiciat vtrūqʒ: tñ ordine nature prius reſpicit ſpecieʒ per quā facta

in actu

in actu primo: elicit actum ſecundum qui eſt cognoſcere itelligere vel videre. et ita cognoſcere nõ eſt purum pati ab obiecto nec primũ impreſſum in potentia. ſed ſancti et philoſophi dicunt ꝙ primum impreſſum ab obiecto in potentia: eſt actus ipſe vt pote viſio et intellectio. et de ſanctis quidem patet, naʒ auguſtinus de quantitate anime capitulo. 12. dicit. quid patiuntur oculi niſi ipſum viſum cum videant. ſi eniʒ me interrogares quid pateretur egrotans: egritudineʒ reſponderẽ. cur ergo interroganti quid videns patiatur: nõ recte viſum ipſum reſpõderem. ¶ Similiter. 11°. de trinitate caplõ. 2°. dicit ꝙ illa informatio que viſio dicitur: a ſolo corpore quod videtur imprimitur. et ſubdit ꝙ tardioribꝰ ingenijs difficile perſuaderi poteſt in nr̃o ſenſu imagineʒ rei viſibilis formari et eandem formam eſſe viſioneʒ. Et infra. imago rei impreſſa ſenſui: eſt viſio ſenſus ve formatꝰ. et concludit ꝙ imago rei que fit in ſenſu eſt viſio. ¶ Similiter eodẽʒ libro capitulo. 9. dicit ꝙ quattuor reperiuntur ſpecies quaſi gradatim nate altera ex altera. ex ſpecie quippe corporis quod cernitur: exoritur illa ſpecies que fit in ſenſu cernentis. et ab hac: ea que fit in memoria. et ab hac: ea que fit in acie cogitantis. et ſubdit ꝙ due iſtarum ſunt viſiones. ſ. illa que fit in ſenſu cernentis: altera in acie cogitantis. propterea duas in hoc anime trinitates volui cõmendare. vnam cum viſio ſentientis formatur ex corpore. aliaʒ cum viſio cogitantis formatur ex memoria. mediam autẽ volui: quia non ſola viſio dei cũ forma memorie cõmẽdatur. ex quo patet ꝙ forma que imprimitur ſenſui eſt ipſa viſio: et que imprimitur aciei cogitationis. non autem illa que imprimitur memorie quia non eſt potentia cognitiua. ¶ Similiter anſelmꝰ monol. 33. dicit ꝙ nulla ratione negari poteſt cum mens rationalis cogitãdo intelligit: imaginem naſci in ſua cogitatione: imo ipſam cogitationem eſſe imaginem. et concludit ꝙ mẽs rationalis cum ſe cogitando intelligit: habet ſecũ imaginem ſuam ex ſe natam ideſt cogitationeʒ ad ſuam ſimilitudinem quaſi ſua impreſſione formatã ¶ Similiter philoſophus. 2°. de anima expreſſe dicit ꝙ idem eſt actus ſenſibilis et ſenſus: et eadẽ eſt actio ſenſibilis et paſſio ſenſus. et ponit exemplũ cõmentator cõmento. 104. dicẽs. verbi gratia. ſonare eſt actio ſoni: audire autem eſt paſſio ſenſus audientis. et verbi gratia. in viſu paſſio viſus eſt videre licet ſit in figura nominis agẽtis. actio vero ſui ſenſibilis quod eſt color: caret nomine in lingua greca. nunc autem cum actio ſenſibilis ſit ĩpreſſio ſpeciei niſi ipſa ſpecies eſſet ipſa ſenſatio formaliter ſed aliqd conſequens aliud a ſpecie: non eſſet verum ꝙ actio ſenſibilis ⁊ paſſio ſenſibilitatis eſſent idem ſm rem. ¶ Similiter phs 3°. de anima poſtq̃ dixit ꝙ intelligere eſt pati: declarans modum illius pati: dicit ꝙ eſſe ſuſceptiuũ ſpeciei. ipſum intelligere appellans ſpeciẽ. et ideo cõmentator cõmento. 25. ait ꝙ intelligere eſt in capitulo paſſionis et paſſiuus: non actio. et tamẽ eſſet actio ſi per ſpẽm intellectꝰ eliceret actũ. Dicit etiam cõmento. 31. ꝙ abſtrahere nihil aliud eſt q̃ facere intẽtiones imaginatas intellectas in actu poſtq̃ erant in potẽtia intellecte. intelligere vero nihil aliud eſt q̃ recipere has intentiones. conſtat autem ꝙ ibi vocat intentiones ipſas ſpecies. ergo ſm mentẽ ſanctorum et phorũ non eſt aliud actus cognoſcitiuus in quacũq; potẽtia apprehenſiua: niſi receptio ſimilitudinis aut ſpeciei aut forme rei cognite. et per conſequens in ea nõ eſt alia ſpecies ponenda. nec valet ſi dicatur ꝙ auctoritates iſte intelligende ſunt per cauſalitatẽ ⁊ non formaliter. vt ſit ſenſus ꝙ ſpecies ſit intellectio aut ſenſatio quia eſt cauſa earũ. hoc vtiq; nõ valet. tum quia ſm hunc moduʒ poſſent omnes propoſitiones eſſentiales infirmari. vnde poſſet dici ꝙ homo eſt animal per cauſalitatem. tum qꝛ talis modus loquendi improprius eſt nec vſitatꝰ in philoſophia: quia eſt cauſa deceptionis. in hoc enim differt phia ariſtotelis ab illa platonis: quia ille loquebatur methaphorice: iſte vero ſub proprijs verbis. tum quia philoſophꝰ et auguſtinus non probarent illud ad quod adducunt has propoſitiones ſi intelligantur per cauſalitatem. ſicut apparet deducenti illud quod auguſtinꝰ dicit. 11°. de trinitate. intendit enim probare quandaʒ trinitatem in ſenſu: accipiendo pro parente corpus viſibile: et pro prole formam impreſſam ac viſionem ipſam. pro tertio vero intentionem copulãtẽ. ſi ergo intelligeret ꝙ forma et viſio eſſent due res et ꝙ forma eſſet viſio per cauſalitatem et non eſſentialiter: tunc haberet quaternitatem qꝛ duas proles impreſſas ab obiecto ſub ordie quodã ſcilicet ſpeculationem et viſionem. cuius oppoſitum ipſe intendit. ¶ Similiter phs in. 2°. de anima non pbaret ꝙ cognoſcens viſionẽ. ſ. ſenſus cõmunis: cognoſceret colorem ſeu colorationeʒ ex hoc ꝙ idem eſt actus ſenſitiui et ſenſibilis: niſi itelligeret ꝙ primũ impreſſum a ſenſibili eſt ipſa ſenſatio: vt a colore coloratio oculi intentionalis q̃ eſt viſio. vbi etiam cõmentator ait ꝙ intelligere nihil aliud eſt q̃ recipere intentiones intellectas. non poteſt ergo gloſari ꝙ hoc ſit dictum per cauſalitatem: quia falſum diceret cũ effectus ſit aliud

a cauſa. ¶ Secundo inqt idez patet ratione dicē-
te propter quid. illud enim quod exiſtens in potē
tia cognitiua ē ſibi formaliter ratio vt res ſibi ap-
pareat principaliter obiectiue: eſt formaliter act⁹
cognoſcendi. conſtat autem ꝙ actus cognoſcēdi
non eſt niſi quedam formalis apparentia. vnde ⁊
greci vocant phantaſiam et apparentiam. et ꝓp-
ter hoc auguſtinus vt ſupra allegatum eſt. 9°. de
trinitate dicit ꝙ iſta eſt vis cogitationis ꝙ facit rē
eſſe in conſpectu. vnde et conſpicere nihil aliud ē
ꝙ̄ in conſpectu habere. cognoſcere autē et aſpice
re: idem eſt. ſed omnis ſimilitudo formalis exiſ
in potentia cognitiua vltimate diſpoſita: eſt illud
quod formaliter facit eidez potentie rē preſentia
liter et obiectiue apparere. et hoc patet ex dicto
philoſophi. 3°. de anima anaxagoram approban-
tis. dicit enim ꝙ ſi intellectus haberet penes ſe a-
liqualem cōnaturalem ſpeciem: faceret apparere
illud cuius haberet ſpeciem. et ꝙ hoc prohiberet
ſpeciem extranei apparere et quaſi obſtrueret in-
tellectum propter hoc quod auicena dicit ꝙ im-
poſſibile erat ꝙ in intellectu remaneret ſpecies.
quia cuz ſit potentia cognitiua: ſemper appareret
quādiu in ipſo eſſet ſpecies per quam obiectuz ap
paret. propter idem etiam memoria non ponit̄
virtus apprehenſiua: quia ſpecies ibi exiſtētes nō
ſemper faciunt lucere obiectuz. et ratio huius po
teſt patere. quia ſpeciei et ſimilitudinis eſt repre-
ſentare. vnde ponentes ſpecies: dicunt eas neceſ
ſarias vt repreſentent obiectum. et manifeſtum
eſt ꝙ omnis ſimilitudo eſt repreſentatiua ſui ſimi
lis et expreſſiua. et per conſequens cum repreſen
tare ſit rem preſentem facere: patet ꝙ ſi ponitur ſi
militudo in potētia cui poteſt fieri repreſentatio
qualis eſt cognoſcitiua: exhibebit actu rem p̄ſen-
tem. igitur omnis ſimilitudo exiſtens in potentia
cognitiua vltimate diſpoſita: eſt actus cognoſciti
uus. ſed ſi preter actum poneretur alia ſpecies: ſe
queretur ꝙ eſſent duo actus quia adhuc illa ſpe-
cies repreſentaret obiectum et ipſum faceret ap-
parere vt dicit philoſophus. Sed forte dicetur ꝙ
ſpecies non ponitur vt repreſentet obiectuz quia
hoc competit actui: ſed vt ſit intellectui ratio agē
di vel vt coagat intellectui ac ſi obiectum eſſet p̄-
ſens. vnde patet ꝙ tenet vicem obiecti in elicien-
do actum. hoc autem non valet. quantumcunqꝫ
enī coagat: adhuc ex vi ſue eſſentie in intellectu
eſt illud quo formaliter obiectum cuius eſt ſimili
tudo repreſentatur ac preſentialiter apparet. nō
enim poteſt ſpecies ſeparari ab actu ſuo proprio.
ſed actus proprius ſpeciei eſt repreſentatio. imo
non eſt niſi repreſentatio obiecti. ergo abſqꝫ hoc
ꝙ coagat ad productionez alterius ſimilitudinis
ipſa ſeipſa formaliter repreſentaret. Et cōfirma-
tur. quia quod ineſt alicui per rationem cōmunē
ineſt cuilibet participanti illam. ſed actui ineſt ꝙ
exhibeat obiectum et faciat formaliter apparere
ex hoc ꝙ eſt ſimilitudo ⁊ repreſentatio obiecti. er
go et hoc inerit ſpeciei alteri ſi ponatur. Confir-
matur etiam quia talis ſpecies et actus nō differ-
rent niſi ſicut expreſſior ſimilitudo et minus exp̄ſ
ſa: et ſic ſicut maior ſimilitudo et minor. et per cō
ſequens non differrent niſi per magis repreſen-
tare et minus. in aliquo ergo gradu faceret appa-
rere obiectum ſpecies predicta. et per conſequēs
eſſet quedam cognitio et quoddam conſpicere.
Forte etiam dicetur ꝙ nec actus nec ſpecies exhi
bent obiectum preſens nec conſtituunt in eſſe ap
parenti. et ita ratio ceſſat. ſed hoc dici nō poteſt.
negans enim quin obiectum aliquod eſſe inten-
tionale habeat et proſpectum in actu intellectus
negat vniuerſale: negat intentiones ſecūdas: ne-
gat relationes rationis. et vniuerſalit̄ negat etiā
ſcientiam eſſe de rebus et veritatem omniū enū-
ciationum. et ponit ꝙ anima nihil apprehendit
et cognoſcit niſi proprias paſſiones ⁊ illud quod
eſt in ea. negat quidem vniuerſale: quia conſtat
ꝙ nec actus intellectus nec aliquid extra exiſtēs
eſt vniuerſale ſed particulare iuxta dictum por-
phirij ſpecies in ſolis nudis puriſqꝫ intellectibus
poſite ſunt. et ideo vniuerſale nihil ē vel non hēt
eſſe niſi in anima obiectiue et ſm̄ eſſe intentiona-
le et apparens. Secunde etiam intentiones et re-
lationes et entia rationis non habent eſſe reale
nec in anima nec extra: ſed tantum eſſe cognitū.
Similiter ſi actus intellectus quo enūciatur ꝙ ro
ſa eſt flos non habet in proſpectu ipſammet ro-
ſam ſed vel ſpeciem vel ipſum actum: ſequitur ꝙ
illa propoſitio eſt falſa quia ſpecies roſe non eſt
ſpecies floris: nec actus eſt actus. ſequitur etiaz ꝙ
ſcientia de iſta propoſitione: non eſt de rebus. et
vniuerſaliter qd quid eſt quod lucet in phantaſ-
mate cuz ſit aliud a phantaſmate et ab actu intel
lectus: neceſſe eſt ꝙ ponatur ſubſiſtere ſicut poſu-
it plato: vel habeat eſſe intentionaliter et ſm̄ eſſe
apparens. et ad hoc eſt intentio auguſtini. 14. de
trinitate capitulo. 6. vbi dicit ꝙ tanta eſt vis co-
gitationis ꝙ nihil eſt in proſpectu mentis niſi il-
lud vnde cogitat. et ſubdit ꝙ anima cogitando ſe
cōgeminat ſe vt ſit in ſe conſpiciēs et ante ſe conſ
picua. et tota doctrina philoſophi et auguſtini v-
bi loquūtur de actibus cognitiuis: hanc veritatez
clamant ſcilicet ꝙ res ſunt ſm̄ eſſe apparens cog-
nitum preſentiale et proſpectum vel intentiona-

le in acie cogitationis. ¶ 2°. inquit hoc poteſt ꝓbari ratione diuiſiua. ſi eni preter illam ſimilitudinem que eſt actus: ponatur alia ſimilitudo in potentia cognitiua: vel eſſet eiuſdē rationis vel alterius. ſed eiuſdem rationis poni non poteſt. tū quia accidentia eiuſdem ſpeciei ſolo numero differentia in eodem ſubiecto plura eſſe nō poſſunt. tum quia quelibet ex illis ſimilitudinibus eſſet formaliter actus cognitiuus ex quo eſſet eiuſdē ſpeciei. et ita bis et duplici actu cognoſceret potētia quicquid cognoſceret. nec etiam poteſt dici ꝙ alterius rationis: quia tunc vna eſſet nobilior alia: et actus eſſet expreſſior ſimilitudo et nobilior. et per conſequens contineret primā ſimilitudinem in virtute. nunc autem due forme tales quarum vna continet aliam in virtute: incōpoſſibiles ſunt in eodem ſubiecto. vnde quia anima intellectiua continet ſenſitiuam: incompoſſibiles ſunt in eodem corpore. eſſet enim bis animatum et bis ſenſibile. quare et ſimilitudo nobilior que eſt cognitio et ignobilior que eſt ſpecies cum hec contineatur virtualiter in illa tanꝗ̄ in eminēti: incompoſſibiles eſſent in eadem potentia ſimul. ſequeretur enim ꝙ idem bis aſſimilaretur alicui. vnde quia tetragonus cōtinet trigonum: figura tetragona et trigona incompoſſibiles ſunt in eadem ſuperficie. ſimiliter quia calidum continet tepidum: impoſſibile eſt tepiditatem ⁊ caliditatem eſſe ſimul in eodem ſubiecto. et ratio ſumi poteſt quia forma diminuta et forma eminens ſpecifice diſticte differunt ſicut habitus et priuatio. ideo differentia ſpecifica forme diminute includit priuationē. differentia vero forme eminentis includit habitum oppoſitum. tales autem differētie incompoſſibiles ſunt in eodem. ¶ Confirmatur. quia tales forme habent rationem terminorum motus: ita ꝙ ſubiectum tranſit ab vna in aliam. quod patet quia non ex quolibet fit quodlibet primo phyſicorum. ſed exiſtens ſub priuatione: transfertur a priuatione in habitum. vnde quecūq; tales forme habent contrarietatē que exigitur ad terminos motus ſicut patet ꝺ tepido et calido: quia cōtrarietas eſt diſtantia ſm priuationem et habitū vt patet. 10. methaphiſice. cum ergo iſte due ſimilitudines eſſent repreſentationes eiuſdem rei: eſſent in eodem genere: nam quelibet eſt repreſentatiua vnius rei. differrent autem ſm expreſſius et nobilius et minus expreſſum et minus nobile. et per conſequens eſſent termini mot⁹. vnde potentia cognitiua dum reduceretur ad ſimilitudinem que eſt actus: amitteret primam ſimilitudinem. ſicut aqua amittit tepiditatē dum acquirit caliditatem. ergo preter ſimilitudinem que ē act⁹ non eſt ponenda alia ſimilitudo in potentia cognitiua. ¶ 4°. inquit hoc idem patet. quia ſi aliqd obſtaret ſupradictis: hoc maxime videretur quia ſm hoc videtur ꝙ ſpecies in intellectu non remaneant poſt actum conſiderandi: aut ꝙ intellect⁹ omnia actu conſideret quorū habet ſpecies ſi ſpecies ſit idipſum quod intellectio. hoc autē omni experiētie repugnat. ſed hoc nō obſtat. quia dicēdum ꝙ licet ſpecies et actus cognitiuus idem ſint ſm ſuū abſolutū: differūt tñ ratione in hoc ꝙ vbicūq; in potentia non apprehenſiua aut in tali diſpoſitione exiſtente in qua non eſt apprehenſiua illa ſimilitudo ponatur: habet rationē tñmodo ſpeciei et non act⁹. et ideo ſpecies in memoria ſenſitiua aut in medio: non eſt apphēſio. nō additur aūt aliud dū eſt apphēſio: niſi ſola preſentialitas et apparentia obiecti que eſt purū ens rationis. quāuis eni ſimilitudo ſemꝑ ſit apta nata preſentare obiectum et facere apparere: non tamē preciſe hoc habet a ſe nec in omni ſubiecto. et ꝓpter hoc in memoria vel in medio quamuis ſit ſpecies non tamen obiectum preſentialiter repreſentat. alioquin medium et memoria vere cognoſcerēt. habet ergo ſpecies in potentia cognoſcitiua vt faciat apparere. quia vtrūq;. ſ. potentia et ſpēs conſtituunt vnū ad quod ſequit̄ obiecti apparentia. ita ꝙ quia eſſe apparēs eſt eſſe vitale: ꝙ ſit hic apparitio eſt ex potētia. ꝙ vero ſit talis res ſub iſta apparitione: eſt ex ipſa ſpecie. et ideo cōmētator 3°. de anima cōmento. 18. dicit ꝙ ſicut eſſe ſenſibile diuiditur in materiam et formam: ſic eſſe intentionale. dicit etiam ꝙ intentio intellecta et intellect⁹ materialis faciūt vnum in actu: ſic ꝙ intellectio actualis componitur ex intellectu poſſibili et ſimilitudine rei q̄ vocatur intētio intellecta. Sic ergo ad difficultatem dicendū ꝙ ſicut ſpecies exiſtens in memoria vel medio vel ſenſu diſtracto ꝑ fortem imaginationem vel in intellectu ſm ponētes eam differre ab actu remanet ſine actu: in his enim omnibus remanet abſolutū ſpēi abſq; hoc ꝙ actu repſentet et exhibeat pſens obm: et tamē iſtud repſentare et ſpecies ſola ratione differunt: ſic in propoſito erit dato ꝙ ſpecies nō differat ab actu realiter ſed ſola ratione. ſ. ſolo actuali repreſentare preſentiam obiecti. videmus enim ꝙ dextrum et ſiniſtrum in colūna non differt re cū ſit relatio rationis: ⁊ tamē amittet rationē dextri ſola mutatione facta alibi. Eſt ergo ſciēdū ꝙ intentio itellecta obiectiue habet duplex ſubiectū. primū in eo ꝙ eſt verū accipiēdo ver̄ ꝓ eſſe appareti. et hoc ſubm ē intētio imaginata. nūq; eni intellect⁹

noſter fertur in aliquod vniuerſale aut aliquã q̃d ditatẽ obiectiue: niſi ſpeculãdo eam in aliquo par ticulari phantaſmate. ⁊ ideo cõmẽtator ait cõmẽ to. 43. ꝙ ꝓportio intẽtionum intelligibiliũ ad in tẽtiones imaginatas: eſt ſicut ꝓportio colorum ad corpus coloratũ: nõ ſicut ꝓportio colorũ ad ſen= ſum viſus. intellecta enĩ ſunt intẽtiones formarũ imaginationis abſtracte a materia. et idẽ dicit cõ mento. 18. ꝙ intẽtiones intellecte ſunt de intẽtio nibꝰ imaginatis ſicut forme de materia. et phs ait ꝙ intelligentẽ neceſſe eſt phantaſmata ſpeculari. Secũdũ vero ſubin ẽ illud ꝑ quod ſunt entia rea lia. et iſtud eſt intellectꝰ poſſibilis informatꝰ ſimili tudine rei. nam totum iſtud eſt intellectio realis a qua dependet eſſe obiectiuũ intentionis intelle= cte. et hoc patet etiam per cõmentatorem in pre= dictis locis. cum ergo omne dependẽs corrũpat̃ ad corruptionem illiꝰ a quo depẽdet: neceſſe eſt ꝙ circa intellectionẽ contingat duplex corruptio et generatio. vna quidẽ in ſe q̃ꝫm ad reale abſolutum quod ꝑ intellectionem importat̃. et ſic generat̃ in= tellectio in addiſcente de nouo aut ſuſcipiente ſi militudinem rei: et corrũpitur in obliuiſcente. al= tera vero q̃ꝫm ad eſſe ꝓſpectũ cũ corrũpit̃ intentio imaginata in qua ſuſtẽtabat̃ intẽtio iſta et per cõ= ſequẽs intellectio quãtũ ad id quod dicit obiecti ue. et ideo experientia docet ꝙ abeuntibꝰ vel tar= datis phãtaſmatibus: intellectio ceſſat. nõ quidẽ quo ad realitatem abſolutam: ſed q̃ꝫm ad actũ ra= tionis qui eſt repreſentare aut exhibere vniuerſa le in proſpectu. et ideo dicit cõmentator cõmen= to. 49. ꝙ intellectus quidditatis aut vniuerſalis indiget forma imaginata indiuiſibili in qua ſuſtẽ= tetur. et phs de memoria dicit ꝙ volens intellige re lineam ſimpliciter: ponit ante oculos lineã pe= dalem: vt in linea pedali cõſideret quidditatẽ li= nee ſimpliciter. Ex his patet ad difficultatẽ. nam in intellectu poſſibili remanet ſpecies et ſimilitu= do ſine actuali conſideratione: non tamẽ vt faci= ens apparere aut vt preſentans obiectũ. et ita re= manet abſolute vt ſpecies et ſimilitudo: nõ autem vt intellectio. ſed dum phantaſia exiſtens in ſuo actu exhibet intentionem imaginatam ſiue parti cularem phantaſiatum: tũc ſimilitudo illa remanẽs in intellectu: exhibet in eſſe obiectiuo intentionẽ intellectam q̃ in illo phantaſmate ſuſtẽtat̃ et col= ligatur. et propter hoc dicit cõmentator cõmẽto 18. ꝙ generatio et corruptio inſunt intellectui: vł ẜm ꝙ ſunt entia ſimpliciter et hoc cum acquirant̃ aut deleãtur ẜm ſuũ eſſe reale ab intellectu poſ= ſibili: vel ẜm eſſe verum et ſic generantur et cor= rumpuntur in intellectu: nõ in ſe per generationẽ vel corruptionem forme imaginate. Concedendum eſt ergo ꝙ intellectio differt a ſpecie: nõ qui dem quo ad aliquid reale abſolutũ: ſed quia intel= lectio nominat ipſam ſpẽm vt actu exhibet obie= ctũ in eſſe preſentiali et apparenti. Finaliter ergo dicit ad cõcluſionẽ ꝙ ad viſionem beatificã reqri= tur ſimilitudo creata q̃ eſt actus viſionis. ſimilitu do vero q̃ ſit videndi ratio vt q̃ coagat actui ad viſionẽ eliciendã aut q̃ terminet viſionẽ ⁊ mediet inter illam et diuinã eſſentiã: nullo modo eſt po= nenda ſed nec in aliqua alia cognitione. hec ille.

Quantum ad ter= tiũ articulũ primo notandum eſt ꝙ ſicut idẽtitas fundat̃ in ſubſtã= tia et equalitas in quãtitate: ita et ſimilitudo fundat̃ in qualita= te. dicunt̃ enim res ſimiles q̃ participãt eandẽ ſpe cie qualitatẽ. et q2 qualitas eſt quedam forma: ẜm quãcũq3 formã accipitur ſimilitudo extẽſo nomi= ne. vnde ſimilitudo duo neceſſario exigit. ſ. quali tatem pro fundamẽto ſubiectũ ſimilitudinis ĩfor mantẽ: et aliud participãs eandẽ ſpecie qualitatẽ ꝓ termino. eſt enĩ ſimilitudo relatio ſimilis ad ſi= mile fundata in idẽtitate qualitatis vel forme ha bentis modũ qualitatis. Ex quibꝰ inferimꝰ ꝙ ẜm actionẽ vel paſſionẽ non attẽditur ſimilitudo in= ter agens et patiens: ita ꝙ actio vel paſſio ſit fun damentum talis ſimilitudinis. probat̃ hoc p̃mo. quia fundamentum ſimilitudinis prout fuit dictũ eſt qualitas. actio autem et paſſio ſunt alterіꝰ pre dicamenti: predicamenta vero ſunt impermixta. Secundo probatur. quia licet per actionem ⁊ paſ ſionem forma agentis que eſt principiũ actionis conueniat paſſo ſicut calor ignis calefacientis cõ= municatur ligno calefacto: ipſa tamẽ actio calefa ctionis nõ ei cõmunicatur nec paſſio ligni igni agẽ ti cõmunicatur. alioquin lignũ eſſet calefaciẽs ig= nem et ignis eſſet a ligno calefactus quod eſt ab= ſurdum. ac per hoc ſimilitudo agentis et paſſi nõ fundatur ſuper actione et paſſione nec ẜm illa at tenditur. nam ẜm illam formam et qualitatem at tenditur ſimilitudo: que eſt cõmunis vtriq3 ſimi= lium. cum ergo actus intellectionis ſeu cognitio= nis ſit actio vel paſſio: conſequens eſt ꝙ ſimilitu= do inter cognoſcentem et rem cognitam non at= tendatur ẜm ipſum intellectionis vel cognitionis actum: ſed ẜm qualitatem aliquam vel formam que ſit cõmunis vtriq3. et hanc dicimus iuxta do= ctrinam phi ſpeciem intelligibilem que eſt quali= tas impreſſa intellectui a re intelligibili eadẽ ſpe cie forme ſue: non in eſſendo ſed in repreſentãdo

nam talis conuenientia exigitur inter cognoſcentem et rem cognitam. propter quod phs dicebat tertio de anima ꝙ lapis non eſt in anima ſed ſpecies lapidis. Et confirmatur. q2 cõmunis fuit omnium phorum ſentẽtia quia ſimile ſimili cognoſcitur. et licet ariſtoteles diſſentiat ab eis in eo ꝙ dicebant animã ex omnib9 rebus naturaliter cõponi vt omnia cognoſceret: in hãc tamẽ ſententiam conſenſit ꝙ omnis cognitio fit per aſſimilationez cognoſcibilis ad cognitum. ex quo ſequitur ꝙ huiuſcemodi aſſimilatio precedit cognitionem ſicut cauſa effectum. et cum eſſe non poſſit per ipſammet rem cognoſcibilem: ſequitur ꝙ fiat per eius ſpeciem et ſimilitudinem precedentem in intellectu cognitionẽ. ¶ Neqz obſtat ſupradictis ꝙ. S. Tho. intentionem et conceptionem intellectus vocat ſimilitudinem rei intellecte cõtra gentiles libro primo capitulo. 54. et de potentia dei. q. 8. arti. pº. nam in his locis et vbicũqz habet talẽ modum loquendi: accipit cõceptionez vel intẽtionẽ pro conceptu mentis quẽ intellect9 format tanqꝫ terminum intellectionis ſeu cognitionis. qui conceptus alio nomine vocatur verbũ mentis et habet modum cuiuſdaz qualitatis vel forme ꝑ actũ intellectionis vel cognitionis conſtitute. quẽadmodum in naturalibus terminus generationis ẽ forma per ipſaz conſtituta ſeu aggenerata. vnde ſanct9 thomas loco proxime allegato de potẽtia dei ſic dicit. intellectus intelligendo: ad quattuor poteſt habere ordinez: ſcilicet ad rem que intelligitur: ad ſpeciem intelligibilem qua fit intellect9 in actu: ad ſuum intelligere: et ad conceptionem intellectus. que quidem cõceptio a tribus predictis differt. a re quidez intellecta: quia res intellecta eſt interdum extra intellectum. conceptio autem intellectus non eſt niſi in intellectu. et iteruz conceptio intellectus ordinatur ad rem intellectam ſicut ad finez. propter hoc enim intellectus conceptionem rei in ſe format: vt rem intellectaz cognoſcat. differt autem ab intelligibili ſpecie: nã ſpecies intelligibilis qua fit intellectus in actu: cõſideratur vt principium actionis intellectus cum omne agens agat ſm ꝙ eſt in actu. intellect9 autem fit in actu per aliquaz formam quaz oportet eſſe actionis principium. differt autem ab actione intellectus: quia predicta conceptio conſideratur vt terminus actionis et quaſi quoddaz per ipſuz conſtitutum. intellectus enim ſua actione format rei diffinitionem vel etiam propoſitionem affirmatiuam ſeu negatiuam.

¶ Secundo Notanduz eſt ꝙ ſimilitudo proprie accepta eſt relatio quedã inter duo ſimilia. ſed quandoqꝫ large capiendo ſimilitudinem: forma ſm quã attenditur ſimilitudo inter res ſimiles appellatur ſimilitudo vtriuſqꝫ. per quem modum dici conſueuit ꝙ ſpecies ſenſibilis in ſenſu: eſt ſimilitudo rei ſenſate. et ſpecies intelligibilis in intellectu: eſt ſimilitudo rei intellecte. et in iſta acceptione capit ſanctus thomas ſimilitudinem prima parte queſtione octogeſima quinta articulo ſecũdo: ꝙ ſicut forma ſm quam prouenit actio tendens in rẽ exteriorez eſt ſimilitudo obiecti actionis vt calor calefaciens eſt ſimilitudo calefacti: ſimiliter forma ſm quam prouenit actio manens in agente: eſt ſimilitudo obiecti. vnde ſimilitudo rei viſibilis eſt ſm quam viſus videt. et ſimilitudo rei intellecte que eſt ſpecies intelligibilis: eſt ſm quam intellectus intelligit. et accipitur iſte modus loquẽdi extendẽdo nomẽ ſimilitudinis ad omne illud quod aliud deſignat vel repreſentat. Sed ſciendum eſt ꝙ aliquid deſignare vel repreſentare aliud contigit dupliciter. vno modo per continentiam quia ſcilicet eſt res quedam continens in ſe actu vel virtute id quod deſignat ſeu repreſentat ſimpliciter vel ſm quid. et quod iſto modo repreſentat vel deſignat aliud: conſueuit appellari eius ſimilitudo modo ſupra dicto. alio modo deſignat ſeu repreſentat aliquid rem aliam non per modum cõtinentie: vt ſcilicet contineat realiter in ſe actu vl' virtute id quod repreſentat vel deſignat: ſed per modum enunciationis quia ſcilicet eſt quedaz rei quaſi verbalis expreſſio. ſm quem moduz nomẽ deſignat et repreſentat rem cui eſt impoſitum: et diffinitio repreſentat quidditatez diffiniti: et oratio aliquam rei compoſitionem. hoc enim nomẽ homo deſignat ſeu repreſentat naturam humanam: quam tamen ipſum nomen realiter non cõtinet. et hec oratio diffinitiua: homo eſt animal rationale: deſignat et repreſentat hominis quidditatem: cum tamen nec in partibus orationis nec ĩ tota oratione aliquid nature humane realiter cõtinetur nec actu nec virtute. quia nihil reale eſt in ipſa oratione quod actu vel virtute contineat humanam naturam. et quod iſto modo deſignat vl' repreſentat aliud: non conſueuit appellari ſimilitudo illius: ſed bene ſignum vel deſignatio. non enim nomen vel oratio conſueuit dici ſimilitudo rei per nomen vel orationem ſignificate. ¶ Ex quibus inferimus ꝙ cũ ſanctus thomas dicit diuinam eſſentiam non poſſe videri etiam a beatis ꝑ

aliquam ſimilitudinem creatam quia nulla ſpeci=
es vel ſimilitudo creata poteſt repreſentare diui
nam eſſentiam: intelligit de repreſentatione pri=
mo modo dicta: et de ſimilitudine ſm conſuetū
modum loquendi. ac per hoc doctrine ſue non p̄=
iudicat ꝙ ipſa viſio beata hominum et angelorū
deſignet ſeu repreſentet expreſſe et abſq; enigma
te diuinam eſſentiam. nam huiuſcemodi repreſen
tatio: non eſt per modum alicuius rei vel forme
continentis in ſe realiter perfectionem diuine eſ=
ſentie actu vel virtute: ſm quem modum rep̄ſen=
tationis accipitur ratio ſimilitudinis. ſed eſt que=
dam enunciatiua expreſſio per modū orationis
verbalis eius quod eſt diuina eſſentia. quēadmo=
dum in hac propoſitione homo eſt albus: conti=
netur enunciatiue tantūmodo et verbaliter inhe
rentia formalis qua albedo realiter ī eſt homini.
vnde ſicut nullus ſapiens vnq̄ dixit hanc oratio=
nem homo eſt albus eſſe ſimilitudinem hominis
albi: ita nec ſatis docte aliq̄s dixerit ꝙ intellectio
ſeu cognitio ſit ſimilitudo rei intellecte: quamuis
enunciatiue notificet quid ſit. Ueruntamen vt
eos qui contentionibus ſtudēt omni ex parte cō=
uincamus: dicimus vlterius ꝙ etiam ſi cognitio
ſeu viſio intellectus dicatur abuſiue ſimilitudo rei
intellecte: non preiudicat doctrine ſancti docto=
ris ꝙ viſio beatorum qua diuinam eſſentiam cla=
re vident dicatur ſimilitudo expreſſe repreſentās
diuinam eſſentiam. quoniam huiuſcemodi viſio
ex parte principij. ſ. forme intelligibilis ex qua eſt
in intellectu tota ratio repreſentationis rei intel
lecte: eſt quid increatum et infinitum virtute. nā
talis forma intelligibilis eſt ipſamet numero eſſē=
tia diuina cuius virtute viſio beata habet ꝙ ſit ex
preſſiſſime repreſentans diuinam eſſentiam. ac p
hoc non comprehenditur ſub ſpecie vel ſimilitu=
dine creata: de qua ſanctus thomas dicit ꝙ non
ſufficeret repreſentare diuinam eſſentiam. nam
ipſe ibi loquitur de ſpecie vel ſimilitudine que ex
omni ſui parte eſt quid creatum. Hec diximus ad
obſtruendum os aduerſariorum quaſi reſpondē
tes ad hominē. ſed verum eſt ꝙ ſanctus thomas
negans diuinam eſſentiam videri clare a beatis
per aliquam ſimilitudinem creatam: intelligit de
ſimilitudine que ſit forma intelligibilis qua ſicut
principio formali intellectus determinatur ad in
telligendum rem cuius eſt ſimilitudo. nam vt ip=
ſe dicit de veritate queſtione octaua articulo pri=
mo in corpore: in omni viſione oportet ponere ali
q̄d q̄ videns videat rem viſā. et hoc eſt vel eſſen
tia ipſius rei viſe ſicut cum deus cognoſcit ſeipſū
vel ſimilitudo eius ſicut cū homo videt lapidē. et
hoc ideo quia ex intelligente et intelligibili opor=
tet aliquo modo fieri vnū ī intelligendo.

Tertio Notandū eſt prout ſanctus thomas deducit loco proxi=
me allegato in precedēte notabili: ꝙ in omni cog
nitione que eſt per ſimilitudinem: modus cogni=
tionis eſt ſm conuenientiam ſimilitudinis ad il=
lud cuius eſt ſimilitudo. dico autē conuenientiā
non ſm eſſe nature ſed ſm repreſentationem. ſi=
cut ſpecies intelligibilis in anima conuenit cū re
que ē extra animā non ſm eſſe naturale. et ideo
ſi ſimilitudo deficiat a repreſentatione nature ſpe
ciei non autē a repreſentatione generis: cognoſ
cetur res illa ſm rationem generis: non ſm ratio
nem ſpeciei. ſi vero etiam deficeret a repreſenta=
tione generis: repreſentaret autē ſm conuenien=
tiam analogie tantū: tunc etiam nec ſm rationē
generis cognoſcetur. ſicut ſi cognoſcerem ſubſtā=
tiam per ſimilitudinem entis vel accidentis. Ex
quibus inferimus ꝙ ſimilitudo creata per quam
poſſet cognoſci diuina eſſentia perfecte: neceſſa=
rio deberet repreſentare diuinam eſſentiam q̄m
ad propriam et vt ita dixerim ſpecificam naturā.
hoc autem eſt impoſſibile create ſimilitudini ꝓp=
ter multa ī quibus deficit a tali repreſentatione.
et iuxta propoſitum noſtrum hoc eſt vnum quia
nulla natura creata eſt ſuum eſſe. propter quem
defectum nulla ſimilitudo creata poteſt repreſen
tare proprie et ſpecifice diuinam eſſentiam que ē
ſuum eſſe. Et hanc rationem tangit ſanctus tho=
mas prima parte queſtione duodecima articulo
ſecundo in corpore. vbi non fuit mens eius aſſig=
nare defectū repreſentationis in ſimilitudine cre
ata ex parte modi eſſendi ipſius prout aliqui fal=
ſe intellexerunt: ſed ex parte ipſius nature ſimili=
tudinis ſm quam attenditur eius repreſentatio.
vt formetur ſic ratio ſancti doctoris. in omni ſimi
litudine perfecte et ſpecifice repreſentāte eſſentiā
alicu9 rei: virtus repreſentationis que prouenit
ex natura ſimilitudinis debet ſe extendere ad to=
tum illud quod eſt d̄ eſſentia rei repreſentate. cū
autem nulla natura creata ſit ſuum eſſe nec illud
intrinſece contineat quia in omni creatura eſſe ē
extrinſecum eſſentie et differt ab ea realiter: con=
ſequens eſt ꝙ nihil creatum ex ſui natura habet
vim repreſentandi eſſentiam diuinā que eſt ſub=
ſtantialiter ipſum eſſe purum et ſimpliciſſimum.
Ex hac ratione conſequitur alia. nam quia diui=
na eſſentia eſt ſuū eſſe ſimpliciſſimum: ſequit̄ ꝙ
ſit purus actus nihil prorſus potentialitatis hñs.

cum autem nulla res creata ſit purus actꝰ: quini-
mo omne creatum aliquid habet potentialitatis
vel in ſui cōpoſitione vel ſm ordinem ſeu habitu
dinē aliquā: ſaltē habet potētiam ad eſſe et non
eſſe et fuit priꝰ in potētia q̃ꝫ in actu: cōſequens ē
ꝙ nulla res creata poſſit perfecte ⁊ quaſi ſpecifice
repreſentare diuinam eſſentiam. non enim actus
purus per aliquid potentiale perfecte repreſenta
ri poteſt ſicut nec diſſimile per ſuum diſſimile. qꝛ
vt tactum eſt ſupra: omnis repreſentatio eſt ꝓp-
ter conuenientiam quam habet repreſentans ad
repreſentatum. in eo ergo in quo diſconueniunt
vnum non poteſt directe aliud repreſentare. ī re-
bus autē creatis pōt eſſentia repreſentari ꝑ id qꝺ
nō eſt actꝰ purus: quia nec ipſa rei eſſentia eſt actꝰ
purus ſed aliquid potētialitatis implicans.

¶ Quarto Notandum eſt ꝙ vt acci-
pitur ex dictis. S. Tho. p͛a
.p.q.85.arti.p͛o.et.2. phantaſmata cū ſint simili-
tudines indiuiduorum et exiſtāt in organis cor-
poralibus: nō habent eundem modum exiſtendi
quē habet intellectꝰ humanꝰ qui eſt potentia ani-
me non determinans ſibi organum corporale. et
ideo phantaſmata non poſſunt ſua virtute īpri-
mere in intellectum poſſibilem. nam ſicut corpus
non poteſt agere in rem corporeā propria virtu-
te: ita nec agens organicū poteſt agere ꝓpria vir
tute in potentiā non organicā. virtute tamen in-
tellectus agentis phantaſmata illuminantis: re-
ſultat quedam ſimilitudo in intellectum poſſibilē
que eſt repreſentatiua earum rerū quarum ſunt
phantaſmata. non q̃ꝫm ad principia indiuidualia
ſed q̃ꝫm ad naturam ſpeciei. et per hunc modū di
citur abſtrahi ſpecies intelligibilis a phantaſma-
tibus. non ꝙ aliqua eadē numero forma que ꝑ-
us fuit in phantaſmatibus: poſtmodum fiat in in
tellectu poſſibili: ad modum quo accipitur corpꝰ
ab vno loco et transfertur ad alterū. huiuſcemo
di autem ſpecies intelligibilis in intellectu poſſi-
bili: non eſt id quod intellectus poſſibilis directe
intelligit: ſed eſt principium quo intellectus intel
ligit rem vel naturam cuius eſt ſpecies. ¶ Ex qui
bus inferimus falſam eſſe ne dicam vanam ima-
ginationem quorundam dicentium ꝙ ſimilitudo
rei intelligibilis habet duplex ſubiectum. vnū ſm
eſſe reale quod eſt intellectus poſſibilis. et aliud
ſm eſſe apparens vel proſpectum ſm modum lo
quendi illorum quod eſt phantaſma. tum qꝛ hoc
eſt contra omnem philoſophiam. immo implicat
contradictionem ꝙ idem numero accidens ſit in
duobus ſubiectis: eo ꝙ omne accidens numerat͛
et indiuiduatur a ſubiecto ſuo a quo habet eē. tū
etiam quia ſicut capiunt eſſe proſpectum. ſ. ꝓ eſſe
obiectali apparente: quod eſt in aliquo ſm eē ꝓſ-
pectum: non eſt in eo ſubiectiue ſed tantūmodo
obiectiue. nec ſm tale eſſe indiget ſubiecto ſicut
ens rationis. entia ſiquidem rationis prout dedu
ctum fuit libro primo diſtinctione decima nona
queſtione tertia ſub primo notabili: vt ſic nō ſunt
in aliquo ſubiectiue. quia entia rationis non dicū
tur entia ab eſſe exiſtentie: ſed ab eſſe intelligibili
vel obiectali. ſm quod non dicitur eſſe aliqͩd pro-
prie loquendo exiſtere: ſed magis intelligi aut eē
intellectum vel intelligibile. eſſe enī obiectiue in
aliquo: non eſt aliud q̃ꝫ eſſe eius obiectum. huiuſ-
cemodi autem eſſe: non eſt reale ſed rationis. et
inde ē ꝙ cognoſcibilis in q̃ꝫm cognoſcibile ad cog-
noſcentem vel cognitionem: non eſt relatio rea-
lis ſed rationis tantū prout philoſophus dicit. 5.
methaphiſice. Quod autem iſti dicunt ꝙ ſpecies
ſiue ſimilitudo rei intellecte quam ipſi ratione vi-
cti fatētur ſit idē realiter quod ipſa intellectio aut
cognitio pro eo ꝙ vtraqꝫ facit rem intellectā ap-
parere: eſt minus bene dictum. nam ſicut tactū fu
it ſupra in ſecundo notabili: alio modo facit rem
apparere ſpecies ſeu ſimilitudo rei: et alio modo
cognitio aut intellectio. ſicut et apud omne agēs
creatum alio modo forma ſeu virtus agentis eſt
quo agens agit: et alio modo ipſa actio. nam for-
ma ſeu virtus agentis eſt quo agens agit ſicut ꝑn
cipio agendi et ſicut habēs eſſe permanens in a-
gente. actio vero eſt quo agens agit non ſicut ꝑn
cipio agēdi: ſed ſicut actione que magis habet ra-
tionem effectus ⁊ eſt habens eſſe non permanēs
ſed in fluxu ac ſucceſſione. vnde ceſſante motu a-
gentis: ceſſat et ipſa actio nec amplius manet in
eſſe. forma vero ſeu virtus agentis etiam ceſſan-
te actione permanet. ſed fieri non poteſt ꝙ vna ⁊
eadem res ſimul ſit principium actionis et ipſa a-
ctio aut principium et principiatum reſpectu eiuſ
dem. et iterum ꝙ ſimul habeat eſſe permanens ⁊
eſſe ſucceſſiuū et ſimul ſit et deſinat eſſe. Nec q̃ꝫm
ad hoc valere poteſt diſtinctio rationis inter ſpe
ciem vel ſimilitudinem et intellectionem ad quā
iſti confugiunt. nam nulla diſtinctio rationis ſuffi
cit ad hoc ꝙ de vna et eadem re finita et limitata
verificentur premiſſa cōtradictoria predicta. vn
de et iſti verbis ſuis ſe conuincunt dicentes ꝙ ſpe
cies ſiue rei ſimilitudo eſt in intellectu faciens rē
apparere. ex quo ſequitur ꝙ ipſa ſpecies et ſimili-
tudo ſit cauſa apparitionis: et per conſequens ꝙ
nō ſit ipſa apparitio. quia cauſa aliud eſt ab effectu

intellectio vero et cognitio ex ipſa nominis ratio
ne eſt apparitio rei. vnde ſicut nemo ſatis doctus
diceret formam ſeu virtutem agendi eſſe eandeʒ
rem cum actione quam cauſat: ita nec ſatis docte
poteſt dici ꝙ ſpecies vel ſimilitudo faciens in itel
lectu rem apparere: ſit ipſa rei apparitio.

Quantũ ad arti-
culum quartum reſpondendum
eſt ad argumenta contra conclu
ſionem. Et quidem ad primum
contra primam rationeʒ probã-
tem cõcluſionem: dicitur ꝙ aſſumptum eſt falſuʒ.
et ad eius probationeʒ dicitur primo ꝙ maior ꝓ-
poſitio eſt falſa capiendo ſimilitudinem proprie
et ſm conſuetum modũ loquendi. nam vt dedu-
ctuʒ fuit in primo notabili: actus viſionis ſeu cog
nitionis et generaliter actio vel paſſio non ẽ fun-
damentum ſimilitudinis nec proprie dici poteſt
ſimilitudo. Neq; auctoritates auguſtini illi ſuf-
fragantur. non prima qm̃ falſo allegatur ab argu
ente. non enim auguſtinus dicit ꝙ viſio cogitatio
nis eſt ſimilima rei vnde formatur ſicut arguens
falſe recitat: ſed dicit ꝙ viſio cogitationis eſt ſimi
lima viſioni ſcientie. vbi cogitationeʒ accipit pro
verbo formato ex viſione ſcientie id eſt ex intelle
ctione. vnde poſt verba premiſſa auguſtin⁹ ſubiũ
git. quando ergo quod in noticia eſt hoc ẽ in ver
bo: tunc eſt verum verbũ et veritas. Et parũ in-
fra. verum inquit verbũ eſt: cum de ſcientia bene
operandi gignitur. Et infra libro decimo quinto
capitulo decimo ſexto. cogitatio inquit noſtra ꝑ-
ueniens ad id quod ſcim⁹ atq; inde formata: ver
bum noſtrum eſt. Ad quem intellectum facit qđ
infra dicit capitulo penultimo. ait enim. ipſa ſcili-
cet trinitas oſtendit tibi verbum verum eſſe in te
quãdo de ſcientia gignitur id eſt quãdo quod ſci-
mus dicimus: quãuis nullius generis lĩgua ſigni-
ficantem vocem vel proferamus vel cogitemus
vel ex illo quod nouimus cogitatio noſtra forme
tur. fitq; in acie cogitantis imago ſimilima cogita
tionis eius quam memoria cõtinebat. patet igiť
ꝙ auctoritas allegata per arguentem non facit
ad eius propoſitum. Nec ſecunda auctoritas illũ
iuuat: nam truncate illam arguens recitat. ſic eni
habetur in textu. in hac quippe imagine tunc per-
fecta erit dei ſimilitudo: quando dei perfecta erit
viſio. vbi non eſt mens auguſtini dicere ꝙ perfe-
cta dei viſio eſt perfecta dei ſimilitudo: ſed ꝙ per
fecta dei viſio facit ꝙ in imagine dei que eſt in ho-
mine a ſui creatione eo ipſo ꝙ dei capax eſt vt idẽ
auguſtinus dicit ſupra capitulo octauo: ſit perfe-
cta dei ſimilitudo. pro eo quia vt ſanct⁹ thomas
deducit prima parte queſtione nonageſima ter-
tia articulo ſexto et ſeptimo: imago dei principa-
liter attenditur in homine ſm actum mentis ſcili
cet intellectus et voluntatis. ac per hoc quanto
actus mentis fuerint perfectiores ſicut in patria
tanto imago dei que eſt in mente hominis eſt ꝑ-
fectior dei ſimilitudo. vnde patet ꝙ auctoritas al
legata per arguentem impertinẽs eſt ſuo propo-
ſito. Ad quod nihil etiaʒ facit tertia auctoritas al
legata: nam nec iſta fideliter recitatur. non enim
in toto capitulo reperitur dictũ ſicut arguens illđ
allegat. ſed quod ibi magis ad propoſitum trahi
poteſt: eſt quod in principio capituli dicit. tanta ẽ
cogitationis vis vt nec ipſa mẽs quodãmodo ſe
in conſpectu ſuo ponat: niſi quãdo ſe cogitat. ac ꝑ
hoc ita nihil in conſpectu mentis eſt: niſi vnde co
gitatur. et infra cum dicit. mens igitur quando co
gitatione ſe conſpicit: intelligit ſe et recognoſcit.
gignit ergo intellectum hunc et cognitionẽ ſuaʒ.
Sed certe ex his verbis non probatur arguentis
propoſitum. nam non eſt ſenſus verboruʒ ꝙ ipſa
cogitatio ſit mentis imago vel ſimilitudo: ſed ꝙ
ipſa mens quãdo ſe cogitat: eſt ſibi pro imagine ⁊
ſimilitudine ita ꝙ ſeipſam in ſeipſa conſpicit et in-
tuetur. Apparet igitur ꝙ auctoritates auguſtini ꝑ
arguentem inducte: nihil faciunt ad eius propoſi
tum. Nec iterum auctoritas anſelmi ꝑ arguenteʒ
allegata probat eius ꝓpoſitum. qm̃ cogitatio ibi
capitur non pro actu intellectionis: ſed pro cõce-
ptu aut verbo per illum formato quod eſt termi-
nus intellectionis et habet vim forme non actio-
nis. Et ꝙ anſelmus capiat cogitationem pro ver
bo vel conceptu: conſtat ex antecedẽtibus ⁊ ſub-
ſequentibus. premiſerat enim. vtiq; verbum quo
ſe dicit ſumma ſapientia: cõuenientiſſime dici po-
teſt verbum eius ſm ſuperiorem rationem quia
eius perfectam tenet ſimilitudinem. poſt que ver
ba ſtatim ſubiungit. nam nulla ratione negari po
teſt et cetera que arguens allegat. et infra inquit.
cum enim cogito notum mihi hominem abſen-
tem: formatur acies cogitationis mee in talẽ ima
ginem eius qualem illam per viſum oculorum in
memoriam attraxi. que imago in cogitatione ver
bum eſt eiuſdem hominis quem cogitando dico.
et poſt pauca in vltimis verbis capituli ſic conclu
dit de cogitatione formata. que imago eius ver-
bum eius eſt. ¶ Ad rationem autem quam argu-
ens adducit ad id probandũ dicitur ꝙ aſſumptũ
eſt verũ de illo quod facit rem vltimate et forma-

liter apparere ſicut eius ſpecies aut forma: et non
ſicut operatio que enunciatiue tantūmodo facit
rem apparere. et de hoc latius dictum fuit in pri=
mo et ſecundo notabili. In caſu autem ab arguē=
te dato ſi deus annihilaret viſionem in mēte bea=
ti: dicimus ꝙ conſequentia non eſt vera. nam ip=
ſamet diuina eſſentia per ſeipſam perficiens itel=
lectum: eſſet ſibi apparens et lucens et conſpicua
etiam nullo actu intelligendi elicito ab intellectu
beati. nam et cōmuni curſu prius natura ſpecies
intelligibilis repreſentat et facit apparentē rē cu=
ius eſt: q̄ʒ intellectus eliciat actuʒ intelligendi ad
ipſam rem terminatum. quod multo perfectius
poteſt fieri ſi ipſa res per ſeipſam fiat preſens in=
tellectui quemadmodum eſt diuina eſſentia i bea
tis. prius enim natura q̄ʒ intellectus dicat diffini=
tiue aut enunciatiue hoc eſt hoc de re cuius ſpecie
eſt informatus: habet rem ipſam cōſpicuam et ap
parentem in ipſa ſpecie intelligibili quaſi in quo=
dam ſpeculo: vel in re ipſa ſi per ſe ſit forma intel
ligibilis quemadmodum diuina eſſentia in bea=
tis. Ad auctoritateʒ vero auguſtini dicimus ꝙ qꝛ
ſimul tempore mens ſibi relucet et eſt conſpicua
et ſeipſam cogitat: ideo auguſtinus dicit ꝙ nō eſt
in conſpectu ſuo niſi quando ſe cogitat. ſed nihi=
lominus ordine nature prius eſt mens ſibi appa=
rens et cōſpicua anteq̄ʒ de ea actus cogitationis
formetur. non enim ipſa cogitatio ſeu intellectio
elici poſſet: niſi res que intelligitur aut cogitatur
eſſet menti apparens per ſe vel per ſuam ſpecieʒ.
et poteſt poni exemplum in eo qui videt faciem
ſuaʒ vel alterius in ſpeculo. quia prius natura res
cuius eſt facies ſit apparens et perſpicua per faciē
q̄ʒ viſio oculi conſequatur: quamuis ſimul tempo
re ſit vtrūq̄ʒ. vnde auguſtinus vndecimo libro d̄
trinitate capitulo tertio inquit. ſi autem acies re=
cordantis non formaretur ex ea re que erat i me
moria: nullo modo fieret viſio cogitationis. ſed
vtriuſq̄ʒ coniunctio ideſt eius quam memoria te=
net et eius que inde exprimitur vt formetur acies
recordantis quia ſimilima ſunt: veluti vnam fa=
cit apparere. Ad quod facit in capitulo ſequēti cuʒ
dicit. quod ergo eſt ad corporis ſenſum aliqđ cor
pus in loco: hoc eſt ad animi acieʒ ſimilitudo cor=
poris in memoria. et quod eſt aſpiciētis viſio ad
eam ſpeciē corporis ex qua ſenſus formatur: hoc
eſt viſio cogitantis ad imaginem corporis in me
moria conſtitutam ex qua formatur acies animi.
hec auguſtinus. ex quibus apparet ꝙ viſionem et
cogitationem ſemper precedit in ſenſu vel intel=
lectu: ſpecies vel ſimilitudo per quam res cuius ē
ſpecies reluceat et fiat conſpicua. ¶ Reſponſio=
nes autem quibus arguens nititur reſpōdere ad
motiua pro noſtra concluſione inducta: non ſatiſ
faciunt. non prima. nam capiendo ſimilitudinem
inferioris ordinis eſſentialiter vt arguens dicit
vel vt melius dicitur capiendo genitiuum intran
ſitiue in quo ſenſu intellexit dioniſius: falſum eſt
ꝙ omnis ſimilitudo ſit iferioris ordinis q̄ʒ res cu
ius eſt ſub ratione qua eſt ſimilitudo. naʒ ſicut de=
ductum fuit in tertio notabili: inter ſimilitudineʒ
ſeu ſpeciē repreſentātē et rem q̄ per eam repreſen
tatur: non requirit̄ cōueniētia ſm eſſe nature ſed
ſm repreſentationē. vnde licet ſpecies vel ſimili=
tudo angeli vel cuiuſcūq̄ʒ ſubſtantie ſit inferior ſʒ
eſſe nature: equatur tamen illi ſm eſſe rep̄ſentati
uuʒ ſi ſit ꝑfecta quia. ſ. repreſentat rem q̄ʒ[m] rep̄ſen=
tabilis eſt. hanc aūt perfectā rep̄ſentationē: nul=
la forma aut ſimilitudo creata habere pōt reſpe=
ctu diuine eſſentie: ſignanter ꝓpter illa q̄ ſanctus
thomas aſſignat locis ꝓ cōcluſione allegatis. nec
arguens talem repreſentationeʒ ꝓbauit. ¶ Nec
valet ſecūda reſpōſio. qm̄ falſuʒ eſt ꝙ ratio ſancti
doctoris peccet ſm nō cauſam vt cauſaʒ vt argu=
ens putauit nō intelligens vim rationis ſcti tho=
me. que non ſtat in eo ꝙ eſſe ſit inherens vel non
inherēs vel ſubale vel accidētale: ſed in eo quod
dictum fuit in tertio notabili: quia ſcilicet eſſe dei
eſt ipſa diuina natura ⁊ econtra. ac per hoc perfe
cte repreſentari non pōt niſi per naturā que ſit ſu
um eſſe quod nulli nature create poteſt cōuenire
¶ Nec valet tertia reſponſio. naʒ vt ex premiſſis
reſponſionib' apparet et ex dictis in ſecūdo nota=
bili: actus viſionis non pōt ꝓprie dici ſimilitudo
rei viſe. ꝙ ſi abuſiue arguēs contēdat ſimilitudinē
vocari: dicimus falſum eſſe ꝙ viſio clara diuine eſ
ſentie ſit quid finitum ex ea parte qua vim habet
perfecte repreſentare diuinā eſſentiaʒ prout oſtē
ſum fuit in ſecundo notabili. ¶ Ad ea que argu=
ens ſecundo loco obijcit: ad primum dicit̄ ꝙ pec=
cat per fallaciam ſm non cauſam vt cauſam. non
enim ſanctus thomas negat diuinam eſſentiam
clare videri per ſpēm creatam: ea ratione qꝛ viſio
que fit per ſpēm non ſit clara rei viſio. quia immo
contrarium ipſe tenet ſignāter in hac diſ. q. 2. ar.
p°. ad. 16[m]. ſed illđ negat quia nulla ſpecies crea=
ta pōt perfecte rep̄ſentare diuinaʒ eſſentiam. Et
per hec patet reſpōſio ad ſecūdū quod ꝓcedit ex
eodem falſo ſuppoſito. ¶ Rurſus reſponſio quam
dat ad auctoritatē auguſtini nō valet. qm̄ ſenſus
quem in ea habuit arguens eſt contra intentionē
auguſtini. naʒ auguſtinus ibi duo tetigit in quib'

difert viſio dei quam nunc habemus a viſione pa
trie. vnde in eo ꝙ dixit nunc videmus per ſpecu=
lum: tetigit modum viſionis per mediū obiecti vi
ſi. de qua viſione reſponſio arguentis procedit. ſꝫ
ſub enigmatis nomine: quācūqꝫ ſimilitudinēꝫ de
ſignauit et non ſolū que eſt per mediuꝫ obiectum
prout auguſtinus ibi expreſſe dicit. ait enim. pro=
inde quantum mihi videtur ſicut nomine ſpeculi
imaginem voluit intelligi. ſ. apoſtolus: ita nomi=
ne enigmatis quāuis ſimilitudinem tamē obſcu=
ram et ad proſpiciēdū difficilem. hec auguſtinus.
¶ Ad ea que arguens ſecundo principaliter ad=
ducit ad probandum ꝙ deus in patria videtur p
creatam ſimilitudinem. ſ. per actum viſionis que
eſt vera ſimilitudo obiecti: cōcedimus conſequē=
tiam. eſt enim veriſſimū ꝙ videre et cognoſcere
ſeu intelligere non eſt purum pati ſed ſunt opera
tiones preſupponentes quandam paſſionem pro
ut latius oſtenſum fuit pmo libro diſti. 35. ſub p=
mo notabili. Et ad huius improbationem: reſpō
demus primo ad auctoritates. vnde ad primam
auguſtini dicitur ꝙ ſentire et intelligere preſuppo=
nunt receptionem ſpeciei ſenſibilis et intelligibi=
lis in ſenſu et intellectu. et quia omnis receptio ē
quedam paſſio large ſumpta: ideo ſentire et ītel=
ligere quandoqꝫ dicuntur eſſe quoddam pati. nō
predicatione eſſentiali: ſed per cauſam. quia. ſ. ex
predicta receptione ſpecierum que largo modo
dicitur paſſio cauſatur ītelligere et ſentire. Unde
S. Tho. pª. p. q. 85. arti. 2. ad. 3m. pmo inquit cō=
ſideratur paſſio intellectus poſſibilis ſm ꝙ infor=
matur ſpecie intelligibili. qua quidem formatus
format ſecundo vel diffinitionem vel diuiſionem
vel compoſitionem que per vocem ſignificatur.
Item primo ſententiarum diſtinctione quadra=
geſima queſtione prima in corpore dicit. ſentire
q̄ꝫm ad ipſam receptionem ſpeciei ſenſibilis: nomi
nat paſſionem. ſimiliter et intelligere quod etiaꝫ
pati quoddaꝫ eſt vt in tertio ꝺ anima dicitur. ſed
q̄ꝫm ad actum conſequentē ipſum ſenſum pfectum
per ſpeciem: nominat operationem que dicit̄ mo
tus ſenſus. de quo dicit phs in tertio de anima ꝙ
eſt actus perfecti. hec ſanctus thomas. Ex qui=
bus patet ꝙ ſentire et intelligere q̄ꝫm ad ſui ſubſtā
tiam actiones et operationes ſunt. ſed quia non
ſunt ſine paſſione aliqua. ſ. receptione ſpecierum
aliquando vocantur quoddam pati predicatio=
ne per cauſam. Et per hec patet reſponſio ad au=
ctoritates philoſophi et cōmentatoris in quibus
intelligere et ſentire vocantur pati. in omnibꝰ eni
loquūtur de ſentire et intelligere q̄ꝫm ad receptio=
nem ſpeciei ſenſibilis vel intelligibilis. per quam
ſenſus et intellectus prius natura informantur q̄ꝫ
eliciant operationes ſuas que ſunt ſentire et intel
ligere. et ꝙ iſta fuerit mens phi et cōmentatoris
probatuꝫ fuit libro primo diſtinctione. 35. ¶ Ad
ſecundā auctoritateꝫ auguſtini per quam nititur
probare ꝙ forma vel ſpecies rei viſe in ſenſu vel
intellectu ſit ipſa viſio: dicitur ꝙ arguens non ha
buit verum intellectū in verbis auguſtini. naꝫ in
codeꝫ capitulo expreſſe ponit auguſtinus preter
viſionem: formam ſeu ſpēm corporis viſi impreſ=
ſam ſenſui viſus. ſed vt ipſe auguſtinꝰ ibi dicit: qꝛ
ipſa ſpeciei impreſſio et viſio ſunt ita coniuncte vt
ſimul tempore ſint: non diſcernuntur ſenſu ſed ra
tione quāuis duo diuerſa ſint. ait enim ſic quaſi in
medio capituli. ideoqꝫ non poſſumus quidem di
cere ꝙ ſenſuꝫ gignat res viſibilis: gignit tn̄ formā
velut ſimilitudineꝫ ſuā que fit in ſenſu cum aliqđ
videndo ſentimꝰ. ſed corporis formā quod vide=
mus et formā que ab illa in ſenſu videntis fit per
eundem ſenſum: non diſcernimꝰ. qm̄ tanta cōiun
ctio eſt vt nō pateat diſcernendi locꝰ. ſed ratione
colligimus nequaquā nos potuiſſe ſentire: niſi fie
ret in ſenſu nr̄o aliqua ſimilitudo ꝯſpecti corpis.
hec auguſtinꝰ. et infra ſic cōcludit. que cuꝫ ita ſint
tria hec quāuis diuerſa natura quēadmodum in
quandā vnitatē contēperent̄ meminerimꝰ. i. ſpe=
cies corpis quod videt̄: et impreſſa eiꝰ imago ſen
ſui que eſt viſio ſenſuſ ue format̄: et volūtas ani=
mi que rei ſenſibili ſenſum admouet in eoqꝫ ipſaꝫ
viſionem tenet. et parū infra inquit. cum igit̄ hoꝝ
triū tā diuerſe ſube ſint: tamē in tantā coeunt vni=
tatē vt duo priora vix intercedēte iudice ratione
diſcerni valeant. ſpecies videlicet corpis qđ vide
tur: et imago eius q̄ fit in ſenſu. i. viſio. Itē i caplo
tertio ſequenti parum poſt principiū ſic ait. pro il
la ſpecie corporis q̄ videbat̄ extrinſecus: ſuccedit
memoria retinens illam ſpēm quā per corpis ſen
ſuꝫ combibit anima. proqꝫ illa viſione q̄ foris erat
cum ſenſus corpore viſibili formaret̄: ſuccedit in=
tus ſimilis viſio et c̄. et paruꝫ infra. ſicut inq̄t rōne
diſcernebat̄ ſpecies viſibilis qua ſenſus corporis
formabat̄: et eius ſimilitudo q̄ fiebat in ſenſu for=
mato vt eſſꝫ viſio ita erāt cōiūcte vt omnino vna
eadēqꝫ putaret̄: ſic illa phantaſia et c̄. hec auguſti=
nus. Ex quibꝰ manifeſte apparet ꝙ preter viſionē
auguſtinꝰ ponit ſpeciem ſeu ſimilitudinem corpis
informātē ſenſum viſus. ac p hoc arguens falſum
habuit intellectū in verbis auguſtini dicens augu
ſtinum tenuiſſe nullam aliam formaꝫ vel ſimilitu
dinem imprimi a corpore viſibili in viſum: niſi vi=

ſionem. ¶ Tertia vero auctoritas per arguentē inducta ex caplo nono eiuſdē libri: maniſeſte pro nobis facit. arguēs autē trūcate illam recitat. naʒ ſic iacet in textu. in hac igitur diſtributione cuʒ incipimus a ſpecie corporis et peruenimus vſqꝫ ad ſpecieʒ que fit in contuitu cogitātis: quattuor ſpecies reperiunt̄ quaſi gradatim nate altera ex altera ſecunda de prima tertia de ſecunda quarta de tertia. a ſpecie quippe corporis quod cernit̄: exoritur ea que fit in ſenſu cernentis. et ab hac ea q̄ fit in memoria. et ab illa ea que fit in acie cogitantis. quapropter voluntas quaſi parentē cū prole tercopulat. primo ſpeciē corporis cum ea quam gignit in corporis ſenſu. et ipſam rurſus cum ea q̄ fit ex illa in memoria. atqꝫ iſtam quoqꝫ tertio cuʒ ea que ex illa parit̄ in cogitantis intuitu. hec auguſtinus. vbi maniſeſte ponit ſpēm corporis diſtinctā a viſione quam dicit ſecundā ſpeciem q̄ fit in ſenſu videntis per moduʒ quo proles diſtinguitur a parente. qui in omnibus etiam in diuinis realiter diſtinguūtur. et vocat hanc ſpecieʒ minꝰ proprie ſm acceptionem ſimilitudinis ſecundā quam poſuimus in ſecundo notabili. ¶ Ad auctoritatē anſelmi ſupra reſponſum eſt. ¶ Ad primā auctoritatem phi ex ſecundo de anima dicimꝰ ꝙ non militat cōtra nos imo pro nobis facit. nam actus ſenſibilis ibi ſumitur pro ſpecie rei ſenſibilis qua ſenſus informatur et fit vnum ex ſpecie et ſenſu ſicut ex potentia et actu. ꝙ autē eadem eſt actio ſenſibilis et paſſio ſenſus: non eſt ad propoſitū. nam queſtio noſtra nō eſt an actio et paſſio ſint idem ſed vtrū ſpecies viſibilis et viſio ſint idem. et generaliter vtruʒ ſpecies ſenſibilis aut intelligibilis et ſenſatio aut ītellectio ſint idē. ¶ Ad dicta vero cōmentatoris et ad auctoritates phi quibꝰ videntur dicere ꝙ ſentire et intelligere eſt quoddā pati reſponſum eſt ſupra reſpōdendo ad ea q̄ arguēs ſecundo pricipaliter obijcit. Quod arguens dicit ꝙ ſi viſio aut ſenſatio vel intellectio nō eſſent primū et ſolū quod ſenſibilis res et intelligibilis imprimunt ſenſui aut intellectui: nō probarēt auguſtinus et phs intētionē ſuam: dicimꝰ ꝙ eſt falſum. imo ſi non ponerēt ſpēm rei ſenſibilis vel intelligibilis diſtinctā ab actu ſenſationis et ītellectionis non ꝓbarēt intētionē ſuā: ſicut aperte deduximus ex auctoritatibꝰ auguſtini. ¶ Ad rationem vero quā arguēs putat eſſe dicentē propter quid: dicimus ꝙ maior eſt falſa vniuerſaliter ſumpta. nam dupliciter aliq̄d dicit̄ ratio formalis agendi. vno modo ſicut forma q̄ in agēte eſt principiū agendi ſicut caliditas eſt igni principiū formale calefaciēdi. alio modo dicitur aliquid formaliter agere ꝑ aliud non tanqꝫ principiū actionis: ſed tanqꝫ per ipſam actionē. ignis enī calefacit formaliter caliditate tanqꝫ principio calefaciēdi: et calefactione tanqꝫ actione. maior ergo ꝓpoſitio habet veritatem de eo qđ eſt ratio formalis ſecundo modo et non p̄mo modo: ſm quē ſpecies ſenſibilis et intelligibilis eſt rō formalis ſenſui et intellectui vt res ſenſibilis aut ītelligibilis ſibi appareat obiectiue. vnde omnia q̄ arguēs adducit ꝓ ſe probāt ꝙ actꝰ ſentiēdi et intelligēdi faciūt formaliter rē apparere ſenſui aut ītellectui ſecūdo modo: nō p̄mo modo. Quod autem arguēs adducit ex dicto phi cōtra anaxagorā nō eſt ad ꝓpoſitū. qm̄ phs nō repꝛehendit ipſum pro eo ꝙ poneret in anima vel ītellectu ſpēm aduenticiā a ſenſibꝰ impreſſam: ſꝫ quia poſuit ꝙ anima eſſet cōpoſita ſm eſſe naturale ex omnibꝰ rebus vt ſic omnia cognoſceret. nā et ipſe phs ſpecies rerū intelligibiliū ponit in intellectu a ſenſibilibus acceptas per quas cognoſcit. vnde in eodem tertio libro dicit ꝙ lapis nō eſt ī anima ſed ſpecies lapidis. Cum autem arguēs obijcit ꝙ tunc due eſſent in intellectu ſimilitudines aut ſpecies repreſentantes rem intelligibilē: dicimus primo ꝙ illud non eſt nobis incōueniens cuʒ ſint diuerſaruʒ rationū: quemadmodū et ſunt duo qbꝰ omne agēs creatum formaliter agit vt paruʒ ſup̄ diximus. Reſpondemus ſecundo ꝙ ſpecies ſenſibilis vel intelligibilis eſt ꝓprie ſimilitudo rei. ſed actus ſentiendi vel intelligēdi dicit̄ improprie et abuſiue ſimilitudo rei ītellecte vel ſenſate ꝓut in ſecūdo notabili et in quarto fuit deductuʒ. Et cū iterū arguens infert ꝙ tūc duo actus eſſent in ītellectu: cōcedimus cū ſint diuerſarū rationum. naʒ ſpecies intelligibilis vel ſenſibilis habet rationeʒ actus p̄mi. ſenſatio vero aut intellectio ſeu viſio hēt rationē actꝰ ſecūdi q̄ ē opatio. quēadmodum et in eo q̄ virtuoſe opat̄: ſimul ſunt duo actꝰ diſtincti. ſ. virtꝰ tanqꝫ actꝰ primus opantem informans et opatio virtuoſa tanqꝫ actꝰ ſecūdꝰ ab opāte elictus. vn̄ fruſtra arguēs laborat ꝙ ſi ponit̄ in ītellectu ſpecies p̄ter actū intelligēdi: ꝙ illa erit repſentatiua rei intelligibilis. qm̄ illud nos libenter admittimꝰ. imo ad eundē actū ſpēm intelligibilē ponimꝰ. Cū aūt arguens dicit ꝙ tunc ſpecies ⁊ actꝰ intelligēdi nō differrēt niſi ꝑ magis repreſentare et minꝰ in eadem ſpecie: dicimꝰ ꝙ eſt falſum. quia imo differūt ꝑ magis ꝓprie et minus ꝓprie repreſentare et ſm diuerſam ſpecificā rationē prout in ſecūdo notabili deductū fuit. ¶ Ad ſecundā ꝓbationē per rationē diuiſiuaʒ: accipimꝰ ſecūdā partē

diuiſionis.ſ.ꝙ ſunt alteri⁹ rationis. et ad hui⁹ partis improbationem dicimus ꝙ vna eſt nobilior alia. quia ſpecies eſt nobilior ſimilitudo rei intelligibilis q̄ȝ actus intelligendi: quia eſt magis propria. et cum arguens infert ꝙ tunc actus intelligendi eſſet nobilior ſimilitudo et contineret aliā negatur conſequentia. immo econtra ſpecies intelligibilis eſt nobilior et continet virtute actum intelligendi. quemadmoduȝ omnis forma que ē principium agendi eſt nobilior actione et eaȝ virtute continet cum eius virtute producatur. ¶Cum vero arguens obijcit ꝙ due forme quarum vna continet aliā virtute ſunt incompoſſibiles in eodem ſubiecto: dicitur ꝙ illud habet veritatē quādo forme ſunt eiuſdē rationis et ordinis ſicut due forme ſubſtantiales vel duo trigona et caliduȝ et tepidum et ſimilia: ſed non eſt verum quādo forme ſunt diuerſarum rationum et ordinum quemadmodum forma agendi et actio. ſimul eniȝ ſunt in agente virtus et potentia agendi et actio imanens. et forma ſubſtantialis et forma accidentalis per eius virtutem agens. Neqȝ eſt inconueniens ꝙ idem bis aſſimiletur alicui ſicut vnum pomum bis poteſt.i.ſm duo aſſimilari alteri.ſ. in colore et ſapore. vnde quia totus proceſſus arguētis fundatur in pluralitate formaruȝ eiuſdem ordinis et rationis: nihil ad propoſitū cōfert. ¶Ad illa autem que arguens adducit contra aliqua q̄ obſtare poſſunt ſi ſpecies intelligibilis eſſet idipſum quod intellectio: reſpondemus ꝙ inter ea q̄ obſtant: hoc eſt vnum quod arguens tangit. nec valet reſponſio vel magis fuga ad quam arguēs recurrit. nam diſtinctio rationis quam arguēs aſſignat inter ſpeciem et actum intelligendi: dicens illa eſſe eandem rem abſolutam: eſt fictio quedā impoſſibilis. ¶Probatur hoc. quia omnis actio et operatio aut paſſio eſt de numero entium ſucceſſiuorum q̄ȝ[m] ad ſui ſubſtantiam: de quorū ratione eſt ꝙ peracta tranſeunt et non ſunt: quamobrem dicuntur ſucceſſiua. ergo poſtq̄ȝ intellectio perficitur in intellectu: ſtatim tranſit et non eſt. ac ꝑ hoc non poteſt in memoria remanere ſm ſui ſubſtantiam. Cum auteȝ ſpecies rei intelligibilis in intellectu et in memoria maneat poſt actualem conſiderationem prout ſepe auguſtinus dicit in locis per arguentem allegatis libro vndecimo et quindecimo de trinitate: ſequitur ꝙ ſpecies intelligibilis et viſio ſeu intellectio nō ſunt nec eſſe poſſunt vna et eadem res abſoluta. Et confirmatur. quoniam auguſtinus vndecimo de trinitate capitulo ſecundo expreſſe dicit ſpeciem rei viſibilis et viſionem eſſe duo diſtincta: et ꝙ ſe habent adinuicem ſicut parens et proles: qui non ſolum in reb⁹ creatis ſed etiam in diuinis realiter diſtinguūtur. Et preterea ſignanter in eo libro vndecimo capitulo tertio et quarto aperte ponit in memoria ſpeciē rei viſibilis diſtinctam a viſione. ait enim in principio capituli tertij. quia etiaȝ detracta ſpecie corporis que corporaliter ſentiebatur: remanet ī memoria ſimilitudo eius quo rurſus voluntas cōuertat aciem vt inde formetur intrinſec⁹: ſicut ex corpore obiecto ſenſibili ſenſus extrinſecus formabatur: atqȝ ita fit illa trinitas ex memoria et interna viſione et que vtrūqȝ copulat voluntate. Et parum infra. pro illa inquit ſpecie corporis que videbatur extrinſecus: ſuccedit memoria retinens illam ſpeciem quam per corporis ſenſum combibit anima. proqȝ illa viſione que foris erat cū ſenſus corpore viſibili formaretur: ſuccedit intus ſimilis viſio: cū ex eo quod memoria tenet: formatͣ acies animi et abſentia corpora cogitantur. voluntaſqȝ ipſa quomodo foris corpori obiecto formandum ſenſum admouebat formatūqȝ iungebat: ſic aciem recordantis animi conuertit ad memoriam: vt ex eo quod illa retinuit iſta formetur et ſit in cogitatione ſimilis viſio. ſicut autem ratione diſcernebatur ſpecies viſibilis qua ſenſus corporis formabatur et eius ſimilitudo que fiebat ī ſenſu formato vt eſſet viſio: alioquin ita erant cōiuncte vt omnino vna eademqȝ putaretur. ſic illa phantaſia cum animus cogitat ſpeciem corporis cum conſtet ex corporis ſimilitudine quam memoria tenet ⁊ ea que īde formatur ī acie recordātis animi: tamen ſic vna et ſingularis apparet: vt duo quedam eſſe non inueniantur niſi iudicante ratione: qua intelligimus aliud eſſe illud quod in memoria manet etiam cum aliunde cogitamus: et aliud fieri cum recordamur ideſt ad memoriā redimus et illic inuenimus eandem ſpeciem. quā ſi iam ibi non eſſet: ita oblitos nos eſſe dicerem⁹ vt omnino recolere non poſſemus. ſi auteȝ acies recordantis non formaretur ex ea re que erat in memoria: nullo modo fieret viſio cogitantis: ſed vtriuſqȝ coniunctio ideſt eius quaȝ memoria tenet et eius que inde exprimitur: vt formetur acies recordantis: quia ſimilime ſunt: veluti vnam facit comparere. cuȝ autem cogitantis acies auerſa inde fuerit: atqȝ id quod in memoria cernebatͣ deſtiterit intueri: nihil forme que impreſſa erat in eadem acie remanebit: atqȝ ideȝ formabitur quo rurſus conuerſa fuerit vt illa cogitatio fiat. manet tamen illud quod reliquit ī memoria: quo rurſus

cū id recordamur cōuertat̃: ⁊ ꝯuerſa formet̃ atq̃ vnū cū eo fiat vñ format̃. hec oia augu⁹. et ī caplo 4°. poſt mediū ſic cōcludit. qđ ergo eſt ad corpis ſenſum aliqđ corp⁹ in loco: hoc ē ad animi aciem ſimilitudo corpis in memoria. et qđ ē aſpicientis viſio ad eam ſpēm corpis ex qua ſenſus formatur hoc ē viſio cogitātis ad imaginē corpis in memoria cōſtitutā ex qua format̃ acies animi. et qđ ē intentio volūtatis ad corp⁹ viſum viſionēq̃ copulādā vt fiat ibi q̄dā vnitas triū quāuis eorū ſit diuerſa natura: hoc ē eadē volūtatis intētio ad copulādā imaginē corpis q̄ eſt in memoria et viſione cogitātis. hec auguſtin⁹. Ex q̄bus verbis manifeſte apparet ꝙ tā in viſione exteriori q̃ in viſione interiori: duo ſunt realiter ſpecies ſenſibilis vl̃ intelligibilis et ipa viſio q̄ quādo ē interior vocat̃ quādoq̃ ab auguſtino cogitatio. Rurſus ex p̄dictis verbis auguſtini plane accipit̃ ꝙ niſi ſpecies eſſet in memoria: nō formaret̃ viſio iterna ſeu cogitatio: q2 ex ſpecie format̃ ipſa viſio: ſicut et viſio exterior ex ſpecie ſenſibili. Patet igit̃ eſſe ab arguente cōfictū cōtra intētionē auguſtini ꝙ ſpēs intelligibilis et intellectio ſeu viſio itellectualis ſit vna et eadē res ſola ratione diſticta. vñ arguēs nō valens fictionē ſuā ſaluare et veritate conuict⁹ redit ad nr̃am ſentētiā dicēs. habet ergo ſpēs in potentia cognoſcitiua vt faciat apparere: q2 vtrumq̃. ſ. potētia et ſpēs cōſtituūt vnum ad qđ ſequit̃ obiecti apparentia. hec ille. obiecti vero apparentia: eſt eius viſio ſeu cognitio. vñ cū dicat illaz cōſequi ex potētia et ſpecie ſm ꝙ vnū fiūt. ſ. in eſſe intelligibili: conſequēs eſt ꝙ alia res ſit ſpecies et alia viſio ſicut ſe habēt cauſa et effectus. Dictum aūt cōmentatoris ſane intellectuz: pro nobis facit. nam nos cōſimiliter dicim⁹ ꝙ potētia intellect⁹ et ſpēs intelligibilis ſe habēt ſicut materia et forma ⁊ fiūt vnū in actu ſm eſſe intelligibile qđ cōmētator vocat eſſe intētionale. ita ꝙ intellect⁹ in actu eſt q̇d cōpoſitū ex potētia intellectiua et ex ſpecie intelligibili q̃ᵐ ad eē itellectuale. vnde arguēs queadmodū golias ſuo ſe interimit gladio. ¶ Reliqua vero q̄ arguēs longo ſermone recitat ⁊ cōmēdat notāda: magis certe veniūt reprobāda, ꝓut ex q̄rto notabili fit manifeſtū. ¶ Ad argumētum ante oppoſitū reſpōdet. S. Tho. p̄ᵃ. p. q. 12. arti. 2. ad 3ᵐ. ꝙ diuina eſſentia eſt ipſuz eſſe. vnde ſicut alie forme intelligibiles q̄ nō ſunt ſuū eſſe: vniunt̃ intellectui ſm aliquod eſſe quo informāt ipm intellectū et faciūt ipſum intellectuz in actu: ita diuina eſſentia vnitur intellectui creato vt intellectuz in actu: per ſeipſam faciens intellectum in actu. Et in hoc articulus terminatur.

VLtimo circa quadrageſimā nonā diſtinctionē queritur vtrū vidētes deū videāt in eo oia que de⁹ videt vl̃ q̄ poſſūt in ipſo videri: ⁊ arguitur ꝙ ſic. q2 qui intelligit quod mai⁹ eſt: poteſt intelligere minima vt dicit̃ tertio de aīa. ſed oia q̄ de⁹ fecit vel facere pōt: ſunt min⁹ q̃ eius eſſentia. ergo quicūq̃ intelligit deū ꝑ eſſentiaz: pōt intelligere omnia q̄ de⁹ fecit vel facere pōt. ¶ In oppoſitum arguitur. quia angeli vidēt deum ꝑ eſſentiam: et tamē non omnia ſciunt. inferiores enim angeli purgantur a ſuperiorib⁹ a neſciētia vt dicit dioniſius caplo. 6. celeſ. hierar. ipſi etiam neſciunt futura contīgētia nec cogitationes cordiū. hoc enim eſt ſoli⁹ dei. nō ergo quicunq̃ videt dei eſſentiam: videt omnia. ¶ In hac q̄ſtione erunt quattuor articuli vt ſup̄.

QUantuz ad primū articuluz ſit prima concluſio ꝙ nullus intellectus creatus videndo dei eſſentiā: videt in ipſo omnia que de⁹ facit et facere poteſt. Hāc cōcluſionē tenet. S. Tho. in hac diſ. q. 2. ar. 5. Et. p̄ᵃ. p. q. 12. ar. 8. Itē de veri. q. 8. ar. 4°. Et cōtra gen. li. 3. caplo. 56. ¶ Secūda cōcluſio eſt ꝙ intellectus creat⁹ videns diuinam eſſentiaz quodā modo videt ī ea oīa: nō tñ oīa ſimpl̃r. Hāc ꝯcluſionez tenēt. S. T. cōtra gē. li. 3. capi. 59.

QUantum ad ſecūdū articulū arguit̃ cōtra cōcluſiones. Et q̇dē cōtra p̄mā arguit godofred⁹ ſexto quodlibet q̄ſtione tertia vbi ſic dicit. dicūt q̇daz ꝙ de⁹ pōt videri abſq̃ hoc ꝙ aliq̄ creatura videat̃ in eo. q2 itellect⁹ limitat⁹ pōt ꝯſiderare abſolutuz nō ꝯſiderādo relatiuū: dato ꝙ ſint idē abſolutū ⁊ relatiuū. ſ3 de⁹ ē p̄ncipiū cognoſcēdi ſe ſm ꝙ eſt q̇d abſolutū: ⁊ ē p̄ncipiū cognoſcēdi creaturas ſm rōnē relationis q̄ ē idea. g° itellect⁹ creat⁹ pōt videre deū nō vidēdo creaturā ī ipo: q2 pōt ip3 ꝯſiderare nō ꝯſiderādo ideā. iſtđ nō valet. q2 cū eſſētia diuia ex ſua īfinitate ſit oīu3 repſentatiua; idea aūt nō ē aliud q̃ eſſētia diuia īq̃ᵐ repſentatiua alioꝝ. diſticte g° nō pōt videri abſq̃ viſione idee nec ecōtra. Alij dicūt ꝙ quāto aliq̄s itellect⁹ plura videt ī aliq̄

pncipio:tãto pfecti⁹ ip̄z itelligit. q̄ aūt itelligit i ali q̄ alia cognoſcibilia:cognoſcit ipſum q̄m ē cognoſcibile. et per cōſequēs cōprehēdit ip̄m. ſed nullus intellectus creatus pōt deum comprehendere. ergo nullus intellectus creat⁹ videt in deo omnia:ſed aliqua ſic ⁊ aliqua non. iſtud aūt non valet. vnde ſciendū eſt q̄ quedam ſunt q̄ per diuinā eſſentiā naturaliter repſentanť ſicut omnes qdditates: ⁊ hec videnť neceſſario viſa diuina eſſentia. qd̄ patet primo ſic. quia que equaliter habēt repreſentari p diuinā eſſentiā: equaliter habēt videri per eam. ſed omnia talia equaliter habēt repreſentari per diuinam eſſentiam: ergo equaliter videri. minor probatur. quia eſſentia diuina equaliter repreſentat ea q̄ per eam ſm ſuam infinitatē repreſentanť. ſed eſſentia diuina ſm ſuam infinitatē hab3 naturaliter eſſe ſimilitudo omnia talia repreſentās. ergo et c̄. nec pōt dici q̄ diuina eſſentia ſub ratione vnius idee poſſit repſentare vnu3 et ſub ratione alteri⁹ nō repreſentare illud; q2 ab illo nō pēdet repreſentatio diuine eſſentie: quod ſequitur actū intelligēdi quo eſſentia diuina actu intelligitur. ſed idee ſunt hm̄oi quia intelliguntur conſtitui actu intelligēdi quo diuina eſſentia actu intelligitur vt imitabilis a diuerſis. ergo non pōt dici ex parte idee q̄ eſſentia diuina non equaliter repreſentet. Sed ad hoc dicunt quidā q̄ ſicut de⁹ pōt ſe oſtendere ſub ratione entis et veri ſine hoc q̄ oſtendat ſe ſub rōne boni et finis: et per conſequēs pōt videri et non diligi: ita pōt ſe manifeſtare et ſuſpendere actionem qua nata eſt creatura i ea videri. Sed hoc nihil eſt. quia vtrū q̄ qd̄ aſſumitur eſt impoſſibile. ſ. videri diuinā eſſentiā ſine ratione boni et ſine creatura. tum quia dato q̄ dicant verum: adhuc ſtat q̄ ſi deus non ſuſpendat actionem qua videtur creatura in eo: qua ratione videretur vna et alia: quia nō eſt proceſſus ab vno in aliud vel ab ignoto ad notum. et ideo vel omnes videbunť vel nulla. predicta aūt poſitio non ponit q̄ nulla: ergo omnes. Sed adhuc ad p dicta reſpondetur q̄ quia ad beatitudinē ſanctorum videntiū deum: ptinet videre in deo ea q̄ faciunt ad perfectione3 vniuerſi: ideo illa videntur non aūt alia que deus facere pōt. ſed nec hoc valet. quia licet in cognitione per medium creatum intellectus magis determineť ad cognoſcendu3 iſta q̄ illa: tamen illa cognitione q̄ eſt per diuinā eſſentiam: nō magis cognoſcunt hec q̄ illa: quia ſm mediū cognitionis iudicandū eſt de cognitione. ſed medium eſt eſſentia diuina q̄ equaliter ſe habet ad repreſentandū hec ⁊ illa. ergo cognitio q̄ fit per diuinam eſſentiam: non plus reſpicit pfectionē iſtius vniuerſi q̄ alia. ¶ 2°. patet hoc ſic. quia omnis creatura ſm q̄ habet eſſe in deo: eſt creatrix eſſentia. ergo equaliter ſe habet vt videatur per creatricem eſſentiam. ¶ 3°. quia maius ē videre infinitatem diuine eſſentie: q̄ entitatem cuiuſcū q̄ creature. ſed itellectus beatus efficitur potens videre infinitatem diuine eſſentie. ergo multo plus efficitur potens videre in ea omnem creaturam etiam poſſibilem. et ſic nō eſt dare vnde ſtatuatur numerus determinatus viſibiliu3 in diuina eſſentia quin omnia videantur. Si dicať q̄ plus eſt videre diuinam eſſentiam et res in diuina eſſentia q̄ diuinam eſſentiam tantum: nō valet cum omnia videantur per idem medium. per idem etiam patet q̄ ſi ſpecies rerum ſunt multiplicabiles in infinitum: non eſt inconueniens intellectum creatum ſimul videre eas per tale medium infinitum. ¶ 4°. arguit contra probationē concluſionis dicens. nec tamen ſequitur q̄ intellectus creat⁹ licet videat omnia que naturaliter repreſentantur in diuina eſſentia: comprehendat eam. quia quantitas cognitionis poteſt attendi extenſiue penes numerum cognitorum. et intenſiue ſcilicet penes maiorem limpiditate3. licet autem intellectus creatus videat tot in deo quot ipſe deus q̄m ad quidditates creataru3 rerum: non tamen videt equali limpiditate. quia deus videt ſe et relucentia in ipſo infinita limpiditate: intellectus autem finita. et vnus beatus videt limpidius alio: licet omnes equaliter videāt q̄m ad numerum cognitorum. et quia deus eſt claritas infinita: nullus intellectus creatus comprehēdit eu3 niſi intelligat ipſum limpiditate infinita quod eſt creature impoſſibile. ¶ 5°. arguit contra illud qd̄ adducitur de principio reſpectu concluſionum. dicit enim q̄ hoc non eſt ſimile. quia in principio ex quo concluſiones deducimus: non habet cognoſci ipſe concluſiones in actu et ſub proprijs rationibus ante pertractationem vel perſcrutatione3 principij: ſed in virtute et in potentia. et ideo poteſt cognoſci principium ignorata concluſione. et ſic perfectius cognoſcit principium qui cognoſcit principiū et concluſiones: q̄ qui cognoſcit principium tantum. ſed deus eſt ratio cognoſcendi ſimul et diſtincte in eo omnia que in eo relucent. et ſic eodem actu ſine aliqua pertractatione vel perſcrutatione habent cognoſci deus et que in eo relucēt. et ideo nō eſt pfectius cognoſcere deū cum his que relucēt in eo: q̄ cognoſcere ipſum tm̄. q2 non contingit cognoſcere vnum eorum in actu ⁊ aliud in potentia: ſicut eſt de principio et concluſione. ¶ Sed contra hoc eſt quod dicit auguſtin⁹

de videndo deū: q deus eſt ſpeculū voluntarium et ſi vult videt et ſi nō vult nō videtur. et dicēdū eſt q̄ꝫ ad hoc q deus ē ſpeculū volūtariū inq̄ꝫ q̄ ad viſionē eſſentie diuine ſi vult videt et ſi non vult non videt. ſed ſuppoſito q videatur: non poteſt fieri q videatur q̄ꝫ ad vnū et lateat quo ad aliud q̄ꝫ ad ea que nata ſunt naturaliter repſentari in eo. loquendo autem de viſione qua deus videtur per creaturas mediantibus quibus fiūt alique reuelationes ſanctis in vita iſta: poteſt videri quo ad vnum et non quo ad aliud ſicut placet. et de tali viſione loquitur ibi auguſtinus. alia autem ſunt que non ita naturaliter habent repſentari per diuinam eſſentiā ſicut quod hic proponit facere vel illud taliter et tali tempore: et producere vel non ꝑducere ea q̄ libera voluntate ꝑducit et poteſt non producere: et potuit etiam abſolute velle et non velle ſe facturum talia. et hec nō videntur niſi q̄ꝫ deus vult. qualiter autem lateant vt ſunt talia et qualiter poſſunt de nouo reuelari ſine mutatione beatitudinis: alterius negocij eſt. et de his poteſt intelligi illud ꝑma Cori. 2. que ſunt hominis nemo nouit niſi ſpiritus hominis qui eſt in eo. ita et que dei ſunt nemo nouit niſi ſpiritus dei. ſic ergo patet q videns deū: videt in eo omnia naturaliter relucētia ſicut ſunt rationes quidditatiue rerum. non autem ea que ſubſunt diuino propoſito. ſ. quid intendit facere circa res et quid non. et quia primū ad eſſentiā beatitudinis pertinet non ſecundū: ideo ad perfectā beatitudinem creature ſufficit omnia cognoſcere quo ad primū. hec godofredus ī forma. ¶ Cōtra eandē cōcluſionē arguit durādus dicens. beatus videns diuinā eſſentiam cognoſcit in ipſa omnes res creatas et creabiles cognoſcēdo q̄d ſunt. ſed de nulla cognoſcit an ſit ex natura cognitiōis diuine eſſentie. ad cuius probationem premittendum eſt qualiter res create repreſentantur intellectui per diuinam eſſentiam. quo viſo probabit intentum. Quantum ad primum ſciendum eſt q res create non repreſentantur in diuina eſſentia ſicut res obiecte videntur in ſpeculo: nec ſicut determinata in principio vniuerſali ſylogiſtico: ſed ſolū ſicut creabile in ſuo principaliter creatiuo. ꝑmum patet. quia illud quod repreſentatur in ſpeculo: repreſentatur in ipſo quaſi ab alio impreſſū vel ab eo reflexum ſm duas opiniones que ſunt de imagine ſpeculi. nam quidam dicunt q in ſpeculo eſt vere imago impreſſa ab obiecto. alij dicūt q ſolum ab ipſo reflectitur imago vel ſpecies ad oculum. ſed in diuina eſſentia nihil eſt impreſſum a creaturis vel quocūq alio. nec aliquid eſt ab ea reflexum vt ſic per talem impreſſionem vel reflexionē aliq̄ res creata poſſit videri. ergo res create non repreſentantur in diuina eſſentia ſicut in ſpeculo accipiendo proprie ſpeculum: quia large quandoq vocat ſpeculum omne illud in quo aliquid ſpeculamur qualitercunq: ſiue clare vt in filio cognoſcit pater. vnde et filius ſpeculū patris dicitur ſapientie. 7°. candor eſt enim lucis eterne et ſpeculum ſine macula. ſiue obſcure ſicut in creaturis ſpeculamur deū. de qua ſpeculatione ꝑma Corin. 13. videmus nunc per ſpeculū in enigmate. ſed proprie accipiendo ſpeculū prout diſtiguitur contra alia repreſentatiua: verum eſt q in eſſentia diuina non repreſentant res create ſicut in ſpeculo. Secundum patet. ſ. q in ipſa non repreſentant res create ſicut concluſiones in principio vniuerſali ſylogiſtico. quia per principiū vniuerſale et ſylogiſticū nō repſentat aliq̄ cōcluſio particularis in actu et determinate: niſi facta applicatione et ſumptione ſub ipſo. ſed ſolum in vli et in potētia. ſed ī eſſentia diuina repreſentant creature determinate abſq quacūq deductione et applicatione. ergo nō ſic repſentant res in diuina eſſentia ſicut cōcluſiones repſentant in pricipio vli. Ex quo ſequitur q licet clarius videns principiū ſylogiſticū poſſit ꝑ ipſum cognoſcere plures concluſiones quia ſcit facere plures applicationes et deductiones q̄ꝫ vidēs minus clare: tamē iſtud locum non habet in videntibus diuinam eſſentiam que in actu et determinate repreſentat alias res abſq quacūq applicatione ⁊ deductione. Reſtat ergo tertiū. ſ. q res create repreſentātur a diuina eſſentia ſicut cauſa repreſentat effectū. et ex hoc patet quod dictum eſt. ſ. q intellectus beatus vidēs diuinā eſſentiā: videt in ipſa omnes res creatas et creabiles q̄ꝫ ad id quod ſunt. quod ſic probari poteſt. intellectus beatus videns clare et mūde diuinam eſſentiam: videt in ipſa omnia q̄ per ipſam naturaliter et ex neceſſitate repreſentant. ſed diuina eſſentia repſentat naturaliter et ex neceſſitate omnes res creatas ⁊ creabiles q̄ꝫ ad id quod ſunt. ergo et cē. maior patet. quia ex parte repreſentationis non eſt impedimentum cum repſentet naturaliter et ex neceſſitate determinate. nec ex parte intellectus cui fit repreſentatio: quia ex quo poteſt in eſſentiam repreſentantem: poteſt in omnes res per eam repreſentatas. minor probatur. q enim diuina eſſentia repreſentet determinate omnes res exiſtentes et poſſibiles q̄ꝫ ad id quod ſunt: non eſt dubium quia aliter deus non cognoſceret per eſſentiam ſuam omnes res exiſtentes et poſſibiles. ſed q repreſentet illas

naturaliter et ex neceſſitate: ꝓbatur ſic. quia diui
na eſſentia repreſentat res creatas ſicut cauſa rep
ſentat effectū. ſed diuina eſſentia eſt cauſa ſm po
tentiā omniū rerū qꝫm ad id qꝺ ſunt naturalit ⁊ ex
neceſſitate: licet nō ſit cauſa actu ꝓducēs niſi libe=
re. eſt enī in potētia diuīe volūtatis ꝓducere quā=
libet rem. ſed nō eſt in libertate diuine volūtatis
habere potētiam ꝓducēdi quālibet rē. imo ex na=
turali ꝑfectione diuine eſſentie eſt hr̄e potentiam
omnia ꝓducēdi. ſicut aūt cauſa ſm actū ꝓducit ef
fectum q̊ ad eiꝰ exiſtentiā: ita cauſa ſm potentiam
reſpicit effectū ſm eſſentiā vel qꝫm ad illud qꝺ eſt.
quia ſicut ex parte cauſe eſt ꝓductiuū et ꝓducens
ita ex parte effectus eſt ꝓducibile ⁊ ꝓductū. quo=
rum ꝑmum reſpicit eſſentiā abſolute. ſecundū ve=
ro reſpicit eſſētiaꝫ ſub actuali exiſtētia. ſicut ex ꝑte
cauſe ꝓductiuū reſpicit potētiā abſolute: ꝓduce=
re aūt reſpicit eandeꝫ cum reali actione. res ergo
creabiles qꝫm ad id quod ſunt: eſſentialiter neceſ=
ſario repreſentant̄ ꝑ eſſentiā diuinā vt eſt virtus
ꝓductiua. ſed qꝫm ad actionē extraneam repſentā
tur libere ꝑ eſſentiam diuinā vt eſt actu volens ꝓ=
ducere et ꝓducens. patet ergo minor. ſequit̄ er=
go ꝯcluſio. ſ. ꝙ intellectus diuinā eſſentiā videns
videt ī ea omnia alia qꝫm ad id quod ſunt. ſcit enī
de quolibet ente ſiue ſit naturale ſiue ſupnaturale
quid eſt ꝑfecte. vt quid ē homo vel aſinꝰ: gr̄a vel
gloria vel affectio et ſic de ſingulis: non ſolū in ge
nerali. ſcit enim quilibet beatꝰ nō ſolum quid ē ho
mo quia ē quoddā compoſitū ex aīa et corꝑe: ſed
etiam quid ē hic homo: quia eſt quoddā cōpoſitū
ex hac anima et hoc corꝑe. nō tamē ſcit an homo
vel hic homo ſit in rerū natura quia hoc depēdet
ex voluntate diuina: nec preſentatur neceſſario
in eſſentia diuina. deus tñ ſciens eſſentiā ſuā: non
ſoluꝫ ſcit de rebus quid ſint: ſed etiā an ſint vel fa=
cte ſint aut future ſint. et huiuſmodi cauſa aſſigna
tur ab aliquibus quia deus nō ſolum nouit eſſen=
tiam ſuam vt repreſentat res neceſſario qꝫm ad id
quod ſunt: ſed etiā nouit plenarie volūtateꝫ ſuaꝫ
ꝑ quam res in actu ſunt vel fuerunt vel preterie=
runt. ¶ Sed contra hoc inſtatur. quia voluntas
non fertur niſi in precognitū. ergo voluntas diui
na nō vult aliq̄d eſſe vel fore: niſi ſit precognitum
ab intellectu diuino. ergo intellectꝰ diuinus nō ac
cipit cognitionē ꝺ rebus ex hoc ꝙ cognoſcit actuꝫ
voluntatis: ſed eius voluntas exit in actum volē
di rem aliquam fore vel nō fore ex precognitio=
ne intellectꝰ. quod concedēdū eſt. intellectus enī
diuinus nouit pleniſſime diuinā eſſentiaꝫ. et ideo
nouit de rebus creabilibus nō ſolum q̄d ſunt vel
ꝙ eſſe poſſunt: ſed qualiter ſe habeāt vel habere

poſſint ad condecentiaꝫ bonitatis diuine. et ideo
ſeipſo vt praticus eſt: dictat quid et quando ali=
quid ſit ꝓducendū ad manifeſtationē diuine bo=
nitatis et ꝑfectionis. ad cuius dictamē ſm noſtrū
modū intelligēdi: diuina volūtas inclinat̄ et po=
tētia exequit̄. et ſic intellectꝰ diuinꝰ ſcit quicq̄d di=
uina voluntas vult fore vel nō fore: vel quid erit
vel non erit. ſed talē cognitionē de exiſtētia rerū
non habet ex hoc ꝙ cognoſcit actū voluntatis: ſ;
ſeipſo priꝰ dictat quid erit vel nō erit ſm decētiaꝫ
diuine bonitatis. et illud idē diuina volūtas vult
et potētia exequit̄. et quāuis beati ex natura viſio
nis beate non videāt res creatas in eſſentia diui
na ita vt ſciāt de eis an ſint: tamē hoc ſciūt ꝑ aliaꝫ
cognitionē ſeu ꝑ cognitionē naturalē vel reuela=
tionem qꝫm ad eos attinet. et iſta cognitio ꝑtinet
ad beatitudinē eorū accidētalem. hec durandus
in forma. ¶ Cōtra eandē cōcluſionē arguit aureo
lus improbādo motiuū cōcluſionis dicēs. nō im=
peditur quin vidēs diuinaꝫ eſſentiam videat oīa
ex hoc ꝙ diuina eſſentia ꝯprehendit̄. quod patet
ſic. ſi enim vidēs omnes effectꝰ virtutis diuine: cō
prehēderet diuinā eſſentiā: ſequit̄ ꝙ vidēs infini=
tatē dei intēſiuā: multo fortiꝰ cōprehenderet eam
cū intēſiua infinitas ſit ꝑfectior et intimior deo in
finitate extēſiua: imo ⁊ cauſa illius. ex hoc enī deꝰ
pōt cauſare ⁊ repreſentare infinitos effectꝰ: quia
eſt infinitꝰ intenſiue. et ſequeret̄ ꝙ vidēs duos ef
fectus: ꝑfectiꝰ cognoſceret deū q̄ȝ videns vnuꝫ ſo
lum. et quāto plures: tanto magis cognoſceret. ⁊
ꝑ conſequēs in qualibet reuelatione quā deus fa
cit beato: ꝑfectius deū videret. et ſic eſſentia vel
eiꝰ beatitudo intēderet̄. rurſus ſequeret̄ ꝙ vidēs
vnam creaturā a deo creari: cōprehēderet virtu=
tis ſue infinitatē: cum creatio habeat ꝓ cauſa ſolā
virtutē infinitā. adhuc deus viſus in quolibet gra
du: nō eſſet exemplar omnis creature: ſed viſus ī
minori eſſet exemplar vniꝰ: viſus aūt in maiori eſ
ſet exēplar alteriꝰ. et ſic nō poſſet deus lino reue=
lare ea que petro: niſi poneret ipm̄ in gradu beati
tudinis quē habet petrus. nec angelo inferiori ea
q̄ reuelat ſupiori. ſed hec omnia icōueniētia ſunt.
ergo vidēs oēs effectus qui ſubſunt vel ſubeſſe
poſſunt diuine virtuti: non comprehēderet eam.
Confirmat̄. quia omnes creature in eſſendo nō
adequant dei infinitatē. quare nec ſi ponant̄ om
nes cognoſci: adequarēt eius cognoſcibilitatem.
Et iterum cōprehēſio non attenditur penes hoc
ꝙ omnia que ſunt vel relucent in diuina eſſentia
cognoſcant̄: cum quilibet beatus videat exiſten=
tiam et diſtinctionem triū ꝑſonarū et quicq̄d eſt
reale in deo: cum ſimul ſint. et ꝑ conſequēs cōpre=
henderet.

hẽderet.ſed potius attẽditur penes claritatẽ et gradũ viſionis:quia nõ in tãta claritate et tãtuꝫ videt q̃ꝫᵐ viſibilis ẽ. nõ ſequit̃ ergo ꝙ vidẽs deũ et omnes eius effectus cõprehẽderet:quia non infinite deũ videret. Ad motiuũ autẽ opinionis dicẽdũ ꝙ aſſumit qḋ nõ eſt verũ.ſ.ꝙ vidẽs eſſentiã:per eam videat creaturas ſub ea ratione qua ẽ cauſa efficiẽs ⁊ que cõtinent̃ ĩ eis virtute.nõ videt aũt ſic:ſed potiꝰ tãq̃ꝫ exẽplar ⁊ idea. ſub quocũq̃ꝫ aũt gradu videat̃:oĩum eſt exẽplar. ⁊ iterũ in argumẽto cõmittit̃ fallacia cõſequẽtis. veruꝫ eſt enĩ ꝙ cognoſcẽs cauſam: pfectiꝰ põt cognoſcere plures effectꝰ: et cognoſcẽs pfectiꝰ pncipiũ põt cognoſcere plures cõcluſiões.ſed nõ ſequitur ecõuerſo ꝙ cognoſcẽs plures cõcluſiões:pfectius cognoſcat pncipiũ: aut cognoſcẽs plures effectꝰ cognoſcat pfectiꝰ cauſam.cuiꝰ ratio eſt.q꜡ principiũ in quolibet gradu cognituꝫ: eſt cauſa oĩum cõcluſionũ ꝓportionabiliter: tũ q꜡ vt pfectiꝰ cognitũ:ẽ cauſa cognitionis pfectioris. ⁊ im pfectiꝰ cognituꝫ: ẽ cauſa ipfectioris. quãto ergo quis pfectiꝰ videt diuinã eſſentiã: pfectius videt creaturas dũ ſibi reuelant̃. ſed nõ ſequit̃ ecõuerſo:q꜡ viſa eẽntia in eodẽ gradu: poſſũt plura reuelari ⁊ cognoſci et p cõſequẽs oĩes. ¶ Cõtra ſecũdã cõcluſioneꝫ arguit aureolus ꝓbãdo ꝙ ſi creature videntur in diuina eẽntia ſeu ĩ verbo eadẽ viſione et eodẽ actu quo videt̃ verbũ: ineuitabile ẽ quin vidẽs diuinã eſſentiã: videat omnẽ creaturã. nec poterit alternatim nũc videre vnã creaturã et nũc aliã:ſed qua ratione videt vnaꝫ videt aliã et p cõſequẽs omnes. hoc ꝓbo inquit dupliciter. primo ſic. omnis diuerſitas q̃ eſt circa obiecta in eſſe cognito ⁊ in eſſe intẽtionali: reduci habet neceſſario ad diuerſitatẽ in actu cognitiuo ſm ſuũ eſſe reale. hoc patet. q꜡ eſſe intẽtionale nihil ẽ in ſe:ſed totũ ſuũ eſſe eſt ex actu cognitiuo. et ratio ẽ q꜡ eſſe ĩtentionale eſt tãtũmodo ens rationis. ergo impoſſibile ẽ ꝙ fiat de nouo eſſe intẽtionale niſi p actũ realẽ cognitiuũ: vel ꝙ fiat variatio in iſto niſi fiat in illo. alioqui eſſet p ſe ens in eſſe. et p cõſequẽs eſſet ens reale ⁊ nõ rationis tãtũ. ¶ Et cõfirmat̃. q꜡ nulla actione põt attigi imediate ⁊ directe: ſed attingit̃ actiõe pattingẽte actũ cognoſcẽdi. ad cuiꝰ poſitionẽ vel variationẽ ponit̃ ⁊ variat̃ eẽ cognitũ aut hoc vl̃ illḋ cognitũ ex tali vel tali cognitione. a quo enĩ res habet vt ſit: ab eo habet vt tale vl̃ tale ſit. ſed ad variationẽ actꝰ viſionis diuine eſſentie: nõ habet reduci illa varietas vel diuerſitas qua nũc videtur ſola eſſentia ſine creatura: nũc aũt cũ aliqua creatura: et nũc illa videtur nũc iſta creatura: et nũc vident̃ pauciores nũc plures. ergo neceſſariũ eſt ſi illa viſione qua videtur diuina eſſentia videtur creatura: ꝙ omnes creature videãtur. ꝙ aũt ad variationẽ beatifice viſionis qua videt̃ diuina eẽntia nõ poſſit reduci illa diuerſitas: patet. quia vel reduceret̃ ad diuerſitatẽ ſpecificam vel numeralẽ in eodẽ gradu: vel ad intenſioneꝫ actus et remiſſionẽ actꝰ. nõ põt aũt reduci ad diuerſitatẽ ſpecificã: quaſi actꝰ quo videtur diuina eſſentia nũc cum vna creatura nũc cum alia nũc cũ pluribꝰ nũc cũ paucioribꝰ nũc cũ creatura nũc ſine creatura: ſit alteriꝰ ſpeciei. quia cuꝫ q̃libet ſit beatificꝰ: ſequeretur ꝙ eſſent plures actꝰ beatifici differẽtes ſpecie. et ꝙ in qualibet reuelatione variaret̃ beatꝰ ſm ſpeciẽ et ſua beatitudo: et eẽt beatꝰ ſicut camerleonta quod ẽ incõueniẽs. nec põt reduci ad ſolã diuerſitatẽ numeralẽ manẽte idẽtitate ſpecifica: q꜡ ex quo eẽnt eiuſdẽ ratiõis ⁊ eiuſdẽ gradꝰ: haberẽt idẽ obiectuꝫ ⁊ in eodem gradu ac eodẽ modo. et ita nõ plures nec pauciores creature attingeret̃ p vnũ actũ q̃ꝫ p aliũ. nec põt reduci ad intẽſionẽ ⁊ remiſſionẽ. tum q꜡ in quocũq̃ꝫ gradu videt̃ diuina eſſentia: ſufficiẽter repreſentat omnẽ creaturã cum ſit exẽplar indiuiſibile qḋ totuꝫ attingitur in quocũq̃ꝫ gradu claro vl̃ minꝰ claro cognoſcatur. tũ q꜡ nõ poſſet deus aliquid reuelare ſibi de nouo: quin intenderet eſſentialẽ beatitudinẽ eius. nec poſſet ſibi mãifeſtare tot creaturas quot videt petrꝰ in verbo: quin poneret eũ in gradu beatifico petri qḋ eſt incõueniẽs. ergo ad nullã diuerſitatẽ actꝰ viſionis reduci põt ꝙ nũc plures nunc pauciores creature cognoſcãtur. ¶ 2°. ꝓbat eandẽ condicionalẽ ſic. impoſſibile ẽ actũ cognitiuũ ad obiecta ſecũdaria aliter ſe habere: niſi aliter ſe habeat ad obiectũ primuꝫ qḋ eſt exẽplar ⁊ ratio cognoſcẽdi. ⁊ hoc patet. q꜡ nulla varietas ẽ in effectu: qui habeat reduci ad cauſaꝫ maxime in cauſalitate formali ⁊ exẽplari. ſed actꝰ viſionis quo videtur diuina eſſentia ⁊ cuꝫ hoc creatura: non ſe habet aliter ad obiectuꝫ primũ qḋ eſt exẽplar. ⁊ ideo ratio cognoſcẽdi creaturas ſi debẽt videri nũc plures nũc pauciores: cõſtat ꝙ non põt ſe aliter habere ad diuinã eſſentiã: niſi quia nũc intẽſius nũc remiſſiꝰ feratur in eam: vel q꜡ nũc vnũ nũc aliud videt de ea. et primũ nõ põt dari: quia oportet actũ intendi et remitti ex manifeſtatione nũc pluriũ nunc paucioꝝ creaturaꝝ. nec põt dari ſecũdũ: cum in diuina eſſentia nõ ſit aliud ⁊ aliud ipſa exiſtẽte in fine ſimplicitatis. ergo nulla diuerſitas ẽ in actu reſpectu diuine eẽntie que eſt exemplar ⁊ ratio cognoſcẽdi. ergo nec circa

creaturas poterit eſſe diuerſitas vt cognoſcant
nūc plures nūc pauciores. et per cōſequēs cog-
noſcerent omnes. hec ille. ⁊ finaliter cōcludit ꝙ
ſicut diuin⁹ intellect⁹ nō attingit creaturas tāꝗ
obiecta ſecundaria ſed illud ad quod terminat
eſt vnū ⁊ ſimplex. ſ. ſua eēntia qua attincta vnite
⁊ equipollēter omnis creatura ē cognita: ſic eſt
de intellectu creato beato: q2 vidēdo diuinā eēn
tiā videt omnia. nō quidē terminatiue ⁊ forma-
liter: ſed eminēter et cōtētiue quia videt diuinā
eſſentiā que eſt omnia eminenter et ſubſiſtenter
et contentiue.

Quātum ad arti
culū tertiū primo notanduȝ eſt
ꝙ ꝓut accipit ex dictis ſcti tho-
me in locis pro cōcluſione alle-
gatis ⁊ in pluribus alijs: dupli-
ratione diuina eēntia ē perfectiſſimū repreſenta
tiuū creaturarū. vna eſt quia diuina eſſentia ha
bet in ſe oēm perfectionē eſſendi. ac per hoc quic
quid ꝑfectionis ⁊ entitatis inuenitur in reb⁹ crea
tis aut inueniri pōt: diuina eēntia ꝑfectiſſime cō-
plectit. cū eniȝ de⁹ ſit ipm eſſe per ſe ſubſiſtēs: ni-
hil de ꝑfectione eſſendi pōt ei deeſſe. omniū aūt
reruȝ perfectiones ꝑtinēt ad ꝑfectionem eſſendi
prout. S. Tho. deducit. pᵃ. p. q. 4. ar. 2. ex quo
fit vt diuina eēntia ſit omniū rerū et entitatū ſuf
ficiēs repreſentatiuū. Alia ratione ē diuina eſſen
tia oīum rerū ꝑfectiſſimū repreſentatiuum. q2. ſ.
eſt oīum creaturarū cauſa ꝗᵐ ad omnia q̄ aliq̄d
entitatis ſunt in creaturis. in oīni aūt cauſa cōti
nētur virtute effect⁹ ad quos cauſa illa ſe exten-
dit: cum eius virtus ad omnes illos ſe extēdat.
idē eſt eniȝ dictu ꝙ virtus cauſe ad aliquos effe-
ctus ſe extēdat: et ꝙ ipi effectus in virtute cauſe
cōtineātur. ¶ Differunt aūt hi duo modi repre
ſentādi ꝗᵐ ad tria. primū eſt quia ſm primū mo
dū: eſſentia diuina eſt ꝑfectiſſimuȝ repreſentati-
uū non ſolū oīum ꝑfectionū et entitatū creatax
et creabiliū: ſed etiā oīum perfectionū increabi-
lium. ſ. diuinarū tam eſſentialiū ꝗ notionaliuȝ.
ſm vero ſecundum moduȝ quo eſſentia diuina
eſt repreſentatiua rerū: non repreſentat niſi res
illas ⁊ ꝑfectiones ad quas ſua potētia cauſatiua
ſe extēdit. ¶ Secūdum in quo differūt eſt q2 ſm
primū modum omnis entitas et ꝑfectio creatu-
rarū tā pro aliquo tēpore exiſtētiuȝ ꝗ etiā poſſi-
biliuȝ: actu ⁊ realiter cōtinetur in diuina eſſentia
ꝗuis nō ſm modū ꝓpriū creaturaruȝ qui defe-
ctū aliquem implicat: ſed ꝑfectiori modo. vnde
dioniſius quinto caᵒ de diuinis noibus: deus in-
quit nō quodā modo eſt exiſtēs: ſed ſimpliciter
et incircūſcripte totum in ſeipo eſſe vniformiter
ꝑaccipit. ē enim deus realiter ſapiēs fortis bon⁹
et ſic de ſingulis entis ꝑfectionibus. et per conſe
quēs actu et realiter diuina eſſentia eſt oīnis en-
titatis ⁊ realitatis creaturarū ꝑfectiſſimū repre-
ſentatiuū. Scōm vero modū ſecūdum ꝗᵐ eſt ex
ipſi⁹ ratiōe: nō hēt diuina eſſentia ꝙ ſit actu ⁊ rea
liter repreſentatiuū oīum creaturarū: ſed virtu
te tm̄. naȝ ex ea ratione qua de⁹ eſt cauſa omnis
creature: nō ei cōuenit ꝙ habeat actu realiter et
formaliter ētitates aut realitates omniū creatu
rarū. nō eni de ratione cauſe effectiue eſt ꝙ actu
⁊ realiter habeat in ſe effectus ſuos aut eox ꝑfe
ctiōes: ſed virtute dūtaxat. nā omniū que apud
nos hic inferi⁹ generant: celū eſt cauſa effectiua.
quocirca phs dicit. 2. phy. ꝙ ſol et homo gene-
rāt hoiem. et tū celuȝ nō habet in ſe actu et reali-
ter oīm iſtarū rerū inferiorū entitates et ꝑfectio
nes: ſed virtute tātū. q2. ſ. virtus celi ad produ-
cēdas oīum illox entitates et ꝑfectiones ſe extē
dit. ¶ Aliud vero in quo differunt modi repre-
ſentādi ſupra poſiti ē: quia repreſentatio diuine
eēntie ſm ꝓmū modū: fit ex neceſſitate abſoluta
q2 ex natura rei: quemadmodū et neceſſitate ab
ſoluta ⁊ ex natura rei diuina eſſentia habet in ſe
oīnes creaturarū entitates et ꝑfectiōes inꝗᵐ eſt
eēntia infinita ⁊ infinite ꝑfectionis. infinitū nāꝗ
eēntia ⁊ ꝑfectione: oīnem entitatē ⁊ ꝑfectionē cō
plectitur. Repreſentatio aūt diuine eēntie ꝑ mo
dū ſecūdū. ſ. inꝗᵐ eſt cauſa rerū: nō ē repreſenta
tio ex natura rei ſm ſe ⁊ abſolute. et ꝑ cōſequēs
neꝗ ē repreſentatio ex neceſſitate abſoluta: ſed
ex neceſſitate īmutabilitatiſ volūtatis diuine ⁊ di
uine ꝑordinatiōis. quē modū neceſſitatis theo
logi vocant ex ſuppoſitione. Probatur hoc. qm̄
oīnes res create ſunt a deo ꝓducte libere: nō ex
neceſſitate nature diuine: nā potuit de⁹ eas non
ꝓducere. ac ꝑ hoc nō ſunt neceſſario ꝓducte ex
neceſſitate abſoluta. Ex quo ſequit ꝙ eēntia di-
uina ſm ꝙ ē cauſa rex: nō eſt illarū repreſentati-
uū ex neceſſitate abſoluta. nā vt ſupra dictū eſt
nō alio modo effect⁹ repreſentātur i cauſa: ꝗ eo
mō quo in ei⁹ virtute cōtinent. cū aūt in virtute
creatiua ſeu cauſatiua dei: non cōtineātur res a
deo ꝓducte neceſſitate abſoluta eo ꝙ in virtu-
te dei cauſatiua rex non ſit talis ordinis neceſſi-
tas abſoluta ad rex ꝓductionē: cōſequēs ergo
eſt ꝙ diuina eēntia inꝗᵐ eſt cauſa rex: nō ſit eax
repreſentatiuū actu ⁊ diſtincte. verūtamē q2 ex
natura rei in diuina eēntia ē potētia creatiua re-
ruȝ: dici pōt ꝙ oīnes creature ſunt potētia ⁊ vir-

tute ĩ eſſentia diuina. ⁊ ꝑ cõſequẽs ꝙ eẽntia diuina ex natura rei ẽ in potẽtia ⁊ virtute repñſentatiuũ creaturaꝝ omniũ etiã poſſibiliũ produci.

¶ **Secundo** Notanduꝫ eſt ꝙ res vniuerſi ſiue create ſiue creabiles nõ repreſentant̃ in diuina eẽntia ſicut in ſpeculo: loquẽdo ꝓprie de ſpeculo in quo apparẽt imagines ab alio ĩpreſſe vel ab eo reflexe: ſm duas opiniones ꝺ imagine apparẽte ĩ ſpeculo q̃ ex neceſſitate videt̃ a vidẽte ſpeculũ. naꝫ vt. S. Tho. deducit. 2. li. ſen. diſ. 11ª. q. 2. ar. 4. ⁊ de veri. q. 12. ar. 6. in cor. de⁹ ſeu diuina eẽntia nõ ꝓprie ẽ rerũ ſpeculũ. qm̃ nihil in diuina eſſentia repreſentat̃ vel ꝑ reflexionẽ vel ꝑ impreſſioneꝫ ab alio. ⁊ ideo nec ex natura rei quicq̃d in ea repreſentat̃: videt̃ a vidẽtib⁹ diuinã eſſentiã. immo magiſ econuerſo res create ſũt ſpeculũ dei eo ꝙ in eis repreſentat̃ ⁊ cõſpicit̃. ſm illud Ro. 2°. inuiſibilia dei ꝑ ea q̃ facta ſunt ĩtellecta cõſpiciũt̃ ſempiterna quoq꜠ virt⁹ eius ⁊ diuinitas. quod ⁊ expreſſe dicit apl̃us pª Corin. 13. videmus ĩquit nũc per ſpeculũ ⁊c. i. per creaturas. Quod autẽ ſub noĩe ſapiẽtie fili⁹ in trinitate dicit̃ ſpeculuꝫ ſine macula ſapiẽtie. 7. nõ debet intelligi ꝙ ſit ſpeculũ creaturaꝝ: ſed ipſi⁹ patris ꝑut ſanctus thomas loco ꝑrime allegato ꝺ veritate notat. inq̃ꜩm in filio ꝑfectiſſime ẽ ⁊ relucet ſpecies pr̃is que eſt ipa natura diuina. Fallit igit̃ cõſequẽtia volẽtiũ ex neceſſaria repreſentatione qua ſpeculũ repreſentat imagines in eo reſultãtes cũctis ſpeculuꝫ vidẽtib⁹: inferre neceſſariã repreſentationẽ in diuina eẽntia oĩm rerũ q̃ in ea relucẽt. ita vt om̃es diuinã eſſentiaꝫ vidẽtes: neceſſario videãt om̃ia quorũ eſt ſufficiẽs repreſentatiuuꝫ. fallunt̃ certe iſti falſo putãtes ꝙ diuina eẽntia ſit ſpeculũ creaturarũ. Sed ⁊ ex abũdanti dicimus ꝙ ſuppoſito ꝙ de⁹ ſeu diuina eſſentia dicat̃ ſpeculũ creaturarũ improprie ⁊ abuſiue ſm ꝙ oẽ illud in quo aliquid videm⁹ ſeu ſpeculamur ſpeculũ dici poteſt nõ adhuc neceſſaria cõſequẽtia inferri poſſet ꝙ vidẽtes diuinã eſſentiã: viderẽt om̃ia quorũ eſt ſufficiẽs repreſentatiuũ. nã ⁊ ſi quoquo mõ diuina eſſentia ſpeculũ vocet̃ creaturarũ: dici debet ſpeculũ volũtariũ. in quo vt. S. Tho. dicit. 2. li. ſen. diſ. 11ª. q. 2. ar. 2. ad. 4m. et ĩ hac diſ. q. 2. ar. 5. ad. 6m. nõ videt̃ niſi qꝺ vult oſtẽdere. ſec⁹ aũt ẽ ꝺ ſpeculo materiali qꝺ ex neceſſitate nature repreſentat formas in eo relucẽtes. eſſentia aũt diuina q̃uis ex ratione nature ac naturali neceſſitate ſit ꝑfectiſſimũ repreſentatiuũ oĩm reꝝ quia naturaliter om̃ia in ipſa relucẽt: qꝛ tñ ſic volũtarie oſtẽdit ⁊ ſola gr̃a viſionẽ ſui vidẽtib⁹ tribuit ideo beati eẽntiã dei vidẽtes: nõ om̃ia q̃ naturaliter in ipſa relucẽt vidẽt: ſed illa tm̃modo q̃ dono gratie illis de⁹ vult oſtẽdere. qꝺ dñs ſignificauit Joã. 14. dicẽs. ſi quis diligit me: diliget̃ a patre meo ⁊ ego diligã eũ et manifeſtabo ei meipſum. Et cõfirmat̃. nã viſio dei clara: ẽ vita eterna ſm illud Joã. 17. hec eſt vita eterna vt cognoſcãt te ſoluꝫ verũ deũ ⁊ quẽ miſiſti ieſum xpm. vita vero eterna: ſola dei gr̃a datur quibus datur. iuxta verbũ apl̃i Ro. 6. dicentis. gratia dei vita eterna. ¶ Ex premiſſis ergo inferim⁹ ꝙ licet diuina eſſentia q̃ꜩm ẽ ex ſe naturalit̃ repreſentat oĩm rerũ entitates ac ꝑfectiones: nõ ideo conſequẽs eſt ꝙ quilibet vidẽs diuinã eſſentiã: videat in ea rerũ omniũ ꝑfectiones etiã q̃ꜩm ad ipſas rerũ naturas. et pari ratione nec omnes dei effect⁹ non ſolũ poſſibiles ꝓduci ſed etiam nec om̃es ꝓductos. Probatur hoc. qm̃ ſicut viſio diuine eſſentie ſolo dono gratie ⁊ ꝓ dei volũtate cõceſſa eſt beatis: ⁊ nõ equaliter omnibus ſed ſm magis et min⁹: iuxta qꝺ apl̃us dicebat pª Corin. 15. ſtella differt a ſtella in claritate: ita ⁊ viſio rerũ in diuina eſſentia: dono gratie dũtaxat ⁊ ex diuina miſericordia beatis tribuit̃: nõ equaliter om̃ib⁹ ſed ſm magis ⁊ min⁹ pro volũtatis diuine diſtributione ⁊ nõ ex naturali neceſſitate. Eſt aũt huius nr̃e deductionis fundamẽtũ ꝙ nõ eo modo videntur res in verbo ſeu diuina eſſentia a beatis quo ĩ ipa repreſentãtur. qm̃ repreſentãtur ĩ deo ex vi nature diuine q̃ eſt infinita ꝑfectione. ſed videtur a beatis ſola dei volũtate ⁊ ex mũere gratie. ac ꝑ hoc ſm ei⁹ beneplacitũ aliꝭs plura ⁊ aliꝭs pauciora de reb⁹ creatis in ſe oſtẽdit.

¶ **Tertio** Notãdũ eſt ꝙ ſicut intellectiuũ in hoĩe eſt quedã ꝑfectio cõtinẽs in ſe actu ⁊ formaliter ꝑfectionẽ vegetatiui ⁊ ſenſitiui: ita ratio diuinitatis in deo ẽ ſicut quedã ratio perfectionis totalis cõtinẽs in ſe actu ⁊ formaliter om̃es ⁊ ſingulas ratiões attributorũ diuinorũ. eadeꝫ nãq꜠ ratione qua de⁹ eſt de⁹: eſt ſapiẽs ⁊ iuſtus et potẽs ⁊ bonus ⁊ cetera om̃ia attributa. ita ꝙ ratio diuinitatis ẽ formaliter ratio ſapiẽtie iuſticie potẽtie ⁊ bonitatis ⁊ ſic de ceteris. qꝺ tñ de ſingulis rationib⁹ attributorũ nõ dicitur. nõ enĩ ratio iuſticie in deo eſt formaliter ratio bonitatis aut ratio ſapiẽtie etc̃. q̃uis iuſticia in deo ſit realiter ipa bonitas et ſapiẽtia. hm̃oi enim rationes apprehẽduntur ab intellectu vt quedã rationes partiales totalis perfectionis ipſius diuinitatis. quarum vna formaliter ideſt ſm ſui formalem rationẽ non includit aliam. Ex quibus infertur ꝙ diuina eſſentia ſub

ratione diuinitatis eſt propria et diſtincta ratio omnium et cuiuſlibet creaturarũ. non autẽ ſub ratione iuſticie vel ſapientie aut alicuius alioꝝ attributorum eſſentialiũ. ac per hoc ꝙ ſub ratione diuinitatis ẽ exemplar ⁊ repreſentatiuũ proprium ⁊ diſtinctum cuiuſlibet creaturaruꝫ. non auteꝫ ſub ratione ſapientie vel potẽtie aut aliorum attributorũ eſſentialiũ. Aduertẽdum tñ ꝙ ſicut li°. p°. diſ. 36. fuit deductum: eſſentiaꝫ diuinam eſſe propriuꝫ ac diſtinctum repreſentatiuũ cuiuſlibet creature: dupliciter põt intelligi. vno modo quia ſcilicet eſt principiũ ⁊ diſtinctũ ideſt diſtincto modo repreſentatiuuꝫ cuiuſlibet creature ꝗ̃ ſit repreſentatiuũ aliaruꝫ. ita vt diſtincta ratiõe ⁊ perfectione ſit repreſentatiuũ hu⁹ creature: ⁊ diſtincta ratione ac pfectione ſit repreſentatiuũ alterius et ſic de ſingulis creaturis. ⁊ ſub hoc intellectu diuina eſſentia ſm ſe abſolute ⁊ ex natura rei duntaxat: non eſt proprium ⁊ diſtinctum repreſentatiuum cuiuſlibet creature. imo eſt cõmune ⁊ indiſtinctũ omniũ creaturarum repreſentatiuũ. quia vna ratione ⁊ ſm vnam perfectionẽ tãtũmodo. ſ. diuinitatis eſt omniũ ⁊ ſingularũ creaturarũ cõmune repreſentatiuuꝫ. eo quia vt ſupra dictuꝫ eſt ratio et perfectio diuinitatis continet in ſe actu ⁊ formaliter om̄es ⁊ ſingulas pfectiones creaturarũ ꝗ̃uis modo eminẽtiori. Alio modo põt intelligi eẽntiam diuinam eſſe proprium ⁊ diſtinctũ repreſentatiuũ cuiuſlibet creaturarũ: quia. ſ. eſt omniuꝫ ⁊ cuiuſlibet repreſentatiuũ. nõ ſolum ꝗ̃$^m$ ad ea q̃ ſingulis ſunt cõia: ſed etiã ꝗ̃$^m$ ad illa q̃ vnicuiqꝫ creature ſunt propria ⁊ quibus ab alijs creaturis diſtinguitur ⁊ in hoc ſenſu eẽntia diuina ſm ſe ⁊ ex natura rei eſt omniũ ⁊ cuiuſlibet creaturarũ propriũ ac diſtinctũ repreſentatiuũ: pro eo ꝙ in diuina eẽntia ſm ſe ⁊ ex natura diuinitatis que eſt infinita perfectione: eſt plenitudo omniũ pfectionuꝫ totius ⁊ cuiuſlibet entitatis prout. S. Tho. deducit. p$^a$ p. q. 4. ar. 2. et. q. 14. ar. 6. et in pleriſqꝫ alijs locis. Unde ⁊ p$^a$. p. q. 55. ar. 3. ad. 3$^m$ ait. idem ſi ſit excellens: põt accipi vt propria ratio et ſimilitudo diuerſorum. ſicut in hoĩe eſt ꝓpria ratio vniuerſalis prudẽtie ꝗ̃$^m$ ad omnes actus virtutuꝫ. ⁊ poteſt accipi vt propria ratio particularis prudẽtie q̃ eſt in leone ad actus magnanimitatis: et eius que eſt in vulpe ad act⁹ cautele ⁊ ſic de alijs. ſimiliter ⁊ eſſentia diuina ꝓpter ſui excellẽtiã accipitur vt propria ratio ſinguloruꝫ que eſt in ea vnde ſibi ſingula ſimilãtur ſm ꝓprias rationes.

¶ Ex premiſſis ſecũdo inferimus ad propoſitũ noſtrum ꝙ quãuis eſſentia et potẽtia in deo ſint vna et eadẽ res numero: cõſideratis tñ proprijs ⁊ formalibus rationibus ſm quas eſſentia ⁊ potentia in deo diſtinguunt: amplior eſt ratio diuine eẽntie ꝗ̃ ratio diuine potẽtie. et per cõſequẽs amplior eſt ratio repreſentatiui in diuina eſſentia ꝗ̃ in diuina potẽtia. Probaꝛ hoc. quia vt ex ſupradictis patet: eſſentia diuina eſt pfectiſſimũ repreſentatiuũ actu et diſtincte omniuꝫ pfectionũ et entitatũ: non ſolũ creatarũ ⁊ creabiliũ ſed etiã increatarũ et increabiliũ. continet enim diuina eſſentia actu ⁊ formaliter nõ ſolũ perfectiões et entitates cõmunicabiles creature: ſed ⁊ ipſas infinitas et imẽſas pfectiones diuinas creaturis nõ cõmunicabiles ſed ſoli deo proprias. diuina aũt potẽtia ſub ratione potẽtie: nõ cõtinet actu ⁊ realiter om̄es rerum pfectiones ⁊ entitates: qꝛ nõ illas q̃ ſoli deo ſunt proprie non cõmunicabiles creature. nõ enim potẽtia dei ad res q̃ in deo et deus ſunt ſe extẽdit. vnde nec ipſarũ eſt repreſentatiuũ. ⁊ iteꝝ nec potẽtia dei ſub ratione qua eſt potẽtia: eſt actu ⁊ formaliter repreſentatiuũ rerũ creatarũ ⁊ creabiliũ: ſed virtute tm̄modo. qm̄ vt dictum eſt ſupra: in potẽtia dei ſub ratione potentie: nõ cõtinentur res ad quas potẽtia ſe extẽdit niſi virtute tñ.

¶ Quarto Notandum eſt ꝙ vt. S. Tho. deducit de veri. q. 20. ar. 4. in cor. nihil põt videri in aliquo niſi illo modo quo eſt in illo. cõtingit aũt multa eſſe in vno dupliciter. vno modo diuiſim ⁊ pluraliter: ſicut plures facies reſplẽdẽt in ſpeculo vnaqueqꝫ diuiſim: ⁊ ſicut plures hoĩes ſunt ĩ domo. alio modo vniformiter et ſimpliciter: ſicut plures effectus ſunt virtute in cauſa vel etiã concluſiones in principio et mẽbra in ſemine. quicunqꝫ aũt aliquid intuetur: cõſequẽs eſt vt illa videat que ĩ illo ſunt multipliciter et diuiſim. eo ꝙ vnũquodqꝫ ita offertur ſicut et illud vnũ in quo cõtinetur. et pro tãto qui videt ſpeculum: videt formas in eo reſultãtes. ſed qui videt aliquod vnũ non oportet ꝙ videat oĩa que ſunt in eo vniformiter ſiue vnite: niſi quãdo totã virtutẽ illi⁹ vni⁹ comprehẽdit. ſicut qui videt aliquod principiũ non oportet ꝙ videat omnes cõcluſiones in eo virtute exiſtentes: niſi forte illud cõprehendat. res aũt create ſunt in deo: non quidẽ multipliciꝫ ſed vnite vt dicit dioniſius. hec ſanctus thomas Ex quibus cõcluditur ꝙ neceſſariũ non eſt omnes videntes deũ ſeu diuinã eſſentiã: videre res omnes creatas q̃ in ea ſunt vnite et vniformiter niſi diuinã eſſentiã comprehẽderet quod eſt impoſſibile intellectui creato. naꝫ illud viſione aut

cognitione cōprehēditur: quod tam ꝑfecte cog
noſcitur quātū cognoſcibile ē. eſt autē cognoſci
bile ſm ꝙ eſt ens actu. deus aūt cuiꝰ eſſe eſt infi=
nitū: eſt ens actu infinitum. ergo et infinite cog=
noſcibilis eſt. nullus aūt intellectus creatus pōt
infinite deū cognoſcere cum eiꝰ ſubſtātia ⁊ virtꝰ
finita ſit. nam cuiuſlibet rei operatio: modum et
efficaciā habet ex ſubſtātia et virtute ipſius. Fa=
cit ad iſta qḋ. S. Tho. vbi ſup̄. ar. 5. dicit ꝙ cog=
nitio illiꝰ quod in alio cognoſcitur: dependet ex
modo cognoſcendi illud in quo cognoſcit̄. quē
admodū ſi quis cognoſcat aliquod principium
et in eo accipiat cognitionē cōcluſionū aliquarū
earū cognitio ex modo cognoſcēdi principium
depēdet. nam quāto aliquis principiū perfectiꝰ
cognoſcit: tanto plures cōcluſiones in eo intue
tur. ſed quātūcūꝫ tenuiter principiū cognoſcat
ſemper ſubſtātia ipſius principij remanet ei cog=
nita: eo ꝙ eſt id quod offert̄ per ſe et principali=
ter cognoſcēdum. vnde eorū quorū intellectui
offert̄ principiū vnū: omnes ipaꝫ ſubſtātiā prīci
pij cognoſcūt. nō aūt oīes eaſdem vel equales
numero cōcluſiones cognoſcūt: quia nō oīes
in modo cognoſcēdi principiū ſunt pares. ſic er
go qui deū per eſſentiā videt: totā dei eſſentiam
videt. quia nihil eſt eſſentie quod ab aliquo nō
ſit viſum: cū eſſentia diuina partē nō habeat. ſed
qꝛ cognoſcere creaturas in eſſentia diuina: depē
det ex modo cognitiōis ipſiꝰ eſſentie: ideo ſicut
impoſſibile ē ꝙ intellectꝰ creatus ꝑtingat ad per
fectū modū cognoſcēdi eſſentiā diuinam: ita im
poſſibile eſt ꝙ ꝑtingat ad cognoſcēdum omnia
que in diuina eſſentia cognoſci poſſunt.

¶ **Quinto** Notandum eſt prout ac
cipitur ex dictis. S. Tho.
p̊ª. p. q. 14. ar. 7. in coꝛ. et ad. 2ᵐ. ꝙ ꝓprie loquē
do aliud dictu eſt aliquid cognoſci in alio: et ali
ud cognoſci ex alio vel ꝑ aliud. nam qḋ cognoſ
cit̄ ex alio vel per aliud: cognoſcit̄ diſtincto actu
cognitionis ab actu quo illud cognoſcit. cū eni
cognoſcimꝰ effectū per cauſam vel ex cauſa: pri=
mo cognoſcimus cauſam: et deinde quaſi quo=
dā diſcurſu alio actu cognitionis cognoſcimus
effectū. et ita vnū ſeorſum ab alio cognoſcitur.
ſed quādo aliquid cognoſcit̄ ī alio: vtrūꝫ cog=
noſcit̄ eodē actu cognitionis: quāuis prius na=
tura cognoſcatur illud ī quo aliud cognoſcitur
referēdo prioritatē nature ad ipſa cognita non
ad eorū cognitionē cū ſit vna met numero vtri=
uſꝫ. vnde. S. Tho. de veri. q. 12. ar. 6. in coꝛ. vi
ſio inquit qua videt̄ deus vt ē rerū ſpecies pre=
ſupponit illā qua videt̄ vt ē in ſe eſſentia quedaꝫ
ſm ꝙ eſt obiectū beatitudinis. vnde impoſſibi=
le ē ꝙ aliquis videat deū ſm ꝙ eſt ſpecies rerū: ⁊
non videat eum ſm ꝙ eſt beatitudinis obiectū.
videre ergo aliquid ī aliquo vt verbi gratia effe
ctū in cauſa: eſt cognoſcere cauſam nō ſolū ꝙ̄ᵐ
ad ſui ſubſtātiā et ꝓprietates abſolutas: ſed etiā
in ꝙ̄ᵐ eiꝰ virtꝰ ſe extēdit ad ꝓducēdū effectū. ideꝫ
ē eē dictu effectū in ſua cauſa cognoſci ⁊ cauſaꝫ
cognoſci ſm ꝙ in ea eſt virtus ꝓducēdi talē effe
ctū. ex quo ſequit̄ ꝙ ꝑfectioꝛ ⁊ capacioꝛ ſit cogni
tio cauſe quādo ī ea effectꝰ cognoſcunt̄: ꝙ̄ ſi cau
ſa ꝙ̄ᵐ ad ſui ſubſtantiā preciſe cognoſcat̄. et ra=
tio eſt. quia cognitio effectuuꝫ in cauſa includit
in ſe et cognitionē effectuū et cognitionē cauſe.
¶ Ex quibꝰ inferimus ꝙ licet maius et ꝑfectiꝰ ſit
videre deum ꝙ̄ omnia alia: tñ maius ē videre ſic
deū ꝙ omnia in eo cognoſcant̄: ꝙ̄ videre ſic ipm
ꝙ nō oīa ſed pauciora vel plura in eo cognoſ=
cant̄. ⁊ hoc dicit expreſſe. S. Tho. p̊ª. p. q. 12. ar.
8. ad. 3ᵐ. Et cōtra gen. li. 3. ca. 56. Si autem res
create ⁊ creabiles repreſentarentur in diuina eſ=
ſentia multiplicit̄ et diuiſim ſub ꝓprijs formis eo
modo quo imagines repreſentantur in ſpeculo
materiali: nō eſſet maius videre in diuina eēntia
oīes ipſas res: ꝙ̄ videre diuinā eēntiā. ſicut nō
eſt aliquid maiꝰ aut difficiliꝰ videre imagines re
ſultantes in ſpeculo materiali: ꝙ̄ videre ipm ſpe
culum. ſed quia res oīes create et creabiles ſūt
in diuina eēntia vnite id eſt ſub vna tm̄modo foꝛ
ma repreſentate que ē diuina eſſentia in qua cō=
tinētur nō actu ſed virtute ſm ꝙ in ea exiſtūt ſi=
cut ī cauſa effectiua et exēplari: ideo nō ita ꝓrop
te et faciliter ac ex neceſſitate videntur a vidēti=
bꝰ diuinā eſſentiā: queādmodū nec cōcluſiones
in principio vniuerſali ſillogiſtico: qꝛ in eo cōtinē
tur non actu ſed virtute: nec vt multe ac diuiſe
ſed vnite. ideo nō ab omnibꝰ oīes vidētur: ꝙ̄=
uis principiuꝫ vniuerſale ab omnibꝰ videat̄: ſed
plus vel minus quilibet videt ſm ſui intellectus
lumē ⁊ virtutē. latēt enim in principio vniuerſa
li effectꝰ ſeu cōcluſiones: quedā plꝰ quedā minꝰ.
Nec valet cōtra hāc rationē ſcti doctoris quod
aliqui reſpōdēt dicētes ꝙ non ſimpliciter repre=
ſentant̄ res create in diuina eēntia quemadmo=
dū cōcluſiones in principio vniuerſali repreſen=
tātur: pro eo ꝙ in diuina eſſentia repreſentātur
creature determinate abſꝫ quacūꝫ ꝺductione
⁊ applicatione: ſed in ꝑncipio vniuerſali nō repre
ſentant̄ concluſiones determinate ⁊ in actu: niſi
facta applicatione ⁊ ſumptione ſub ipo prīcipio.
Sed certe hec illorū obiectio ꝓpoſitū nr̄m non
infirmat ꝓpter duo. primū eſt quia applicatio et

ſumptio concluſionum que fit in nobis ſub prin
cipio vniuerſali: prouenit ex eo ꝙ cognoſcũtur
concluſiones ex principijs et nõ in principijs. qui
mod⁹ cognitionis eſt per quẽdam diſcurſum ab
vno in aliud, put deductũ eſt in principio nota-
bilis. in quo diſcurſu fit applicatio principij ad cõ
cluſiones ⁊ ſumptio cõcluſionum ſub principio.
ſed in viſione beatifica: res create nõ videntur ꝓ-
prie loquẽdo ex eẽntia diuina ſed in diuina eẽn-
tia. ac per hoc ſimul et vno actu videntur cũ diui-
na eſſentia. et quia talis viſio non eſt cum diſcur
ſu: non proprie ibi locũ habet dicta applicatio vl'
ſumptio. Secundũ eſt. quia improprie et large
capiendo prefatam applicationẽ et ſumptionem
dicere poſſumus ꝙ in viſione beatifica eſt quidã
modus applicatiõis principij actiui. ſ. diuine eẽn
tie ad res creatas. et conſimiliter quidã modus
ſũptionis creatarũ rerum ſub ipſo principio in
ꝗ̃m diuina eſſentia ſe volũtarie repreſentat bea-
tis tanꝙ rerum creatarum principiũ: et beati lu-
mine glorie illuſtrati pertingunt ad huiuſcemo
di repreſentationẽ percipiẽdam: et ad vidẽdum
res creatas in diuina eẽntia ſicut in pricipio pro
ductiuo. in quo quidam modus applicationis
deſignatur principij ad eius effectus et ſumptio
nis effectuũ ſub principio. vnde. S. Tho. de ve-
ri. q. 12. ar. 6. in cor. ait. cognoſcere ergo eſſenti
am diuinã et ſpecies. ſ. rerum in ipſa reſultantes
nihil aliud eſt ꝗ̃ cognoſcere ipam in ſe et relatã
ad aliud. prius autẽ eſt aliquid cognoſcere in ſe
ꝗ̃ prout eſt ad aliud comparatũ. huiuſcemodi
aũt cõparatio quidam modus ẽ applicationis.

¶ Sexto Notãdum eſt prout accipit
ex dictis. S. Tho. in hac diſ.
q. 2. ar. 3. et de veri. q. 8. ar. 2. ꝙ illud proprie cõ
prehenditur: quod ſimul capitur cum omnibus
que eius ſunt. hoc aũt eſt illud vndiqꝫ habere in
cluſum. vnde oportet comprehẽſum cõtineri in
cõprehendẽte. quod aũt includitur ab alio mi-
nus eſt includẽte vel ſaltẽ equale. nõ eni vndiqꝫ
incluſum: excedere põt includentem illud. tunc
ergo aliquid per cognitionẽ dicitur comprehẽ-
di: quando cognitũ ex omni ſua parte cognoſ-
citur ita vt actus cognitionis nõ excedatur a re
cognita. exceſſus autem et equalitas: ad quãti-
tatem pertinẽt. vnde ſm duplicem quãtitatẽ eſt
duplex modus comprehẽſionis. ſ. ſm quantita-
tem dimenſiuam: quẽadmodum vas dicitur cõ-
prehendere aquã in eo incluſam. et iſte modus
comprehenſionis non eſt ad propoſitũ nr̃m: qꝛ
quantitas dimẽſiua locũ nõ habet in intellectu
qui ẽ virtus immaterialis. et preſertim ꝗ̃m ad vi-
ſionẽ diuinã q̃ neqꝫ ex parte potẽtie que ẽ imma
terialis et non vtens organo corporali: neqꝫ ex
parte obiecti: neqꝫ ex parte ſui: poteſt accipi ſm
quãtitatẽ molis. ali⁹ modus cõprehẽſionis ẽ ſm
quãtitatẽ virtualẽ. per quẽ modũ materia dicit
cõprehendere formã: quãdo forma nullam aliã
materiam perficere et formare põt ſed tota eius
formalitas aut actualitas cõtinet in ipa materia
quã informat. quẽadmodũ de materia celi phi
dicũt ꝙ totã ſue forme amplitudinẽ capit et con
cludit. et de iſto modo cõprehẽſionis ſcilicet ſm
quãtitatem virtutis: loquunt theologi dicẽtes
ꝙ nullus intellectus creatus comprehẽdere po
teſt ſua cognitione diuinam eẽntiam. Sed ani-
maduertendum ẽ ꝙ quãtitas virtutis alicuius
rei duplex eſſe põt. ſ. intenſiua ⁊ extenſiua prout
accipit ex dictis. S. Tho. p°. ſen. diſ. 17. q. 2. ar.
p°. et. 2°. et de virtu. in cõmuni. arti. 11°. ad. 10m.
quantitas intenſiua attenditur ſm rei perfectio
nem. intenſio enim quedam magnitudo eſt per
fectionis ſm quam attẽditur augmentum vir-
tutis. et de hac magnitudine auguſtin⁹ dicebat
6°. de trini. ca°. 8°. ꝙ in his que non mole mag-
na ſunt: hoc eſt maius eſſe quod eſt melius eſſe.
Alia eſt quantitas virtutis rei extenſiua que ac-
cipitur in comparatione ad illa ad que virtus ſe
extendit ſcilicet ad obiecta vel ad effectus. dici-
tur enim hoc modo maior vl' minor virtus: ſm
ꝙ ad plura vl' pauciora ſe extẽdit. Et ſm vtrũqꝫ
modum quantitatis virtualis poſſumus loqui
de comprehenſione cum querimus an beati vi-
ſiõe beatifica diuinam eſſentiã comprehendant.
Sed ſciendum ẽ ꝙ quia eſſentia diuina in viſio-
ne beatifica ẽ per ſe obiectum ſcibile: triplex quã
titas virtutis in ea poteſt conſiderari. vna in ip-
ſa pfectione diuine virtutis ſm ſe. et alia ſm effe
ctus ad quos diuina virtus ſe extendere poteſt.
et tertia ſub ratione ſcibilis aut viſibilis ꝗ̃m ſcili-
cet ad modum quo viſibilis eſt aut cognoſcibi-
lis. primus et tertius modus dicuntur ſm intẽ-
ſionem. ſecundus vero modus dicitur ſm extẽ-
ſionem. Hac autẽ diſtinctione premiſſa dicim⁹
ad queſtionem ſm mentẽ ſancti thome ꝙ capiẽ
do quantitatem virtutis diuine intenſiuam ſm
primum modum: quilibet beatus viſione beati
fica comprehendit diuinam eſſentiam et virtu-
tem: eo ꝙ totam eſſentiam et virtutem dei vi-
deat: ita vt nihil eſſentie aut virtutis diuine ſit
quod non videat. nam cum diuina eſſentia ſit
ſimpliciſſima: non poteſt aliquid eius videri et
aliquid non videri. quia quod non habet par-
tes: non habet aliquid et aliquid. vnde auguſ-

tinus in libro de videndo deum . totum inquit
comprehenditur videndo: quod ita videtur vt
nihil ipſiꝰ lateat videntē. quocirca. S. Tho. dicit
pᵃ. p. q. 12. ar. 7. ad. 2ᵐ. ꝙ nō ꝓpter hoc deꝰ incō
prehēſibilis dicitur: quaſi aliquid eiꝰ ſit quod nō
videatur. et in hac diſ. q. 2. ar. 3. ad. 3ᵐ. dicendū
inquit ꝙ totā eſſentiā diuinam ſancti videbunt
in patria: ſed nō totaliter. nō ita ꝙ aliquis modꝰ
ſit in deo quē nō videāt: vel aliquis modus ſit in
tellectus ipſorum qui nō conuertatur ad deuꝫ.
ꝙ autē virtus rei poſſit conſiderari ſm ſe preciſe
abſqꝫ reſpectu et ordine ad illa ad que ſe exten-
dit: notat. S. Tho. d veri. q. 20. ar. 5. ad. 3ᵐ. ait
enim ꝙ virtus cauſe vel principij dupliciter pōt
conſiderari. vno modo q̄ꝫᵐ ad ipſam ſubſtātiam
virtutis ſm ſe. alio modo pōt cōſiderari q̄ꝫᵐ ad
ea ad que virtus ſe extēdit ex quibus quantitas
virtutis accipitur. ex qua diſtinctiōe ibi infert ꝙ
anima xpi videt primo modo totā dei virtutem
ſicut et totā eius eſſentiā. nō tamen videt totam
dei virtutem ſecūdo modo: quia nō videt oīa
ad que diuina virtus ſe extendere pōt. ſecundo
vero modo qui accipitur ſm quātitatē virtutis
extēſiuam et tertio modo qui accipitur ſm quā
titatem intenſiuā q̄ꝫᵐ ad rationem ſcibilis: nullꝰ
intellectus creatus comprehēdit diuinā eſſentiā
quia videre nō pōt in eſſentia diuina omnia illa
ad q̄ virtꝰ dei ⁊ omnipotētia ſe extēdere pōt q̄ꝫᵐ
ad ſecūdū modū. nec ipſaꝫ dei eēntiā aut alia q̄ in
ea videt intellectus creatꝰ videre pōt taꝫ ꝑfecto
modo viſionis: quāto diuina eēntia viſibilis eſt
⁊ hoc q̄ꝫᵐ ad tertiū modū. naꝫ deus cum ſit actu
infinitus: infinite cognoſcibilis ē. nullꝰ aūt intel-
lectus creatꝰ pōt deuꝫ infinite cognoſcere: q̄ꝫuis
cognoſcat ipſum eſſe quid infinitum. Unde. S.
Tho. pᵃ. p. loco proxime allegato ad. 3ᵐ. dicit ꝙ
cū dicit deus videtur totꝰ ſed non totaliter: ad-
uerbium totaliter dicit modū obiecti. nō quidē
ita ꝙ totꝰ modus obiecti nō cadat ſub cognitio
ne: ſed quia modꝰ obiecti nō eſt modus cognoſ
cētis. quod exponēs ſubiūgit. qui igit videt de-
um per eſſentiā: videt hoc in eo ꝙ infinite exiſtit
⁊ infinite cognoſcibilis ē. ſed hic infinitus modꝰ
nō cōpetit ei vt. ſ. ipē infinite cognoſcat. ſicut ali
quis ꝓbabiliter ſcire pōt aliquā ꝓpoſitioneꝫ eſſe
demōſtrabilē: licet ipē eaꝫ demōſtratiue nō cog-
noſcat. Ad horū intellectū plurimuꝫ facit quod
ipſe deducit de veri. q. 8. ar. 2. in. cor. et ad. 3ᵐ.
¶ Ex quibꝰ inferimus ꝙ vbicūqꝫ ſanctꝰ thomas
dicit ꝙ ſi aliquis intellectꝰ creatus videret in ver
bo aut in diuina eſſentia omnes creaturas atqꝫ
vniuerſaliter oīa que in diuina virtute cōtinē
tur. i. oīa ad q̄ ꝓducēda diuina virtꝰ ſe extēdit
cōprehēderet diuinā eēntiā ⁊ virtutē: loquit de
cōprehēſione ſm pmū moduꝫ et ſecūdū: non de
tertio modo cōprehenſionis. nā ad cognitionē
omniū q̄ ſunt poſſibilia ꝓduci ꝑ diuinā virtuteꝫ
nō neceſſario infert ꝙ ipa eorū cognitio ex par-
te intellectꝰ cognoſcētis ſit oīi modo ita ꝑfecta
ſicut illa in deo cognoſcibilia ſunt ⁊ ſicut intelle-
ctus diuinus illa cognoſcit.

¶ Septimo Notādū ē prout. S.
Tho. deducit de po-
tētia dei. q. pᵃ. ar. 2. in cor. ꝙ q̄ꝫuis potentia dei
habeat infinitatē ex diuina eſſentia: tamē ex hoc
ipo ꝙ cōparat ad ea quoꝝ ē pncipiū: recipit quē
dā modū infinitatis queꝫ eſſentia ex ſui formali
ratione nō habet. naꝫ in obiectis potētie quedā
multitudo inuenit. in actiōe etiā inuenitur que-
dā intenſio ſm efficaciaꝫ agēdi. et ſic pōt potētie
actiue attribui quedā infinitas ſm cōformitateꝫ
ad infinitatē quātitatis ⁊ cōtinue et diſcrete. diſ-
crete quidē: ſm ꝙ quantitas potētie attribuitur
ſm multa vel pauca obiecta. ⁊ hec vocatur quā
titas extēſiua. cōtinue vero: ſm ꝙ quātitas potē
tie attenditur in hoc ꝙ remiſſe vel intenſe agit.
et hec vocatur quātitas intenſiua. prima auteꝫ
quātitas cōuenit potētie reſpectu obiectorū. ſe-
cūda vero reſpectu actionis. iſtorū enim duorū
actiua potētia eſt principiū. vtroqꝫ auteꝫ modo
diuina potētia eſt infinita. nā nūq̄ꝫ tot effectꝰ fa-
cit quin plures facere poſſit. nec vnq̄ꝫ ita intenſe
operatur: quin itēſius operari poſſit. intēſio aūt
in operatione diuina: nō eſt attendēda ſm ꝙ o-
peratio eſt in operante: quia ſic ſemper ē infinita
cum opatio ſit diuina eſſentia. ſed attendēda eſt
ſm ꝙ attingit effectū. ſic eni a deo mouētur que
dā efficaciꝰ quedam minꝰ efficaciter. ¶ Ex quibꝰ
inferimꝰ ꝙ ſm illū modū quo res create vidētur
in eſſentia diuina: videre infinitatē potētie diui-
ne que accipit i reſpectu ad obiecta. ſ. ad ea que
ſubſunt diuine potētie ſicut ad ꝓducta ⁊ produ
cibilia et etiā in reſpectu ad actionē potētie que
infinitas attēditur ſm efficaciā agēdi: preſuppo-
nit viſioneꝫ infinitatis diuine eſſentie ſm ſe cōſi-
derate: et viſioneꝫ infinitatis potētie quā habet
ab eſſentia diuina. Probatur hoc. quia ſicut vi-
dere res creatas in diuina eſſentia: eſt videre res
creatas vidēdo diuinā eſſentiā ⁊ eadem viſione
qua ipſa videtur: ita vt viſio diuine eſſentie ſit
ratio videndi res creatas prout in quinto nota
bili fuit deductum: ita videre infinitatē potentie
diuine reſpectu rerum creatarum et creabilium
eſt illam videre vidēdo infinitatem diuine eēn-

tie et infinitatem diuine potentie quā habet a diuina eſſentia ideſt in q̄ꝫm eſt idem om̄ino re cum ea. ſic vt viſio infinitatis diuine eſſentie et diuine potentie ẜm ſe conſiderate: ſit ratio videndi infinitatem diuine potentie ẜm ꝙ conſideratur in reſpectu ad res om̄es creatas et creabiles. qḋ autē eſt ratio alterius: preſupponitur ab eo ſaltem prioritate nature. Quia igitur videre in eſſentia diuina res omnes creatas ⁊ poſſibiles creari vel produci a deo quocūqꝫ modo: eſt videre infinitam dei potētiam intenſiue et extēſiue ẜm ꝙ ē rerum productiua: nam omnes huiuſcemodi res adequant diuinam potētiam quia totalitas obiecti adequat totalitatē potētie ẜm ꝙ eſt rerum ꝓductiua: cōſequēs eſt ꝙ qui videret in eſſentia diuina omnes res quocūqꝫ modo ꝓductas et ꝓducibiles per diuinam potentiam: videret et infinitatem diuine eſſentie et infinitatem diuine potentie: non ſolum q̄ꝫm ad id quod eſt: ſed etiam ẜm ꝙ eſt rerum productiua. hoc autē eſſet diuinā eſſentiam et diuinam potentiam intellectu cōprehendere. videre enim rei infinitatem: eſt rem ipſaꝫ infinitam viſu comprehendere. vnde et deus dicit̄ ſeipſum comprehendere: quia ſuam infinitatem perfecte videt. Et ex his rurſus inferimus ꝙ magis comprehenderetur diuina eſſentia et diuina potentia ſi in ea viderent̄ a beatis omnes res ꝓducte et ꝓducibiles quocūqꝫ modo: q̄ꝫ videndo diuinam eſſentiā et diuinā potētiam q̄ꝫm ad ſui naturam preciſe. contra opinionem quorundā dicētium ꝙ vidēs infinitatē dei intēſiuam. ſ. quā habꝫ ex ſui natura: multo fortius comprehenderet illā q̄ꝫ ſi videret dei infinitatem extēſiuā. ſ. in reſpectu ad eius effectus. Falluntur certe iſti non ſatis aduertentes ꝙ viſio infinitatis dei extenſiua quam beati habent viſione beatifica: preſupponit et implicat viſionē īfinitatis dei intēſiue modo ſup̄ expoſito. ſtaret aūt illoꝝ opinio ponēdo vtrāqꝫ viſionē ſeorſuꝫ ab alia. qḋ ī viſione btīfica nō cōtingit.

QUantū ad articulum quartū reſpondendū eſt ad argumēta cōtra cōcluſionez. Et quidē ad primum godofredi q̄ꝫm ad primum quod impugnat cōtra primā cōcluſionem: dicit̄ ꝙ quāuis idea nō ſit aliud re q̄ꝫ diuina eſſentia: diſtinguunt̄ tamen ratione. propter quā diſtinctionē quedā conueniunt eſſentie que nō conueniūt idee et econtra cōſideratis proprijs earū rationibus ꝓut latius dictum fuit li. p̄mo. diſti. 2. et. 23. vnde ſicut eſſentia diuina pōt a nobis conſiderari vt eſſentia ē nō conſiderando rationem idee: ita et poteſt videri a beatis id quod eſt eſſentia diuina: abſqꝫ eo ꝙ videatur ẜm reſpectuꝫ ad creaturas in q̄ꝫm. ſ. eſt ab eis imitabilis ex quo habet rationem idee. vnde ī argumento cōmittitur fallacia accidētis. accidit enim rationi diuine eſſentie ẜm ſe conſiderate: ratio idee. ac per hoc poteſt vnum ſine alio intelligi et videri. ¶ Ad id vero quod obijcit contra ſecundum quod impugnat: dicitur ꝙ aſſumptum ē falſum vniuerſaliter acceptum ſicut ab eo ponit̄. et ad eius primā probationem dicitur ꝙ minor ē falſa loquēdo de repreſentatione actuali quo ad nos. nec valet eius probatio nam aſſumptum eſt falſum. quia licet eſſentia diuina propter ſuam infinitatem habeat ꝙ naturaliter ſit omnium reruꝫ repreſentatiuum: non inde ſequitur ꝙ actualiter ſe omnibus naturaliter repreſentet. ſicut et naturaliter eſt rerum omniū poſſibiliuꝫ productiua: ẜ inde non ſequitur ꝙ omnes res fieri poſſibiles: ex naturali neceſſitate in eſſe producat ſed pro beneplacito ſue voluntatis. ſic quāuis diuina eſſentia ſit ex natura rei omnium reruꝫ repreſentatiua: nō ideo ſequitur ꝙ repreſentet omnia actu ex neceſſitate nature omnibus illam vidētibus. qꝛ q̄ꝫm ad actualem repreſentationem ſui et eorū que in ipſa ſunt: eſt repreſentatiuuꝫ voluntariū q̇ ad alios a ſe. ac ꝑ hoc illis tantūmodo quibꝫ vult et quātū vult et de quibus vult ſe repreſentat. quēadmodum etiā et corpore glorificati a quibus volūt vident̄ corporaliter: et a quibus nolunt nō vident̄ quamuis eorum corpora dēſa ſint et lucida. Reſpōſione autē prima et ſecunda quā arguēs introduxit: non indigemus ideo illā pretermittimus. ¶ Ad illud autē quod obijcit cōtra tertiū dicitur ꝙ procedit ex falſo ſuppoſito ſicut et precedens. ſ. ꝙ diuina eſſentia eq̄liter ſe habꝫ ad repreſentādū omnia quorū naturaliter eſt rep̄ſentatiuū. ꝺ cuiꝰ falſitate ſatis eſt dictū. ¶ Ad. 2m. negat̄ cōſequētia. ꝓcedit eniꝫ ex predicto falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ q̇cquid eſt in diuina eſſentia: videatur actu et diſtincte ab omnibus illam videntibꝰ. ¶ Ad. 3m. reſpōdet. S. Tho. p̄a. p. q. 12. ar. 8. ad. 3m. ꝙ licet maiꝰ ſit videre deū q̄ꝫ omnia alia: tamē maius eſt videre ſic deū ꝙ oīa in eo cognoſcant̄: q̄ꝫ videre ſic ipꝫ ꝙ nō omnia ſed pauciora vel plura cognoſcant̄ ī eo. q̄m multitudo cognitoꝝ ī deo: cōſequit̄ modū vidēdi ip̄m vel magis ꝑfectū vel minꝰ ꝑfectū. Sic etiā reſpōdet cōtra gen. li. 3o. caplo. 56. Nec valet huiꝰ reſpōſionis improbatio. nā licet omnia videant̄ in diuina eſſentia per idem medium: nō tamē per idem mediū equaliter oſtenſum et viſum ſed ẜm magis et minus. et de hoc latius dictuꝫ eſt

in primo et ſecūdo notabili. ¶ Ad. 4m. dicitur ꝙ ꝓbatio cōcluſionis cōtra quā arguit: ſufficiens eſt loquēdo de cōprehēſione ſm primū et ſecunduꝫ modū poſitos in ſexto notabili. de qua cōprehenſione ſanct⁹ thomas intelligit in ea ꝓbatione, put ibi dictū fuit. nō de cōprehēſione tertio modo ibi poſito de qua ꝓcedit argumentū. et ideo nō militat ꝯtra nos. ¶ Ad. 5m. dr̄ ꝙ cōſiderādo eſſentiā diuinā ſm ꝙ eſt cauſa rerū: falſum ē qḋ arguēs dicit nō eſſe ſimile. imo ē ſimile q̄ꝫm ad hoc ꝙ ſicut cōcluſiones virtute continent̄ in principio et vnite non actu diſtincte: ita et res create ſunt in diuina eſſentia, put ē earuꝫ cauſa virtute ac vnite et non actu diſtincte ſicut in p̄mo notabili deductuꝫ fuit. ſi vero cōſideret̄ eſſentia diuina ſm ꝙ includit in ſe actu et realiter omniū rerū ꝑfectiones eminentiori modo: ſic non eſt omnino ſimile. ſed ꝓbatio ſancti doctoris ꝓcedit ḋ eſſentia diuina p̄mo modo. ſ. ſm ꝙ eſt cauſa rerū. et ita valet ꝓbatio a ſimili. vnde minor argumēti ſm hāc cōſideratione diuine eſſentie: eſt falſa. et ideo argumentū nō ꝓcedit. loquēdo tamē ḋ diuina eſſentia, put in ſe cōtinet omniū rerū ꝑfectiones nō per moduꝫ cauſe ſed ſicut ens infinite ꝑfectiſſimū: argumētū nō eſt ad ꝓpoſitū ꝓbationis ſancti thome. ſed nec ſic cōcluderet ꝓpoſitū arguētis. qꝛ licet actu et realiter habeat in ſe omniū rerū ꝑfectiones et ſit earū repreſentatiuuꝫ: qꝛ tamē nō ex neceſſitate nature ſ; volūtarie ſe oſtēdit et repreſentat beatis: nō ſequtur ꝙ oēs oīa videāt quoꝝ diuina eſſentia ē repreſentatiuū. et de hoc ſatis dictū eſt. vñ reſpōſio ibi data ex vḃ auguſtini bona ē. nec valet ei⁹ ip̄obatio. nā falſus eſt intellect⁹ quē arguēs fingit ex dictis auguſtini. qm̄ eſſentia diuina nō appellatur ſpeculū qꝛ ſeipaꝫ rep̄ſentat: ſ; qꝛ in ea relucēt creature. queādmodū ꝛ ſpeculū materiale nō appellat̄ ſpeculū ꝓpter ſui oſtenſionē: ſed qꝛ ī eo imagines alioꝝ corpoꝝ reſultāt et oſtendunt̄. vñ cū auguſtin⁹ dicat eſſentiā diuinā eſſe ſpeculū voluntariū manifeſtū eſt ꝙ ſm volūtariā rep̄ſentationē rerū aliarū in ipſa relucētiū vocat eam ſpeculū voluntariū. nā ꝓpter ſui volūtariā rep̄ſentationē nō vere diceret̄ ſpeculū volūtariū: ſ; res viſa aut obiectū volūtariū. nec rurſus verū eſt ꝙ auguſtin⁹ ibi loquat̄ ḋ viſione qua de⁹ videt̄ p creaturas: qꝛ in tali viſione creature habēt rōnem ſpeculi nō de⁹. nec iterū de⁹ vere ꝛ ꝓp̄e dici debet ſpeculū creaturarū, put in ſecūdo notabili deductū fuit. ¶ Ad argumēta durādi cōtra eandē ꝯcluſionē dicit̄ ꝙ ī eo ꝙ dicit oēs res creatas et creabiles cognoſci in diuina eſſentia q̄ꝫm ad quid ſunt ab omnib⁹ ipſaꝫ videntibus: aſſumptum eſt falſum. et ad ei⁹ ꝓbationem concedimus primū. ſ. ꝙ res create nō videntur in diuina eſſentia proprie loquendo ſicut ī ſpeculo. ſed negamus ſecunduꝫ. ſ. ꝙ non vident̄ ī ea per modū quo in p̄ncipio vniuerſali cōcluſiones videntur. et ad eius ꝓbationē patet reſponſio ex his q̄ dicta ſunt in quinto notabili. cōcedim⁹ p̄terea tertiū eius dictū. ſ. ꝙ res create rep̄ſentant̄ in diuina eſſentia ſicut effect⁹ repreſentant̄ in cauſa. et cū ex hoc conceſſo procedit ad ꝓbandū ꝙ itellect⁹ beat⁹ vidēs clare et nude diuinā eſſentiam videt in ea oēs res creatas et creabiles q̄ꝫm ad id quod ſunt: dicim⁹ ꝙ ꝓceſſus eſt nullus. qm̄ maior ꝓpoſitio eſt falſa. nec valet eius ꝓbatio. quia quāuis ex parte repreſentātis nō ſit impedimētū ꝓpter inefficaciā repreſentādi: eſt tamē impedimentū ꝓpter defectū volūtatis ipſi⁹ rep̄ſentātis qꝛ nō vult omnia ſimplicit̄ omnib⁹ in ſe oſtēdere ſed q̄buſdā plura et q̄buſdā pauciora. et eſt hoc ipedimētum efficax ꝓ eo ꝙ eſt rep̄ſentās actu ſe ꝛ alia volūtarie. item ex parte intellect⁹ cui ſit repreſentatio eſt defectus capacitatis quaꝫ habet p lumē glorie quod non omnibus infundit̄ a deo equaliter ſicut nec omniū ſunt in hac vita equalia merita. vnde longus ꝓceſſus arguentis fundatur ſup falſo q̄ꝫm ad iſtam partem. ¶ Ad ea q̄ aureolus īducit quibus nitit̄ improbare motiuū ꝯcluſionis noſtre: patet reſponſio ex his que dicta ſunt ī ſexto et ſeptimo notabili. fundatur enim in duobus falſis preſuppoſitis. primū eſt ꝙ videre in eſſentia diuina omnes res creatas et creabiles: eſſet videre infinitatē dei extriſecā nō etiā et intriſecaꝫ qḋ ē falſum ſicut patet preſertim ex ſeptimo notabili. ſecundū falſum p̄ſuppoſitū eſt ꝙ comprehēſio dei nullo modo attēdit̄ niſi penes claritatē et gradū viſionis qꝛ. ſ. de⁹ nō videt̄ tā clare q̄ꝫm viſibilis eſt. hoc aūt nō eſt ſimplicit̄ verū ſicut patuit in ſexto notabili. ¶ Ad argumēta eiuſdē cōtra ſecūdā cōcluſionē: ad p̄mū dr̄ ꝙ aſſumptuꝫ eſt falſū q̄ꝫm ad p̄mā pteꝫ. et ad ei⁹ p̄mā ꝓbationeꝫ dicit̄ ꝙ ex toto eius ꝓceſſu nō aliud ꝓbat̄ niſi ꝙ in viſione btifica nulla eſt variatio et alteratio ita vt nunc videat̄ vnū in eſſentia diuina ꝛ poſtmodū aliud: qḋ nos gratis cōcedim⁹: ſed ex iſto cōceſſo nequaq̄ꝫ ꝓbat̄ qḋ arguēs ꝓpoſuit ꝓbāduꝫ videlicet ꝙ ſi creature vident̄ in diuina eſſentia ſeu in verbo eadē viſiōe et eodē actu q̄ videt̄ verbū: ineuitabile ē quin vidēs diuinā eſſentiā videat ī ea omnē creaturā. nā quod recta cōſequētia ex illo conceſſo inferri pōt hoc tantūmodo eſt ꝙ omnia q̄ vident̄ in diuina eſſentia: ſimul et ſemper et a principio viſionis videntur. hoc certe multuꝫ differt a propoſito arguētis. vnde dicimus ꝙ in actu viſionis beatifice

nulla eſt variatio nec alteratio circa quēlibꝫ beatum: et ꝙ plura vel pauciora q̄ a pricipio viſionis quilibet beatus videt in diuina eſſentia: ſemꝑ videt et ſimul oīa illa. ſ3 cū hoc ſtat ꝙ nec a principio viſionis nec poſt videt in deo oēs res creatas. ¶ Ad illud qđ vltimo infert de ſufficiētia repꝛeſentationis diuine eſſentie: reſpōſum eſt ſupra. qꝛ nō ꝓuenit ex ipſiꝰ inſufficiētia ꝙ beati nō videant omnia ſimpliciter: ſed ex cauſis ſup̄ tactis. ¶ Ad ſecūdā ꝓbationē dicit̄ ꝙ ꝓcedit ex dicto falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ idē dictu ſit res creatas videri in eſſentia diuina ſm magis et minꝰ et a quibuſdā pauciores: et dicere nūc videri plures et nūc pauciores. hoc aūt falſum eſt. qm̄ nūc et nūc diuerſitatē tēporis deſignāt circa eandē viſionem quā nos nō ponimus. videri aūt a quibuſdā plures a quibuſdaꝫ pauciores pluralitatē et diuerſitatē ponit viſionū in pluribus et diuerſis vidētibus. hoc autē dicere multum differt ab illo. ¶ Ad argumentum ante oppoſituꝫ reſpōdet. S. Tho. pª. p. q. 12. arti. 8. ad 3m. et in hac diſti. q. 2. arti. 5. ad. 3m. Et in hoc articulus terminatur.

# Diſtinctio quīquageſima.

Circa quinquageſimā et vltimā diſtinctionem quarti ſententiaruꝫ querit̄ vtrum aīa a corpore ſeparata aliquid cognoſcat vel intelligat: et arguitur ꝙ non. quia ſi anima ſeparata aliquid intelligit: opoꝛtet ꝙ per aliq̄s ſpecies intelligat. ſed non intelligit ꝑ ſpecies inatas quia a principio eſt ſicut tabula raſa in qua nihil ē ſcriptū. neqꝫ ꝑ ſpecies quas abſtrahit a rebus: qꝛ non habet organa ſenſus et imaginationis q̄bus mediātibus ſpecies intelligibiles abſtrahuntur a rebus. neqꝫ etiā per ſpecies prius abſtractas et in anima conſeruatas: quia ſic pueri nihil intelligerent poſt moꝛtem. neqꝫ etiā per ſpecies intelligibiles diuinitus influxas. hec eniꝫ cognitio nō eſſet naturalis de qua nunc agit̄: ſed gratie. ergo anima a corpoꝛe ſeparata nihil intelligit. ¶ In oppoſitum arguit̄. quia phs dicit in primo đ anima ꝙ ſi nō eſt aliqua opationū anime ꝓpꝛia: non cōtingit ipſam ſeparari. contingit autem animā ſeparari. ergo habet aliquam operationem ꝓpꝛiaꝫ et maxime eam que eſt intelligere. ergo intelligit ſine corpoꝛe exiſtens. ¶ In hac queſtione erunt quattuoꝛ articuli vt ſupra.

Quantuꝫ ad primū articulū ſit iſta ꝯcluſio ꝙ anima ſeparata naturali cognitione nō itelligit res ꝑ ſpecies quas a rebus accipiat poſt ſui ſeparationē a corpoꝛe: ſed bene per ſpecies poſt ſeparationē ſibi a deo influxas. Hāc cōcluſionē tenet. S. Tho. in hac diſ. ar. pº. Et. pª. p. q. 89. ar. pº. et. 3º. Itē de veri. q. 19. ar. pº. Et quodlibet. 3º. ar. 21.

Quantū ad articulū ſecundū arguēduꝫ eſt cōtra premiſſa. Et quidē cōtra cōcluſionē arguit ſcotꝰ ꝓbando ꝙ anima ſeparata nō omnia q̄ intelligit intelligat per ſpecies prius in corpoꝛe acquiſitas vel poſtea in ſeparatione ſibi influxas: ita ꝙ nullaꝫ acquirat extra corpus. Primo qꝛ et ſi non eſſet alia ratio niſi ex iſtis duobus principijs q̄ruꝫ primū eſt ꝙ plura non ſunt ponenda ſine neceſſitate. et accipit̄ a phō p̄mo phy. ſecunduꝫ eſt ꝙ de nulla natura ponendū ē qđ derogat eiꝰ dignitati niſi ſit euidēs ex alio cōuenienti nature ꝙ illud ſibi repugnat. et illud accipi pōt a phō ſecūdo đ generatione. ſemꝑ inq̄t dicimꝰ naturā deſiderare illud qđ meliꝰ eſt. et ſicut in toto vniuerſo: ita in q̄libet eiꝰ parte ponēdū eſt magis illud qđ ē ſibi melius ſi nō euidēter appareat illud ſibi nō cōuenire. nūc aūt hic ponit̄ pluralitas ſine neceſſitate. quia tales ſpecies īfluxe a deo vł angel̄: fruſtra ponūt̄. qꝛ iſta nā ſufficiēter hēt i ſe vñ poſſit attingere ad ſuā ꝓpꝛiā ꝑfectionē ſine talibꝰ datis īfuſis vł a deo vel ab āgelis. vñ hoc nō videt̄ niſi q̄daꝫ recurſus ad deū vł ad āgelos ꝑ hoc ꝙ nō capit̄ ꝑfectio illiꝰ nature in ſe. hec etiā opinio vilificat nāꝫ aīe ītellectiue. ſicut eni ſimplr ē nā vilioꝛ q̄ nullā opationē hēt: ita ꝓpoꝛtionabilit̄ illa videt̄ eſſe vilioꝛ q̄ in opationē ſibi ꝯuenietē nō pōt: q̄ꝫ illa q̄ pōt. aīa autē ſeparata ſm te ex ſibi intrīſecis etiā cū obiectis cōcurrētibꝰ: nō pōt in aliquā opationē ſibi cōuenietē: niſi deꝰ vel angeli dēt ſibi tales ſpēs. lapis autē ex ſibi intrīſecis ſine tali influxu mēdicato: pōt in opationē ſibi ꝓpoꝛtionatā qꝛ deſcēdit deoꝛſuꝫ et ibi q̄ſcit. ergo magis vilificat̄ aīa ſ3 ꝓpoꝛtionē ad ſuam nobilitatē q̄ꝫ natura lapidis. ¶ 2º. ſic. qꝛ

tu tenes alibi q duo accidētia eiuſdē ſpeciei non poſſunt ſimul eſſe. illa aūt ſpecies lapidis vt obiecti influxa: eſt eiuſdē ſpeciei cū ſpecie intelligibili acquiſita in corpe ab anima. hec ergo et illa influxa nō poterit manere: vel oportebit ſpeciē hic acquiſitā non manere. ſed ſecundū eſt falſum. q: ſi ſubiectū ꝓpriū illius ſpeciei ſit icorruptibile: et ipſa ſpecies in ſe poſſit icorrupta manere: ſequit q iſta manebit. ergo nō dabit iſti a deo vel angelo alia ſpecies lapidis. et p cōſequens vel nūq̄ poterit intelligere lapidē: vel poterit intelligere per ſpeciē priorē acceptā a rebus quod negat. Si dicas non dari ſpēm anime habēti prius ſpeciē acquiſitam: nō videt rationabile q illa ſpecie perfecta qualis dat alteri nō habēti: careat iſta aīa. et ſaltē hoc habet cōtra opinionē q alia intellectio ē tūc p ſpeciē pri a re acceptā. Si dicas formā infuſā et acquiſitam differre ſpecie ſicut virtutē acquiſitam et infuſam q̄ ſunt ſimul: nō valet ſimilitudo. tum q: ſuppoſitū de illis virtutibus eſt falſū. tum quia non eſt ſimile. quia virt infuſa habebit aliā propriam regulā q̄ acquiſita. vt ex alietate regule: poſſet poni alia virt ſm ſpeciem. q: virtus in eſſentiali ratione virtutis depēdet a regula cui cōformatur. hic autem nō poterit aſſignari differentia ſpecifica ſpeciei infuſe z acquiſite. quia non eſt hic differentia niſi tantūmodo principij effectiui vel modi efficiēdi. talis aūt non diſtinguit ſpecie vt dicit auguſtin. 3°. de trini. caplo. 9. ¶ 3°. quia actiuo ſufficienti z paſſiuo ſufficienter approximatis poteſt ſequi effectus. et ſi agens ſit naturaliter agens: ſequit effectus. nūc autē anima ſeparata habente lapidē vel aliud obiectum ſibi pſens: cōcurrunt hec omnia agēs ſufficiēs et paſſū ſufficiens proportionatum reſpectu ſpeciei intelligibilis talis obiecti per quā habetur cognitio abſtractiua. minor probatur. quia intellectus agens cū obiecto: eſt cauſa actiua ſpeciei intelligibilis talis obiecti per quam habetur talis cognitio. nec minus cum obiecto extra: q̄ cū phātaſmate de quo tu concedis: quia nihil eſt in phantaſmate propter quod ſufficiat ad cauſandam ſpeciem intelligibilem: quin eminentius inſit rei cuius eſt phātaſma. intellectus autem poſſibilis eſt ſufficiēter receptiuus. ¶ 4°. quia anima ſeparata poteſt habere cognitionem intuitiuā de rebus. ſed ad illā non ſufficit ſpecies intelligibilis nec phantaſma. quia phātaſma repreſentat rem exiſtentem et nō exiſtentem preſentem vel non preſentem. et per conſequens p ipſam nō pōt haberi cognitio de re vt exiſtente in propria natura vel de exiſtētia pſente. talis autē cognitio que dicitur intuitiua pōt dici intellectiua: alioquin intellectus non eſſ certus de exiſtentia alicui obiecti. ſed nec intellectio intuitiua pōt haberi per ſpeciem: quia illa repſentat indifferenter rē exiſtentem et nō exiſtentē p̄ſentem et non preſentē. et ex hoc ſequitur q p ſolas ſpecies influxas a deo vel angelis: non ē poſſibilis anime ſeparate cognitio intuitiua. ſi ergo illa eſt poſſibilis anime ſeparate: ſequitur q erit de re in ſe et non per ſpeciem influxam. etiam diſtātia imoderata obiecti impedit iſtam intellectionem ītuitiuā obiecti. quia ſm auguſtinū in libro d cura pro mortuis agenda: ille anime neſciūt que hic aguntur niſi diſcant ab angelis vel ab animabus alijs d nouo ad eas venietibus. q̄ illa que hic nouerunt poſſunt dicere illis. ſicut ioannes baptiſta predixit animab ſanctis in limbo xp̄m eſſe deſcenſurū. ſicut exponit gregorius illā queſtionē ei mathei. 10. tu es qui venturus es. nūc autē ſi p ſpecies influxas cognoſceret illas cōdiciones ex pterrerum: non oporteret talia nunciari eis a ſanctis vel angelis animabus. ¶ 5°. quia illa ꝓbatio tue opinionis pro parte negatiua .ſ. q anima nō pōt recipere ſpecies a rebus quia non ē conuenientia inter recipiens et receptum: non valet. quia vel ē ex quattuor terminis: vel non concludit propoſitum: vel vna ꝓpoſitio erit falſa. ſi enim accipiatur pro maiori q oportet eſſe cōuenientiam inter recipiens et receptū: et pro minore q res materialis non habet cōueniētiā cū intellectu: ſolū ſequit q intellectus nō recipit rē materialē nec econtra. ſi autē cōcludas q intellect nihil recipiat a re materiali: erit ex quattuor terminis: q: illd pdicatū nō fuit in maiori. ſi aūt nō accipias illā maiorem primā ſed iſtā. ſ. oportet eſſe cōueniētiā inter recipiens et illud a quo recipit: dico q magis proprie diceret eſſe ꝓportionē q̄ cōuenientiā: q: recipiēs hēt rōnem paſſi: et illud a quo recipit rōnē agentis. agēs aūt et paſſum oportet eē ꝓportionabilia non aūt cōueniētia ꝓprie niſi extendēdo cōueniētiā ad ꝓportionē. imo ꝓportio eorū requirit diſcōuenientiā: quia requirit q vnū eorum ſit in actu tale et aliud i potētia tale. ſic ergo illa maior noua falſa erit ſi intelligat de cōuenientia ꝓprie dicta. vel ſi extendas conuenientiā ad ꝓportionem: concedatur. z tunc minor. ſ. res extra nō habet cōueniētiā illo modo cū itellectu: erit falſa. eſt eni i actu vtuali talis q̄lis ē itellect in potētia formali. ¶ Cōfirmat dupliciter. pmo q: tu concedis phantaſma habere talē cōuenientiam ad itellectū. et tñ phantaſma ē oppoſite ꝯdicionis ad illud quod recipit in intellectu in hoc q non repreſentat obiectum niſi vt hic et nunc. quod itelligit

vero ſubrōne vniuerſalis: eſt abſtractum ab iſtis cōdicionibꝰ. nec illa alia ꝯueniētia .ſ. ꝙ phātaſma eſt ſine materia extrinſeca: facit ꝙ phātaſma ē actiuū. eſt eniz vere in materia hoc ē in organo extēſo: et tātū impediret actionē in itellectū exiſtere in hac materia extēſa: quātuz ſi exiſteret in illa materia extrinſeca. ſed tantūmodo ꝑ hoc phātaſma agit in itellectū poſſibilē: q2 eſt rēpſentatiuuz obiecti. ergo eque poterit iſta res in ſe: q2 eque ē repreſentatiua ſui. et hoc credo eſſe verū. quia licet intellectus poſſet abſtrahere a phātaſmate ſine materia exiſtēte: tamē nō pōt imediate accipere cognitionē a re extra vt habeṫ in quodā cōmēto tertij de aīa. ¶ 2°. confirmaṫ. q2 ſequeretur ꝙ angelus nō poſſet imediate accipere cognitionē a re extra. qḋ eſt improbatū in ſecūdo libro diffuſe. ¶ 6°. arguiṫ. quia alia ꝓbatio pro parte affirmatiua .ſ. de illo influxu ſpecierū: nō valet. q2 peccat ſm diuerſum intellectū medij vel habet alteram ꝑmiſſam falſam. cū enim accipitur a maiore ꝙ mediū quanto magis recedit ab vno extremo tāto magis accedit ad aliud: ſi intelligas mediuz vniformiter et accedere et recedere: ꝯcedo. ſi difformiter: falſa eſt. vtpote ſi eſt mediū in eſſendo ⁊ recedit ab hoc extremo in eſſendo: accedit ad aliud in eſſendo. ſimiliter ſi mediū in oꝑando ⁊ recedit ab hoc extremo in operando: accedit ad aliḋ in operando. et ſi eſt medium in eſſendo ſed non in operando ⁊ recedit ab vno extremoꝝ in eſſendo: non ꝓpter hoc accedit ad aliud in operādo. modo minor pōt intelligi vel de medio in eſſendo: et ſic eſt vera. quia quodā modo etiaz anima cōiuncta habet eſſe mediū inter ſubſtantiaz ſeparatam et eſſe corporeū. et tunc conclude. ergo ſeparata anima quando recedit a corꝑe in eſſendo accedit ad ſubaz ſeparatā in modo eſſendi. ſꝫ hoc nihil eſt ad propoſitum ꝙ magis accedat recipiēdo influxum eius ꝑtinentē ad operationem. et ſi ad hoc deduceretur ratio: manifeſtū eſt ꝙ nō cōcludit. tunc eni anima ſeparata magis eſſz capax talis influentie: ꝗ̃ ipſamet coniuncta corpori glorioſo cuz magis accedat ad eſſe ſm corpus ꝗ̃ anima ſeparata: immo magis hoc eſt perfectiꝰ ꝗ̃ ipſa coniuncta corpori corruptibili. ſi autem accipias in minore ꝙ anima ſeparata magis recedit a corpore in operando ꝗ̃ coniuncta: falſum eſt ſi intelligas vt ab obiecto circa qḋ operatur. ita eniz poteſt a corpore ſeparata cognoſcere corpus: ſicut coniuncta poteſt. et ideo non ſequitur ꝙ magis accedat ad ſubſtantiam ſeparatam vt ad obiectum cognoſcibile vel a quo recipiat obiectum cognoſcibile. ¶ 7°. quia illḋ quod adducitur ad cōfirmationem huius confirmationis .ſ. de ſomno et extaſi et illud de cōmentatore tertio de anima: videntur eſſe figmēta. nō eniz ideo in ſomno videntur vera: quia anima recipit a corꝑe in operando vt ab obiecto. tūc enim quāto ſomnꝰ eſſet ꝓfundior: tāto magis talia viderenṫ. hoc autē eſt falſum: quia ſomnia nō accidunt in ſomno ꝓfundiſſimo ſed in tenui ſomno. tūc etiā epilētici regulariter viſitarenṫ a ſpiritibus illis. vnde illud fundamentū videṫ acceptum ex fictionibus machometi qui diciṫ fuiſſe epilenticꝰ et ad cooperiēdum miſeriā ſuā dixit ſe oportere tacere quando angelus loquebaṫ ſibi. ſuꝑ iſtā fictionem eiꝰ auicena reuerenter loquēs ḋ lege ſua fingit tales abſtractiones a ſenſu. 9°. metha. vt fiat reuelatio ab angelꝭ. nos autē chriſtiani non dicimꝰ aliquē in ſomno vł extaſi aliquid videre: niſi ſit ibi alia cauſa poſitiua vt pote quia deꝰ tunc eiꝰ intellectū mutet. de congruo autē magis tunc diſponiṫ per amotionē impedimēti quia .ſ. non eſt diſtractus circa alia obiecta. et vehemēs occupatio circa aliud obiectū impedit intēſe operari circa illud. imo magis videṫ miraculum ꝙ in ſomno veritas reueletur ꝗ̃ in vigilia in intellectu nō minus intēto circa ſenſibilia quia naturale eſt ꝙ in vigilia homo habet vſum rationis non aūt in ſomno. illud etiā dictū auenroiz eſt planū figmentū ꝙ .ſ. illa ſuba ſeparata recipiat a ſuꝑioribus: et tamē vt cōiungiṫ nobis nō recipiat: contradictio eſt. quia nulla ſuba ſeꝑata poteſt nobis cōiungi niſi ratione efficiētis vel mouentis. manifeſtuz eſt autē ꝙ ſi in eſſendo recipit aliq̇d a ſuꝑiori: inꝗ̃m eſt actiuū ē recipiēs ab eodē. ¶ 8°. quia illa ꝓbatio q̄ infert animā fruſtra vniri corpori et c̄: non valet. quia vnio anime ad corpꝰ nō eſt finaliter ꝓpter ꝑfectionē corpis nec ꝓpter ſolā ꝑfectionē anime: ſed ꝓpter ꝑfectionē totiꝰ cōſiſtentis ex iſtis duobus. ⁊ ideo licet nulla ꝑfectio poſſet accreſcere huic ꝑti vel illi q̄ nō poſſit haberi ſine tali vnione: tamen non fit fruſtra vnio: q2 perfectio totius q̄ principaliter intendiṫ a natura non poſſet haberi niſi illo modo. Item eſto ꝙ illa vnio fieret propter perfectionē aīe vt .ſ. acquireret perfectionem ſuam ex tali vnione: non ſeq̇tur ꝙ fruſtra vniatur ſi per aliaz viam poſſet eam acquirere. ſi enim aliquid ordinatur ad finem: nō fruſtra fit ſi alio modo poſſit finis acquiri. ſicut ſi ſanitas poſſit acquiri per ſectionez et potionē: nō fruſtra fit ſectio: ⁊ ſi ꝑ potionē poſſit ſatis haberi. et ita ſi cognitio poſſet acquiri per vſum ſenſuum et ꝑ aliū modū ab ipſa anima ſeparata: nō fruſtra fit vnio ex quo ipſa eſt via cōueniens vno modo ad acquirenduz perfectionem ſalicet cognitionē.

¶9°.quia illa pbatio q̃ procedit de trãſitu extremi ad extremũ ſine medio:nõ valet propter duo. primo quia aliqd eſt mediũ vni virtuti: quod nõ eſt mediũ alteri loquẽdo de medio neceſſario.ſicut in trãſferẽdo corpus de loco ad locuz vbi aliquod eſt mediũ neceſſariũ virtuti naturali motiue.ita q̧ virt⁹naturalis non põt transferre corp⁹ de vbi remoto ad aliud vbi niſi p vbi mediũ.et tamen illud nõ eſt mediũ neceſſariuz virtuti diuine q̃ poteſt ſubito trãſferre corpus de quocunq; vbi ad quodcũq; aliud vbi.ſic eſt in pposito. nã impfecte virtuti abſtractiue mediũ neceſſariuz eſt inter ſenſibile extra et pure intelligibile .ſ. eſſe imaginabile.ſed virtuti abſtractiue pfectiori: non eſt neceſſariũ iſtud mediũ. vnde argumẽtũ poſſ; deduci ad oppoſitũ. quia ſi act⁹ intellect⁹ ſeparati eſſ; perfectior q̃ coniũcti: poſſet tunc ſine tali medio transferre obiectũ ab extremo in extremũ. ſecundo quia dici põt ad illud argumentum q̧ ſub alio extremo cadit eſſe imaginabile qr illud eſt ſimpliciter ſenſibile.illud aũt extremũ hab; ſub ſe diuerſos gradus:qr alio modo in gradu ſenſibili remotiori ab itelligibili ẽ ſenſibile extra : q̃ imagiabile. nũc aũt ab aliq̃ gradu in extremuz põt aliq̃ virt⁹ agere et alia minor nõ põt agere: ſ; ab alio gradu ppinquiori . ita hic licet virtus abſtractiua intellectus nr̃i non poſſit agere a ſenſibili abſtrahẽdo intelligibile niſi ab hoc gradu ſenſibilis.ſ. ab imaginabili:tamen alia virtus ſuperior vel efficacior poteſt abſtrahere a gradu magis diſtante puta a ſenſibili extra.hec ſcotus in forma.

Quantũ ad articulũ tertiũ primo notanduz eſt q̧ ſm doctrinã ph̃i tertio libro đ aĩa:duo requirunt̃ inter cognoſcens et cognituz ad cognitionez habendã. vnũ eſt q̧ cognoſcẽs aſſimilet̃ rei cognoſcẽde. qm̃ ſententia cõmunis fuit omniũ phoꝝ q̧ omnis cognitio fit per aſſimilationẽ cognoſcẽtis ad cognitũ.aliud ẽ q̧ cognitũ vniat̃ cognoſcẽti.naz vt ibi phs dicit ex intellectu et re intellecta fit vnũ ſm eſſe intelligibile.et his duob⁹ reſpõdet qđ phs dicit eodez libro đ intellectu nr̃o poſſibili q̧ eſt om̃ia fieri.dicit̃ eñi intellect⁹ omnia fieri : et qr omnib⁹ reb⁹ cognoſcẽdis ab eo fit ſimilis: et qr illis vnit̃.et ſicut intellect⁹ noſter dicit̃ omnia fieri predictis modis vt omnia cognoſcat: ita et intellect⁹ diuin⁹ ⁊ intellect⁹ angelicus dici p̄it om̃ia eſſe ad om̃ia cognoſcẽda.dicit̃ eñi itellect⁹ noſter poſſibilis om̃ia fieri non omnia eſſe q̃m eſt de ſe: qr vt phs dicit eodẽ libro intellectus poſſibilis de ſe nullo intelligibiliuz eſt formatus aut figuratus:ſ; eſt om̃ib⁹ nudat⁹ ſicut tabula raſa in qua nihil eſt depictũ. intellectus autem diuinus dicit̃ non fieri omnia:ſed eſſe omnia per ſuã eſſentiã que omniũ entitates et pfectiones actu et realiter in ſe hab; perfectiori tamẽ modo q̃ ipſa ſint in ſeipſis. intellectus vero angelicus dicitur omnia eſſe nõ omnia fieri:quia a principio ſue creationis hab; actu formas rerũ q̃ dicunt̃ ſpecies intelligibiles ſibi cõcreatas quib⁹ fit ſimilis omnib⁹ ab eo cognoſcendis et eis vnit̃. Jtaq; eſt differẽtia inter intellectũ diuinum et intellectũ angelicũ q̃m ad hoc q̧ ẽ omnia eſſe . quia intellect⁹ diuini eſt omnia eſſe p ſuã eſſentiã q̃ eſt omniũ rerũ exẽplar pfectiſſimũ. itellectus vero angelici eſt omnia eſſe nõ p eſſentiaz ſuam ſed p formas et ſpecies intelligibiles ſibi cõcreatas quib⁹ eſt plenus,vt dicit̃ in libro de cauſis. Juxta quod auguſtin⁹ dicit q̧ ſicut ratio q̃ creatura condit̃: pri⁹ eſt in verbo dei q̃ ipſa creatura q̃ conditur:ſic ⁊ eiuſdẽ rationis cognitio:prius fit in creatura intellectuali: ac deinde eſt ipſa conditio creature.Hinc eſt quod.S.Tho.dicit.p̄a.p.q.55.ar.2.in cor.q̧ anime humane habẽt potẽtia; intellectiuã nõ cõpletã naturaliter: ſed cõpletur i eis ſucceſſiue p hoc q̧ accipiunt ſpecies intelligibiles a reb⁹. potẽtia vero intellectiua in ſubſtantijs ſpiritualibus.i.in angelis: naturaliter cõpleta eſt inq̃m habent ſpecies intelligibiles connaturales ad omnia intelligenda q̃ naturaliter cognoſcere poſſunt . Nec põt vere dici q̧ aſſimilatio et vnio ſubſtantie ſeparate ad res ab ea cognitas:per eſſentiam ſubſtãtie ſeparate fit.quia vt deducit.S.Tho.p̄a.p.q.55.ar.p°.et de veri.q.8.ar.8.et contra gẽ.li.2.caplo.98.cũ oĩs eſſentia creata ſit determinati generis et determinate ſpeciei : nõ põt đ ſui natura repſentare pfecte res diuerſoꝝ generũ et diuerſarũ ſpecieꝝ vel etiã res alteri⁹ generis et ſpeciei ab ipſa.qr quod eſt limitatũ ad certũ gen⁹ et ad certã ſpeciẽ: excederet nature ſue limites ſi alioꝝ generũ et ſpecierũ eſſet pfectũ repreſentatiuum. ac p hoc nec aĩa ſeparata nec alia ſp̃ualis ſubſtantia creata per eſſentiã ſuaz eſſe poteſt pfectum repreſentatiuũ rerũ omnium ab ea cognoſcibiliũ que diuerſoꝝ generũ ſunt et ſpecierũ.nam vt auguſtinus dicit.li.83.q.ſingule res ſunt a deo cõdite in diuerſitate nature ⁊ ſm aliã et aliã rõnẽ.

Nec iteruz põt eſſe vera opinio dicẽtiũ q̧ eſſẽtia angeli vel aĩe ſepate aut etiã natura itellect⁹ creati:habeat ex ſui rõne q̧ ſe conformet et aſſimilet reb⁹ itelligibilib⁹. qm̃ vt ſanct⁹ thomas cõtra hoc arguit de veri.q.8.ar.9.in cor.eſſentia cuiuſlibet intellectus aut intelligentis:ſemp eſt ex ſui natu-

ra et eodeꝫ modo ſe habens atqꝫ indifferens ad
omnia q̄ ab eo poſſunt cognoſci. vnde niſi per ali
quid aliud ſpecificaret̃ et determinaret̃ ad hanc
vel illā rem cognoſcendā: ad nullaꝫ determinate
eius intuitū dirigeret. omne eñi ex ſe indifferens
indiget aliquo illud determinãte. et inde eſt ꝙ vl
tra effectū aſſimilationis et vnionis cognoſcētis
ad rem cognitā: quem ſpecies intelligibilis efficit
ponit̃ et hic eiꝰ effectus ꝙ intellectuꝫ ſpecificat et
determinat ad hoc vel illud obiectuꝫ: eo ꝙ ex ſui
natura ſe habeat cōmuniter ⁊ indifferēter ad om
nia. Nec valet dicere ꝓut aliqui iſtorū dicūt ꝙ na
tura intellectꝰ aut intelligētis determinat ſe ad in
telligēdū hoc vel illud per ꝓpriam voluntatem.
qm̄ vt ſanctꝰ thomas docet in pluribꝰ locis et ſig
nanter. p$^{a}$ 2$^{e}$. q. 9. ar. p$^{o}$. in cor. et ad. 3$^{m}$. licet vo
luntas moueat intellectū q̄ꝫ$^{m}$ ad exercitiuꝫ actus
ideſt q̄ꝫ$^{m}$ ad hoc quod eſt intelligere vel non intel
ligere: nullo tamē modo habet ꝙ determinet in
tellectū ad propriū obiectū. imo q̄ꝫ$^{m}$ ad hoc volū
tas mouet̃ et determinatur ab intellectu. vñ nul
la ex parte opinio dicentiuꝫ ꝙ aīa vel angelꝰ ex ſe
pōt ꝯformari et aſſimilari rebꝰ: verificari pōt.

**Secundo** Notādūꝫ eſt ꝓut. S.
Tho. deducit ex dictꝭ
phi. 2. li. de. ce. p$^{a}$. p. q. 77. ar. 2. in cor. ſicut minꝰ
eſt ad ſanitatem diſpoſitus q̄ non poteſt ꝑfectaꝫ
conſequi bonitatē ſed aliquaꝫ modicā cōſequitur
paucis remedijs: melius aūt diſpoſitus eſt qui po
teſt ꝑfectam cōſequi ſanitatem quāuis remedijs
multis: ita et in rebꝰ vniuerſi meliores ſunt et no
biliores que poſſunt cōſeq̄ ꝑfectioreꝫ bonitatem
quāuis multis virtutibꝰ et potētijs: q̄ꝫ inferiores
res q̄ nō poſſunt ꝑtingere ad tantā bonitatem ⁊
perfectionem ſed ad impꝑfectiorē bonitateꝫ: licet
eam cōſequant̃ paucis virtutibus et oꝑationibꝰ.
vnde ꝑfectior ⁊ altior eſt natura hoīs que poteſt
cōſequi vniuerſalē et ꝑfectā bonitatē: quāuis mul
tis et diuerſis oꝑationibꝰ ac virtutibꝰ ad illam cō
ſequendā indigeat: q̄ꝫ res inanimate aut etiā bru
ta animalia q̄ impꝑfectam bonitatē paucis virtu
tibꝰ et actionibꝰ poſſunt adipiſci. Ut eniꝫ ibi dicit
ſanctꝰ doctor in reſpōſione ad primū: magis ad ſi
militudinē dei accedit anima intellectiua q̄ꝫ crea
ture inferiores per hoc ꝙ perfectiorē pōt conſeq̄
bonitatē: licet per plura et magis diuerſa illaꝫ ac
quirat q̄ꝫ inferiores creature ſuā impꝑfectaꝫ. Et in
reſpōſione ad ſecūdū reſpōdēs ad illō dictū: quā
to virtꝰ eſt magis vnita tāto eſt ſupior: dicit ꝙ di
ctum eſt verū ſi virtꝰ vnita ad equalia ſe extēdat.
ſed virtus multiplicata eſt ſuperior ſi ad plura et
nobiliora ſe extendit. Et idē in ſentētia dicit d̄ ve

rita. q. 8. ar. 3. ad. 12$^{m}$. per quod reſpōdet ad. 13$^{m}$
argumentū quod eſt ſimile argumentationi quā
arguens cōtra nr̄am cōcluſioneꝫ adducit. Patet
igit̃ ex predictis ꝙ cōparatio rerū ad inuicē ſꝫ no
bilitatem et perfectionē ſimpliciter: non attendi
tur ſm̄ plura aut pauciora media quibꝰ res attin
gunt bonitatē ſuam et ꝑfectionē ad quā ordinan
tur: ſed ſm̄ gradus altiores vel inferiores bonita
tis et ꝑfectionis ad quā perueniūt. vnde anima
lia q̄ plura habēt genera potentiarū vite vt vege
tatiuū et ſenſitiuū ac motiuū ſm̄ locū: ſunt perfe
ctiora viuētia q̄ꝫ plāte q̄ ſolo vegetatiuo viuūt. et
inter animalia: illa q̄ perfectionē ſuā habent plu
ribus potentijs vt vegetatiua ſenſitiua et motiua
ſm̄ locū: perfectiora dicunt̃ a pħo ſecundo libro
de anima: q̄ꝫ oſtree et cōchilia que carent motiuo
ſm̄ locū. Ex quibꝰ inferimus ꝙ licet anima ſepa
rata a corꝑe pluribus modis poſſit habere cogni
tionē rerū q̄ꝫ coniūcta corpori: qꝛ tamē per illos
plures modos attingit altiorē cognitionē rerum
q̄ꝫ corpori coniūcta aut de rebus d̄ quibꝰ cognitio
nem non habet dum eſt in corꝑe: ideo q̄ꝫ$^{m}$ ad hoc
non vilior ſed nobilior eſt iudicanda.

**Tertio** Notandū eſt ꝙ duplici rōne
res cognita neceſſario d̄bꝫ eē
preſens intellectui cognoſcēti. vna eſt quia ſicut
deductū fuit in primo notabili: obiectū cognituꝫ
determinat et reducit intellectuꝫ de potentia ad
actū: et hoc vel ꝑ ſeipſum vel ꝑ ſuam ſpecieꝫ. vn
de habet ſe ad intellectū ſicut actus ad potentiā
et ſicut forma ad materiā. quāobrē formale obie
ctū potētie appellatur. ſed actꝰ et forma et forma
liter perficiens aliquid: neceſſario eſt illi preſens
eo ꝙ vtrūqꝫ alteri vniat̃ imo ex vtroqꝫ fit vnū cō
poſitum. Alia ratione res intellecta neceſſario de
bet eſſe preſens intellectui: quia habet ſe ad intel
lectum ſicut agēs motiuuꝫ et ꝑfectiuū ipſiꝰ. omne
autem mouēs ſeu agēs imediatū: oportet eſſe ap
proximatum rei que ab eo mouetur vel circa quā
agit prout pħs dicit. 7. et. 8. phy. eo ꝙ omnis mo
tio et actio fit per contactum. ideo ex conſequen
ti omne mouēs et agēs oportet eſſe preſens rei q̄
mouet̃ et agit̃. nam quod eſt alteri imediatū ita
vt illud tangat: preſens illi dicit̃ largo modo ſūp
ta preſentia et quaſi trāſlatiue. Ad cuiꝰ intellectū
eſt cōſiderandū ꝙ vt deductū fuit. 2$^{o}$. li. diſ. 2. q.
p$^{a}$. ſub tertio notabili: res dicunt̃ eſſe ꝑſentes ali
cui ſm̄ vſum loquentiū: quia ſunt ante oculos vl̃
in conſpectu ipſius videntis eas in ſeipſis et non
ꝑ aliquod mediū viſuꝫ. inde ergo tractū eſt vt qꝛ
intellectꝰ vſurpat nomen viſus more loquentiuꝫ
ea q̄ in ſeipſis cognoſcūt̃ ab itellectu et nō ꝑ alias

res cognitas:ſunt quaſi ante oculos mẽtis exiſtẽ-
tia.et ideo dicũtur eſſe viſa ac ꝑ hoc preſentia itel
lectui. illa vero q̃ nõ in ſeipſis cognoſcunt̃ ſed in
alijs rebus cognitis queadmodũ effectꝰ cognoſ-
cunt̃ in cauſis vel ecõtra:non ſe habẽt quaſi ante
oculos mẽtis ſtãtia ꝑ ſeipſa.et ideo nõ conſueue-
rũt dici viſa nec intellectui preſentia. Rurſus qꝛ
in rebus q̃ dicuntur eſſe preſentes viſui aut intel-
lectui:ratio preſentialitatis accipit̃ ex eo ꝙ intel-
lectui et viſui ſm ſe et imediate inferunt̃ ꝑ modũ
obiecti: et intellectus ac viſus per ſuam operatio
nem illis imediate cõiungunt̃: inde eſt ꝙ large ca
piendo preſentialitatẽ: omne agẽs qd imediate
circa aliquid agit dicitur eſſe illi preſens. ¶ Ex q̃-
bus inferimꝰ ꝙ quia res exteriores ſm ſe nõ poſ-
ſunt coniungi intellectui vel hominis vel angeli
cum ſint loco et ſuppoſito ab eo diſtincte ac ꝑ hoc
nec poſſunt ipſum mouere aut circa illum agere
imediate: conſequens eſt ꝙ nec ꝑ ſeipſas poſſunt
eſſe illi preſentes. quaobrẽ neceſſariũ eſt ꝙ ꝑ ali-
quas formas ſeu ſpecies q̃ ſunt ipſarũ rerum ſimi
litudines illi coniungant̃ et fiãt preſentes ad hoc
ꝙ intellectũ moueãt et ꝑficiãt ac etiã ab ipſo cog
noſcant̃.et premaxime quia vt deductũ eſt ex do
ctrina phi tertio de anima: oportet ꝙ ex intelle-
ctu et ex re intellecta fiat vnum principiũ intelli-
gendi.et ex hac neceſſitate ſapientia dei prouidit
ꝙ intellectui angelico a principio creationis an-
gelorũ infunderent̃ ſpecies intelligibiles cõcrea-
te:et ꝙ intellectꝰ humanus corꝑi coniunctꝰ habe-
ret virtutem mediãtibꝰ ſenſibꝰ exterioribus et in-
terioribus ad ſe trahere ſpecies rerũ corporaliũ
vt mediãtibus ſpeciebꝰ res coniũgerent̃ et fierẽt
preſentes vtriq; intellectui vt ſicillum mouerent
et ad actũ reducerent ac per hoc ab eo cognoſci
poſſent. vnde iuxta ꝓpoſitũ nr̃m ſi anima ſepara
ta debeat aliqua cognoſcere quoꝝ noticiã prius
non habuit cõiuncta corꝑi: nec ex ſpeciebꝰ tũc ac-
quiſitis et in ea cõſeruatis haberi põt: oportet ꝙ
recipiat aliquas ſpecies a deo influxas quibꝰ res
cognoſcende intellectui eius cõiungant̃ et fiãt ſi-
bi preſentes: pro eo ꝙ nec eas concreatas habe-
at:nec ſeparata a corpore illas a rebus acquirere
valet. nam cũ res ipſe cognoſcibiles diſtẽt ab ani
ma ſeparata loco et ſuppoſito vel ſubiecto:nõ eas
attingit ſic vt ab eis ſpecies intelligibiles abſtra-
here poſſit. itaq; non ſolũ in angelis verũ non ẽ
ꝙ ſpecies per quam aliq̃d cognoſcit̃ non ſemper
eſt abſtracta a re que ꝑ ipſam cognoſcit̃:ſed etiã
verum nõ eſt in animabꝰ ſm ſtatũ quem habent
a corporibus ſeparatis. ¶ Ad intellectũ premiſ-
ſorum faciũt q̃. S. Tho. dicit de veri. q. 8. arti. 9.
et in queſtionibus d̃ anima. q. 20. in cor. dicit eñ
ꝙ cũ maxima ſit diſtantia inter eſſe intelligibile ⁊
eſſe materiale ſenſibile:nõ ſtatim forma rei mate
rialis ab intellectu accipit̃:ſed ꝑ multa media ad
eum deducitur. forma enim alicuiꝰ ſenſibilis priꝰ
fit in medio vbi eſt ſpiritualiter:q̃ʒ in re ſenſibili.⁊
poſtmodũ in organo ſenſus.et ex inde deriuatur
ad phantaſiam et ad alias interiores vires ⁊ tan
dem ꝑducit̃ ad intellectũ. ſed huiuſcemodi for-
me rerum ſenſibiliũ etiã poſt q̃ʒ facte ſunt intelligi
biles depurate et ſubtiliate per actiones predi-
ctarũ virium ac etiã intellectꝰ agentis: nõdũ eſ-
ſent omnino apte vt ꝑ eas intelligeremꝰ:niſi nr̃o
intellectui vnirent̃ ita vt intelligẽs et intellectũ
fiant vnũ. et ideo oportet ꝙ intellectꝰ hm̃oi for-
mas recipiat. Ex quibus omnibꝰ manifeſtum fit
falſam eſſe opinionẽ dicentiũ ꝙ ad habẽdam cog
nitionẽ de rebus ſufficit exiſtẽtia anime ſeparate
cum ipſa rerũ exiſtentia. qꝛ his ſuppoſitis:itellectꝰ
et res ſunt debite approximata et ſibi inuicẽ pre-
ſentia ad cognitionẽ ipſarum rerũ habendam.

¶ **Quarto** Notandũ eſt ꝙ vt dedu-
cit. S. Tho. i. q. de anima
.q. 20. forme rerum per quas intellectus cognoſ
cit:dupliciter ſe habent ad res. quedã enim ſunt
factiue rerũ:quedam autem ſunt a rebus accep-
te.et ille quidem q̃ ſunt rerũ factiue:intantũ du-
cunt in cognitionẽ rei: inq̃ʒᵐ eius factiue exiſtunt.
vnde artifex qui artificiato tradit formã vel diſ-
poſitionem materie:ꝑ formã artis cognoſcit arti
ficiatum q̃ʒᵐ ad illud quod in eo cauſat.et qꝛ nul-
la ars hominis cauſat materiã ſed accipit eã iam
preexiſtentem que eſt indiuiduationis principiũ
ideo artifex per formã artis puta edificator cog-
noſcit domum in vniuerſali:non autem hanc do-
mum vt eſt hec:niſi inq̃ʒᵐ eius noticiam accipit ꝑ
ſenſum. deus autem per intellectũ ſuum non ſo-
lum producit formam ex qua ſumitur ratio vni-
uerſalis:ſed etiam materiã que eſt indiuiduatio
nis principiũ. vnde per ſuam artẽ cognoſcit vni-
uerſalia et ſingularia. ſicut enim a diuina arte ef-
fluunt res materiales vt ſubſiſtant in proprijs na
turis: ita ab eadem arte effluunt in ſubſtãtias in-
tellectuales ſeparatas ſimilitudines rerum intel-
ligibiles quibus res cognoſcãt ſm ꝙ ꝓducuntur
a deo. et ideo ſubſtãtie ſeparate cognoſcũt nõ ſo-
lũ vniuerſalia ſed etiã ſingularia:iq̃ʒᵐ ſpecies itel-
ligibiles in eis a diuina arte emanãtes ſunt ſimili
tudines reꝝ et ſʒ formã et ſʒ materiã. Nec ẽ icõ
ueniẽs formã q̃ eſt factiua rei quãuis ſit material̃
eſſe ſimilitudinẽ rei et q̃ʒᵐ ad formã et q̃ʒᵐ ad ma
teriam: quia ſemper in re altiori eſt aliquid vni-

formiꝰ q̄ ſit in inferiori. vnde licet in natura ſenſi-
bili ſit forma et materia: tamen id quod eſt altius
et cauſa vtriuſqꝫ: vnū exiſtēs ſe habet ad vtrūqꝫ.
ꝓpter quod ſuperiores ſubſtātie imaterialiter ma-
terialia cognoſcūt et vniformiter diuerſa vt dio-
niſius dicit. 7. caplo de di. no. ſed circa hoc aliter
ſe habet intellectus angelicꝰ et aliter intellectus
anime ſeparate. naꝫ efficacia virtutis intellectiue
que eſt in angelo: eſt ꝓportionata vniuerſalitati
formarū intelligibiliū in eis exiſtētiū. et ideo per
hmōi formas vniuerſales cognoſcūt omnia ad q̄
ſe extendūt. vnde ſicut cognoſcūt omnes ſpecies
rerū naturaliū ſub generibꝰ exiſtētes: ita cognoſ-
cūt oīa ſingularia rerū naturaliū q̄ ſub ſpeciebꝰ
cōtinenł. efficacia aūt virtutis intellectiue anime
ſeparate nō eſt ꝓportionata vniuerſalitati forma
rū influxaruꝫ: ſed magis eſt ꝓportionata formis
a rebus acceptis. propter quod naturale eſt ani-
me corpori vniri. et ideo anima ſepata nō cognoſ
cit ꝑ ſpēs influxas oīa naturalia etiā ſm ſpecieꝫ
determinate ⁊ cōplete: ſed in quadā vniuerſalita
te et cōfuſione. vnde nec ſpecies influxe ſufficiunt
eis ad cognitionē ſingulariū vt ſic poſſent cognoſ
cere omnia ſingularia ſicut ipi angeli cognoſcunt.
ſed tamē hmōi ſpecies influxe determinanł in ip-
ſa anima ad cognitionem aliquoꝝ ſingulariū: ad
q̄ anima habet aliquē ordinē ſpecialē vel inclina-
tionē: ſicut ad ea q̄ patił vel ad ea ad q̄ afficił vel
quorū alique impreſſiones et veſtigia in ea rema
nent. omne eñi receptū eſt in recipiēte ſm modū
recipientis. et ſic patet quare anima ſeparata cog
noſcit ſingularia non tamen omnia ſed quedam.

¶ Quinto Notandū eſt ꝙ vt accipił ex dictis. S. Tho. d veri. q.
12. ar. 3. ad. p$^{m}$. in cognitione que fit per influxuꝫ
ſpecierum: duo ſunt cōſideranda. ſ. receptio ſpe-
cierum et iudicium de receptis. q̄ꝫ$^{m}$ igitur ad iudi
cium de receptis: potior eſt vigilātis cognitio q̄
dormiētis. quia iudiciū vigilātis eſt liberū: ſꝫ dor-
mientis ligatū vt dicitur in libro de ſomno et vi-
gilia. ſed q̄ꝫ$^{m}$ ad receptionē ſpecierū: cognitio dor
mientis eſt potior. et vtriuſqꝫ rationē aſſignat ibi
ſanctꝰ doctor. ratio primi eſt quia vt phs dicit. 3°.
li. de ce. et mū. complementū artis et nature ē res
ſenſibilis ex qua docemur de alijs iudicare. et i. 6.
ethi. dicit ꝙ ſenſus eſt extremoꝝ ſicut intellectus
eſt principioꝝ. extrema apellās illa in que fit re-
ſolutio iudicātis. quia igił i ſomno ligati ſunt ſen
ſus: non poteſt eſſe verū iudiciuꝫ quin q̄ꝫ$^{m}$ ad ali-
quid homo decipiał intēdens reꝝ ſimilitudinibꝰ
tanq̄ rebus ipſis. ratio ſecūdi eſt qm̄ quieſcenti-
bus ſenſibus ab exterioribꝰ motibꝰ: interiores im
preſſiones magis percipiunł: ſiue ſint ex ſubſtan-
tijs ſeparatis ſiue ex celeſtibꝰ corporibus. qđ ideo
eſt quia in ſomno ligatis exterioribus ſenſibꝰ: in-
teriores vires quaſi quietate ab exteriorū ſenſuū
tumultibus: magis ſuſcipe poſſunt interiores im-
preſſiones factas in itellectu vel imaginatione ex
illuſtratione diuina vel angelica vel etiam ex vir-
tute celeſtiū corpoꝝ. et iterum dum quis vtił ſen
ſibus vigilans: potētia imaginatiua et alie virtu-
tes interiores principaliter intendūt hiis q̄ ꝑ ſen-
ſus accipiunł. et ideo non pōt earū intētio prin-
cipaliter transferri ad ea q̄ aliūde accipiūł. et hic
eſt ꝙ vt ſanctꝰ thomas ibi dicit. arti. 9. in cor. quā-
docūqꝫ fit ꝓphetia ſm imaginariā viſionē: opor-
tet prophetā a ſenſibꝰ abſtractū eſſe: vł in ſomno
quando. ſ. abſtractio a ſenſibꝰ fit per cauſam natu
ralem ordinatā: vel in viſione quando fit abſtra
ctio a cauſa animali ſicut quādo homo ex nimia
attentione ad intelligibilia vel imaginabilia: om
nino a ſenſibꝰ exterioribus abſtrahił. iuxta qđ au-
guſtinꝰ. 12. ſuper gene. ad li. dicebat ꝙ anime hu
mane ſꝫ ꝙ a ſenſibꝰ corporis abſtrahił: competit
futura preuidere. ꝓpter quā etiā rationē gregoriꝰ
quarto libro dialogorum dicit ꝙ anime exiture a
corpore: per reuelationē ventura cognoſcunt. qꝛ
videlicet inſtāte mortis articulo: vires corporis
ſunt debilitate ac ſenſuum vigor ſic eſt attenuatꝰ
ꝙ nullus motus corporalis aut ſenſitiuꝰ inſurgere
poteſt qui mentē impediat a receptione impreſ-
ſionū ſuperioꝝ cauſaꝝ. Et cōſonāt hoꝝ dicta ſctōꝝ
ei quod dicił iob. 33. per ſomniū inquit in viſione
nocturna quādo irruit ſopor ſup homines et dor-
miunt in lectulo: tunc aperit. ſ. deꝰ aures virorum
et erudiēs eos inſtruit diſciplina. vbi iterlinearis
ſup illud per ſomniuꝫ in viſione nocturna dicit. i.
cum ceſſat ab exteriori actione vnde fit quies in
mente. et gloſa marginaria dicit. in ſomno exte-
riores dormiūt ſenſus et interiora cernuntur. vbi
et poſtillator nicholaus de lyra ait. hic ponitur ſe
cundus modꝰ diuine locutionis cū homine ſeu reſ
ponſionis. ſ. per reuelationem diuinam que vt fre
quentius fit in ſomnis eo ꝙ quietatis ſenſibꝰ a tu-
multibꝰ exterioribꝰ: anima eſt magis apta ad per
cipiendū diuinas reuelationes. Patet igił ex pre
dictis ꝙ nō ſatis inſtructi ſunt in ſcripturis ſacris
et in ſanctoꝝ doctorum doctrinis qui dicunt fig-
mēta eſſe machometi reuelationes q̄ fiunt i ſom-
nis a deo vel angelis. Et certe mirabile eſt ꝙ iſti
ignorauerint aut diſſimulauerint vulgatas ſacre
ſcripture auctoritates: e qbꝰ duas adijciam ad p̄-
miſſa. vna eſt illa numeri. 12. vbi dñs ait. ſi q̄s fue-
rit inter vos propheta dñi: in viſione apparebo ei
vel ꝑ ſomniū

vel ꝑ ſomniū loquar ad illū. alia eſt mathei. 2. di
cente euāgeliſta de magis. et reſponſo accepto in
ſomnis ne redirēt ad herodē et c̄. et infra. ecce an
gelus domini apparuit in ſomnis ioſeph dicēs. ſur
ge accipe puerū et matrem eius et c̄. et infra. ecce
angelus domini apparuit in ſomnis ioſeph in egi
pto dicens et cetera.

¶ Sexto Notādū eſt ꝓut. S. Tho. deducit. 8. quodlibꝫ. arti. 3. ꝙ
anima humana ſimilitudines rerū quibꝰ cognoſ-
cit: accipit a rebꝰ illo modo accipiendi quo patiēs
accipit ab agente. ſed in agentibꝰ et patientibꝰ di-
ſtinguendū eſt. eſt enim quoddam agens quod
de ſe ſufficiens eſt ad inducendū formā ſuam i pa
tiens: ſicut ignis de ſe ſufficit ad calefaciendū. q̊d-
dam vero agēs eſt quod non ſufficit de ſe ad idu
cendū formaʒ ſuā in patiens: niſi ſuꝑueniat aliud
agens. ſicut calor ignis non ſufficit ad complēdū
actionem nutritionis: niſi ꝑ virtuteʒ anime nutri-
tiue. vnde virtus anime nutritiue eſt principalit̄
agens: calor vero igneus inſtrumētaliter. Simili-
ter etiam eſt diuerſitas ex parte patientiū. quod-
dam enim eſt patiēs quod in nullo cooperat̄ agē
ti: ſicut lapis cum ſurſum proijcitur vel lignū cū
ex eo fit ſcānum. quoddā vero patiēs eſt quod co
operatur agēti: ſicut lapis cū deorſum proijcit̄: et
corpus hominis cū ſanatur per arteʒ. Et ſm̄ hoc
res q̄ ſunt extra animaʒ: tripliciter ſe habēt ad di-
uerſas anime potētias. ad ſenſus enim exteriores
ſe habent ſicut agētia ſufficientia quibꝰ patientia
non coopātur ſed recipiūt tm̄. ꝙ autem color per
ſe nō poſſit mouere viſum niſi lux ſuperueniat: nō
eſt contra hoc quod dictum eſt: quia tam color q̄ꝫ
lux: inter ea que ſunt extra animā computantur.
ſenſus autē exteriores ſuſcipiūt tantum a rebus ꝑ
moduʒ patiendi ſine hoc ꝙ aliquid cooperentur
ad ſui formationem: quāuis iam formati habeāt
propriam opationē que eſt iudicium de proprijs
obiectis. ſed ad imaginationē res que ſunt extra
animaʒ: comparant̄ vt agentia ſufficientia. actio
enim rei ſenſibilis non ſiſtit in ſenſu: ſed vlteriꝰ ꝑ-
tingit vſqꝫ ad phantaſiam ſiue imaginationē. ta-
men imaginatio eſt patiēs quod coopat̄ agenti.
ipſa enim imaginatio format ſibi aliquarū rerum
ſimilitudines quas nunq̄ꝫ ſenſu percepit: ex his ta
men que ſenſu recipiunt̄ cōponendo ea et diuidē
do. ſicut imaginamur montes aureos quos nūq̄ꝫ
vidimꝰ: ex hoc ꝙ vidimꝰ auruʒ et montes. ſed ad
intellectū poſſibileʒ comparant̄ res ſicut agentia
inſufficiētia. actio enim ipſaꝝ rerū ſenſibiliū neqꝫ
etiā in imaginatione ſiſtit: ſed phātaſmata vlteriꝰ
mouent intellectū poſſibilē. nō autē ꝙ ad hoc ex
ſeipſis ſufficiāt cum ſint in potentia intelligibilia.
intellectꝰ autē non mouetur niſi ab intelligibili in
actu. vnde oportet ꝙ ſuꝑueniat actio intellectus
agētis cuiꝰ illuſtratione phantaſmata fiūt intelli-
gibilia in actu: ſicut illuſtratione lucis corporalis
fiunt colores viſibiles actu. et ſic patet ꝙ intelle-
ctus agēs eſt principale agēs qđ agit rerū ſimilitu
dines in intellectu poſſibili. phātaſmata autē que
a rebus exterioribꝰ accipiunt̄: ſunt quaſi agētia i-
ſtrumētalia. intellectꝰ enī poſſibilis cōparatur ad
res quarū noticiā recipit: ſicut patiens qđ coopa-
tur agēti. multo enī magis pōt intellectꝰ formare
q̊dditatē rei q̄ nō cecidit ſub ſenſu: q̄ꝫ imaginatio

Quantum ad ar
ticulū quartū reſpōdendum eſt
obiectionibus aduerſariorū. Et
quidem ad primū ſcoti contra ꝑ
mā cōcluſioneʒ dicit̄ ꝙ minor eſt
falſa pro vtraqꝫ parte. et ad eiꝰ ꝓbationē pro pri
ma parte dicit̄ ꝙ aſſumptuʒ eſt falſum ſicut appa-
ret ex primo notabili: nec arguens illud ꝓbat. nec
valet eiꝰ ꝓbatio q̄ꝫm ad ſecūdā partē: quia ꝓcedit
ex falſo ſuppoſito. ſ. ꝙ illa natura eſt dignior et ꝑfe
ctior ſimpliciter: q̄ paucioribꝰ indiget ad ſuā ꝑfe-
ctionē cōſequēdam. hoc aūt falſum eſt ſicut dedu
ctuʒ fuit in ſecūdo notabili. ¶ Ad. 2m. dicit̄ ꝙ reſ-
pōſio ibi ſecundo data ē bona et ē. S. Tho. in hac
diſ. ar. 2. ad. 4m. et. pᵃ. ꝑ. q. 89. ar. 5. ad. 3m. et ad
eius ꝑmā impugnationē dicit̄ ꝙ aſſumptū eſt fal-
ſum. imo qđ ſupponit̄ de differētia ſpecifica inter
virtutē infuſam et acq̄ſitā: eſt verū. nec arguēs ꝓ-
bat quod dicit. Ad ſecundā vero impugnationeʒ
dicit̄ iterū ꝙ aſſumptū eſt falſum. et ad eiꝰ ꝓbatio
nem dicit̄ ꝙ minor eſt falſa. q2 inter ſpecies infu-
ſas ꝛ acq̄ſitas nō ſolum ē differentia ex parte prīci
pij effectiui: ſed etiā ex ipſa illarū natura. nā ſpeci
es infuſe nō ſunt ita rebus adequate ſicut ſpecies
acq̄ſite. ſunt enī ſpecies ifuſe cōpēdioſiores et vni
uerſaliores et amplioris virtutis ſicut dictū ē i. 2.
li. diſtin. 3. q. 2. ſub notabili quinto de ſpeciebꝰ in
fuſis angelis cōcreatis. ¶ Ad. 3m. dicit̄ ꝙ lapideʒ
de quo in minori arguēs exēplificat: pōt anima ſe
parata habere ſibi preſentē per ſpēm ſui quaʒ cor
pori ꝯiuncta habuit mediāte ſenſuū abſtractione
et ſic illū intelligere quod nr̄a cōcluſio nō negat.
ſed de illis rebꝰ exterioribus quarū anima coniū
cta corpori ſpecies intelligibiles nō acquiſiuit: mi
nor propoſitio ſupponit falſuʒ ꝙ. ſ. ſint preſentes
intellectui poſt eiꝰ ſeparationē. nā vt in tertio no
tabili deductuʒ fuit: res nō poſſunt eſſe preſentes
intellectui: niſi ſibi coniungant̄ per ſe vel per ſuas

D

ſpecies: ita vt ex intellectu et ex ipſis rebus fiat v=
nũ principiũ intelligendi. vnde falſum eſt qđ ar=
guens dicit ꝙ .ſ. intellectꝰ agẽs anime ſeparate cũ
re exteriori ꝓ obiecto ſit cauſa actiua ſpeciei itelli
gibilis talis rei reſultãtis in itellectuꝫ poſſibilẽ nõ
minꝰ q̃ȝ cũ phãtaſmate dũ anima erat cõiũcta cor
pori. et patet falſitas. qm̃ phãtaſma ẽ ſimilitudo
rei cauſata in phãtaſia mediãte abſtractione ſpe=
cierũ a re facta ꝑ ſenſus exteriores quibus res ip=
ſe ꝯiungunt̃ et fiũt preſentes ꝑ proprias ſpecies.
ac per hoc ꝑ ipſum phãtaſma res cuiꝰ eſt ſimilitu=
do cõiungitur et fit preſens phãtaſie: ita vt cõcur
rente actione intellectꝰ agẽtis: poſſit cauſare ſpẽꝫ
intelligibilẽ per quandã reſultationẽ in intellectũ
poſſibilẽ qui cõiunctꝰ eſt intellectui agẽti. ſine phã
taſmate aũt et abſtractione ſenſuũ corpaliuꝫ: res
exterior nõ poſſet cõiungi nec eſſe preſens intel=
lectui agẽti vt ſimul cũ eo ſpẽm intelligibileꝫ cau=
ſaret. ita ꝙ res ipſa abſq; phantaſmate minꝰ ſuffi=
cit q̃ȝ cũ phantaſmate ad cauſandũ ſpeciẽ intelli=
gibilẽ: ꝓpter defectũ ſue preſentie et ꝯiunctionis
ad intellectuꝫ. ¶ Ad. 4m. dicit̃ ꝙ minor eſt falſa.
qm̃ vt deductũ fuit. li. 2. diſ. 3. q. 2. ſub tertio no=
tabili: cognoſcere rem ꝑ propriã ſpẽm ſicut ꝑ me=
dium quo: nõ excludit cognitionẽ intuitiuam. Et
cum arguẽs cõtra obijcit ꝙ ꝑ ſpẽm non põt haberi
cognitio de re vt exiſtẽte in ꝓpria natura: reſpon
detur dupliciter. primo ꝙ nõ reputamꝰ incõueni=
ens: eſſe cognitionẽ intuitiuaꝫ abſq; eo ꝙ cognoſ
catur de re an habeat eſſe in rerũ natura. nam vt
loco preallegato ꝓbatũ fuit: ad cognitionẽ intui=
tiuam nõ plus requirit̃ niſi ꝙ imediate ſit de re ſibi
preſente obiectiue et actualiter exiſtẽte: quãuis ꝑ
eam nõ cognoſcat̃ actu ipſa rei exiſtentia. Secun
do reſpõdet̃ iuxta ꝓpoſituꝫ nr̃m ꝙ ſicut ꝑ ſpecies
cõcreatas angelis cognoſcunt angeli de rebus nõ
ſolum earũ quidditates ſed etiã ipſas earum exi=
ſtentias: ita et ꝑ ſpecies influxas animabus ſepa=
ratis: anime cognoſcũt nõ ſolũ rerũ q̇dditates ſ;
etiam earũ exiſtẽtias quãuis nõ ita ꝑfecte quẽad=
moduꝫ angeli. Et hec efficaciter ꝓbat ſanctꝰ tho=
mas i hac diſ. q. pa. ar. 3. Et. pa. p. q. 89. ar. 4. Et
de veri. q. 19. ar. 2. Et i queſtionibꝰ de anima. ar.
20. Ad illud qđ arguẽs obijcit ꝙ imoderata di=
ſtantia obiecti impedit eius cognitionẽ intuitiuã
in anima ſeparata: dicit̃ ꝙ eſt falſum. qꝛ cũ anima
ſeparata nõ accipiat cognitionẽ ꝑ abſtractionem
ſpecierũ a rebus: nihil differt ꝙ res diſtẽt vel non
diſtent localiter. Et de hoc ſanctꝰ thomas in hac
diſtictione loco ꝓxime allegato ad. 4m. Et. pa. p.
loco ꝓxime allegato ad. 7m. Et ad auctoritatem
auguſtini reſpõdet ſanctꝰ thomas in hac diſtictio
ne vbi ſupra ad primũ: ꝙ quãuis alique anime de
functoꝝ i ſuis receptaculis exiſtẽtes ea q̃ hic agũ=
tur ignorẽt: nõ tamẽ hoc cõtingit ꝓpter localẽ di=
ſtantiam ſed ꝓpter aliã cauſam: vt qꝛ afficiuntur
vehemẽter ad ea q̃ in illis receptaculis patiuntur
vel etiã quia iſluẽtia ſupioris ſubſtãtie quãuis ani
mã ꝑficiat ad aliqua cognoſcẽda: nõ tamẽ ad oĩa
ſed ad illa tm̃ que ei ſm̃ illũ modũ cõpetũt. Ideꝫ
in ſentẽtia reſpondet pᵐa parte vbi ſupra. ¶ Ad
5m. dicitur ꝙ aſſumptũ eſt falſum. imo ꝓbatio ſan
cti thome ẽ ſufficiẽs. et ad eiꝰ improbationẽ dici=
mus iteꝝ ꝙ aſſumptũ eſt falſum: qꝛ nec probatio
ꝓcedit ex quattuor terminis nec aliqua eiꝰ ꝓpoſi
tio eſt falſa ſed cõcludit recte ꝓpoſitũ. ꝙ auteꝫ nõ
ꝓcedat ex quattuor terminis: patet formãdo ſy=
logiſmũ ad intẽtionẽ ſancti doctoris. q̃ eſt ꝓbare
ꝙ anima ſeparata nõ accipit cognitioneꝫ a rebus
abſtrahẽdo ab eis ſpẽs vel ſimilitudines quas in
ſe recipiat ſicut et cõiuncta corpori facit. naꝫ acci=
pitur pro maiori ꝙ oportet eſſe cõueniẽtiaꝫ inter
recipiẽs et receptũ. pro minori vero nõ accipitur
ꝙ res materialis nõ habet cõuenientiã cum intel=
lectu anime ſeparate ꝓut arguẽs fingit. ſed ꝙ ſpe
cies exiſtẽs in rebꝰ non habet cõueniẽtiã cum ipſo
intellectu. et ſic ſunt in ꝓbatione tres termini tã=
tũmodo. ex quibꝰ cõcludit recta cõſequẽtia ꝙ itel
lectus anime ſeparate non recipit imediate ſpe=
cies ab ipſis rebꝰ extra exiſtẽtibus quod eſt eiꝰ pro
poſitum. et loquitur ſanctus thomas in hac ꝓba=
tione de rebus materialibꝰ et ſenſibilibus. probat
autẽ ſanctus doctor illam minorem: quia forma
vel ſpecies exiſtẽs in rebus: habet eſſe materiale
ſimpliciter: tum quia eſt ſubiectiue in materia: tũ
etiã quia eſt cũ condicionibꝰ materialibus. intel=
lectus vero anime ſeparate vtroq; modo eſt im
materialis. ac ꝑ hoc inter ipſum ⁊ ſpẽm ſm̃ ꝙ exi=
ſtit in rebus extra intellectũ: non eſt cõuenientia
qualis requiritur inter recipiẽs et receptũ: preſer
tim ad cognitionem habẽdam cui repugnat ma=
terialitas. vnde patet ꝙ arguens non intellexit ꝓ
bationem ſancti thome. Et cum obijcit in prima
confirmatione ꝙ phantaſma eſt oppoſite condi=
cionis ad intellectum quia non repreſentat obie=
ctum niſi vt hic et nũc: dicimꝰ ꝙ ex hoc non aliud
poteſt inferri recta conſequentia niſi ꝙ phantaſ=
ma nõ recipiat̃ in intellectu. hoc aũt non eſt con
tra doctrinam ſancti thome qui nuſq; poſuit phã
taſma ꝓut repreſentat rem vt hic et nunc: recipi
in intellectu. vnde ſm̃ ipſius doctrinã phãtaſma
in phãtaſia eſt ſubiectiue. nec ſm̃ ſe in itellectu re=
cipitur: ſed per illuſtrationem intellectꝰ agentis
ex ipſo phantaſmate reſultat ⁊ abſtrahit̃ alia ſpe

cies ſubtilioꝛ et ſpūalioꝛ q̄ recipitur in intellectu.
et hec repꝛſentat rem ſm̄ ad naturā ſpeciei: nō ſm̄
ad condiciones indiuiduales. quāobꝛē ſi intelle-
ctus noſter ꝯiunctꝰ coꝛpoꝛi velit cognoſcere rem
vt ſingularē. i. ſm̄ ad cōdiciones indiuiduales: cō
uertit ad phātaſma qḋ repꝛeſentat rē indiuidua-
liter. Unde. S. Tho. pª. p. q. 85. arti. pº. ad. 3m.
phātaſmata inquit cum ſint ſimilitudines indiui-
duoꝝ et exiſtāt in oꝛganis coꝛpoꝛis: non habent
eundē modū exiſtēdi quē habet intellectꝰ huma-
nus: et ideo nō poſſunt ſua virtute imprimere in
intellectū poſſibilē. ſed virtute intellectꝰ agentis
reſultat quedā ſimilitudo in intellectu poſſibili ex
ꝯuerſione intellectꝰ agētis ſupꝛa phantaſmata. q̄
quidem ſimilitudo eſt repꝛeſentatiua eoꝝ quoꝝ
ſunt phātaſmata ſolū ſm̄ ad naturā ſpeciei. et per
hūc modū dicit abſtrahi ſpēs intelligibilis a phā-
taſmatibꝰ. nō ꝙ aliq̄ eadē numero foꝛma q̄ pꝛius
fuit in phātaſmatibꝰ: poſtmodum fiat in ītellectu
poſſibili ad moduꝫ q̄ coꝛpꝰ accipit ab vno loco et
trāffert ad alteꝝ. hec ille. Et ī reſpōſione ad. 4m
ait. phātaſmata et illuminant ab intellectu agēte
et iterū ab eis p virtutē intellectꝰ agētis ſpecies i-
telligibiles abſtrahunt. Et ſupꝛa. q. 76. ar. 2. in
coꝛ. phātaſma inq̄t nō eſt foꝛma ītellectꝰ potētial
ſed ſpēs intelligibilis q̄ a phātaſmatibꝰ abſtrahit.
in vno aūt intellectu a phātaſmatibꝰ diuerſis eiuſ
dem ſpēi nō abſtrahit niſi vna ſpēs ītelligibilis. ſi-
cut in vno hoīe apparet in quo pñt eē diuerſa phā
taſmata lapidis: ꝛ tñ ab omnibꝰ eis abſtrahit vna
ſpēs intelligibilis lapidis. veruꝫ ꝙ et ipm̄ phātaſ-
ma aliquā hēt cōueniētiā cū intellectu nr̄o quam
nō habet foꝛma et ſpēs in re extra exñs: qꝛ habet
eē in phātaſia intētionale et q̄dā modo ſpūale et
imateriale ſicut et ītellectꝰ eſt ſpūalis et imateria
lis. ¶ Ad ſecūdā cōfirmationē dicimꝰ ꝙ nihil con
cludit cōtra nos. imo magis id nos tenemꝰ. et ad
eiꝰ iꝓbationē: fuit ſufficiēter reſpōſuꝫ in ſecūdo
libꝛo ad quē arguēs remittit ꝓbationē. ¶ Ad. 6m
dicit ꝙ aſſumptū ē falſuꝫ. et ad eiꝰ ꝓbationē dici-
mus ꝙ mediū vniformiter capit in ꝓbatione ſan
cti thome: et ſimiliter accedere et recedere. ſ. in eſ
ſendo. vt ſic foꝛmet rō. mediū in eſſendo quanto
magis recedit ab altero extremoꝝ in eſſendo: tā-
to magis accedit ad alteruꝫ in eſſendo et ecōtra.
ſed aīa ſepata recedit in eſſendo ſeu ī modo eſſē-
di a coꝛpe. ergo magis accedit in eſſendo et mo-
do eſſendi ad ſubas incoꝛpeas. et cū arguēs dicit
ꝙ hoc nihil eſt ad ꝓpoſitū ꝙ. ſ. magis accedat ad
ſubas ſepatas recipiēdo influxū carū ꝑtinentē ad
operationem: dicimꝰ ꝙ eſt falſum et non docte di
ctum imo illud eſt multū ad pꝛopoſitū. nam mo-
dus opandi cōſequit naturaliter modū eſſendi.
vnde ex illa cōcluſione ꝙ aīa ſeparata a coꝛpoꝛe
accedit in eſſendo aut in modo eſſendi ad ſubas
ſeparatas: neceſſario cōſequit ꝙ accedat etiaꝫ in
modo opandi et in modo cognoſcēdi. ſ. per ſpe-
cies influxas qui eſt modꝰ cognoſcēdi ſubarū ſepa
ratarū. et cum arguēs cōtra hoc obijcit ꝙ tūc ani-
ma ſeparata magis eſſet capax talis influentie q̄
ipſamet cōiuncta coꝛpoꝛi glorioſo: concedimus
hāc ipſius illationē loquendo de capacitate natu
rali quicquid ſit de capacitate ſm eſſe gratie vel
gloꝛie. quod aūt arguens ꝓbat in fine ꝙ aīa ſepa
rata nō magis recedit a coꝛpe in opando q̄ con
iuncta: accipiēdo receſſum a coꝛpe vt ab obiecto
quia et cōiuncta et ſeparata pōt cognoſcere coꝛ-
pus: nō eſt ad ꝓpoſitū. quia receſſus a coꝛpe in ꝓ
batione ſancti thome nō capit ſicut ab obiecto ſ
ſicut a ſubiecto. quia enī ſeparata anima nō ē ſub-
iectiue in coꝛpe: non hēt modū opandi anime exi
ſtētis in coꝛpe qꝛ modus opandi cōſequit modū
eſſendi. ¶ Ad. 7m. dicit ꝙ aſſumptū nō ſolū ē fal-
ſum ſed et abſonū et nō ſatis docte dictū pꝛout in
quinto notabili fuit deductū. nec valet quod ad
dicti ꝓbationē arguēs adducit de ſomno ꝓfundiſ
ſimo. nā huiuſcemodi reuelationes licet fiāt ī ſō-
nis: nō fiunt ſicut ex cauſa per ſe ex vi ſomni: ſ ex
volūtate ſupioꝛis ſubſtātie ad inſtructioneꝫ eius
cui fit reuelatio: quāuis ſomnꝰ cōferat ad diſpoſi-
tionē recipientis. vnde exigit ad hoc ꝙ aīa capiat
reuelationeꝫ: ꝙ ſomnꝰ ſit talis ꝙ motꝰ et tumultꝰ
coꝛpoꝛales impediat: et vires anime nō omnino
liget quin poſſint motus et influxus ſuperioꝛum
cauſarū recipere. ad hec autē tenuis ſomnꝰ cōfert
nō multū ꝓfundus. et quia in epilēticis et freneti-
cis eſt magnꝰ humoꝝ tumultus et ſpirituuꝫ ꝑtur-
batio quibꝰ inhabiles reddunt ad capiendas ſu-
perioꝝ cauſarū influentias: ideo nō fiunt ad eos
reuelationes. vnde obiectio arguētis ſumpta ex
ſomno pꝛofundiſſimo: magis eſt deriſibilis q̄ ſo-
lubilis. certe arcus nubium non niſi tempoꝛe plu
uioſo apparet. ſed non inde ſequit ꝙ quanto ma-
gis fuerit tēpus pluuioſum tanto magis appareat
nam tēpoꝛe nimis pluuioſo non apparet: quia ad
eius apparentiā requirit pluuie cū ſiccitate quod-
dam tēperamētū pꝛout accipitur ex dictis phi. 3.
metheo. ¶ Ad. 8m. dicitur ꝙ pꝛima ꝓbatio nō va
let. quia licet vnio anime ad coꝛpꝰ ſit pꝛincipalit̄
finaliter ꝓpter bonū totius: nō inde ſequit ꝙ nō
ſit pꝛopter bonū partiū. imo magis ecōtra ſequi-
tur qꝛ bonū totius ex bonitate partiū reſultat. et
inter partes q̄ ſunt anima et coꝛpꝰ: negari nō pōt
ꝙ vnio ſit ꝓpter partem nobilioꝛē que eſt anima

quãobrẽſi ex tali vnione impediretur opatio ani
me:fruſtra anima corpi vnireť q̄ꝫm eſt in ſe.qꝛ fru=
ſtra dicitur quod nõ cõſequitur finẽ ſuũ. finis aũt
rei primus et ꝓximꝰ eſt ipſius opatio a qua ſi deſti
tuitur:merito dicitť res fruſtra fieri.⁊ ſi anima quo
ad ſe fruſtra vniretť corpori:fruſtra etiã eſſet vnio
reſpectu totius cuiꝰ opatio principaliter eſt p ip=
ſam animã: ita vt deſtitutio anime a ꝓpria opa=
tione:eſſet cauſa deſtitutionis totiꝰ compoſiti ab
opatione ꝓpria. et hoc arguẽs debet concedere.
qui in hac queſtione de intellectione anime ſepa
rate reſpõdens ad quartã dubitationem quã mo
uet cõtra cõcluſionẽ ſuã:tenet ꝙ cuiꝰ forma ſpeci=
fica nata eſt p ſe eſſe:illius totius non põt eſſe aliq̃
opatio propria q̄ non poſſit eſſe forme vt operã=
tis: quia opatio pfectiſſima non põt ineſſe niſi ſit
ſm formã perfectiſſimã.ex quo ibi concedit ꝙ in=
telligere eſt ꝓpria opatio totius hominis: ſed ſꝫ
formã pfectiſſimã in eo tanq̄ꝫ ſm ꝓpriam rõnem
operandi.et ideo ſic eſt ꝓpria operatio totius: ꝙ
põt eſſe partis.et ſic concludit negãdo maiorem
argumẽti q̄ erat hec.operatio ꝓpria totiꝰ non po
teſt eſſe ꝓpria opatio partis. ❡ Ad ſecundã ꝓba=
tionẽ dicitť ꝙ arguens in ea ſeipſum cõfundit. naꝫ
nõ aliud ex ꝓbatione cõcluditur niſi ꝙ anima nõ
fruſtra vnitť corpori ſi ĩ eo non habeat ꝓpriã ope=
rationẽ:quia põt illaꝫ habere.ſ. ſeparata a corpo
re.et certe hec cõcluſio cõfundit eius ꝓbationem
et illã interimit. nã ſi anima per aliam viã.i. ſepa=
rata a corpe põt habere ſuam opationeꝫ: optime
ſequitť ꝙ vnio eius ſit fruſtra aut ſaltẽ ꝓbatio con
fundit.non enim ꝓbatur ꝙ vnio anime ad corpꝰ
non ſit fruſtra p hoc ꝙ anima per aliam viam q̄ꝫ
p ſenſus corporis.ſ.ſeparata põt habere ſuã ope=
rationeꝫ. vnde ꝓbatio ex vtraqꝫ parte inepta cõ
uincitť. ❡ Ad. 9m. dicitur ad primã inſtãtiã ꝙ licet
aliqua virtus .ſ. diuina põt ſua opatione vel effe=
ctu trãſire de extremo ad extremũ ſine medio:nõ
inde probatť ꝙ idipſum poſſit anima.qꝛ deus eſt
virtutis infinite et eſt auctor omniũ reruꝫ.anima
autem eſt virtutis finite et ad certum modũ ope
randi limitata: ſiue ſit vnita corpori ſiue ab eo ſe=
parata. nõ eni eiꝰ ſeparatio a corpore dat illi vir=
tutem infinitã aut modũ opandi illimitatũ. vñ ar
gumentũ quod arguẽs deducit ad oppoſitũ: ea fa
cilitate cõtemnitť qua abſqꝫ vlla rõne aut recta cõ
ſequẽtia formatť. hec certe cõſequẽtia: ĩtellectꝰ ſe=
paratꝰ eſt pfectior q̄ꝫ cõiunctꝰ: ergo põt trãſferre
obiectũ ab extremo in extremũ ſine medio qđ nõ
põt cõiunctꝰ:nõ plus valet q̄ꝫ iſta. angelus eſt p=
fectior hoĩe: ergo põt creare mundum qđ homo
non põt.et homo ẽ pfectior equo:ergo põt vola=
re quod nõ põt equꝰ. nõ eni omne qđ nõ põt ĩfe=
riꝰ põt ſupius.nam aliq̃d põt vtriqꝫ repugnare.ſi=
cut eni creare munduꝫ et hoĩ et angelo repugnat
et hoĩ et equo repugnat volare: ita et tranſferre
rem materialẽ p ſeipſam ab eſſe materiali in rerũ
natura ad eſſe intelligibile et obiectale apud ĩtel=
lectũ ſine medijs opationibꝰ et abſtractionibꝰ ſen
ſuum: repugnat et intellectui cõiuncto corpori et
intellectui ſeparato. ❡ Ad ſecundã inſtãtiaꝫ dicitť
ꝙ in probatione ſancti thome extrema ſunt ma=
teriale ſimpliciter.ſ. res corpea exiſtẽs extra ani=
mã:et ĩmateriale ſimpliciter.ſ.res actu intelligibi
lis.iter q̄ mediat ſenſibile abſtractũ opatione ſen
ſuũ:qꝛ parti eſt materiale inq̄ꝫm habet eſſe cũ con
dicionibꝰ materialibꝰ.et parti eſt ĩmateriale ĩq̄ꝫm
habet eſſe intentionale et quodã modo ſpũale a
ꝓpria materia ſeparatũ. vnde patet falſum eẽ ꝙ
eſſe imaginabile ſeu ſenſibile abſtractuꝫ p ſenſus
ſit extremũ ſm ꝙ illud accipit ſanctꝰ doctor ĩ ſua
ꝓbatione. nõ eni illud accipit ꝓut exiſtit materia
liter in rerum natura in quo deceptꝰ eſt arguẽs: ſꝫ
ſenſibile abſtractũ per potẽtias ſenſitiuas. vñ ar=
gumentũ ꝓcedit ex falſo intellectu quem arguẽs
habuit in dictis ſancti thome.qđ autẽ finaliter in=
fert de ſuperiori virtute:eſt abſqꝫ ratione dictum
ſicut et precedẽs. ❡ Ad argumẽtũ ante oppoſituꝫ
reſpondet.S.Tho.in.pa.p.q.89.ar.pᵒ.ad.3m.ꝙ
anima ſeparata nõ intelligit p ſpecies ĩnatas nec
per ſpecies quas tũc abſtrahit nec ſolũ p ſpecies
conſeruatas vt obiectio ꝓbat:ſed p ſpecies ex in=
fluentia diuini luminis participatas. quaruꝫ ani=
ma fit particeps ſicut et alie ſubſtantie ſeparate:
quãuis inferiori modo. vnde tã cito ceſſante cõ=
uerſione ad corpꝰ: anima ad ſupiora ſe cõuertit.
nec tamẽ propter hoc cognitio vel potẽtia non
eſt naturalis:quia deus eſt auctor non ſolum ĩflu
entie gratuiti luminis:ſed etiam naturalis. Et in
hoc articulus terminatur.

VLtimo circa quinquageſimā diſtictionez q̄rif vtrum aīa hoīs ſeparata poſſit corꝑa mouere localiter: et arguitur ꝙ ſic. quia ſubſtātie ſpūali obedit naturalit̄ corpus ad motū localē. ſꝫ aīa ſeparata ē ſuba ſpūalis. ergo ſuo īꝑio pōt mouere corꝑa. ¶ In oppoſitū arguif ſic. quia phs dicit ſecūdo de aīa ꝙ anima non pōt mouere quodcūq; corpus ſed ſolūmodo proprium. ¶ In hac queſtione erūt q̄ttuor articuli vt ſupra.

Qantuz ad primū articulū ſit ꝑma concluſio ꝙ aīa ſepata non pōt ſua naturali virtute mouere aliquod corpus. Hāc cōcluſionez tenet. S. Tho. in. pͣ. p. q. 117. ar. 4. ¶ Secūda cōcluſio eſt ꝙ aīa ſeparata virtute diuinitꝰ et ſupnaturalr̄ ſibi data pōt mouere localiter corꝑa. Hāc cōcluſionē tenet S. Tho. vbi ſup̄. Ad q̄ facīunt ea q̄ docet ſupra diſ. 45. q. pͣ. ar. pͦ. ſub. ar. 3. de exitu aīaruz a ſuis receptaculis poſt mortez in corꝑibus aſſumptis.

Qantum ad ſecundū articulū arguif cōtra concluſiones. Et q̄dē cōtra primam arguit ſcotꝰ ꝑmo qꝛ incōueniens videf ꝙ aīa ſeparata ſit ī aliquo loco vñ non poſſet mouere ſe libere: et p̄cipue ſi ſit in loco ſibi diſcōuenīēti cū quodlibet elemētuz moueat ſe de tali loco. ¶ 2°. qꝛ agēs q̄ pōt hr̄e in ſua virtute actiua aliquē terminū: pōt in illum. ſed terminꝰ motꝰ localis nō eſt niſi vbi. quē terminū pōt hr̄e anima in virtute ſua: qꝛ nullū eſt corpus ita impfectū qui habeat in virtute illū terminum. et ſimilr̄ ad mouēdū aliud ad illū terminuz qꝛ lapis trahit ſecū aliud corpꝰ ad locuz ſuū ſi ſibi cōiungaf. cum ergo aīa ſit ſuſceptiua illiꝰ termini qꝛ eſt in loco diffinitiue: oportet ꝙ habeat illū in virtute actiua. ergo aīa ſepata pōt ſe et aliud corpus mouere nō organice. ¶ Confirmaf. qꝛ ſi repugnat anime ſeparate mouere aliud corpꝰ localiter ſecuz: aut hoc eſſet ex ſua īmaterialitate: aut ꝓpter ſuā impfectionē. nō primo modo: qꝛ mouere ſe et aliud corpꝰ: conuenit nature intellectuali vt angelo qui pōt mouere ſe et celū. nec ſecundo modo: qꝛ cōuenit corpi q̄ eſt impfectiꝰ ens. ſimiliter aīa in virtute ſua habet formā pfectiorē. ſ. intelligere et velle. nō ergo ſibi repugnat rōne impfectionis. ¶ 3°. qꝛ corꝑa gl̄ificata poſt reſurrectionē mouebunf ab aīa et nō organice: ſed totū corpus ſimul mouebif nō vna parte mota et alia deſcente: qꝛ volabunt et nō deficiēt. hec autē motio ſimul totiꝰ corporis nō eſt ꝑ organum. ergo tunc erit in ea virtus qua poterit mouere corpꝰ nō organice. et ſi tunc: ergo et nūc. quia nulla noua potentia ſibi dabif in reſurrectione. hec ſcotꝰ. ¶ Cōtra eandē cōcluſionē arguit aureolus. primo quia aīa xp̄i deſcēdit ad inferos. et cōſtat ꝙ non eſt dicendū quin potuerit ſecū defferre vnaz paleam ſi voluiſſet aut mouere localiter aliq̄ corpꝰ. Confirmaf. quia aliq̄ pie ponūt ꝙ ſecū portauit baculum impialē. ¶ 2°. ſic. anima cōiūcta pōt mouere aliq̄ corpꝰ imediate nō mediāte aliquo organo ſed ſolū ꝑ potentiā motiuā quā hēt in ſe. ergo aīa ſeparata pōt mouere aliq̄ corpꝰ localiter ꝑ eandē potētiam motiuā. tenet cōſequētia. qꝛ non ꝓpter aliud negaf ab aduerſario ꝙ aīa ſeparata moueat aliquod corpꝰ localiter: niſi qꝛ dicūt potētiā motiuā in loco eſſe organicaz. et ideo ſm eos aīa nō mouet corpus imediate ſed mediāte aliq̄ organo: ſicut nec imediate videt aīa ſed oculꝰ. Aſſūptū pbaf. quia iſta eſt expreſſa intētio ariſtotelis in libro de cauſa motꝰ aīalium. vnde ibidē dicit ꝙ non oportet ꝙ in corpe animalis ſit aliq̄ pars imobilis ſic ꝙ nō totū moueaf. cōtingit eni quandoq; ꝙ totū mouef: et nihil eſt imobile niſi punctꝰ. quomodo ergo et a quo tūc eſt motꝰ. reſpondet ꝙ imediate eſt ab anima q̄ primo mouet ſpiritū ⁊ mediāte ſpū totū corpus. Similiter iſta eſt expreſſa intētio cōmentatoris in. 8. phy. vbi commēto. 36. dicit ꝙ in aīali primo mouēs eſt anima motū vero imediate ab ea eſt ſpūs in muſculis et lacertis. et idē dicit in multis alijs locis. Ex q̄bus apparet ꝙ mens cōmentatoris ē ꝙ aīa mouet corpus imediate. ſ. aliquā eius partē imediate mouēdo: non ꝑ aliquā partē mediā. nā ſm eum manifeſtū eſt ꝙ res mouēs et res mota differunt. nihil autē mouef niſi a quieſcēte illo motu. tūc querif illud quieſcēs aut eſt aīa ſola et habeo ꝓpoſitum vel eſt aliq̄ pars corꝑis: et hoc eſt cōtra mentem ariſtotelis et cōmentatoris. qꝛ ſm eos contingit quandoq; vt totum corpꝰ ſit motuz excepto aliq̄ punctali. ſicut ille qui ſaltat mouet ſe totalit̄ vſq; ad aliquē punctū gibbi. et cuz punctꝰ non habeat virtutem motiuā in loco: neceſſe ē ꝙ illud mouēs imobile p̄ ſe ſit anima. ¶ 3°. quia iſta opinio tua non ſtat cum opinione cōmentatoris qui. 12. me

taphy. cōmēto. 33. dicit ꝙ potētia motiua ē ī ſubſtātijs ſeparatis dicēs de virtutibꝰ anime tm̄ reperitur in eis intellectiua et appetitiua et ſm̄ locum motiua. ¶ 4°. quia cōtradicit illis q̄ fide tenemꝰ. legimus enī aliquādo aīas ſctōꝝ apparuiſſe in corporibus aſſumptis. ſicut legimꝰ de agatha apparente ſancte lucie. ¶ 5°. quia cū aīa intellectiua ſit ſubſtātia media inter ſubās abſtractas et ſubās corporeas: inq̄ꝫm eſt forma cōueniēs cū ſubſtātijs abſtractis: habet potētiā intellectiuā et volūtatē ꝛ motiuā ſm̄ locū nō organicā. inq̄ꝫm vero cōuenit cū corpibus: habet potētias ſenſitiuas et motiuā ad locum organice. hec aureolus.

Quantuꝫ ad tertiū articulū primo notandū eſt ꝙ vt accipitur ex dict. S. Tho. ſupra diſ. 45. q. pª. ar. pº. ſub. ar. pº. quāuis aīabus poſt mortē nō aſſignent aliqua corpa quoꝝ ſint forme vel determinati motores: determinant tamē eis q̄dā corporalia loca per cōgruentiā quādā ſm̄ gradus dignitatis earū in quibꝰ ſint quaſi in loco: eo modo quo incorporalia in loco eſſe poſſunt. huiuſcemodi autē cōgruentia, ꝑut ibi. S. Tho. notat ſub. ar. 2. in cor. accipit ſm̄ meritū vel demeritū. nam ſicut in corpibꝰ eſt grauitas vel leuitas qua ferunt in locū ſuum q̄ eſt finis motꝰ ipſoꝝ: ita etiaꝫ eſt in animabꝰ meritū vel demeritū quibꝰ ꝑueniūt anime ad p̄miū vel penā q̄ ſunt fines actionū ipſaꝝ. vnde ſicut corpus ꝑ grauitatē vel leuitatē ſtatim fertur in locū ſuum niſi ꝓhibeat: ita anime ſoluto vinculo carnis ꝑ quod in ſtatu vie detinebant: ſtatim p̄miū cōſequunt vel penaꝫ niſi aliq̄d impediat. et quia locus deputat animabꝰ ſm̄ cōgruētiaꝫ premij vel pene: ſtatim ꝙ aīa a corpe abſoluit: vel in infernū demergit vel ad celū euolat: niſi impediat aliquo reatu quo oportuit euolationē differri vt priꝰ aīa purget. Ex quibꝰ colligit ꝙ ſicut per grauitatē aut leuitatē corpa habēt loca ſibi ꝓportionata in quibꝰ naturaliter quieſcūt et a quibus naturaliter nō recedūt: ita et per merita vł demerita anime ſeparate a corpibus habēt loca ſibi ꝓportionata diuina iuſticia et ꝓuidentia illis deputata. in q̄bus locis ſtant et ꝑmanent ꝑ meritū vel demeritū tanq̄ꝫ ꝑ quaſdā qualitates ſibi adaptatas: quibꝰ fiūt illis q̄ſi loca ꝓp̄a. a q̄bus q̄ſi ſibi cōnaturalibꝰ ſm̄ naturā meriti vel demeriti non recedūt: niſi vis aut motꝰ ſeu imperiū vel influentia ſuꝑioris cauſe illis ſuꝑueniat. ꝑ quē moduꝫ etiam ipſa corpa quibus ꝓp̄e locus debet a ꝓprijs locis quandoq̄ꝫ recedūt. loca aūt per meritū vel demeritum deputata animabꝰ poſt hanc vitā: ſunt finaliter celū ꝓpter meritū: et infernus ꝓpter demeritum. diximꝰ aūt ſignanter niſi vis aut motꝰ ſeu imperiū vel influētia illis ſuꝑueniat: q̄m ſm̄ diſpoſitionē diuine ꝓuidētie aliquādo anime ſeparate a predictis locis ſibi adaptatis exeūt et ad alia loca mouent vt aliqͦd miniſteriū impleāt. vt quando apparent viuētibꝰ hoībus ad eoꝝ eruditioneꝫ vel etiā terrorē. ſed vt ſanctꝰ thomas dicit loco p̄allegato ſub articulo tertio: hoc intereſt inter ſanctos et dānatos. ꝙ ſancti cū voluerit poſſunt apparere viuētibus et ꝑ cōſequēs ad tempꝰ mutare locū: non aūt dānati. ſicut eniꝫ viuentes ſancti in carne ꝑ donū gratie gratis date accipiunt vt ſanitates vel ſigna ꝑficiant que nō niſi diuina virtute mirabiliter fiūt nec ꝑfici poſſūt ab alijs dono gratie carētibꝰ: ita etiā non ē incōueniēs vt ex virtute glorie aliq̄ poteſtas aīabus ſanctoꝝ det ꝑ quā poſſunt mirabiliter apparere viuētibꝰ cū volūt. ac ꝑ hoc mutare locū ſibi d̄putatū. qͦd dānati nō p̄nt niſi interdū a deo ꝑmiſſi. verū ꝙ ſancti hoīes aut ſctōꝝ anime quāuis id agere p̄nt cū voluerit: nō tn̄ id volūt niſi q̄n vidēt diuine diſpoſitioni et voluntati cōgruere: cui in omnibꝰ conformant.

nis naturalis: ꝙ homo ꝓximum diligat.
qui intelligitur omnis hō. in quātū ſibi ſi
milis eſt ſm naturā ſpecificā. ſm illud Ec
cleſiaſtici. xiij. omne animal diligit ſibi ſi-
mile. Docet hoc ſanct⁹ Tho. in plurib⁹
locis ⁊ multū plane prima pte. q. lx. ar. iiij
⁊. v. Itē prima ſecūde. q. cx. ar. iij. Unde
hoc modo loquēdo: dilectio dei ⁊ dilectio
ꝓximi ſunt de primis ⁊ cōmunibus legis
nature preceptis rationi humane p ſe no-
tis q̄ exteriori nō indigent editione ⁊ p̄ſer-
tim adiuncta fide a quibus omnia prece-
pta decalogi deducunt̄ ſicut concluſiones
imediate ex primis principijs. put ſanct⁹
Tho. tradit p̄ma ſecūde. q. c. arti. iij. ad p̄-
mū. Sed in lege diuina Deutro. vj. ⁊ ma
thei. xxij. tradita ſunt precepta de dilectio-
ne dei ⁊ ꝓximi non q̄tum ad ſubſtātiam
act⁹ abſolute ſed q̄tuz ad modū determi-
natuz. ſ. ꝙ deus diligatur ex toto corde ex
tota aīa aut mente. ⁊ ex tota fortitudine. et
ꝓximum diligat quiſq; ſicut ſeipſuz. Iſte
enim modus diligendi deum ⁊ ꝓximum:
non ineſt homini a natura ſed ex gratia.
Unde indiguit expreſſa editione p modū
precepti. cum ſit de neceſſitate ſalutis. Et
inde eſt ꝙ duo precepta de dilectiōe dei ⁊
ꝓximi: dicunt̄ precepta charitatis. quia ī
eis nō ſolum ſubſtātia act⁹: ſed ⁊ modus
ille diligendi qui eſt mod⁹ charitatis: ca-
dit in p̄cepto. ita ꝙ ſine charitate: iſta duo
precepta dilectionis impleri nō poſſunt.
put pulchre deducit ſanct⁹ Tho. prima
ſecūde. q. c. ar. x. Unde Aug⁹. dicit in li. de
pfectione iuſtitie ꝙ hoc preceptū. diliges
dn̄m deū tuū: in plenitudine charitatis pa
trie implebit̄. et ꝙ p hoc preceptū indicat̄
nobis. nō quid faciēdū ſit: ſed potius quo
tendēdum ſit. Ex qua auctoritate ſequit̄
ꝙ dilectio dei cadit ſub precepto q̄tuz ad
modū charitatis q̄ in eo importat̄. cū dici-
tur. ex toto corde ⁊c. Alias in via poſſet p-

fecte impleri. qđ tamē negat Auguſtinus. Idē expſſe tenet ſanct⁹ Tho. ſecūda ſecūde. q. xliiij. ar. vj. et. q. clxxxiiij. ar. ij. ad ſecūdū inqt. Perfectio diuine dilectionis vniuerſaliter quidē cadit ſub precepto. ita ꝙ etiam perfectio patrie non excludit ab illo precepto. Idem tenet in de ṽtutib⁹. q. ij. ar. x. ad ṕmum. Et ꝙ iſto modo intellexerit ſctūs Tho. precepta đ dilectione dei ⁊ ꝓximi data fuiſſe lege diuina: patet. qm̄ ſecūda ſecūde. q. xliiij. vbi ſpecialē de his preceptis tractatū facit: vocat ea precepta charitatis. Et ſub tali pretitulatione đ eis diſputat in tota queſtione. Si enim darētur iſta precepta in lege diuina de dilectione naturali dei ⁊ ꝓximi vel q̄ꝛtum ad ſubſtantiam actus abſolute: falſe dicerent̄ p̄cepta charitatis. cū ſine charitate eſſe poſſit ea dilectio. Unde ⁊ eadē. q. ſecunda ſecūde. arti. ṕmo. Cum tertio loco obijceret ad probandū ꝙ non fuerint danda p̄cepta de dilectione dei ⁊ ꝓximi. ex eo ꝙ inter precepta decalogi non continentur: nō ſoluit obiectionem per hoc ꝙ ſunt đ ṕmis ⁊ cōmuniſſimis preceptis naturaliter notis quemadmodum prima ſecūde. ſed ſoluit. quia omnia precepta decalogi ordinātur ad iſta duo de dilectione dei ⁊ ꝓximi tanq̄ȝ ad finem. propter quod in omnibus includuntur. Hoc intelligendum eſt per moduȝ quo finis includitur in his que ad finem diſponunt vel ordinantur. Omnia enim precepta decalogi: ordinabilia ſunt ⁊ diſponunt ad duo precepta charitatis. non tamen ſicut ad finem adequatuȝ aut cōnaturalem: ſed ſicut ad finem excedentē ⁊ ſupernaturalem. quemadmodum ⁊ virtutes morales ad virtutes theologicas diſponunt ac ordināť. Et hoc modo Apoſtolus dicit prima Thimo. ṕmo. ꝙ finis precepti eſt charitas. ꝑut ſanctus Thomas in poſtilla exponit. ¶ Sequitur ex p̄miſſis ꝙ iſta duo precepta: ſunt ſecunduȝ doctrinam ſancti Thome precepta charitatis prout Deutronomij ſexto ⁊ Mathei vigeſimo ſecūdo tradita ſunt. Quod ⁊ ipſe deducit in eodem articulo. ¶ Habetur expreſſe premiſſe dilectionis dei ⁊ ꝓximi diſtinctio ex dictis ſancti Thome ṕma ſecunde. q. cix. articulo quarto ad primuȝ ⁊ tertium. Et ſecunda ſecunde. q. xxiiij. ar. ij. ad primū. Et. q. xxvj. articulo. iij. ⁊ pluribus alijs locis. ¶ Satis apparet ex predictis ꝙ Burgeñ. deceptus fuerit. nō aduertens diſtinctionem quam ſanct⁹ Thomas habuit de dilectione dei ⁊ ꝓximi.

¶ Quod autem Burgeñ. obijcit đ philoſophis ⁊ peripatheticis qui cum de dictamine naturali ratiōis maxime ſcrutati fuerint: poſuerunt amicitiam inter viros virtuoſos eſſe preciſe: non habet difficultatē. quia amor aut dilectio naturalis quā ponit ſanctus Thomas primum principiuȝ cōmuniſſimū per ſe nōtum: non eſt amicitia proprie loquendo. Nam amor ille naturalis non eſt virtus cum ſe extēdat vſq̄ȝ ad irrationales creaturas ſuo modo: vnde ⁊ inuenitur in bonis ⁊ malis hominibus. Amicitia auteȝ perfecta ꝑut philoſoph⁹ dicit octauo Ethicorum virtus eſt. aut nō ſine virtute. Quod etiam concedit Burgenſis. Mirum ergo ſi in ſolis virtuoſis reperiatur. ¶ Item amor aut dilectio naturalis fundatur vel ſuper cauſalitate eſſe ⁊ nature quibus omnes creature comparantur ad deuȝ: vel ſup proprie nature cōmunicatione per quam quelibet creatura comparatur ad omnes que ſunt ſue ſpeciei. Sed amicitia prout đ ea loquitur Burgenſis fundatur ſuper cōmunicationē virtutis. Ac ꝑ hoc merito non ponitur a philoſophis niſi inter homines virtuoſos. q̄re obiectio Burgeñ. non eſt ad ꝓpoſitū. cum aliud ſit de naturali dilectione. ⁊ aliud de amicitia. imo nec idem iudicium eſt de omni genere amicitie. prout ſanct⁹ thomas deducit ſecunda ſecūde queſtione vigeſima ſexta articulo octauo.

## ¶ Circa librum Deutronomij. Capitulo quarto.

IN Deutrono. caplo qrto Burgeñ. volẽs pbare quãdã poſtillatoris cõſequẽtiã minus efficacẽ: idurit dictũ ſci Tho. pma pte. q. lxx. ar. ij. Ad quartũ ꝙ nihil phibet dici dignioꝛẽ creaturã: ꝑpter inferioꝛez eſſe factam non ſm ꝙ in ſe cõſideraẽ: ſed ſm ꝙ oꝛdinatur ad integritatẽ vniuerſi. Ex quo dicto Burgeñ. infert contra poſtillatoꝛẽ ꝙ etiam ſi coꝛpoꝛa celeſtia ſint facta ꝑpter hominẽ: ex hoc nõ tolliẽ quin ſint homine dignioꝛa. ¶ Cõtra quẽ magiſter mathias ſic ait. nec ðductio ſancti Tho. quã Burgeñ. adducit: valet. Per ſcolã eni pariſieñ. repꝛobatur ⁊ ad erroꝛez reducit ꝙ celũ ſit digni⁹ hoie ⁊c̃. Hec ille cũ ceteris. ¶ Sed hic reuera valde impꝛopꝛie locutus eſt magiſter Mathias. nõ enim ðductio cui obſiſtit ſcola pariſieñ. ſãcti Tho. eſt nec eius dici debet. ſed Burgeñ. quam deducit ex quodã dicto ſancti Tho. quod veriſſimũ ẽ quis deductio Burgeñ. ex eo: extra mentẽ ſancti Tho. fuerit. nũꝙ eniz ſanctus Tho. voluit aut docuit celum ẽe quid dignius hoie in genere viuẽtiũ. Cũ in eadẽ ſolutione ꝑ Burgeñ. allegata dicat ꝙ hõ ſm aĩam pꝛeferẽ coꝛpoꝛibus luminarium imo nec celũ ſm doctrinaz ſancti Tho. cauſalitatẽ habet aut influẽtiaz directe ſupꝛa hominẽ inꝗ̃tũ homo eſt. et ab alijs inferioꝛibus ſe: diſtinguiẽ. Falſe ergo magiſter Mathiaz ſignificat ꝙ ſãct⁹ Tho. aliud in hoc articulo ſenſerit vl' docuerit a ſcola pariſieñ. licuit igitur magiſtro Mathie ꝑ defenſione poſtillatoris pbare deductionem Burgeñ. ex dict' ſancti Tho. fuiſſe ineptã ⁊ longe a ſancti Tho. ꝓpoſito. aut alias cõſequẽtiã poſtillatoꝛis defendere. Nã dictũ ſci Tho. per Burgeñ. allegatũ: veriſſimũ eſt. neqꝫ eni negari põt ꝙ aliq̃ ſint coꝛpa pfectioꝛa vt celeſtia: facta ꝑpter eſſe ⁊ cõſeruationem coꝛpoꝛũ impfectioꝛuz. ſ. iſtoꝛũ inferioꝛum ꝑut talia ſunt partes vniuerſi ad cuius perfectionem ⁊ conſiſtentiam: coꝛpoꝛa celeſtia condita ſunt ſicut ad quendam finẽ in genere creaturarum. quis omniũ creaturarum deus ſit vltimus finis.

## ¶ Circa capitulũ. xxiiij.

IN caplo. xxiiij. circa q̃ſtionẽ motã per poſtillatoꝛez. an. ſ. repudiũ vxoꝛis fuiſſet in veteri lege illicituz: cum poſtillatoꝛ recitaret duas opiniones famoſas: Burgeñ. volens pbare longa digreſſione ꝙ opinio dicẽs repudiũ fuiſſe licitũ ſit magis conſona littere ⁊ rationi: inter alia inducit quandã ſancti Thome auctoꝛitatẽ dicẽtis pꝛima ſecũde. q. cij. ar. v. ad tertiũ. matrimoniũ fuit i veteri lege ꝑut erat in officiũ nature. non ꝑut eſt ſacramẽtũ coniũctionis xp̃i ⁊ eccleſie q̃ nondũ erat facta. Unde in veteri lege dabaẽ libellus repudij. quod eſt cõtra ſacramẽti rationẽ. Hec ſcũs Tho. ¶ Sz magiſter Mathias in replica ſua contra Burgeñ. inquit ſic in caplo. xxiiij. vbi poſtillatoꝛ diſputat de libello repudij et diuoꝛtio: ſicut ⁊ Scotus circa quartũ ſentẽtiaꝝ ⁊ cõmuniter doctoꝛes: ſol⁹ Burgeñ. cũ ſctõ Tho. ſe pꝛocaciter determinat ad partẽ min⁹ pꝛobabilẽ volens ꝙ in veteri lege repudiũ erat nõ modo licitũ: ſed etiã a deo pꝛeceptũ expꝛeſſe. Hec magr̃ Mathias in foꝛma. Cuius tamen queſtionis diſputationem remittit ad ea que ſcripſit infra Mat. xix. Sed quoniaz ibi non refert ipſe magiſter ſicut hic ꝙ Burgeñ. cũ ſancto Thoma teneat in queſtione de repudio in veteri lege partem minus pbabilẽ. ſ. fuiſſe licitum: opoꝛtuit hic id quod de ſancto Tho. tetigit: examinare. ¶ Et certe mirabile eſt ne dicam abominabile

ꝙ magiſter Mathias tam effrōte ac apte imponat ſancto Tho. illud falſiſſimū. cum ipſe nunꝙ̄ dixiſſe reperiatur ꝙ repudium in veteri lege fuerit a deo preceptū. nec ſolum hoc: ſed neqꝫ in partem minus probabilem: vt ipſe magiſter falſo refert: ſe determinauit. ſ. ꝙ repudiū fuerit in veteri lege licitum. Nā quarto ſentētiarum diſtinctione. xxxiij. q. ij. ar. ij. ſub ar. ij. eam queſtionē diſputat ex ꝓpoſito. In cuius determinatione recitatis duabus opinionibus quas hic poſtillator tetigit: in fine ſecunde opinionis q̄ tenet repudiuꝫ fuiſſe licitū ex ꝑmiſſiōe diuina: inquit ſic. Et q̄uis hoc ꝓbabiliter dicat̄: tamē primū cōmunius ſuſtinet̄. Hec ſctūs Tho. Fuerat p̄ma opinio ꝙ repudiū in veteri lege fuiſſet illicitū. ꝑmiſſum tamē ad maiꝰ malum vitandū. ſ. vxoricidiū. Ecce q̄ expſſe apparet ꝙ ſctūs Tho. magis ſe determinat in ꝓbabiliorē partē. q̄ tenet hic poſtillator. ſ. ꝙ repudiū fuerit in veteri lege illicitū. Q̄uis dicat aliā opinionez habere ꝓbabilitatē qd̄ cōmūiter doctores dicūt. Itē prima ſecunde. q. cv. ar. iiij. arguit ſic viij. loco. Preterea inter virū ⁊ vxorem ſicut eſt maxima familiaritas: ita debet eſſe fides firmiſſima. ſed hoc nō pōt eſſe ſi matrimoniū diſſolubile fuerit. incōueniēter igit̄ dn̄s ꝑmiſit. Deutro. xxiiij. ꝙ aliquis poſſet vxorē dimittere ſcripto libello repudij. ⁊ ꝙ etiā vlterius eam recuperare non poſſet. Ecce argumētū. Sequit̄ reſpōſio. Ad. viij. dicendū ꝙ lex permiſit repudiū vxoris. non q2 ſimpliciter iuſtuꝫ eſſet. ſed ꝓpter duriciā iudeorū. vt dn̄s dicit mat. xix. Sed de hoc oportet pleniꝰ tractari cū de matrimonio aget̄. Hec ſctūs Tho. in forma. vbi patet ꝙ magis ſe determinat in opinionē que repudiū dicit fuiſſe illicitum. ¶ Item cōtra gētiles. li. iij. cap. xxiiij in fine ſic ait. Per hoc aūt excludit̄ cōſuetudo dimittēdi vxores. qd̄ tamē in veteri lege ꝑmiſſum fuit iudeis ꝓpter eoruꝫ duriciā quia. ſ. ꝓni erant ad occiſionē vxoꝝ. Permiſſum ergo fuit minꝰ malū: ad excludēdum maiꝰ malū. Hec ſctūs Tho. in forma. Ex quibus aperte conſtat ꝙ magis teneat repudiū fuiſſe illicitū in veteri lege. nō enim potuit planiuꝫ oſtendere mētem ſuā q̄ dicere ſicut hic. ꝙ ꝑmiſſum fuit minus malum: ad excludendū maiꝰ malum. Erubeſcat igitur magr̄ Mathias qui plane hoc in loco aut non legiſſe: aut nō intellexiſſe ſctūm Tho. vel maliuoluꝫ fuiſſe ſalua pace ſua comprobat̄. Sed neqꝫ auctoritatē doctoris ſui Scoti fideliter introducit ſignificās ꝙ in eam opinioneꝫ ſe determinet: que repudium dicit fuiſſe illicitum. nā in loco ꝑ eum allegato. iiij. ſentētiarū. diſti. xxxiij. q. ij. vtrāqꝫ recitat opinionē. nec ſe in aliquā partē expreſſe determinat. imo nec alteram earū pretulit alteri. ſed eo magis videt̄ declinare ī eam partem q̄ repudium dicit fuiſſe licitū: q2 multo plures ad eius ꝓbabilitateꝫ induxit rationes. ⁊ argumenta in contrariam partē magis ſollicite diſſoluere conatꝰ ē. ¶ Auctoritas autem ſancti Thome quā Burgeñ. pro ſe introduxit: ꝓpoſituꝫ eius non probat. cuꝫ ibi preciſe dicat ſanctꝰ Tho. ꝙ in veteri lege dabatur libellus repudij. ſed vtrum id licitum fuerit aut illicitū: nō determinat neqꝫ proſequitur.

## ¶ Circa quartuꝫ libruꝫ Regum. Capitulo. xx.

IN quarto li. Regū cap. xx. ſuper illud. Vis vt aſcēdat vmbra. x. lineis. Burgeñ. allegat ſanctū Tho. prima parte. q. cv. arti. vlti. dicēteꝫ ꝙ inter miracula: ſummū gradum tenent ea que nullo modo natura facere pōt. vt ſunt retroceſſio ſolis. glorificatio corporis humani ⁊ ſimilia. Sed magiſter Mathias q̄ doctrinam ſancti Tho. vel in modico ferre nō valet. etiā ſi agnitā veritatem

impugnare deprehendat: obſiſtit dicens
ꝙ dictū illud ſancti Tho. auctoritati Au
guſtini cōtradicit q̄ in primo de trini. cap.
vj. inq̄t. Maximū miraculū eſſe ſuſcitare
mortuū. ¶ In quo plane magiſter Ma
thias conuincit̄ manifeſtā impugnare ve
ritatē. Nam ſi mirabilia nominant̄ ꝑut
Aug⁹ dicit. xxvj. cōtra fauſtū. Cū deus
aliq̄d facit contra cognitū nobis ſolitūq̄
curſum nature: cōſequens eſt ꝙ miracula
dicant̄ per cōparationē ad facultatē na
ture quā excedūt. Nā ex cōparatione ad
diuinā potētiam: nihil eſt q̄d poſſit appel
lari miraculū. q̄m quodcūq̄ factū: mini
mū eſt diuine potētie cōparatū. Vñ ſeq̄t
ꝙ ſm hoc dicat̄ aliq̄d mai⁹ miraculū: ꝙ
magis excedit facultatē nature. ſed q̄s ne
gauerit id magis fieri ſupra naturam rei
quod naturam excedit: ꝛ q̄ntum ad ſubſtā
tiā facti: ꝛ q̄ntū ad modū fiēdi: q̄ q̄d exce
dit naturā q̄ntum ad modum fiēdi preciſe:
quorū tamē primū in ſolis retroceſſione
aut ſtatione contingit. ſecūdū vero in cor
poꝝ mortuoꝝ viuificatione. Et cōfirmat̄
ꝑ ea q̄ Aug⁹ dicit. xxj. de ciui. dei cap. viij
vbi ex ꝓpoſito cōferēs d̄ miraculo ait ſic.
quid ita diſpoſitum eſt ab auctore nature
celi ꝛ terre: quēadmodū curſus ordinatiſ
ſimus ſiderū: quid tā ratis legibus fixiſq̄
firmatū: Et tñ q̄n ipſe voluit q̄ ſummo re
git imperio ac poteſtate quod cōdidit: ſtel
la pre ceteris magnitudine ac ſplēdore no
tiſſima: colorem. magnitudinē. figuram ꝛ
quod ē mirabili⁹ ſui curſus ordinē legēq̄
mutauit: curuauit. Hec auguſtin⁹. ꝛ poſt
pauca exēplificat de ſtatione ſolis tēpore
Joſue ꝛ de eius retroceſſione tēpore Eze
chie. ex q̄ auctoritate Aug⁹ habet̄ ꝙ ni
hil ita diſpoſitū eſt aut tā ratis legibus fi
xiſq̄ firmatū: quēadmodū curſus ſiderū.
ꝛ ex hoc ꝓcedit Aug⁹ ad ꝓbandū excel
lentiā miraculoꝝ q̄ facta ſunt circa ſidera.
ſequit̄ enim ſi nihil tam firmū ꝛ firmatū eſt
q̄ curſus ſiderū: ꝙ nihil tā magnū eſt aut
tā mirabile q̄ ipſum ſtellarū curſum mu
tare. ¶ Ad auctoritatē Auguſtini in con
trariū facilis eſt reſpōſio. Nō eni Aug⁹
in eo loco ꝑtendebat gradus ꝛ differētias
in miraculis aſſignare. ſed volēs omnipo
tētiā filij ex effectib⁹ demōſtrare ac ꝑ hoc
patris ꝛ filij ſummā equalitatē ꝓbare: di
xit an quicq̄ maius miraculū eſt inter mi
rabilia: corporū mortuoꝝ reſuſcitatione:
quaſi diceret. certe non eſt maius miracu
lū quod ſcilicet pre magnitudine ſua ma
gis arguat omnipotētiā dei q̄ reſuſcita
tio mortuorum q̄ facta eſt per filiū. ita vt
maioritas referat̄ nō ad miraculū in ſe: ſ;
ad cōprobationem vel atteſtationē diui
ne omnipotentie. vt ſit ſenſus ꝙ nihil ē ma
ius mirabile reſuſcitatiōe mortuorū. id eſt
magis diuinā oſtēdēs omnipotētiā. quia
hoc miraculū dei omnipotētiam arguit:
quēadmodū ꝛ alia. Nā ꝛ ſi gradus ſint in
miraculis: oīa tñ diuinā oīpotētiā atteſtā
tur. dicit eni Aug⁹ i epiſtola ad Voluſia
nū. ꝙ in rebus mirabiliter factis: tota ra
tio facti eſt potentia facientis.

## ¶ Circa librū Job in prologo.

IN prologo libri Job po
ſtillator inquirens q̄ fuerit
intentio auctoris in hoc li
bro recitat poſitionē ſancti
Tho. qui hūc librum ſub
tiliter ꝛ eleganter expoſuit dicentis ꝙ in
tentio ſancti Job in hoc libro fuit ſuppo
ſito ꝙ res naturales diuina prouidentia
regant̄: declarare vlterius etiā actus hu
manos diuina ꝓuidētia regi. ¶ Hāc ſan
cti Tho. aſſertionē poſtillator d̄clinat di
cens eam nō fuiſſe ſancti Job intētionē.
q̄m totus iſte liber ꝓcedit ꝑ modū cuiuſ
dā diſputationis inter Job ex vna parte
ꝛ amicos ei⁹ ex altera. q̄ tamē in hoc cōue
niebāt cū Job vt ipſe dicit ꝙ act⁹ huma
ni regunt̄ diuina ꝓuidētia cū niteret̄ ꝓba

re eum a deo iuſte punitū ꝓ peccatis ſuis. ergo nō erat intētio Job idipm̄ eis ꝓponēs ⁊ diſputatiue oſtēdere. Nā intētio diſputātis cōtra aliquos: nō eſt ꝓbare id in quo cū eo cōueniūt. ſed aliud i quo ab eo diſſentiūt. Vñ dicit poſtillator ꝙ intentio ſcti Job in hoc libro fuit ꝙ aliqñ in pñ ſenti malis eueniūt bona ⁊ iuſtis aduerſa ſm̄ ordinē diuine ꝓuidētie ad quā ꝑtinet punire mala ⁊ p̄miare bona in hac vita ⁊ in futura. Ad quod ꝓbandū ꝓcedit ex conceſſo ab eis. ſ. ꝙ act⁹ humani diuina ꝓuidētia reguntur. Hec poſtillator in ſentētia. ¶ Ad q̄ reſpōdet Burgeñ. ꝙ licet aduerſarij Job concederēt actus humanos diuina ꝓuidētia regi: ſic tamen ponebant modū regēdi: q̄ nō cōpetebat deo inq̄ztū dicebāt ꝙ de⁹ p̄miat iuſtos ⁊ iniuſtos punit ſolū in bonis ⁊ malis tꝑalibus huius vite ꝑut pꝫ in ꝓceſſu etiā ƀꝫ poſtillatorē. Nā hic modus regēdi nō competit diuine iuſtitie. Unde ꝓuidētiā dei circa actus humanos: ſimpliciter negabāt ponētes eaꝫ illo modo quo deo nō poſſet competere. licet prouidētiā dei concederent in confuſo. Hec Burgeñ. ⁊ bene ⁊ ad intētionē ſancti Tho. ¶ Intellexit enim ſanct⁹ Tho. amicos Job negaſſe ꝓuidentiā dei circa actus humanos: non in ſe: ſed in eo ad qđ ſequit̄. ſ. in ſuo effectu. eſt enim effect⁹ quidam diuine prouidētie: ꝙ malis in hac vita bona interdū eueniāt: ⁊ iuſti ſine culpa ſua affligantur. Ad horum ſcilicet exercitium ⁊ ꝓbationē ac maiorem gl'iam et in exemplū aliorum. ſm̄ illud apoſtoli Ro. quito. Gl'iamur in tribulationibus ſcientes ꝙ tribulatio patientiā opatur. patientia autē ꝓbationē. ꝓbatio vero ſpem. Et Jacobi primo. Btūs vir q̄ ſuffert tētationem: quoniā cū ꝓbatus fuerit accipiet coronam vite ⁊c̄. Ad aliorū vero maiorē penam ſm̄ illud Sapientie. xiiij. Creature dei in odiū facte ſunt ⁊ in tētationem anime hominū ⁊ in muſcipulaꝫ pedibus inſipientiū. Unde cum amici Job negarent hunc ordinē diuine ſapientie. quo diſponit aliquando iuſtos in hac vita non pro culpa ſua flagellari: quod ⁊ poſtillator cōcedit: ſequit̄ ꝙ dei ꝓuidētiā circa act⁹ humanos ex cōſequēti negabāt. quod ſanct⁹ Tho. notauit. ⁊ ꝙ iſte fuerit intellect⁹ ſancti Tho. patet ex eo ꝙ fundamētum amicoꝝ Job dixit fuiſſe iuſtoꝝ afflictioneꝫ in hac vita. Ait enim ſic. id autem ꝙ p̄cipue ꝓuidētiaꝫ dei impugnare videt̄ circa res humanas: eſt afflictio iuſtoꝝ. Nā ꝙ malis interdū bona eueniant ⁊ ſi irrationabile videat̄ ⁊ ꝓuidētie cōtrariuꝫ: tñ vtrūqꝫ habere pōt excuſationē ex miſeratione diuina. Sed ꝙ iuſti ſine cauſa affligant̄: certitudialiter videt̄ ſubruere ꝓuidentie fundamētū. Hec ſanct⁹ Tho. ex q̄bus manifeſte appet ꝙ intētio eius fuit ꝙ amici iob explicite ⁊ immediate negarēt afflictionē iuſtoꝝ in hac vita. quod erat implicite deſtruere fundamētū ꝓuidētie diuine. Nō enim intellexiſſet ſanct⁹ Tho. ꝙ eſſet intētio Job ꝓbare amicis quaſi negātib⁹ abſolute ⁊ ſimpliciter ꝓuidētiaꝫ dei circa act⁹ humanos. cū dicat caplo. v. expreſſe heliphat eam aſſeruiſſe ⁊ ꝓuidentiā dei. ſup illud. q̄ ponit humiles. ⁊ ibi. beat⁹ homo qui corripit̄ ⁊c̄. Sed ē mod⁹ loquēdi ſcti tho. in hoc loco. ſicut ſi fidelis q̄s credēs totā ſacrā ſcripturā: negaret ꝑ ignorātiā btūm petrū fuiſſe piſcatorē. certe talis vere diceret̄ negare ſacre ſcripture veritatē. q2 negat aliq̄d ex quo ſequit̄ ſacrā ſcripturā falſum dixiſſe etiā ſi illud neget ignorās ꝙ in ſacra ſcriptura contineat̄. Jta etiam amici Job cōcedētes diuinā ꝓuidētiam circa act⁹ humanos in cōfuſo: potuerunt eam vere negare implicite tamē ⁊ ex cōſequēti negātes in particulari aliquem modū vel ordinē diuine ꝓuidētie quē habet circa actus humanos: queadmodū iudei negātes explicite deum eſſe hoc modo ſcilicet trinū ⁊ vnum: ex conſequēti negāt

vere deū eſſe. ⁊ negātes hunc modū incar
nationis filij dei. ſ. ꝑ natiuitatē ex virgine:
ex conſequēti ⁊ implicite negarēt incarna
tionē filij dei abſolute. Ex premiſſis ſatis
reſpōſum eſt ad rationē poſtillatoris. nō
enim Job ⁊ amici ei⁹ cōueniebāt in cōce
dēdo diuinā ꝓuidētiaꝫ circa act⁹ huma-
nos. nā amici Job cōcedebāt diuinā ꝓui
dētiam tali modo: ex quo ſeq̄batur impli
cite ⁊ ex cōſequēti nullā eſſe dei ꝓuidētiā
circa actus humanos. ¶ Qd̄ auteꝫ magr̄
Mathias dicit ꝙ ſi ꝓpter implicitā ne-
gationē intentio Job fuiſſet ꝓbare deuꝫ
eſſe ꝓuiſorē actuū humanorū: debuiſſet
p̄mo probare deū eſſe qd̄ ſic implicite ne-
gaſſent amici ei⁹ cum nihil aliud ſit deum
eſſe: ꝗ deū eſſe iuſtū: nullaꝫ penit⁹ habet
rōnem. qꝛ etiā ſi ſctūs Tho. vellet ſignifi
care ꝙ intētio Job fuerit ꝓbare ꝓuiden
tiā dei eē abſolute ⁊ ſimpliciter circa act⁹
humanos: nō ideo ſequeret̄ ꝙ primo de-
buiſſet ꝓbare deū eſſe. qd̄ etiaꝫ implicite
negabāt. Nā ad ꝓbandū cōcluſionē nō
cōceſſam: ſufficit in omni argumētatione
ꝓbare principiū primū ⁊ immediatū. ex
quo ſequit̄ talis cōcluſio. neq; eſt neceſſa-
riū ꝓbare oīa p̄cipia mediata ⁊ remota
q̄ quādā deductione a p̄mo ad vltimū ne-
gant̄ cōcluſione negata. niſi forte princi-
piū primū fuiſſet negatū qd̄ nō eſt in ꝓ-
poſito. alias q̄libet ſciētia debuiſſet ꝓba-
re omnia rerū pꝛicipia vſq; ad p̄mas ani
mi cōceptiones ad probandas ꝓprias cō
cluſiōes. qꝛ oīa quodā ordīe negant̄ vna
cōcluſione negata. ꝙ eſſꝫ ſciētias oēs cō-
fundere. ⁊ tñ verū eſt ꝙ ſāct⁹ Tho. intel-
lexit fuiſſe intētionē Job ꝓbare ꝑ rōnes
ꝓuidētiā dei circa act⁹ humāos eo modo
quo ei⁹ amici illā negabāt. ſ. directe ⁊ ex-
plicite: ſecūdū aliquē modū ⁊ ordinē ſicut
declaratum eſt. ⁊ ex conſequēti ⁊ implici-
te: ꝓbare abſolute ⁊ ſimpliciter diuinam
prouidentiam de actibus humanis quaꝫ
illi implicite ⁊ ex conſequenti negabant.

## ¶ Circa capitulum. iij.

IN capitulo. iij. ſāct⁹ Tho.
exponēs verba Job q̄bus
maledixit vite ſue ⁊ natiui-
tati: dicit ꝙ verba Job in
hoc caplo: nō fuerūt verba
impatiētis ⁊ blaſphemij. ſed illa ꝓtulit
volēs ſignificare diſpoſitionē partis ſenſi
tiue abhorreſcētis miſerias in q̄bus erat.
cui eſt vita talib⁹ miſerijs ſubiecta triſta-
bilis ⁊ odioſa. ⁊ tñ ſm rōnem vitaꝫ ſuam
cū illis miſerijs acceptabat ꝑ virtuteꝫ pa-
tientie ⁊ ſub ſpe p̄mij vite future. Hāc ex-
poſitionē ſancti Tho. poſtillatoꝛ referēs:
dicit pati calumniā ex eo quia amici Job
cū eſſent ſapiētes ⁊ viri litterati nūq; con
tradixiſſent Job hoc modo loquenti. cuꝫ
ſcirēt paſſiones triſtabiles eſſe ſimpliciter
ſenſitiue partis. Unde ſm hāc expoſitio-
nē dicit ipſe tota eoꝝ diſputatio cōtra iob
ꝓcederet in equiuoco. cū nitant̄ oſtēdere
Job ex ī patiētia maledicū ⁊ blaſphemū
tanq; ex erronea rōne loquēteꝫ. quod vi-
det̄ incōueniens dici de viris ſapientibus.
¶ Propter quod ipſe poſtillatoꝛ aliter ex
ponit dicēs. ꝙ Job illa verba ꝓtulit non
quaſi ex ſe ⁊ de mēte propria: ſed cōcludēs
cōtra amicos ſuos ex cōceſſis ab eis ⁊ du-
cens ad incōueniēs. Negabāt eniꝫ amici
Job vt dicit poſtillatoꝛ punitionem pec-
catorū ⁊ remunerationē bonoꝝ in futura
vita. ⁊ ex hac ſententia erronea quā noue-
rat Job: concludebat contra eos ꝙ vita
ſua ⁊ tot ⁊ tantis miſerijs ſubiecta eſſet ſi-
bi odibilis ⁊ oneroſa. ⁊ ꝑ cōſequēs natiui
tas ſua cōceptio ⁊ educatio ſi de hoꝝ tolle
rantia: nulla in futurū eſt expectanda pre
miatio. Hec poſtillatoꝛ in ſūma. ¶ Sed
Burgen̄. oſtēdens expoſitionē ſcti Tho.
verā ⁊ magis rationabilē reſpōdet ad ob
iectionē poſtillatoris dicēs falſum eſſe: ꝙ
ſtante expoſitione ſancti Tho. diſputatio
Job ⁊ amicorum eius procederet in eq-

uoco.qm̄ eoꝝ diſputatio circa hoc erat
principaliter ꝙ Job dicebat ſe eſſe flagel
latū ſine culpa. amici vero aſſerebant ipꝫ
flagellatū eſſe in penā culpe ſue ſicut ex ꝓ
ceſſu patet. ⁊ ita diſputatio eoꝝ nō erat i
equiuoco ſed ſibi inuicē ꝺ directo contra-
dicebāt. alia aūt q̄ in hac diſputatione in-
terpoſita ſunt: nō erāt de ꝑncipaliter intē
tis ſed de ſecūdario ſupueniētibꝰ. vnde ⁊
infra capl'o. xxxij. vbi ceſſauit diſputatio
triū amicoꝝ dicit̄ ſic. omiſerūt aūt tres vi
ri iſti reſpōdere Job. eo ꝙ iuſtus ſibi vi-
deret̄. i. q꞉ nō poterāt ipm̄ cōuincere ꝺ in-
iuſtitia ſua. Amici ergo Job q꞉ pricipali
ter pretēdebāt in diſputatione ꝓbare iob
ꝓ culpa ſua flagellatum: nō ſunt ꝓſecuti
vtrū verba q̄ in capl'o hoc iterpoſuit: fuiſ
ſent ꝓlata ꝭm partē ſenſitiuā vel alias q̄-
ſi nō curātes de illis. ⁊ ſic nec ipſi diſputa
bāt in eq̄uoco: nec Job eos detinuit i ver
bis ad ꝓpoſitū nō expectātibus. vtriuſq̄
eni partis intētio: verſabat̄ principaliter
circa iuſtitiā Job quā ipſe ꝓpōebat. alij
cōtradicebāt. Quod aūt poſtillator dicit
ꝙ Job in hoc capl'o ex ſententia erronea
amicoꝝ ſuoꝝ quā nouerat cōcludit vitam
ſuā odibilē ⁊ oneroſam ducendo eos ad
incōueniēs: dicit Burgeñ. eſſe irrationa-
biliter dictū. tū quia qñ hoc capl'm ꝓpo-
ſuit: nihil legit̄ audiuiſſe ab amicis cū ipe
fuerit ꝑmus loquēs de hac materia. nec ꝺ-
buiſſet eis iponere ꝙ aliqꝺ erroneū credi
diſſent: nō habēs de hoc certā noticiā. tū
etiā quia ſi hoc modo loqueret̄. ſ. ex alioꝝ
poſitione vt eos duceret ad incōueniens:
debuiſſet interponere aliquam dictionē
q̄ ſignificaret ꝙ hoc loqueret̄ ex aliorum
poſitiōe nō ex ſua. quod tñ nō facit. ſꝫ ſim
pliciter loquit̄ tanq̄ ex ꝓpria opinione ſi
cut ſāctꝰ Tho. exponit. Hec Burgeñ. ⁊
bene. ¶ Et certe mirabile eſt vnde poſtil-
lator expoſitionē ſuā adiuenerit ac firma-
uerit cum neq̄ in verbis Job vel amico-
rum eius neq̄ in modo loquendi: vllū ha
beat fundamentum. Sed ⁊ plane expoſi-
tio ſua damnatur per quā rationē putat
expoſitionem ſancti Tho. excludere. Nā
ſtante expoſitione poſtillatoris diſputa-
tio Job ⁊ amicorum eius maniſeſte ꝓce-
deret in equiuoco. Probat̄ quoniā ſi iob
verba maledictionis ꝓtulit non ex ſe ſed
concludens cōtra amicos ſuos ex cōceſſis
ab eis ⁊ deducendo ad incōueniens: hoc
illi nunq̄ intellexerūt nec ipſe ſe expoſuit i
tota diſputatione. imo amici eius verba
Job acceperāt tanq̄ blaſphemātis ⁊ im
patientis. ⁊ de hoc ipm̄ reprehenderunt.
Unde in ſequenti capl'o rñdens ei eliphat
primꝰ ait. nūc autē venit ſup te plaga: ⁊ ꝺ
feciſti. tetigit te: ⁊ cōturbatus es. vbi timor
tuus. fortitudo tua ⁊ patientia tua ⁊ pfe-
ctio viarum tuarū? Et i capl'o. v. dicebat.
virū ſtultū interficit iracundia. quod po-
ſtillator exponēs dictū eſſe cōtra Job: in-
quit. ille eni vere ſtultꝰ ē: q̄ a virtute patiē
tie cadit ꝓpter aduerſitatis pondꝰ. Item
baldach ſuites capl'o. xviij. reſpōdēs ipſi
Job q̄ in capl'o precedēte miſerias ſuas ꝺ
clamauerat: inquit. q̄d pdis animā tuā in
furore tuo? vbi poſtillator ait. q. dicat ta-
lia dixiſti ex impetu furoris tui: q̄ animā a
ſapiētia ⁊ virtute deicit ⁊ ſic eam deſtruit
⁊ pdit. Ecce ꝙ amici Job etiā ꝭm expoſi
tionē poſtillatoris: nequaq̄ intellexerunt
eū dixiſſe verba ſua maledica ex eoꝝ ſup
poſitione vt eos duceret ad inconueniēs.
ſed acceperūt illa tanq̄ blaſphemantis ⁊
impatiētis. Sequit̄ ergo ex his ꝙ eorum
diſputatio ſtāte expoſitione poſtillatoris:
maniſeſte ꝓcederet in equiuoco. ac ꝑ hoc
ꝙ poſtillator in idē incōueniēs incidit: ad
quod putat ſctūꝫ Tho. deducere. ¶ Sed
neq̄ expoſitio ſua vllā videtur habere ꝓ
babilitatē. Nam amici Job penā ac pre-
miū future vite negantes: nullū incōueni
ens putarēt ꝙ vita Job tā multis dolori
bus ac tantis miſerijs ſubiecta: ſibi eſſet
odibilis ⁊ oneroſa. imo ſpōte illud amitte

rent. preſertim cum videret Job in tali ac tanto miſerie ſtatu: de quo non apparebat poſſibilis liberatio via humana ꝑut ipſe poſtillator cōcedit. Probatur illud. qm̄ nō eſſe ⁊ mors inquātū penalis ac miſere vite ablatiua ſunt: ſub ratione cadūt appetibilis. Tollit enim mors vt ſic miſeriā. que eſt omniuꝫ malorum maximū ac per hoc rationem habet boni ⁊ appetibilis. Unde ⁊ dn̄s Mat. xxvj. dicebat. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. ⁊ Eccleſiaſtici. xlj. ait ſapiēs. O mors bonum eſt iudiciū tuū homini indigēti ⁊ qui minorat̄ virib⁹ defecto etate ⁊c̄. Per quē modū dicit̄ Apocal. ix. In diebus illis q̄rent homines mortē ⁊ non inuenient eam. deſiderabūt mori ⁊c̄. Nō ergo amici iob habuiſſent ꝓ inconuenienti ꝙ vita ipſius tantis aſtricta miſerijs: eſſet ſibi nolita et odioſa. ac etiā ꝙ appeteret nō fuiſſe. Fruſtra itaqꝫ foret ⁊ nihil momēti haberet argumētatio ſancti Job ſtante expoſitione poſtillatoris. cū illud cōcluderet: ꝙ vltro ab aduerſarijs cōcederet̄. Nec ꝓbat rationabiliter poſtillator amicos Job habere ꝓ incōueniēti vitā ipſi⁹ ſibi eſſe ꝓ illo ſtatu odioſam ac nolitā: ex eo ꝙ euꝫ ad penitētiā inducebāt dicentes ꝙ ſi hō vere penitet: a quibuſuis miſerijs liberabitur a dn̄o. Nā vtrūqꝫ hoꝝ ſimul ſtare potuit. ⁊ ꝙ agnoſcerent vitā Job tot miſerijs ſubiectā eſſe ſibi ꝓ tunc odioſam: ⁊ ꝙ illi ad penitētiam ſub ſpe ſalutis recuperādē ſuaderēt. Unde nulla rōne ꝓbabile fit ꝙ Job vir ſapiētiſſimus verba ſua ꝓferret maledica argumētando vt amicos duceret ad incōueniēs: quod neqꝫ illi neqꝫ aliquis ſatis doctus ꝓ incōueniēti haberet. Inquit eni Hierony. ſup illud. Bonum erat ei ⁊c̄. Mat. xxvj. multo meli⁹ eſt non ſubſiſtere: q̄ꝫ male ſubſiſtere. Patet ergo ex his inualidū eſſe fundamētū qđ poſtillator in ſua habuit expoſitione. ¶ Sed ⁊ ipſe Job cauſam ſue ïpatiētie ⁊ verboꝝ maledicoꝝ q̄ ꝓtulerat: nō aliam dixit eſſe q̄ꝫ flagella dn̄i q̄ ſuſtinebat. Ait eni caplo vj. vnde ⁊ verba mea dolore ſunt plena: q̄ꝛ ſagitte dn̄i in me ſunt, quarū indignatio ebibit ſpūm meū. Et capitulo. vij. cuꝫ premitteret penas quas patiebat̄: dicit. quāobrē elegit ſuſpendium anima mea ⁊ mortem oſſa mea. deſperaui. Ecce ex omnibus premiſſis ꝙ cauſam qua maledixit vite ſue ⁊ natiuitati ⁊ alia verba impatiētie ꝓtulit: aſſignat fuiſſe flagella ⁊ dolores acerrimos quibus premebatur. neqꝫ vnq̄ꝫ pro cauſa aſſignauit falſam amicorū opinionē de nulla retributione fienda pro meritis ac demeritis in vita futura ꝓut poſtillator exponit. Unde ſatis videtur ꝙ fuerit expoſitio eius ficticia. ¶ Uerum magiſter Mathias ꝓ poſtillatore decertans credit ſe reſpōdere ad ea q̄ Burgeñ. ꝓ expoſitione ſancti Tho. cōtra poſtillatorem ſupra notauit. Unde ex tota deductione Burgeñ. colligit tria puncta. Primū eſt ꝙ materia principalis diſputationis Job fuit ꝙ flagellaret̄ ſine cauſa. Secundū ꝙ Job aſſeruit ſe iuſtū ⁊ per cōſequens ſine cauſa flagellatuꝫ. Tertium ꝙ amici Job ſolum impugnabāt iuſtitiam Job quā ipſe pretēdebat. Alia autē que diſputationi interpoſita ſunt: ꝙ ſint acceſſoria in diſputatione. Hec tria dicit magiſter Mathias Burgeñ. poſuiſſe q̄bus cōprehēdit tota eius digreſſio. ¶ Ad que magiſter Mathias r̄ndet dicēs ꝙ p̄muꝫ dictū eſt ſimpliciter falſuꝫ neqꝫ eſſe imponendū tā cōmendabili viro ſicut Job. ꝓbat illud eſſe falſum. q̄ꝛ aliq̄d in rerū natura fieri ſine cauſa: vna oiuꝫ philoſophoꝝ voce reprobat̄. ¶ Ad ſecūdū ſimiliter reſpōdet falſum eſſe ꝙ Job ſe fore iuſtū aſſeruit. Nā hoc faciēs: foret iniuſtus queadmodū ipē Job dicit. ix. hui⁹. ⁊ p̄ma Joā. j. Si dixerim⁹ q̄ꝛ peccatū nō habem⁹ ipi nos ſeducim⁹ ⁊ veritas ī nobis nō eſt. Un̄ dicit magr̄ mathi. ꝙ verba illa q̄ ad inocē

tiam vel iuſtitiā Job tendere videnť: nō
aliter accipienda ſunt niſi ſicut verba xp̄i
ꝺ ceco nato. Joā.ix. neqꝫ hic peccauit nec
parentes eius ꝛc. q2 iob nō dixit ſimplici-
ter ſe nō pecaſſe. Nam hoc eſſet temera-
riū. ſed dixit ſe nō peccaſſe vt flagellareť.
¶ Simili modo dicit ꝙ tertiū dictū bur-
geñ. ſtare non pōt q2 amici iob nō intēde-
bant eū ꝓbare iniuſtū: ſed habebāt hoc
tanqꝫ euidēs ex flagellis iuxta errorē illo-
rū quo neminē dixerūt flagellari ſine cul-
pa. Ad quod cōcludēdū tendit eoꝝ diſpu
tatio. Concludit ergo magiſter Mathi.
ꝙ materia diſputationis in hoc libro: fuit
neminem puniri in preſenti niſi pro pec-
catis. cui errori Job ſe oppoſuit ꝛ non ꝑ
iuſtitia ſua. ſed pro iniuria deo facta per
derogationem diſputauit. In cuius ſig-
num infra capitulo vltimo de⁹ illos tres
amicos increpās non dicit eos contra iob
locutos: ſed contra deum ꝛ dei iuſtitiam.
ideo dr̄ ibi. iratus ē furor me⁹ in te ꝛ in du
os amicos tuos q2 nō eſtis locuti corā me
rectū. i. dogma verū ſm glo. Si eni locu-
ti fuiſſent cōtra iuſtitiā iob dicit ipſe: vt ſo
nat tertiū dictū Burgeñ. nō poſſent rep-
hēdi quaſi nō rectū locuti fuiſſent. cum et
iob reprehēſibilis erat ꝛ p deū rephēſus.
vt patet infra. xxxviij. ¶ Ad primā obie-
ctionē Burgeñ. contra poſtillatorē rn̄det
magiſter Mathi. ꝙ amici iob fuerūt vi-
ri inſignes. ideo fama ꝑdēte potuit Job
ſcire eoꝝ opiniones ꝛ doctrinas. ꝛ fortaſſe
tp̄e ꝓſpitatis ſe cōtulit cū eis: ſic ꝙ eū nō
latebāt errores illoꝝ. ¶ Ad ſecūdū rn̄det
ꝙ quādo maledixit iob diei ꝛc. ſatis ōdit
intelligere ꝙ ex ſuppoſitione errorū quos
nouerat maledicebat creaturis dei. nā cu3
eſſet voce dn̄i laudat⁹ vt iuſtus ꝛ rectus:
creature dei maledicere nō potuit abſolu
te. ¶ Laborat cōſequēter magiſter ma-
thias refellere rōnem quā ſanctus Tho.
aſſignat de eo ꝙ tā particulariter iob vite
ſue ꝛ natiuitati maledixit dicēs primo ꝙ
non videť ſibi conueniens ſacram ſcrip-
turam poematibus ꝛ poetis comparare.
cū multa ſoleāt mētiri poete. ¶ Secundo
q2 nō videť ſibi bene inferri ex dicto bea-
ti Hiero. paſſus iſte eſt metric⁹: ergo poe
ticus. q2 multa ſunt poetica ꝓſaica. mul-
taqꝫ metra nō poetica. Hec magr̄ Ma-
thi. cōtra Burgeñ. ꝛ in p̄iudiciu3 expoſi-
tionis ſcti Tho. q̄da3 alia notauit contra
Burgeñ. quoꝝ mea nō intereſt cū doctri-
nā ſcti Tho. nō tangāt. ¶ Hec aūt q̄ reci
tata ſunt ex dictis magr̄i mathi. ꝙ facile3
hēant abſolutionē: ex dicēdis patebit. Pri
mū eni qꝺ ex dictis Burgeñ. colligit: cer-
te falſe ſibi impoſitū eſt. nō eni3 in verbis
Burgeñ. inueniť dictū ꝙ materia diſpu-
tationis iob fuerit ꝙ flagellareť ſine cau-
ſa ſed ꝙ flagellareť ſine culpa. mirū eſt er
go q̄re aut vnde id ſibi impoſuerit. Sed
ꝛ ſi dixiſſet ſine cauſa: nō certe eſſet male
dictū. Nā ſenſus eſſet. i. ſine cauſa culpa-
bili. qm̄ ſm regulā Hilarij. iiij. li. de trini.
intelligētia dictoꝝ ex cauſis eſt aſſumēda
dicēdi. Satis eni cōſtat ex cōmuni vſu lo
quēdi etiā ſacre ſcripture ꝙ cū dr̄ q̄s pu-
niri ſine cauſa: intelligatur. i. ſine culpa.
q2 vt cōmuniter cauſa pene culpa ē. Ta-
li eni modo loquēdi vſus ē ipſe iob infra
ix. cap̄. dicēs. ꝛ multiplicabit vulnera mea
etiā ſine cauſa. i. ſine culpa. ſic etia3. p̄s. iij.
diciť. qm̄ tu pcuſſiſti oēs aduerſantes mi-
hi ſine cauſa. ſic ꝛ in multis locis ſacre ſcri
pture. Nō debuiſſet igiť magr̄ math. ex il
lo modo loquēdi: calūniā cōtra Burgeñ.
ſuſcitare. etiā ſi illud dixerat. ¶ Sed neqꝫ
ſm dictū rōnabiliter ipugnat. nā qꝺ bur-
geñ. dicit iob ſe fore iuſtū aſſeruiſſe: verū
eſſe cōſtat ex plurib⁹ locis hui⁹ libri. ſed
p̄ſerti ex cap̄. xvj. vbi exp̄ſſe dicit. Nō pec
caui ꝛ in amaritudinib⁹ morať ocul⁹ me-
us. Et. xxvij. cap̄. dicit iob. neqꝫ eni rephē-
dit me cor meū i oi vita mea. Itē ca. xxxiij
inq̄t helin loquēs cōtra iob. dixiſti ergo i
aurib⁹ meis ꝛ vocē verboꝝ tuoꝝ audiui.

mūdus ſū ego ⁊ abſq̄ꝫ delicto īmaculatus
⁊ nō eſt iniq̄tas in me. Claret ergo ex his
ꝙ iob ſe iuſtū eſſe aſſeruit. Et cū magiſter
math. dicit hec v̄ba ⁊ ſimilia ītelligēda eē
nō abſolute q̄ſi diceret iob ſe nullū habu-
iſſe pctm̄: ſꝫ ſub hoc ſenſu ꝙ nō habuerit
pctm̄ quo dignꝰ eſſet ſic flagellari: dico ꝙ
ipſo eodē ſenſu accipiēda ſunt v̄ba Bur-
geñ. ſicut eni iſte locutꝰ ē ſimplr̄ ſine d̄ter
miatione: ita ⁊ iob. imo ⁊ magis abſolute.
Qua ergo ſapiētia mirabili magr̄ math.
iudicauit v̄ba Burgeñ. eē reꝑhenſione di
gna: cū diceret verba iob merito eē expo-
nēda: videt̃ plane ꝙ non rectis oculis id
diffinierit. ¶ Q̄ꝺ aūt dicit magr̄ math. cō
tra tertiū dictū Burgeñ. ꝙ amici iob nō
intēdebāt eū ꝓbare iniuſtū nec circa hoc
diſputabāt ꝯtra eū ſꝫ habebāt hoc tanq̄ꝫ
euidēs ex flagellis: manifeſte falſum ē nō
ſolū ex ꝓceſſu diſputationis vbi ſingule
obiectiones ⁊ reſpōſiones circa iuſtifica-
tionē iob verſant̃ ꝓ ⁊ cōtra ꝓut diligen-
ter cōſiderāti patebit: ſed ex fine diſputa-
tionis. Dicit̃ eni cap̄. xxxij. omiſerūt autē
tres viri iſti rñdere iob: eo ꝙ iuſtꝰ ſibi vi-
deret̃. Ex q̄bꝰ verbis aptiſſime cōſtat diſ
putationē eoꝝ verſari circa iuſtificationē
iob cū ea cōceſſa ab aduerſarijs ceſſaue-
rit eoꝝ diſputatio. Nā tūc rōnabiliter ceſ
ſat diſputatio: qñ altera pars cōtradictio
nis de q̄ fuerat diſputatio: cōcedit̃ ab ad-
uerſario. Vñ ⁊ heliu diſputationē ꝓſecu
tus ē qm̄ adhuc ꝑtē ipſiꝰ iob nō conceſſe-
rat ſꝫ tenebat iob iuſtū nō fuiſſe, imo pro
ſua iīuſtitia fuiſſe flagellatum. ⁊ ita ſuꝑ iu
ſtificatione iob cepit diſputare dicens ſe-
quēti caplo. dixiſti ergo ī auribꝰ meis mū
dus ſuꝫ ego ⁊ abſq̄ꝫ d̄licto ⁊c̄. Sed ⁊ po-
ſtillator ī eo cap̄. xxxij. plane dicit ꝙ mate-
ria diſputationis iob ⁊ amicoꝝ eius fuerit
verbū iob quo dixerat ſe iuſtū eſſe. Inq̄t
eni ſic. ceſſatio aūt huiꝰ diſputationis fu-
it eo ꝙ tres amici iob ſupra poſiti auditis
verbis iob q̄bus inocētiā ſuā m̄ltipliciter
declarauerat: reputauerūt eū eſſe iuſtuꝫ. ⁊
ideo merito tacuerūt q: cū eo diſputare ce
perāt: eo ꝙ ante cōtrariū tenebāt. ſ. ipſum
a deo fuiſſe propter ſuā iniuſtitiā flagella
tum. Heliu aūt adhuc idē tenebat ⁊ iuſti-
tiā quā Job pro ſe declarauerat ſimula-
tā ⁊ nō verā credebat. Hec poſtillator in
forma. Ex quibꝰ apparet ꝙ magr̄ math.
gratis reꝑhēderit Burgeñ. cuꝫ manifeſte
falſa aſſumpſerit in eiꝰ reprehēſionem et
ſuo poſtillatori aduerſantia. ¶ Signum
autē q̄ꝺ magiſter Mathi. adducit ad ꝓ
bandū ꝙ iob ſe oppoſuerat amicis ꝓ in-
iuria in deum cōmiſſa ⁊ nō ꝓ deffenſiōe
iuſtitie ſue: nullā habet apparētiā. Nam
cū deus ſit veritas ꝑ̄ma a qua omne veꝝ
depēdet ⁊ eſt: q̄cq̄d cōtra aliquā veritatē
dicit̃: pōt dici nō rectū corā deo. ⁊ ita q̄c-
q̄d cōtra veritatē a iob ꝓpoſitā dicebat̃:
merito corā deo nō rectuꝫ eſſe dictum eſt.
Vñ ꝙ amici iob oppoſuerāt contra iuſti-
tiā eius ꝓ cuius defenſione ille certabat:
nō erat rectū corā deo. qm̄ non ſic ſe habe
bat rei veritas. Et cū dicit magiſter Ma
thias ꝙ iob vere reꝑhēſibilis erat ⁊ a deo
fuit reprehēſus infra caplo. xxxviij. ⁊ per
cōſequēs ꝙ nō erat vera iuſtificatio eius:
dico ꝙ ad hoc reſpondet poſtillator queꝫ
ipſe defenſare cōtendit ſuper eodē. xxxviij
capitulo dicens. ꝙ q̄ꝫuis dicta Job ꝓ q̄-
bus a deo reprehēditur vera eſſent: tamē
quia habuerunt ſpeciem mali ⁊ poterant
generare ſcandalū: quia ex modo loquen
di videbatur dicere aliqua in derogatio-
nem diuine iuſtitie ⁊ preſumptuoſe: ideo
reprehenditur a deo. Idem dicit in ſum-
ma capitulo vltimo exponens illud. ſicut
ſeruus meus Job. ¶ Poteſt etiam reſpō
deri per ea que gloſa dicit ſuper illꝺ. neq̄ꝫ
enim reprehendit me cor meum capitulo
xxvij. inquit eniꝫ. Sed quo pacto a corde
ſuo reprehendi ſe negat: qui ſupius dicit.
Peccaui: Peccauit quidē vl̄ cogitādo: ſꝫ
nequaq̄ꝫ ſe a corde ſuo reꝑhēdi confitet̃.

quia et ſi illicita cogitando rectitudini de
fuit: fortiter tamē defuit cogitationi. Hec
gloſa. ¶ Solutio autē quā magr̄ Ma-
thias dat ad primā Burgeñ. obiectionez
quantuz habeat inſufficiētie: ex aduerbio
fortaſſe cui reſpōſio ipſa innitit̄ plane ha
betur. Non enim multū habet veritatis:
quod ꝓponit̄ verū eſſe fortaſſe. ⁊ tamen
poſito ꝙ illud ꝓbabile fuerit: nō adhuc
ſaluari videt̄ expoſitio poſtillatoris. quo
niam et ſi Job vel fama ꝑdente vel ali-
as conferēs cū amicis potuit errorem ip-
ſoꝝ nouiſſe de futura vita: debuit dubita-
re an adhuc ꝓ tēpore quo ad eū viſitādū
ꝯuenerāt: in errore ſuo ꝑſiſterēt. Debuiſ-
ſet ꝑfecto Job vir doctiſſimꝰ grauis ac
prudētiſſimꝰ audire p̄mo eos errorē ſuuz
ꝓponētes. vel ipſis tacētibus: exq̄rere ab
eis an forte cōceptū errorē quē oli habue
rant: ꝓ tūc tenerēt. Vn̄ non videt̄ ꝙ vir
ſanctꝰ exēplar patiētie in tot ⁊ talia ama-
ritudinis ac maledictionis verba p̄cipitā
ter ꝓrumperet ad amicorum cōfuſionem
⁊ reprehēſionē: nōdum cognito per certi-
tudinē ꝙ illi partem tenerēt aduerſam in
errore ſuo perſeuerātes. maxime cum ore
dei laudatꝰ fuerit infra caplo vlti. de recti
tudine ſua obſeruata. ¶ Et preterea nul-
lo pacto veriſſimile eſt ꝙ ſedēs Job i ſter
quilinio ꝑcuſſus vlcere peſſimo a plāta-
pedis vſq₃ ad verticē capitis: q̄ vt dicitur
caplo p̄cedēte teſta ſaniē radebat: tantaz
ſenſuū ac mētis poſſideret trāquillitatez:
ꝙ ipſe prior diſputationē contra amicos
ſpōte ſuſcitaret ſuper eoꝝ̄ erroribꝰ quos
nouerat alias. ¶ Item nec ꝓbabile eſt ꝙ
amicos ſuos ꝓ conſolatione eius pariter
veniētes fletu magno ac ſciſſis veſtibus
pre compaſſione plorantes. puluerez ſup
capita ſpargentes ad diuine miſeratiōis
remediū ipſi Job impetrandū. ſedēteſq₃
in terra ſeptem diebꝰ cum eo ⁊ noctibus
ſeptē: nullū verbum ei loquētes videntes
eius vehemētem dolorem: ipſe ad diſcep
tationem ſuper eorum erroribus vt eos
conuinceret atq₃ reprehenderet: concita-
ret ipſis pre dolore eius mēte cōſternatis.
Talis certe diſputatio: imprudētie ipſius
ingratitudini atq₃ impatiētie: merito poſ-
ſet imputari: quod de tanto viro exiſtima
re fas non eſt. Unde aperte conſtat ꝙ reſ-
ponſio magiſtri Mathie ad primam ra-
tionem Burgeñ. nullaz habeat efficaciā.
ſed neq₃ veriſſimilitudinem. ¶ Neq₃ ſe-
cunda reſpōſio eius alicuius eſt momenti.
Non eniz ex eo ꝙ maledixit Job diei ⁊c̄.
ſignū fuit ꝙ ex amicorum erroribus quos
olim nouerat: loqueretur. cum ex alia cau
ſa potuerint maledictiones ille procedere
abſq₃ preiudicio iuſtitie ſue ⁊ rectitudinis:
volens ſcilicet ſignificare diſpoſitionem
partis ſenſitiue miſerias in q̄bus erat ab-
horreſcentis prout ſanctꝰ Tho. exponit.
¶ Et ꝙ ipſa verba Job maledica nō fue
rit ſufficiens ſignū ꝙ ex amicoꝝ opinio-
ne erronea loqueretur: ex hoc manifeſtuz
eſt ꝙ amici ſui audientes verba illa: nihil
tale cognouerūt. ſed acceperūt ea vt blaſ-
phematoria ⁊ ex impatientia prolata. ꝓ-
ut ſupra ex littera ipſa deductum fuit. Ne
ceſſe igitur habuiſſet Job ſuppoſita ex-
poſitione poſtillatoris aliquod aliud ſig-
num verbis ſuis interponere quod ſuffici-
enter oſtenderet ipſuz ex ſuppoſitione er-
rorum illorum fuiſſe locutum. Quod cum
non fecerit: euidenter concluditur ꝙ ver-
ba Job non id pretendebant quod poſtil
lator concepit: neq₃ alius intellectus i ver
bis illis facile dari poteſt ſalua ipſius iob
iuſtitia ac rectitudine iuxta verbuz dei ca
pitulo vltimo: niſi is quem habuit ſanctꝰ
Thomas. ¶ Ad illa que obijcit magi-
ſter Mathias cōtra rationem ſancti tho-
me quam aſſignat de tam particulari et
acerrima maledictione Job: dicitur ad p̄-
mum. ꝙ ſanctus Thomas non cōparat
ſacram ſcripturam ꝑ omnē modū poema
tibus aut poetis. ſed dicit ex auctoritate

beati Hierony. ꝙ in libro Job ſcriptura vtitur modis aut rónibus poematibus. qđ ad dignitatē ſacre ſcripture ꝑtinet. cū dn̄a ſit cui om̄es ſciētie humane famulā-tur. ⁊ a q̄ ſumpſerūt exordiū prout Caſiodorus ait. et habet̄ in dec. xxxvij. di. legimus. §. ſed econtra legit̄. Inquit enim. Ois ſplēdor rhetorice eloquētie. oīs modus poetice locutionis: q̄libet varietas decore ꝓnunciationis: a diuinis ſcripturis ſumpſit exordiū. Unde Judi. ix. ſcriptura modū loquēdi habet poetarū. cū dicit. ierūt ligna vt vngerēt ſup ſe regē. dixerūꝗ oliue. impa nobis ⁊c̄. Itē ibi. ſi dormiatis inter medios cleros pēne colūbe deargentate ⁊ poſteriora dorſi eius in palore auri ⁊c̄. ps. lxvij. Sic ⁊ ī multis locis ſacre ſcripture repitur mod⁹ loquēdi poetaꝝ. Un̄ ⁊ Ap̄ls p̄ma Cori. xv. et ad titū p̄mo ꝓuerbijs q̄buſdā vtit̄ poetarū. Et Actuuꝫ xvij. ipſe ap̄ls inq̄t. Sicut ⁊ q̄daꝫ vr̄orum poetarū dixerūt. ipſius eni ⁊ geri⁹ ſum⁹. ꝙ ſi poete in ſuis carminib⁹ multa mētiātur: ſacre ſcripture nō nocet. nā talia in teſtimoniū ſue veritatis nō inducit. ſed illa preciſe: q̄ vera poete docuerūt. q̄ non modo nō illicita: ſed ⁊ valde nobis vtilia ſūt. Ex eis q̄ppe vt inq̄t Beda ⁊ habet̄ dec. xxxvij. di. turbat. ſi q̄ inuēta ſunt vtilia: q̄ſi ſua ſumere licet alioqui neꝗ etiam ipſe magiſter gētiū aliquot verſus poetarum ſuis vl̄ ſcripturis vl̄ dictis īdidiſſet. ¶ Ad ſecundū dr̄ ꝙ ſctūs Tho. nō infert ex hoc ſolo ꝙ verſus q̄bus liber iſte cōſcript⁹ eſt ſunt metrici: ꝙ ideo ſint poetici. ſꝫ ex eo ꝙ metrici ſunt ⁊ cū hoc figuris ac coloribus cōſtant. q̄ mod⁹ loquēdi: poetarū eſt ꝑut yſidorus tradit ethimol. li. viij. cap̄lo. vij. Un̄ verba ſancti Tho. ſunt hec. Et ſic pꝫ ꝙ liber iſte ꝑ modū poematis conſcript⁹ eſt. Un̄ ꝑ totū hūc librūꝫ figuris ⁊ coloribus vtit̄ q̄bus poete vti cōſueuerūt. Hec ſctūs Tho. ¶ Ea aūt q̄ magr̄ mat. fingit ſe inducere ꝓ cōſolatione Burgeñ. ex dictis poſtillatoris Hiere. xx. magis ī rei veritate vident̄ ſophiſtaꝝ verba q̄ꝫ conſolatoris. Nā oīa q̄ ad ꝓpoſitū nr̄m poſtillator ibi dicit. ꝑus ⁊ pleni⁹ ſctūs Tho. ſcripſerat hic ⁊ in multis alijs locis a quo ipſe poſtillator accepit. Sed neꝗ ꝑ illa q̄ ibi poſtillator tradit poterat rn̄deri ad obiectionē ſuā quā hoc loco cōtra ſctūꝫ tho. fecerat ex ſuo falſo p̄ſuppoſito. Un̄ neꝗ ei⁹ neꝗ ſui defenſoris indigem⁹ auxilio nos q̄ doctrinā ſcti Tho. tenētes: colim⁹ veritatē. Hoc vnū tn̄ negari nō pōt ꝙ poſtillator hoc loco ipugnat qđ Hiere. xx. docet apte vbi verba Job ex hoc cap̄lo idu cit ſm̄ itellectū ſcti tho. expoſita. Ait eniꝫ ſup illud Hiere. maledicta dies ⁊c̄. Non ſunt ipatiētis ⁊ deſpantis verba: ſꝫ in hoc exp̄mit horrorē ſenſualitatis reſpectu mali iminētis. Qđ tamē patiēter tollerabat. ſicut ſanct⁹ Job exemplar patiētie dixit. Pereat dies in q̄ nat⁹ ſum ⁊c̄. Et ſic ē ſenſus. maledicta dies ⁊c̄. i. ſi ſequerer ſenſualitatis horrorē: tēpori natiuitatis mee maledicerent. Hec poſtillator in forma.

## ¶ Circa p̄dictū cap̄. iij.

In eodē cap̄lo. iij. ſup illud maledicāt ei q̄ maledicunt diei ⁊c̄. Poſtillator recitat duas ſācti Tho. expoſitiones dicēs. Hoc thomas exponit dupliciter. Uno mō ꝙ ꝑ leuiatā intelligit̄ magnus piſcis q̄ alio nomine vocat̄ cetus quē ꝓpter ſui magnitudinē piſcatores nō audēt inuadere de die vt dicit ſed de nocte tantum. ⁊ ideo quando intendunt eius captioni ſi ſuperueniat dies: maledicunt ei ⁊ ſic ſuſcitare leuiatan: eſt eum inuadere. Alio modo vt per leuiatan itelligatur diabolus quem ſuſcitare habent mali homines ei obedientes. ⁊ iſti odiunt lucē diei. ſecūdū ꝙ dicitur Joānis tertio. omnis q̄ male agit odit lucē. ¶ Sed p̄ma expoſitio nō videt̄ vera q̄ audiui ab illis

qui nouerunt captionē illius piſcis ꝙ nū-
quā inuadit de nocte ſed magis in clara
die ita ꝙ piſcatores a lōge poſſint contra
eum tela directe proijcere. quia ſi appro-
pinquaret: eſſent in periculo ſubmerſiōis
ex motu illius piſcis mare notabiliter per
turbātis. Secūda vero expoſitio videtur
myſtica ⁊ ideo pono aliā litteralē quam
ponūt hebrei dicentes ꝙ hec eſt vera litte
ra. maledicant ei qui maledicūt diei expe-
ctantes orbari ꝺ ſocietate ſua ⁊c. Hec po
ſtillator. ¶ Contra quē Burgeñ. volēs
primam ſancti Thome expoſitionem de
fendere: dicit ꝙ ⁊ ſi piſcis ille magnꝰ non
poſſit capi niſi de clara die ꝓut poſtilla-
tor dicit ſibi fuiſſe narratū a piſcatoribꝰ:
tamen ſi contigeret ꝙ aliqua dies in qua
piſcatores captioni illius piſcis intēderēt
finiretur ante eius captionem: maledice-
rent illi diei. eo ꝙ nō fuit protenſa vſqꝫ ad
finē ſui opis. et ꝺ talibus intelligitur illud
qui maledicūt diei q̄ parati ſunt ſuſcitare
leuiatan ſecundū ꝓprium motiuū ſancti
Thome licet mutetur tempus congruum
ad captionem vtrum nox vel dies. qr hoc
conſiſtit in facto. ideo nō variat motiuum
expoſitionis. Hec Burgeñ. ¶ Sed quia
iſte modus dicēdi Burgeñ. et ſi ſaluet tex
tus veritatē: non tamen ſaluat ea que ſan
ctus Thomas circa eius expoſitionē di-
cit: ideo aliter videtur dicendū ꝙ ⁊ ſi piſ-
cis ille magnus ſcilicet cetus de die capiat
prout cōmuniter aut in partibus in q̄bus
poſtillator de captione eius interrogauit:
non ideo ſequitur ꝙ aliquando vel in ali
js regionibus in quibus ſanctꝰ Thomas
de illius captione percontatus eſt: non ca
piatur ꝺ nocte. vt ſic cōmodius ⁊ ſecuriꝰ:
ſub noctis ſilentio ⁊ obſcuritate repēte ip
ſum dormientem inuadant. ne ipſe de die
alonge videns ⁊ preſentiēs inuaſores vel
tela quibus mactatur: fugiat vel mare p̄
magnitudine ſua ⁊ ferocitate conturbās:
horribiles excitet vndas ita vt inuaſorū
nauem ſubmergat. Nam vt fertur a pira
tis ⁊ piſcatoribus tantꝰ ac tam grauis eſt
ſomnus ceti: ꝙ magnitudo eius mirabilis
ac pinguedo multo magis ſomno q̄ꝫ cibo
nutrimentali fouetur. Unde filium eius
mox cum naſcitur: per annum dicunt dor-
mire. Exemplum erit ad propoſitum no-
ſtrum quoniam ⁊ ſi aues vt cōmuniter ⁊
apud nos ac animalia cetera de die capiā-
tur: non ideo tollitur quin aliquando vel
ſecundum regionum diuerſitatem ſub no
ctis tenebris capi poſſint. Non enim vnꝰ
modus certus eſt capiendarum auiū aut
ferarū etiā q̄ ſunt eiuſdē ſpeciei. neqꝫ in oī
regiōe neqꝫ i oī tpe idē ē modꝰ neqꝫ vbiqꝫ
eadē ſunt inſtrumēta. igit̄ neqꝫ neceſſe eſt
ꝙ idē modꝰ ſit determiatꝰ ita ꝙ nō aliꝰ
piſces capiendi in oī tpe ⁊ in oī maris re-
giōe etiā ſi eiuſdē ſpeciei piſces ſint. ſꝫ cap
tionis eoꝝ ⁊ ars ⁊ inſtrumēta ſm̄ diuerſi-
tatē tēpoꝝ regionū ⁊ mariū poterūt va-
riari. Unde ſatis leui rōne poſtillator cō-
tra expoſitionē ſcti Tho. ductꝰ ē. ¶ Sed
neqꝫ multū vtilis aut neceſſaria erat diſ-
putatio ſua circa eiuſmodi piſcis capturā
in qua tñ non modicā ipſe facit vim. Nā
poterat textꝰ legi eque bene ſiue de die fie
ret illiꝰ piſcis captura ſiue ꝺ nocte. ¶ Ad
id aūt ꝙ poſtillator dicit ſecundā expoſi-
tionē ſcti Tho. myſticā eſſe ⁊ nō litteralē:
rñdet burgeñ. ⁊ bene ꝙ falſum ē. qm̄ pa-
rabolice locutiones aut figuratiue: ſenſū
litteralē faciūt. Et accipit hec rñſio ex his
q̄ ſctūs tho. tradit p̄ma p. q. p̄. ar. vl. ⁊ q̄lꝫ
vij. ar. xv. Nō eni voces parabolice aut
figuratiue ad lr̄am ſignificāt figurā ſꝫ figu
ratū. Nā cū ſcriptura nomiat di brachiū
nō ē lr̄alis ſēſus ꝙ i deo ſit mēbrū huiuſ-
modi corpale qd̄ ē figura quā voces p̄mo
deſignāt: ſed lr̄alis ſenſus ē ꝙ ſit i deo vtꝰ
opatiua q̄ eſt figuratū. Unde in ꝓpoſito
nr̄o ſub figura leuiatā: diabolus ad lr̄am
intelligitur ⁊ non ſm̄ ſenſum ſpiritualē:
quia vt ſctūs Tho. notauit ex auctorita-

te btī hieronymi tot⁹ iſte liber fere colori-
bus ⁊ figuris poeticis conſtat. Ipſe etiā
poſtillatoꝛ īfra. xl. capitulo per leuiatā ad
litteram intelligit demonem. quod tamē
hic non bene aduertens improbauerat.

## ¶ Circa capitulum. iiij.

ſuſcitat calūniam dicēs ꝙ dicta ſcti Tho.
nimis fauēt errori hebreoꝝ dicentiū ꝙ in
iſtis tribus capl̄is. vij. viij. ⁊ ix. nō fiat mē
tio de xp̄o. Unde iducit quedā verba ſm̄
caldaicam tranſlationē ad ꝓbandum ꝙ
verba illa ſigni. ⁊ adhibui mihi teſtes ⁊c̄.
Et illa. ⁊ acceſſi ad prophetiſſam ⁊c̄. non
fuerint verba eſaie: ſed dei. ⁊ ꝑ conſequēs
ꝙ filius cōceptus de quo loquitur ſignū
ſit xp̄s ad lr̄am. nō filius eſaie. ¶ Ad hoc
tamē reſpōdet Burgen̄. ⁊ ſatis ſufficiēter
ꝙ verba ſancti Tho. in nullo fauent he-
breoꝝ errori. qm̄ ſanctꝰ Tho. nō impro-
bat expoſitionē que dicit ſignū huius ca-
pituli intelligi ad lr̄am de xp̄o. ſed dicit ꝙ
nō eſt tante auctoritatis talis expoſitio ſi-
cut ſuꝑior in capitulo precedēte. Cuiꝰ ra
tionē aſſignat manifeſtā. Nā prima ha-
bet auctoritatē ex euangelio Mat. j. vbi
dicitur. hoc totū factū eſt vt impleret̃ qd̓
dictum eſt per ꝓphetā. Ecce virgo conci
piet ⁊c̄. ſed expoſitio huiꝰ ſigni non habet
tantā auctoritatē, cum in ſacra ſcriptura
non contineatur: ꝙ hoc quod dicitur hic:
acceſſi ad ꝓphetiſſam: intelligatur d̓ bea
ta virgine. ¶ Item principale fundamē-
tum poſtillatoris ad firmādā hāc expoſi-
tionē eſt illud qd̓ continet̃ in tranſlatione
caldaica. qd̓ licet verū ſit: non tamē eſt tā-
te auctoritatis ſicut ſi in littera contineret̃.
ideo v̓ba ſcti Tho. ſunt manifeſte rōnabi
lia nec in aliquo fauēt errori hebreorum.
Hec Burgen̄. ¶ Sed cōtra hāc rn̄ſionē
magiſter Mathias zelo quodā. ſed non
charitatis excitat̃. ita vt in verba ꝓrūpat
amaritudinis. Unde ꝓbare contendit ꝙ
ex tribus appareat dicta ſancti Tho. erro
ri hebreorū fauere. ¶ Primo quia friuo-
lis ac falſis aſſertionibus nitit̃ ſoluere ar-
gumēta catholicoꝝ. ¶ Secundo quia nō
roborauit argumēta catholicoꝝ nec aliq̇d
facit ꝓ eorū vera expoſitione: ſed litterā
exponit ⁊ diuidit pro perfidia iudeorum.
¶ Tertio quia dicit catholicā expoſitio-
nē extortā ⁊ nō eſſe tāte auctoritatis ſicut
illa ſupra capl̄o. vij. vbi ille paſſus. Ecce
virgo cōcipiet: exponit̃ de xp̄o auctorita-
te euāgeliſte. ¶ Poſtremo q̄rit iſte magr̄
de auctoritate quā ſanctus Tho. prefert
an ſit apud iudeos auctentica magis: an
apud xp̄ianos. ſed certū eſt dicit ipſe ꝙ nō
apud iudeos. quia tranſlatio caldaica cui
inititur expoſitio huiꝰ littere: eſt apud iu-
deos maxime auctoritatis. Exemplū aūt
cui innitit̃ expoſitio. vij. cap̄. nulliꝰ eſt au-
ctoritatis apud hebreos. igit̃ maioris ē au
ctoritatis apud iudeos expoſitio huiꝰ ca-
pituli q̄ꝫ. vij. qm̄ ad faciendū fidē infideli
bꝰ ꝑ euāgeliū qd̓ nō recipiūt: nihil cōclu-
dimꝰ. niſi cū hoc initamur eoꝝ fundamē-
tis q̄ negare nō cōſueuerunt. Hec magr̄
math. ¶ Que certe q̄ꝫ indocte ⁊ pueriliter
dicta ſint: facile erit oſtēdere. ¶ Un̄ ad p̄-
mā eiꝰ ꝓbationē dr̄ p̄mo ꝙ rn̄ſiōes date
a ſcō tho. ſūt ſꝫ opinionē exponētiū ſignū
huiꝰ capl̄i de filio eſaie: patet qꝛ q̄ſi ime-
diate p̄miſerat. Un̄ q̇dā dicūt non ee̅ in-
conueniēs ſi hoc intelligat̃ ad litterā ⁊c̄.
¶ Secūdo dr̄ ꝙ ⁊ ſi ponant̃ rn̄ſiones da
te fuiſſe de mēte ſcti tho. ⁊ ꝙ ipſe voluerit
ſignū huius capituli poſſe exponi ad lr̄ā
de filio eſaie ꝓut eſt figura xp̄i: nullū icō-
ueniēs ē. qm̄ in ſacra ſcriptura idē tertius

poteſt exponi ad lrãm de duobus. in q̃ztũ vnũ eſt figura alteri⁹. ꝑut magis dicetur in articulo ſequenti.ſ.caplo.ix.eſaie. Sed nec poſtillator rñſiones ſancti Tho.ſufficienter ipugnat. Nõ pmã: q2 ẜm illã opinionẽ zacharias de quo eſt hic ſermo non eſt ille filius barachie q̃ vnus eſt ex.xij. ꝓphetis.ſed ali⁹ q̃ tũc tpis nat⁹ erat prout in rñſione.iiij.ẜm illã opinionẽ ſctũs tho. recitat.quod tñ ⁊ ſi poſtillator neget:nulla tñ rõne aut auctoritate irrefragabili illud impugnat.neq̧ ſu⁹ magr Mathias poſt eum. Nam ex tranſlatione caldaica: nõ trahitur efficax argumẽtũ. Neq̧ impugnatio reſpõſionis ſecũde valet.quia ⁊ ſi poſtq̃ dicit.⁊ adhibui mihi teſtes: non dicatur.⁊ ſcripſi:ſatis fuit premiſſum eſſe in mandato dñi illud.⁊ ſcribe in eo ⁊c. ita vt non fuerit neceſſarium poſtea dicere et ſcripſi.certũ eſt eñi q̄ iuxta preceptuz dei ſcripſit.ad quã ſcripturã:itelligit illa opinio q̄ adhibuit teſtes. ¶ Qđ etiaz obijcit cõtra tertiã rñſionez:nihil eſt q2 ſupponit q̄ in rñſione falſum aſſumatur.ſ.q̄ fuerit alius zacharias q̃ propter auctoritatẽ ſacerdotij:diceretur fidelis.⁊ tñ poſtillator nõ ꝓbat efficaciter illud falſum eſſe.ſed ſupponit ẜm intellectũ quem habuit in tranſlatione caldaica qui nõ conuicit vt dictuz eſt. ¶ Ad illud aũt qđ poſtillator inducit cõtra quartã reſpõſionẽ: rñdet Burgeñ. ⁊ bene q̄ ⁊ ſi theglaphalaſar nõ expoliauit totũ regnũ ſamarie:ſatis vere põt dici q̄ expoliauit ſamariã.ea rõne q2 expoliauit aliquas ciuitates regni iſrael cui⁹ metropolis erat ſamaria. Cõſuetũ eſt eñi in huiuſmodi locutionibus q̄ ponatur totum ꝓ parte per ſinodochem. ¶ Sed cõtra ſolutionem hanc Burgeñ. inſtat magiſter Mathias q̄ ꝑ ſpolium factũ per theglaphalaſar nõ ẽ ablata fortitudo damaſci ⁊ ſamarie ꝑut innititur littera.ſed fuit particularis inuaſio. Hec magiſter Mathi. ¶ Que plane non ſatis perite dicta ſunt. ꝑutat eñi magr Mathi. q̄ ablatio fortitudinis damaſci ⁊ ſpoliatio ſamarie: vna ⁊ eadẽ deuaſtatione facta fuerint et ſic deceptus arguit q̄ per ſpolium ſamarie non eſt ablata fortitudo damaſci. ſed littera nõ dicit q̄ ſimul vtrũq̧ factũ fuerit neq̧ q̄ propter ſpolium ſamarie:ablata fuerit fortitudo damaſci.nã non pertinebant ad eandẽ prouinciam neq̧ ad idem regnum. cuz damaſcus eſſet metropolis ſirie.ſamaria autem metropolis regni iſrael. Sed ẽ ſenſus littere q̄ anteq̃ ſciret puer vocare patrem ſuum ⁊ matrẽ:auferenda eſſz fortitudo damaſci.quod impletum fuit quãdo theglaphalaſar aſcendit in damaſcuz ⁊ deuaſtauit eam ⁊ tranſtulit habitatores eius cirenem ⁊ raſin regem occidit prout habetur.iiij.Regũ.xvj. ¶ Itez q̄ anteq̃ ſciret puer ⁊c. auferẽda erant ſpolia ſamarie.quod fuit impletũ regnãte facee quãdo theglaphalaſar cepit abion ⁊ abel domũ maaca ⁊ alias ciuitates prout habetur iiij.Regũ.xv.q̃uis inter eas nõ nominetur ipſa ciuitas ſamarie.ſed intelligitur per ſynodochem vt ſupra dictuz eſt. ¶ Ecce patet euidenter q̄ rñſiones date a Sancto Tho.ẜm opinionẽ exponentiũ ſignũ huius capituli de filio eſaie:nõ ſunt per ea q̃ poſtillator obijcit euacuate. Unde magiſter Mathi.gratis imo ad verecundiam ſuam dicit eas friuolis ⁊ falſis aſſertionibus eſſe inixas quas tamẽ ⁊ ipſe intactas reliquit. ¶ Item neq̧ ſecunda eius magiſtri probatio contra dictum Burgeñ. q̄ ſanctus Tho. in nullo fauet iudeorum errori:aliquid habet momenti. Nam falſe ⁊ maligne dictum eſt q̄ nihil ſanctus Thomas faciat pro vera xp̄ianoruz expoſitione.ſed pro pfidia iudeorum. quoniam totam litteram ſigni huius capituli diſtinguit.diuidit ⁊ exponit per partes ſuas de chriſto ⁊ beatã virgine melius certe ⁊ plenius q̃ poſtillator vt recto oculo inſpicienti patebit. Uerum eſt q̄ dicit hanc

expoſitionē magis extortam eſſe ⁊ minus
habere auctoritatis q̄ȝ expoſitio illa. Ecce
virgo cōcipiet. capituli precedētis q̄ ex tex
tu Mat. j. ꝓbatur. Sed q̄s niſi inſaniens
aut omnino deſipiēs arguet ſanctū thō.
ſceleris ꝓpterea ꝙ pfert auctoritatē euan
gelij auctoritati trāſlationis caldaice cui
ſoli innitit̄ in ſua expoſitione poſtillator:
neq̄ȝ enī eſt aliq̄s textus ſacri canonis ex
quo talis expoſitio habeat auctoritatem.
¶ Itē cum dicat ſanct⁹ Tho. ꝙ expoſi-
tio q̄ intelligit ſignū de filio Eſaie nō ha-
bet incōueniens dum tamē puer ille ſit fi-
gura xpi: ſatis approbat primā expoſitio-
nem de xpo. Nam illis verbis aperte ſig-
nificat ꝙ expoſitio q̄ eſt de filio eſaie non
eſt cōueniēs: niſi intelligat̄ puer ille eſſe fi
gura xpi. ¶ Et pterea expoſitio illa de fi-
lio eſaie recitat̄ a ſancto Tho. vt ē catho-
licoꝝ quorundā expoſitio. quib⁹ videtur
nō eſſe incōueniēs ꝙ ſic textus exponatur.
Non enī ab eo recitaret̄ eo ꝙ a iudeis ac
ceptatur. cū eoꝝ ſctūs Tho. acerrim⁹ fue
rit impugnator ſicut ex doctrina ſua liq̄t ⁊
ex ſanctitate eius ꝓbatū exiſtit. ¶ Quod
aūt obijcit magiſter Mathias ꝓ magno
incōueniēti ꝙ ſanct⁹ Tho. nō roborauit
argumēta catholicorū: popularis quedā
videtur acclamatio. quaſi iā periclitaret̄
fides incarnationis xpi: niſi argumēta illa
vim ſuam ⁊ robur haberēt. aut niſi ſignū
huius capituli exponeretur ad l'ram de ſo
lo xpo. ⁊ niſi catholici doctores oēs vno i
hoc paſſu ore loquant̄ tanq̄ȝ multitudine
ſe armātes. certe obiectio iſta ſalua pace
dixerim magiſtri mathie rudis ac puerilis
eſt. Nā alie auctoritates ſunt q̄ȝplures q̄
veritatem fidei de cōceptu virginis ⁊ icar
natione chriſti expreſſius ac efficacius ꝓ-
bant. ita vt veritas ipſa ſine hoc ſigno de
chriſto expoſito: ſatis bene atq̄ȝ incōcuſſe
ſubſiſtat. vt eſt illa auctoritas. non aufere-
tur ſceptrū d̄ iuda ⁊c. Gen̄. xlix. Item illa
precedētis capituli. Ecce v̄go cōcipiet ⁊c.
Et illa agei ꝓphete. ⁊ veniet d̄ſiderat⁹ cū
ctis gētib⁹. agei. ij. ⁊ plures alie que cauſa
breuitatis omitto. ¶ Unde ⁊ poſtillator i
queſtionib⁹ ſuis q̄s edidit iudaicā pfidiā
circa xpm ⁊ eius aduentū improbātes: cū
in ſecundo arti. induceret auctoritates ſa-
cri canonis ad ꝓbandū perſonē diuine in
carnationē. et in. iij. articulo alias ad ꝓbā
dum tēpus aduētus xpi iam preteritū: nul-
lam de auctoritate hui⁹ ſigni fecit mētio-
nē: quam nequaq̄ȝ omiſiſſet: ſi ad xpi icar
nationis ꝓbationē: multū haberet effica-
cie ⁊ euidētie. Sed hic magiſter Math.
obijcit ſancto Tho. tanq̄ȝ crimē leſe ma-
ieſtatis hoc ſolū ꝙ nō roborauerit argu-
mēta quorundā doctoꝝ catholicorū vbi
plane nullū iminebat periculū fidei: ⁊ vbi
eorū expoſitionē ad plenū tradidit neq̄ȝ il
lam in aliqua ſui pte tanq̄ȝ falſam aut nō
l'ralem excluſerit: poſtillatorē tamē ſuū ir-
reprehenſibilē predicat qui illud Gen̄. j.
In principio creauit de⁹ celū ⁊ terram. ex
ponit ad l'ram de pricipio tēporis aut du-
rationis. nulla mētione facta d̄ expoſitiōe
catholicoꝝ qui exponunt ad l'ram. in prin
cipio. i. in filio. Ex qua auctoritate cōmu-
niter ꝓbant trinitatē perſonarū. vt in pri
mo li. ſentētiarū diſ. ij. Itē ecc'ia cōmuni-
ter tenet ꝙ vbi dr̄ Gen̄. xviij. ⁊ apparue-
rūt ei. ſ. abrahe tres viri: facta fuerit illi re
uelatio d̄ trinitate pſonaꝝ ⁊ d̄ vnitate eſſē
tie. vn̄ cātat ecc'ia. abrahā tres vidit ⁊ vnū
adorauit. vbi Ambroſi⁹ ait. vide pmo fi-
dei myſteriū de⁹ illi apparuit ⁊ tres aſpe-
xit cui de⁹ refulſit trinitate nō ſine filio pa
trē ſuſcipit nec ſine ſpū ſctō filiū cōfitetur.
Hec ambroſi⁹. Et tn̄ poſtillator d̄ tali re
uelatione ⁊ d̄ myſterio trinitatis: nullā fa
cit mētionē ſed expoſitionē hebreorū ibi
approbat ⁊ ptractat. ¶ Itē illō v̄bo dn̄i
celi firmati ſunt ps. xxxij. doctores catholi
ci exponūt d̄ trinitate pſonaꝝ. vt patet li.
pmo ſen. diſ. ij. In cui⁹ tn̄ expoē poſtilla-
tor nullā habuit d̄ diſtictione perſonarū

conſiderationem. ¶ Itē illud p̄s.iij. Ego dormiui ⁊ ſoporatus ſum. ad litteram exponitur ſecunduꝫ doctores catholicos de xp̄i morte ⁊ reſurrectione. Vn̄ ⁊ Eccleſia illud cātat in die ſctō paſce. ſed poſtillator nulla facta mētione d̄ xp̄o illud exponit d̄ dauid quando fugit a facie abſalō. ſecut⁹ titulū p̄s. ſm hebreos. vt ip̄e fatet̄ in principio p̄s. ¶ Itē in hoc libro Eſaie capl̄o xlv. illud. Rorate celi deſup ⁊ nubes pluant iuſtum. vniuerſalis eccl̄ia intelligit dictū eſſe de xp̄o ⁊ d̄ nullo alio. vnde ⁊ in officijs diuinis illud cātat de xp̄o p̄ciſe. ſed poſtillator exponit illud etiaꝫ de rege ciro ad litterā ſub figura xp̄i. ¶ Item circa librū Canti. a p̄mo capl̄o vſq₃ ad. vj. incluſiue exponit poſtillator de eccleſia veteris teſtamēti ſub figura ſp̄ōſe ſm intellectum hebreoꝝ. cum tamē doctores catholici totū librū exponāt cōmuniter de eccleſia noue legis vt ſp̄ōſa ⁊ de xp̄o ſp̄ōſo. vt ipſemet poſtillator ibi fatet̄. quoꝝ catholicoꝝ expoſitionē nō veret̄ q̄tum ad hoc defectuoſam aſſerere. ⁊ ꝙ plus eſt quia in ſex capitulis primis illi⁹ libri q̄ poſtillator d̄ veteri teſtamēto p̄ciſe exponit: ſunt nōnulle auctoritates quas eccleſia de beata virgine cōcinit vt in capl̄o. j. illud. In odorē vnguētoꝝ tuoꝝ currim⁹. Itē illud. Ecce tu pulcra es amica mea ⁊c̄. Et illud. ſicut liliū iter ſpinas. Illud etiā in capl̄o. ij. ſurge ꝓpera amica mea ⁊c̄. Et illud. q̄ ē iſta que aſcēdit ꝑ deſertū ſicut virgula fumi? Et illud capitulo. iij. tota pulcra es amica mea ⁊ macula nō eſt in te ⁊c̄. vſq₃ ad fineꝫ fere capituli. Et plura alia ſunt ī dictis capitulis: q̄ de beata virgine cōmunis eccleſia cātat. q̄ omnia poſtillator exponit d̄ ſinagoga q̄ dicitur eccleſia veteris teſtamēti. Multi alij paſſus poſſent notari in ſacra ſcriptura in quibus poſtillator plane diuertit a cōmuni doctoꝝ catholicorū expoſitiōe quos ne arguar prolixitatis: placuit ſubticere. ¶ Vnde iuxta verbum domini admiror. cum poſtillator tanto trabis pondere oculis ſuis cecutiat: quomodo in oculo fratris ſui feſtucam clamat videre? Qua etiam fronte magiſter Mathias audet ſanctū Tho. probris afficere pro eo ꝙ in hoc paſſu nō ſe exhibuit illoꝝ ꝓpugnatorem: a q̄bus poſtillator quem ipſe defenſat ſepe recedit. ⁊ quorum ſe conſtituit nonnū q̄ impugnatorē? iudicet dn̄s. ¶ Allegat tertio contra ſctūꝫ Tho. magiſter Mathias ꝙ dixit expoſitionē catholicorū in hoc capl̄o extortam. ſed non aduertit iſte magiſter ꝙ illud dictum ſit ꝑ cōparationem nō ad aliā expoſitionē que intelligit de filio Eſaie: ſed ꝑ cōparationē ad aliam auctoritatē precedētis capituli. Ecce virgo cōcipiet ⁊c̄. Vnde verba ſcti Tho. ſunt iſta. Hec autē expoſitio non ē tante auctoritatis ſicut ſuperior que fuit ſupra. vij. de illo ſigno. quia magis extorta eſt ⁊ ex ſcripturis non habet auctoritatem ſicut illa Mat. j. Hec ſanctus Tho. ¶ Item obijcit magiſter Mathias ꝙ dixerit ſanct⁹ Tho. expoſitionē hui⁹ capituli de xp̄o nō eſſe tante auctoritatis ſicut illa. ecce virgo cōcipiet. ſupra. vij. que exponitur de xp̄o auctoritate euāgeliſte. Sꝫ cū expoſitio hui⁹ capl̄i nō habeat auctoritateꝫ ex ſacra ſcriptura: ⁊ alia ſic Mat. j. vt magiſter Mathias bene cōcedit: nō videtur mihi ꝙ ſit alia reſpōſione dignus. niſi ꝙ parcēdū eſt illi. ¶ Arguit tertio ip̄e magiſter q̄rens an illa auctoritas quaꝫ p̄fert ſact⁹ Tho. ſit auctētica magis apud iudeos: an apud xp̄ianos. ⁊ ꝓbat ꝙ nō apd̄ iudeos. quod ⁊ nos cōcedim⁹: ſed dicimus ꝙ eſt magis auctētica ⁊ ſm ſe: quoniā ab ipſa veritate eſt in euangelio probata. et apud chriſtianos qui textum euangelicū cum ſincera ac inconcuſſa fide tenent ⁊ firmiter confitentur ⁊ non ſic caldaicam trāſlationem. Quod nunc inconueniēs putat magiſter Mathias hoc eſſe? nullum certe. ſed nec ipſe inuenit.

## ¶ Circa capitulū nonū

IN capitulo.ix.ſctūs tho. exponit principiū capituli.primo tēpore ꝛc.ad lr̄am. vſqꝫ ad illā partem. populus qui ambulabat ꝛc.de duplici captiuitate filioꝝ iſrael. Nā p̄ma fuit facta per theglaphalaſar regnāte facee in ſamaria q̄ captiuauit duas tribus cū dimidia q̄ erāt trāſiordanē reſpectu hieruſalē. ꝛ d̄ tribu zabulō ꝛ neptalim q̄ erāt citra iordanē:tn̄ quod poſſet equiparari dimidie tribui.de qua captiuitate dicitur.iiij.regum xv. ¶ Secūda fuit facta per ſalmanaſar ix.āno oſee q̄ captiuauit reſiduos ex.x.tribubus qui erāt citra iordanē reſpectu iudee.Et d̄ hac habetur.iiij.re.xvij. Sꝫ poſtillator hāc expoſitionē dicit eſſe īcōpetētez propter quattuor. Primo qꝛ implicat cōtraria ſaltē in modo loquēdi. qꝛ primā captiuitatē nominat alleuiationem:ꝛ ſecūdā aggrauationē.cum tamē fuerint eiuſdē rationis.¶ Itē qꝛ ſi loqueretur de ſecūda captiuitate:cuꝫ dicitur. Et nouiſſimo aggrauata eſt ꝛc. non fieret ibi mētio de galilea q̄ in prima captiuitate fuit captiuata ſaltem in magna parte.ſed magis d̄ ſamaria que erat ciuitas metropolis regni ꝛ p̄ncipaliter fuit obſeſſa ꝛ capta per ſalmanaſar. ¶ Tertio quia matheus.iiij.ca.dicit hanc prophetiā fuiſſe completā ad litterā in xp̄o.dicens ſic de xp̄o. Et relicta ciuitate ſua nazareth venit ꝛ habitauit in ciuitate capharnaū maritima in finibus zabulon et neptalim:vt adimpleretur quod dictū eſt per eſaiam prophetaꝫ. Terra enim zabulon ꝛ terra neptalim via maris trās iordanē galilee gētium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā ꝛc. ¶ Item cum omnes expoſitores catholici dicant ꝙ neceſſe eſt de xp̄o intelligi illud quod dicitur ſupra ſeptimo. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filium ꝛc. Eo ꝙ dicitur Mathei primo. Hoc autē totum factum eſt:vt adimpleretur quod dictū eſt a dn̄o per prophetam dicentē. Ecce virgo habebit in vtero ꝛ pariet filium ꝛc. Eadem neceſſitate compellitur quilibet doctoꝝ catholicus expōere de xp̄o quod dicitur hic. Primo tempore alleuiata eſt ꝛc. Cū matheus dicat hoc impletū eſſe in xp̄o. Hec poſtillator. ¶ Que quātum efficacie habeant cōtra expoſitionem ſancti tho.ex reſpōſionib⁹ ad eius obiecta patebit. ¶ Unde ad primū dicitur ſm̄ intellectum ſancti tho.ꝙ q̄uis vtraqꝫ perſecutio captiuitas fuerit ac per hoc eiuſdem rationis:non tamē eiuſdē grauitatis fuit vtriuſqꝫ afflictio Nam in prima fuit terra iſrael minorata habitatoribus ſuis.non penitus expoliata. ꝛ propterea alleuiatio appellatur per comparationē ad ſecundam captiuitatem q̄ fuit generalis totius reſidui.x. tribuum que regnum iſrael exterminauit. vbi omnis populus trāſlatus eſt cū rege ſuo ī terram aſſirioꝝ prout ioſephus etiam narrat antiquita. Juda.li.ix.capi.xv. Unde ſatis proprie ꝛ vere dicitur ꝙ terra q̄ primo fuerat alleuiata.i.minorata non totaliter vaſtata:ac per hoc leuiter percuſſa ꝑ teglaphalaſar:fuerit nouiſſime aggrauata.i.grauiſſime ceſa per ſalmanaſar q̄ totam terrā expoliauit ꝛ omnes trāſtulit habitatores. ꝛ ita merito appellatur prima captiuitas alleuiatio reſpectu ſecunde.

¶ Ad ſecundā obiectionem duplex poteſt eſſe reſpōſio. Una ꝙ in textu nō dicit̄ galileā fuiſſe captiuatā in ſecunda captiuitate ꝓut poſtillator fingit.ſed ꝙ via maris ideſt regio per quā itur ad mare qd̄ mare eſt trās iordanem galilee:aggrauata fuerit. Tota enī terra.vij.tribuum cuꝫ dimidia q̄ poſt primā captiuitatem relicte fuerant per cuius aliquam partē erat via ad mare trans iordanem:fuit in ſecūda captiuitate penitus vaſtata. Unde illa via non ſolum per prouinciam galilee tranſibat:

ſed etiā per aliquā partē.vij.tribuū cū dimidia q̄ pars dicit̄ hic aggrauata mō expōito ꝛ nō ipa galilea. ¶ Pōt.ij.rn̄deri ꝙ in p̄ma captitate nō tota galilea fuerit captiuata: ſed maioꝛ pars a q̄ tota appellat̄ trāſlata. ſicut tota ciuitas dicitur facere: ꝙ maioꝛ ps ciuitatis ſtatuit. In ſecūda aūt captiuitate fuit galilea penitus cōſumpta ꝛ depopulata. ꝛ pꝛopter hoc dicitur nouiſſimo aggrauata. ¶ Ad tertiū duplex ſilr pōt eſſe reſpōſio. Una eſt ꝙ q̄tum eſt ex lr̄a Mat.iiij.nō ꝓbatur efficaciter tertū huius capl'i eſaye ab illa pte. Primo tpe. Uſq; ad illā.ppl's qui ambulabat in tenebꝛis: debere exponi ad lr̄am de xp̄o. Nam apō matheū vbi ꝓphetia huius capituli allegatur: nulla fit mētio aut de duobus ꝛ diuerſis tēpoꝛib⁹: aut de alleuiatiōe ꝛ aggrauatione terre de quibus in hoc caplo eſaye eſt ſermo. ſed illis omiſſis: inducitur ex hac prophetia eſaye id p̄ciſe. ſ. ppl's qui ambulabat in tenebꝛis vidit lucē magnā. quod erat ad ꝓpoſitum euāgeliſte. Dixerat enim euāgeliſta ꝙ iheſus venit ꝛ habitauit in ciuitate capharnaū maritima in finibus zabulō ꝛ neptalim. ex quo infert ꝙ impletū eſt dictū eſaye ꝓphete. q; .ſ. ex pꝛeſentia xp̄i in terra illa in qua cepit pꝛedicare: populus qui ambulabat in tenebꝛis vidit lucem magnā. ꝛc̄. vt pꝛedixerat eſayas Quod autē dicitur in euāgelio. terra zabulon ꝛ terra neptalim via maris. ꝛc̄. non reſpōdet ibi ad illud quod dicit̄ in hoc capitulo eſaye. Primo tēpoꝛe alleuiata ē terra zabulō ꝛ terra neptalim: ſed ē expō illius. populus qui ambulabat in tenebꝛis. vt ſit ſenſus in euāgelio mathei. ꝙ iheſus venit ꝛ habitauit in ciuitate capharnaū in finibus zabulon et neptalim vt adimpleret̄ quod dictū ē per eſayā pꝛophetā. terra zabulō ꝛ terra neptalim. ꝛc̄. qui populus ambulabat in tenebꝛis: vidit lucem magnā ꝛc̄. ſ. ex p̄ntia ꝛ pꝛedicatione xp̄i. itaq; ſecūdū pꝛopꝛium ſenſum littere mathei: id pꝛeciſe ex pꝛophecia eſaye inducitur: quod ſcribitur ab illa parte. populus qui ambulabat in tenebꝛis vidit lucē magnam ꝛc̄. ſed pꝛemittitur terra zabulō. ꝛc̄. tanq̄ expoſitio. ad denotādum qui populus erat ille. ¶ Et cōfirmatur quia apud matheum nihil differenter dicitur de terra zabulon ꝛ terra neptalim: ꝛ de via maris trāſioꝛdanē ſed vnū ponitur vt expoſitio alterius. Sed in hoc capitulo eſaye: aliud refertur ꝛ pꝛo alio tēpoꝛe ad terram zabulon ꝛ terram neptalim. ꝛ aliud ꝛ pꝛo alio tempoꝛe refert̄ ad viā maris trāſioꝛdanē. Ūn̄ quedā glo. Mathei.iiij. dicit ſic. hic aūt in euāgelio diuerſi noīatim: ad idem verbum reducunt̄ ita. ꝛ terra zabulō ꝛ terra neptalim q̄ eſt via maris que eſt trāſioꝛdanē. ſ. populus galilee gentiū qui ambulabat in tenebꝛis. Hec glo. vbi expꝛeſſe legit illud via maris expoſitiue ꝛ totā litterā refert ad vnum. ¶ Glo. etiā Raba. ait hoc loco. quod p̄mo poſitū eſt: pꝛetermittit euāgeliſta. ſ. pꝛimo tēpoꝛe alleuiata eſt terra zabulon ꝛ terra neptalim ſicut ꝛ quod in medio ē. ſ. nouiſſimo aggrauata ē via maris. quod ideo facit. quia intendit oſtendere initiū pꝛedicationis xp̄i. ꝛ ideo quod miſticū ē tāgit. Hec glo. vbi aperte dicit ꝙ euāgeliſta nō allegat illud quod de alleuiatione ꝛ aggrauatione ſcribitur in pꝛophetia eſaye quod tn̄ poſtillatoꝛ legit gratis vt videtur. ¶ Sed q; ſanctus tho. etiam illud. populus qui ambulabat in tenebꝛis. refert ad liberationē factam iudeis per angelū a perſecutionē tertia excitata per ſenacherib. de qua habetur.iiij.re.xviij. ideo videtur ꝙ ſtet adhuc inſtantia contra ſanctū tho. Sed ad hoc p; ſolutio ex ſecunda reſpōſione que iam ponetur. ¶ Poteſt ſecundo reſpōderi ꝙ q̄uis euāgeliſta Mat.iiij. exponat pꝛincipium huius capituli eſaye ad litteram de xp̄o: nō ideo ſequitur ꝙ non poſſit vere exponi ad lr̄am de duabus hebꝛeoꝛū capti-

nitatibus. ¶ Ad cui⁹ intellectū animaduertendū eſt φ ſm Auguſtinuz.xij.cōfeſ. in fine.quencūqꝫ ſenſum in ſacra ſcriptura hoīes inuenire poſſunt: credēdū ē ſpūz ſanctū q̄ auctoꝛ ſacre ſcripture eſt:habuiſſe.⁊ qꝛ ſenſus lr̄alis eſt quē auctoꝛ lr̄e intēdit:inferūt doctores.et eſt doctrina ſancti Tho.p̄ma pte.q.j.ar.vlti.φ in vna lr̄a ſacre ſcripture plures nōnunqꝫ ſunt ſenſus lr̄ales ⁊ nō ſolū reſpectu dei q̄ ſub vna littera plura pōt intelligere:ſed ⁊ ꝺ ꝓphetis inq̄t Hieronym⁹ ſup oſee.φ ita loq̄bant de factis p̄ſentib⁹:φ etiā intēderūt futura ſignificare.a qua intētione vtraqꝫ expoſitio ⁊ de factis p̄ſentibus ⁊ ꝺ futuris: vere pōt dici lr̄alis. Nā nō ꝓprie dr̄ ſenſus litteralis quē voces ſignificāt:ſꝫ magis quē auctoꝛ lr̄e intēdit.⁊ inde eſt φ inter.vij.regulas exponēdi ſacrā ſcripturā quas Iſidoꝛus tradit libꝛo p̄mo ꝺ ſūmo bono.xxv. caplo:vna eſt ſm intellectuz poſtillatoꝛis φ eadē lr̄a aliq̄n habet duplicē ſenſuz litteralē ꝑut ip̄e p̄mittit in ſecundo ꝓlogo ſuo ſup Gen̄.qua regula poſtillatoꝛ ſepe iuuat̄.⁊ niſi vera eſſet:argumētatio ſua q̄ hoc loco vtit̄ cōtra ſanctū Tho.in ſe ip̄m retoꝛqueret̄. Naꝫ illud exodi.xvij. percutieſqꝫ petrā ⁊c̄.poſtillatoꝛ exponit ibi ꝺ petra materiali.ſed ap̄ls.j.Coꝛin.x.dicit illꝺ intelligēdū eſſe de xp̄o.inquiēs. petra aūt erat xp̄s. Item illud Deutro.xxv.nō ligabis os bouis terētis in area fruges tuas. poſtillatoꝛ ibi exponit ad lr̄am de animalibus bꝛutis q̄bus non debet fieri iniuria. ſed ap̄ls p̄ma Coꝛi.ix.exponit ad lr̄am dictum eſſe ꝺ pꝛedicatoꝛib⁹ fidei q̄buꝫ neceſſaria miniſtrāda ſunt. imo ⁊ videt̄ ap̄ls. p̄mā expoſitionē a lr̄ali ſenſu excludere cū dicit:nunq̄d de bobuꝫ cura eſt deo?an ꝓpter nos vtiqꝫ hec dicit? ¶ Itē illꝺ. iuxta te eſt ſermo valde in oꝛe tuo ⁊ in coꝛde tuo. Deutro.xxx.poſtillatoꝛ exponit ibi ad litterā de verbo pꝛeceptoꝛum decalogi. que quodāmodo ſcripta ſunt in coꝛdibus noſtris.ſed ap̄ls. Ro.x.illud exponit dictum eſſe ꝺ verbo fidei Ieſu xp̄i qꝺ pꝛedicabat ¶ Itē illud. Ego ero illi i patrē:⁊ ip̄e erit mihi in filiū:ap̄ls inquit dictū eſſe de xp̄o Hebꝛe.j. ſed poſtillatoꝛ ibi ⁊.ij. Ro.vij. vnde ſumit̄ auctoꝛitas:exponit illud ad litterā de xp̄o et de ſalomone. In quibus locis exp̄ſſe dicit φ aliqua ſunt in ſacra ſcriptura que ad lr̄aꝫ ſunt intelligēda ꝺ duobus.quoꝝ tamen vnū figura ſit alterius. ¶ Itē illud oſee.xj.ex egypto vocaui filiū meū. Poſtillatoꝛ ibi exponit ad lr̄aꝫ ꝺ populo iſrael.ſed Mat. ſecundo euāgeliſta exponit illā ꝓphetiā ad lr̄am de xp̄o qui poſt moꝛtē herodis vocatus fuit de egypto.vbi ⁊ poſtillatoꝛ dicit auctoꝛitatē iſtaꝫ duplicē habere ſenſum litteralē ſicut ⁊ ſupꝛadictā.ego ero illi in patrē. Et ſupꝛadictis ſatis patet ſolutio ad tertiā obiectionē poſtillatoꝛis. Nam nullū incōueniēs ē φ euangeliſta exponat ꝓphetiā hui⁹ capituli ad lr̄am de xp̄o:⁊ exponat̄ etiā ad litterā de pſecutione hebꝛeoꝝ modo quo dictum eſt. Et p idē patet reſpōſio ad quartā obiectionē. Cōcedim⁹ enim φ iſta ꝓphetia p̄ſerti ab illa parte.populus q̄ ambulabat in tenebꝛis. debeat exponi ꝺ xp̄o eo φ euangeliſta id intellexit.ſed non ſeq̄tur φ nō poſſit etiā intelligi de pſecutione iudeoꝝ ante xp̄i aduentū.nā vtrūqꝫ auctoꝛ illi⁹ lr̄e intellexit. vt ſupꝛa deductū ē.

## ¶ Circa capitulꝫ.xiiij.

In capitulo.xiiij. Burgen̄. ſm doctrinā ſcti Tho.dicit ꝓbabilioꝛē eſſe illā opinionē que ponit diabolꝫ peccaſſe ſtati poſt pꝛimū iſtās ſue creationis. Cōtra quā ſentētiā magr̄ Mathias arguit qꝛ motus ſpūuꝫ nō mēſurant̄ tēpoꝛe. Nā in euo vt communiter ponitur nō eſt pꝛius ⁊ poſteri⁹ inſtans:niſi nature pfectionis vel oꝛiginis.nō ſucceſſionis.qm̄ vt dicit eadē eſt menſura opa-

tionis rei: q̃ eſt nature. vnde cũ natura angeli ſm eſſe ſit indiuiſibilis: erit etiã indiuiſibilis ſm operari. ¶ Sed certe in hac argumẽtatione tria magiſter Mathias aſſumit falſa. ideo argumentatio eſt nulla. vnum falſum eſt ꝙ motus ſpirituũ nõ mẽſuretur tpe. Hoc eni eſt cõtra Auguſtinũ viij. ſup Geñ. ad lrãm dicẽtem ꝙ deꝰ mouerit creaturam ſpũalem ꝑ tempꝰ. quod ⁊ poſtillator pro quo ille certat ſupponit. di. ſuper illud. q̃ mane oriebaris. q: inter creationẽ eius ⁊ lapſum: fuit modicũ tempus. Uerum ẽ ꝙ eſſe ⁊ natura angelorũ non mẽſurant̃ tpe. neq; opatio eoꝝ beatifica. qm̃ in iſtis nullã habẽt trãſmutationem. ſed alie opationes ſm quas inuenit̃ in angelis tranſmutatio: tẽpore mẽſurant̃ cum in eis ſit priꝰ ⁊ poſterius. Nõ tamen tẽpus illud eſt eiuſdẽ rõnis cũ tẽpore quo res corporales ⁊ earũ motꝰ mẽſurantur: cum nõ depẽdeat a motu celi. ¶ Secũdũ falſum eſt: ꝙ eadẽ eſt mẽſura opationis rei q̃ eſt nature. Hoc eni eſt ꝯtra philoſophũ iiij. phiſicoꝝ. q̃ dicit ꝙ inſtans eſt mẽſura ſubſtãtie mobilis in toto motu. ⁊ tñ motꝰ que ẽ eiꝰ opatio non inſtãti: ſed tempore mẽſurat̃ vt ibi ꝓbatur. ¶ Itẽ corpa celeſtia q̃ intrãſmutabilia ſunt ſm ſuã ſubſtãtiam ⁊ eſſe: euo mẽſurant̃. ſed eorũ motus non euo: ſed tẽpore mẽſurat̃. vt etiã philoſophi docuerũt. ¶ Itẽ in euo non ẽ pus ⁊ poſteriꝰ ſucceſſionis vt etiam magiſter Mathias concedit. quo euo ſubſtãtia angeli menſurat̃. Et tamẽ multe opationes ſunt angelorũ quas nõ ſimul a principio habuerunt neq; nũc habẽt: vt opationes ille quas habẽt circa nos. Itẽ ⁊ opationes immanentes vt ſunt noue illuminationes quas nõ ſemp neq; ſimul habuerũt. Itẽ ⁊ eoꝝ intellectiones q̃ dicunt̃ veſpertine q̃ non oẽs ſunt ſimul ⁊ ſemp. ꝑut Auguſtinus vult. viij. ſup Geñ. ad lrãm. Et cum omnes huiuſmodi opationes non ſint ſimul in angelis ⁊ ſemp a ſui principio: manifeſtũ eſt ꝙ erunt in ſucceſſione. ⁊ ꝑ cõſequens ꝙ non mẽſurant̃ euo: quod eſt totum ſimul quo ſubſtantie angeloꝝ mẽſurant̃. ¶ Unde aſſũptũ illud falſiſſimũ ẽ. ⁊ per cõſequẽs obiectio eius nullius eſt momẽti. Sed contra morulas ipſas quas magiſter Mathias tetigit: plura ſe offerebant: niſi a principio me conſtituiſſem veritatis ſancti Thome defenſorem: non aduerſantium vbi etiam erraſſe eos conſtaret: offenſorem.

## ¶ Circa capitulũ. xlviij

In caplo. xlviij. cum poſtillator exponeret illud. laude mea infrenabo te ne intereas: de impoſitione cerimonialiũ quibus deus occupauit populũ iudeoꝝ ac ꝑ hoc infrenauit ne idolis ſeruiens interiret. Burgeñ. dicit magis ꝓprie exponi ſic. q: ꝑ diuinaꝫ laudem hõ aſcẽdit in deũ ꝑ affectũ. in tantũ ꝙ per hoc retrahitur ab his q̃ ſunt contra deũ. Ad quod allegat ſanctũ Tho. ſecũda ſecunde. q. xcj. ar. ꝑmo. ¶ Cõtra quã expoſitionẽ magiſter Mathias arguẽs inducit poſtillã ſancti Tho. in hoc loco q̃ oĩno conformis eſt expoſitioni poſtillatoris. et in fine vt aliquid in ſctũm Tho. rephenſionis retorqueat: dicit Burgẽſem relinq̃re dicta ſancti Tho. in cõtradictiõe quaſi cõtradictio ſit inter expoſitionẽ ſuã hic et ea q̃ dixerat ſecũda ſecuude. ¶ Sed certe hic magis eſt arguẽdus magr̃ Mathias mali affectꝰ q̃ꝫ falſi intellectꝰ. Nam non ignorabat ꝙ ⁊ ſi textus huius capituli ad lrãm ⁊ hiſtorice intelligedꝰ eſſet ſm expoſitionẽ quã habuit ſanctꝰ Tho. in hoc capitulo ⁊ poſt euꝫ poſtillator: ꝙ moraliter exponi poſſit de quocũq; q̃ occupatus in laudibꝰ diuinis retrahit̃ ab his q̃ ſunt cõtra deũ. In quo ſenſu allegat ſctũs Tho. auctoritatẽ huiꝰ capituli i ſecũda ſecũde. ¶ Unde cõſtat ꝙ nulla i dictis eiꝰ ẽ cõtra=

dictio niſi dixerit magiſter Mathi. q̄ ſenſus ſpũales. vt allegoricus. anagogic⁹. et moralis cõtradicũt ſenſui litterali. Quod eſſet nouam ⁊ extraneam theologiam ne dicam erroneam inuenire.

## ¶ Circa librum Hieremie. Capitulo. x.

In capitulo. x. Hiere. Burgen. in ſua additiõe allegat ſctũ Tho. dicentẽ p̄ma. p. q. lxx. ar. iij. q̄ inter ponẽtes corpa celeſtia eſſe animata: ⁊ ponẽtes ea nõ animata: parua vel nulla differẽtia eſt in re ſed in voce tm̃. ¶ Cõtra q̃ magr̃ Math. arguit q̄ꝛ Plato ⁊ alij philoſophi ponẽtes corpa celeſtia eẽ animata: dixerũt mũdũ eſſe animal. ac p̄ hoc poſitio gẽtiliũ voluit aïas cõiũgi corporibus celeſtib⁹ ſic vt cõſtituerẽt vnum p ſe cũ eis ⁊ tanq̄ forme. Sed poſitio catholicoꝝ eſt q̄ anime mouẽtes corpa celeſtia vniant̃ eis vt motores p̄ciſe ⁊ non vt forme. vnde cõcludit manifeſtũ eſſe q̄ nõ ſit modica differẽtia inter p̄dictas opiniones nec vocis tantũ: ſed rei. Hec magiſter Mathi. ¶ In quib⁹ plane conſtat q̄ de opinionib⁹ ariſtotelis ⁊ platõis circa animationẽ celeſtiũ corpoꝝ: nõ recte ſenſerit. Naꝫ plato vt Gregori⁹ niſen⁹ refert q̃ ⁊ tãgit ariſtoteles. ij. de anima: poſuit hominẽ nõ eſſe aliq̃d cõpoſitũ ex aïa ⁊ corpore. ſed q̄ ẽ aïa vtens corpe vt intelligat̃ eſſe in corpe ſicut nauta in naue. vnde nõ ſolũ corpa celeſtia: ſed etiam corpa humana dixit nõ aliter animata niſi in q̄tũ anima vnit̃ corpi ſicut motor mobili. ⁊ inde ẽ q̄ poſuit animã intellectiuã vniri corpori p ſpũalem cõtactũ. imo poſuit vt philoſophus dicit ſecũdo celi ⁊ mũ. q̄ moueret celum p quandã coactionẽ ⁊ violẽtiã. quod eſt cõtra rõnem forme ſubſtãtialis alicui⁹ corpis. De ariſtotele vero mãifeſtũ eſt ex viij. phiſicoꝝ. et. ij. de celo q̄ non poſuit in corporibus celeſtib⁹ de virtutib⁹ anime: niſi intellectiuã. vnio aũt intellectiue p̄tis p̄ut a ſenſitiua ⁊ vegetatiua ſeparatur: ẽ ſicut dirigẽtis mouẽtis ⁊ gubernãtis. vñ euidẽter patet q̄ ariſtotelici ⁊ platõici nõ docuerint animas celeſtiũ corpoꝝ eẽ eorũ formas ſubſtãtiales nec cũ eis aliq̃d vnũ p ſe ⁊ ſubſtãtialiter cõſtituere. ſed eis vniri ſicut motor mobili p̄ciſe. Ex quo ſequit̃ catholicoꝝ poſitionem ⁊ illorum philoſophoꝝ: ſola voce differre. nõ in re p̄ut ſanct⁹ Tho. dicit. ¶ Q̃d autẽ arguens obijcit ex dictis Aug⁹. q̄ platonici poſuerũt mũdũ eſſe aïal: nõ obſtat. q̄ꝛ platonici ſic dicẽtes: in vocis appellatione errauerũt appellãtes animal: aggregatũ ex aïa p̄ motore ⁊ corpe p̄ mobili. Quod valde ĩpropꝛie imo ⁊ falſe dictũ eſt. Non enĩ q̃litercũq̄ꝫ cõiũgant̃ aïa ⁊ corp⁹: cõſtituũt aïal. ſed ſi coniungant̃ vt forma ⁊ materia q̃ illi negabãt. vnde in voce ⁊ nõ in re deficiebãt. ⁊ eſt ſimilis mod⁹ loquẽdi cuiꝫ magr̃ ſentẽtiaꝝ dixit. xxij. diſ. tertij libri. xp̄m in triduo mortis fuiſſe hoïem. Nõ enĩ errauit in ſenſu credẽs aïam xp̄i in triduo mortis ei⁹ non fuiſſe a carne vere ⁊ realiter ſeparatã. q̄ꝛ hoc eſſet erroneũ. ſed errauit in vocis appellatione putãs aïam ⁊ corpus etiã non coniuncta: ſufficere ad hoc q̄ ſuppoſitum diuinum cui vtrũq̄ꝫ vnitũ manſit: denominaretur homo.

## ¶ Circa euãgeliũ mathei. Capitulo. iiij.

In caplõ. iiij. Mat. ſup illud. maritima in finib⁹ zabulõ. Poſtillator reprobat expoſitionẽ q̃ intelligit illaꝫ eſaie p̄phetiã: de duab⁹ captiuitatib⁹ hebreoꝝ. quaꝫ poſuit ſanctus Tho. ſupꝛa eſaie. ix. ⁊ obijcit hic poſtillator hiſdẽ rõnibus q̃bus ibi. ſed de reſponſione p ſctõ Tho. vide ibi eſa. ix. Ratio autẽ q̃ hic p poſtillatorẽ addit̃ q̄ q̄ꝛ illud.

Paruulꝰ natꝰ eſt nobis exponit̃ ab om
nibꝰ de xp̃o. ꝙ ideo totũ p̄cedens capituli
debeat de ſolo xp̃o exponi: nõ cogit. quo-
niã ſm regulas traditas ab Iſidoro de
modo exponẽdi ſacrã ſcripturã. q̃s etiam
poſtillator p̄miſit in ſecũdo ꝓlogo ſuper
Gen̄. aliq̃n ſcriptura ſimul cõtexit ſermo
nes q̃ ad diuerſa referunt̃. Unde ⁊ in eodẽ
capitulo eſa. cũ exponat̃ illud. paruulꝰ na
tus eſt nobis d̄ xp̃o ad lr̃am: ſtati ſequen-
tem. ſ. verbũ miſit dñs ⁊c. ipſemet poſtil-
lator exponit de liberatione pp̄li iude a re
gibus iſrael ⁊ ſirie ipm̄ ꝑſequentibus.

## ¶ Circa capitulum. xj.

In caplõ. xj. Burgen̄. i ſua
additione induxit ad ꝓpoſi
tum ſuũ ꝙ xp̃s in ſciẽtia ac-
q̃ſita ac expimẽtali ꝓfece-
rit ſm ꝓceſſum etatis. Qđ
dictũ eſt ſm doctrinã ſancti Tho. iij. p. q.
xij. ar. ij. q̃uis Burgen̄. illud non alleget.
¶ Sed magiſter Mathi. ne aliq̃d de do
ctrina ſãcti Tho. ſuis calũnijs relinquat
intactum: inquit. dictũ illud ea rõne eſſe
dubiũ: quia ſi xp̃s aliquid didiciſſet ꝑ ex-
perientiã quod p̄us vel qualiter p̄us non
nouit: ſequit̃ ꝙ non fuit ab inſtanti cõcep
tionis ſue omniſciẽs. quod eſt cõtra ſan-
ctos doctores ⁊ magiſtrũ ſentẽtiarum li-
bro. iij. Hec magiſter Mathias. ¶ In
qua argumẽtatione ſi accipit omniſciens
ſm ꝓpriam ſignificationẽ ⁊ cõmunẽ vſũ
loquẽdi ſanctoꝝ doctoꝝ. ꝓut. ſ. dicit̃ om-
niſciẽs. i. omnia ſciẽs: certe nõ eſſet magnũ
ꝙ mediocriter doctꝰ in dialecticis: plene
atq; in ꝓmptu rõnem ſuã euacuaret. dice
ret enim ꝙ in argumẽto cõmittit̃ fallacia
figure dictionis. nã mutat̃ quid in quali-
ter. cũ dicitur xp̃s eſt omniſciẽs ab inſtan-
ti conceptionis: ergo ꝑ proceſſum etatis
nõ alio modo nouit aliquid q̃ꝫ prius. Un
de concedimus ꝙ nihil xp̃s nouerit ꝑ ſciẽ-
tiam experimentalem quod ante per ſciẽ-
tiam inditam ac beatã non ſciuerit. Sed
cum hoc ſtat ꝙ per ſcientiam acquiſitam
vel experimentalem ſciuerit alio modo. ſ.
per actionẽ intellectꝰ agentis abſtrahen-
tis ſpecies intelligibiles a phantaſmatibꝰ.
¶ Si forte accipit arguens omniſciens
abuſiue ⁊ extra mentem loquentium ideſt
omnia ⁊ omnimodo ſciens: ſic non conce-
dit ꝙ xp̃s ab iſtanti cõceptionis fuit om-
niſciẽs. nec illđ ſcti doctores vnq̃ dixerũt.

## ¶ Circa capitulum. xix.

In caplõ. xix. cuꝫ Burgen̄.
de indiuiſibilitate matrimo
nij tractaret cõtra modum
dicẽdi poſtillatoris: induxit
ad ꝓpoſitũ ſuũ quoddã ſã-
cti Tho. dictũ ex p̄ma ſecũde. q. cij. ar. v.
ad tertiũ. ſ. ꝙ matrimoniũ fuerit in veteri
lege ꝓut eſt in officiũ nature. nõ aũt ꝓut
eſt ſacramẽtum cõiunctionis xp̄i ⁊ eccleſie
q̃ nondũ erat facta. ¶ Sed magr̃ Ma-
thias ſua mirabili ſapiẽtia obijcit in con-
trariũ. Primo q; vt btũs Gregorius ait.
eccl̃ia incepit ab abel iuſto. ergo incõueni
ens eſt dicere ꝙ in veteri lege non fuiſſet
deo coniũcta. ¶ Secũdo q; vetus teſta-
mentũ frequẽter oſtendit ſinagogam deo
deſpõſatã. q̃ deſponſatio eſt in vna ſpõſa
vſq; ad nouiſſimũ iuſtũ. cui eccleſie totali
xp̃s vt ſpõſus ſm deitatẽ ab initio cõiun
ctus ẽ. Nã xp̃s ⁊ ſi ex tp̄e eſt factꝰ homo:
eternaliter tamẽ fuit xp̃s. q; a patre vnctꝰ
ꝓut vnctio ſignificat cõmunicationẽ per
generationẽ. ¶ Itẽ ſm magiſtrum ⁊ do-
ctores libro. iiij. matrimoniũ fuit ſacramẽ
tum ante peccatũ. igit̃ alicuiꝰ ſacre rei ſig
num ⁊ nõ niſi cõiũctionis dei ad animam
iuſtã q̃ eſt eccleſia vel i eccl̃ia. Hec magr̃
Mathi. ¶ In quibꝰ admiratiõe dignũ
habet̃ quo ſpũ de ſacris litteris ac ſacra-
mẽtis diuinis: argumẽtis dũtaxat ſophi-
ſticis ſuſcitet diſputationem. Cum enim
ſctũs Tho. dicit ꝙ in veteri lege nonduꝫ

facta fuerat cōiunctio xp̄i ad ecc̄liam: loq̄
tur vt cōmuniter doctores loquunt̄ ď xp̄o
ꝛ ecclesia. De xp̄o: ẜm ꝙ nominat subsi-
stēs in duabus naturis. diuina. s. ꝛ huma-
na. Q̄d ꝛ ꝓpria nominis significatio im-
portat. Itē loquit̄ de cōiunctione xp̄i ꝛ ec
clesie q̄ facta est mediāte incarnatione per
quā factū ē vnum corp⁹ ecclesie ẜm cōfor
mitatem nature cui⁹ xp̄s est caput prout
ap̄ls ait p̄ma Cori. xij. ꝛ Ephe. p̄mo ꝛ. v.
Unde magr̄ li. iiij. xxvj. distin. exponens
illud ap̄li ephe. v. ego aūt dico in xp̄o ꝛ ec
clesia: ait. ecclesia xp̄o copulat̄ volūtate ꝛ
natura qꝛ idem vult cū eo ꝛ ipse formā as
sumpsit de natura hoīs. Itē loquit̄ sctūs
Tho. de cōiunctione spūali q̄ fit ꝑ nouita
tē gr̄e in sacramētis ex ope operato collate:
per quē modū ap̄ls dicit prima Cori. xij.
etenī in vno spū oēs nos in vnū corpus
baptizati sum⁹. De qua etiā cōiunctione
dn̄s dicebat Mat. vlti. ecce ego vobiscū
sum omnib⁹ dieb⁹ vsqꝫ ad cōsumationē
seculi. q̄ modus cōiunctionis. s. ꝑ gratiam
datā in sacramētis ex ope operato: non fue-
rat ante xp̄i incarnationē. ¶ Item loquit̄
de ecclesia ꝓut dicit multitudinē fidelium
noua lege gr̄e ꝛ nouis gr̄e sacramētis adu
natam. de q̄ ap̄ls dicit Ephe. v. ꝙ xp̄s di-
lexit ecclesiā ꝛ seipsum tradidit ꝓ ea vt il-
lam sanctificaret mūdans eam lauachro
aque in verbo vite. De qua etiā dn̄s inq̄t
petro. tu es petr⁹ ꝛ sup hanc petrā edifica
bo ecc̄liā meā. Mat. xvj. Ecclesia enim
in hac significatione: nō fuit āte xp̄i incar-
nationē sed formata fuit ꝑfluentibus vn
dis aque ꝛ sanguinis ex latere xp̄i dormiē
tis ꝓut habetur expresse de summa trini-
tate ꝛ fi. catho. in cleme. ¶ Secundū has
acceptiones xp̄i ecclesie ꝛ coniunctionis q̄
sunt ꝓprie ꝛ in cōmuni vsu loquendi do-
ctorum: patet euidenter equiuocatio com-
missa in primis duobus magistri Ma-
thie sophismatibus in quibus accipitur
xp̄s ꝓ supposito filij dei. nō vt subsistit in
natura humana. ꝛ ecclesia generaliter ꝓ
quacūqꝫ fidelium cōgregatione: ꝛ coniun
ctio ꝓ vnione anime ad deū ꝑ grām cō-
muniter dictā. ¶ Quod aūt dixit xp̄ꝫ eter-
naliter fuisse: sub hoc intellectu quia fili⁹
est a p̄re vnctus ꝓut vnctio significat cō-
municationē ꝑ generationē: noua q̄dam
adinuētio est ꝛ modus loquēdi periculo-
sus. nā vt sctūs Tho. notabiliter dicit con
tra gētiles li. iiij. cap̄. xxxiiij. nusqꝫ ante in-
carnationē dn̄i: scriptura nominat deum
aut dei verbū: xp̄m. qm̄ xp̄s vnctus inter-
pretat̄. xp̄s aūt Jesus: vnctus dicit̄ spiri-
tu sancto ꝓut btūs petrus exponit actuū
x. Unde cū fili⁹ dei ab eterno nō sit vnct⁹
spū sancto qꝛ sic spūs sanct⁹ esset maior fi
lio vt sanctificās sanctificato. vel fili⁹ pro
cederet a spū sancto. vocādo improprie ꝛ
abusiue vnctionē emanationē qd̄ est erro
neū. Sequit̄ ꝙ filius dei nō fuerit ꝓprie
loquendo xp̄s ab eterno nisi ẜm dei ꝓde-
stinationē. ¶ Ad tertiū quod est ex aucto
ritate magistri ꝛ doctorꝫ li. iiij. dicit̄ ꝙ an-
te peccatū vtiqꝫ verū est: matrimoniū fuis
se sacramētum vt cōmuniter dicit̄. i. sacre
rei signū. Non solū coniunctionis dei ad
animā vt arguēs min⁹ subtiliter obiecit:
sed etiā coniūctionis xp̄i ad ecclesiā tēpo-
re plenitudinis gr̄e realiter fiēde. ẜm quē
modū nō negat sanct⁹ Tho. matrimoni-
um ante peccatū fuisse sacramētū: sed ex-
presse illud docet secūda secūde. q. ij. arti.
vij. qd̄ sacramētum dicit p̄mū hominē nō
ignorosse. idē sentit. iij. parte. q. p̄ma arti.
iij. Et multū expresse. q. lxj. ar. ij. ad tertiū.
Et tn̄ nō ideo sequit̄ ꝙ matrimoniū vt ē
sacramentū noue legis: fuerit ante pecca-
tū. Certum est enī matrimonium esse sa-
cramentum noue legis vnū de septē sacra
mētis ecclesie. Cū hoc teneat ecclesia ꝛ cō
trariū dicere sit hereticū ꝑ cap̄. ad abolen
dā de hereticis. ꝛ ꝑ cōsequēs ꝙ institutio-
nē habuit a xp̄o sicut ꝛ cetera ecc̄lie sacra-
mēta. In q̄ acceptione nō fuit realiter ꝛ i

actu ante xp̄i incarnationē alias nō fuiſſꝫ inſtitutum a xp̄o. Et in hac ſignificatione loquit̄ ſanct⁹ Tho. de ſacramēto vbi in loco p̄allegato p̄ma ſecūde dicit matrimoniū in veteri lege nō fuiſſe ſacramētū. Unde et. iij. p. q. lxj. ar. ij. ad. iij. vtrūqꝫ concedit. et ꝙ ante peccatū non fuit ſacr̄m. et ꝙ fuit ſignū cōiunctionis xp̄i ad eccleſiam. Inq̄t eni ſic. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ matrimoniū fuit iſtitutuꝫ in ſtatu inocētie nō ſ̄m ꝙ eſt ſacr̄m: ſed ſ̄m ꝙ eſt in officiū nature. ex cōſequēti tñ aliq̄d ſignificabat futurū circa xp̄m ⁊ eccleſiā ſicut ⁊ oia alia i figura xp̄i preceſſerūt. Hec ſctūs Tho. Male ergo inepte ⁊ ſophiſtice magiſter Mathi. impugnat dictum ſcti Tho. In quo ⁊ apte magiſtro Scoto aduerſat̄ cuius doctrinā ipe colit q̄. xxvj. di. iiij. li. tenet ꝙ matrimoniū ante pctm̄ non fuit ſacr̄m ꝓprie loquēdo. Itē ⁊ poſtillatorē cui⁹ ſe fatetur defenſorē: nō min⁹ q̄ꝫ ſanctū tho. rep̄hēdere cōprobat̄. Nā ſup illud ephe. v. Ego aūt dico in xp̄o ⁊ eccl̄ia. ſic ait poſtillator. licet eni filius dei p̄rem nō reliq̄rit qꝛ ſemp eſt in ſinu patris vt dicit̄ Ioā. p̄mo: tñ ſ̄m quandā apparētiā dicitur patrē reliquiſſe inq̄ꝫtum apparuit in mūdo viſibilis in forma ſerui ad cōiungēdum ſibi eccleſiā ꝑ myſteriū incarnationis ⁊ paſſionis ſue ſicut ſpōſam. Hec poſtillator. vbi coniunctionem xp̄i ⁊ eccleſie dixit fuiſſe per incarnationem filij dei.

## ¶ Circa capitulū. xxj.

IN capitulo. xxj. occaſione illius verbi. Hic eſt heres. poſtillator mouet q̄ſtionem vtrū iudei cognouerint Ieſum nazarenū eſſe xp̄m ſibi ꝓmiſſum. In cuius abſolutione recitat opinionem q̄ ſancti Tho. eſt. iij. parte. q. xlvij. articulo. v. ſcilicet ꝙ in poplo iudeorum ij qui dicebant̄ minores vt laici ⁊ vulgares ea dūtaxat ſcientes que ſunt de neceſſitate ſalutis: ſubtilia tamē ſcripturaꝝ ⁊ ꝓphetarū dicta ignorātes: nō cognouerunt Ieſum eſſe xp̄m ꝓphetam in lege ꝓmiſſum. ea rōne quia ſcripturas ignorabant q̄ de temporis determinatione ⁊ de ſignis aduētus ſui loquunt̄. Sed maiores qui principes eorū dicebant̄: cognouerūt eum eſſe ꝓphetā a deo ꝓmiſſum ⁊ miſſū. quia cū ſcirent ſcripturas q̄ de ſignis ⁊ tēpore ſui aduētus loquunt̄: videbāt oīa in eo impleri q̄ ſcripta erāt. ipſum tamen eſſe deū non cognouerunt. Unī ap̄ls dixit p̄ma Corin. ij. Si enī cognouiſſent nūq̄ꝫ dn̄m glie crucifixiſſent. q̄ſi diceret. nūq̄ꝫ eius diuinitatē cognouerūt. ¶ Hoc tamē ſecundū poſtillator declinat ⁊ tenet ꝙ maiores ac pricipes iudeoꝝ cognouerūt xp̄m eſſe deū. ⁊ ꝓbat illud cōtra poſitionē ſancti Tho. tum qꝛ Ioānis. xv. xp̄s ait. nūc autē viderūt ⁊ oderūt me ⁊ patrē meum. qḋ autē videtur: manifeſte cognoſcit̄. tuꝫ quia ſup illud ꝙ dicit̄ in hoc caplo. Agricole vidētes filiū dixerūt intra ſe. Hic eſt heres. Dicit Hieronym⁹. manifeſte probat dn̄s his verbis iudeoꝝ principes nō per ignorantiā ſed ꝑ inuidiā dei filiū crucifixiſſe. tum etiā per rōnem. qꝛ ſicut ſcripture determinate loquunt̄ de tēpore aduētus xp̄i Danie. ix. ⁊ de ſignis ſui aduētus. Gen̄. xlix. ⁊ de modo ei⁹ veniēdi. in paupertate ⁊ humilitate zacha. ix. ita expreſſe vel expreſſius loquuntur ſcripture ꝓphetaꝝ de eius diuinitate. Hiere. xxiij. ecce dies veniunt ⁊c̄. In qua auctoritate vbi ponitur dn̄s: habet̄ in hebreo nomē tethagramaton. qḋ nullo modo pōt dici de alio niſi ḋ deo vero. Unde cū iſta auctoritas etiam ſ̄m doctores hebraicos expoſita ſit ḋ xp̄o. ſequit̄ ipſum eſſe verū deū. ¶ Itēꝫ Eſaie ix. Paruulus datuſ eſt nobis ⁊c̄. Sequit̄. ⁊ vocabitur nomē eius admirabilis conſiliarius. deus fortis. que auctoritas etiaꝫ ſ̄m hebreos intelligitur de xp̄o in qua ſit expreſſa mentio de eius diuinitate. Ex q̄-

bus cōcludit poſtillatoꝛ ꝙ maioꝛes de po
pulo iudeoꝝ ſicut habuerūt noticiaʒ de tē
poꝛe ⁊ ſignis aduentus xp̄i: ita noticiam
per ſcripturas habuerūt de eius diuinita-
te. ⁊ ſic dicit ꝙ in p̄ncipio p̄dicationis xp̄i:
iudeoꝝ maioꝛes verā de ipſo habuerunt
extimationē ⁊ in habitu ⁊ in actu ꝙ. ſ. eſſʒ
deus. ſed cū incepit contra eos pꝛedicare:
paſſionibus ire inuidie ⁊ rancoꝛis excita-
ti ſunt contra eum. quibus paſſionibꝰ im
pediti ab actuali cōſideratione eius veri-
tatis quam p̄us habuerāt de xp̄o: machi-
nati ſunt in eius moꝛtem ad modū incōti-
nētis qui paſſione cōcupiſcibili abſoꝛtꝰ:
elegit foꝛnicari. quod alias nouit eſſe ma-
lum ⁊ fugiēdū. Hec poſtillatoꝛ ĩ ſumma.
¶ Que tamē revera modicam ſctō Tho.
afferunt difficultatē. Nā ad pꝛimas duas
auctoꝛitates ip̄e ſctūs Tho. reſpōdet exp̄ſ
ſe. iij. par. loco p̄allegato. Ad p̄mā ꝙ in ea
auctoꝛitate. ſ. viderunt: nō refertur ad di-
uinitatē neqʒ ad pſonam xp̄i: ſed ad mira-
cula q̄ ante eos fecerat. ex q̄bus ꝙ eum nō
cognoſcerēt filiū dei: ex odio ⁊ inuidia ꝓ-
ceſſit. Unde ante illa verba p̄mittiť ſi ope
ra nō feciſſem que nemo alius fecit: pecca
tum nō haberēt. Sequiť immediate. nunc
autem viderūt. ſ. op̄a. vnde nō diciť vide-
runt me. ⁊ ita auctoꝛitas illa non facit pꝛo
parte poſtillatoꝛis. Ad ſecundaʒ r̄ndet ꝙ
pꝛincipes iudeoꝝ in pſona colonū dixerūt
xp̄m eſſe heredē: quia cognouerūt ipſum
eſſe xp̄m p̄miſſum in lege. ⁊ eſſe filiū dei.
nō per naturā: ſed p excellentiā grē ſingu
laris. nō eniʒ poterāt mēte cōcipere ꝙ cru
cifigerēt eum ſi ipſum eſſe filiū dei p natu
ram cognouerāt. Nam vt bene dicit bur-
geň. nullus in tantam deuenit inſaniaʒ: ꝙ
credat diuinā maieſtatem in ꝓpꝛia pſona
ſuperare. ¶ Ad rōnem poſtillatoꝛis reſ-
pondet Burgeň. ⁊ bene. ꝙ q̄zq̄ʒ ſcripture
ſacre ꝓphetarum que mentionem expꝛeſ
ſam faciunt de diuinitate xp̄i ſint ƀm verū
intellectū ſatis euidētes fidelibus ad eiuſ-
modi myſterium oſtēdendum: ex illis ta-
men non ſumitur efficax argumētum ad
hoc ꝙ pꝛincipes iudeoꝝ tale myſteriuʒ de
diuinitate xp̄i cognouiſſent. quia hoc my
ſterium in tm̄ capacitatem humanā exce-
dit: ꝙ raro vel nūq̄ʒ ſine auxilio dei ſpecia
li intelligi pōt. Unde p̄miſſas auctoꝛita-
tes veteris teſtamenti maioꝛes iudeoꝛum
varie poterant exponere non valentes tā-
tam excellētiam capere. niſi quibus diui-
na fiebat de eo reuelatio. Poterant enim
putare ꝙ eſſent intelligēde non ƀm ꝓpꝛiā
ſignificationē: ſed ſimilitudinarie. ſicut cū
deus in ſacra ſcriptura leo appellatur vel
agnus aut lapis. Nec eſt ſimile quod po-
ſtillatoꝛ inducit de alijs xp̄i conditionibꝰ.
vt de tempoꝛe ⁊ ſignis aduentus eius. de
virtutibus ⁊ eius excellētia reſpectu alioꝝ
ꝓphetarū ⁊ ſimiliū. Nā cognitio harum
cōditionū non excedit cōmuneʒ humane
itelligētie capacitatē vt ꝺ ſe patet. ¶ Sed
magiſter Mathi. hanc ſolutioneʒ putat
eſſe minꝰ ſufficientē dicēs. ꝙ vbi ſacra ſcri
ptura plane dicit aliquid ad fidē ⁊ moꝛes
ꝑtinens: ibi fides debet adhiberi ꝑut di-
cit btūs auguſtinꝰ. xj. de ciui. dei. Unde cū
ſacra ſcriptura clare dicat ꝑut etiam a do
ctoꝛibus hebꝛeoꝝ exponiť xp̄m foꝛe deuʒ:
ei fides accōmodanda ē. ⁊ p cōſequēs non
erat neceſſaria ſpecialis reuelatio apud
doctos ⁊ p̄ncipes iudeoꝝ ad illud ſciēduʒ.
ſed ſufficere potuit fides acq̄ſita nō impe-
dita p pꝛauā volūtatē. ¶ Et pꝛeterea di-
cit ipſe diſſimilitudo inter noticiā ꝺ xp̄i di-
uinitate ⁊ noticiā de tēpoꝛe ⁊ ſignis ⁊ ali-
js cōditionibus aduētꝰ xp̄i quā Burgeň.
aſſignat: non valet. qꝛ tēpus aduētꝰ xp̄i in
ſcripturis ita fuit occultatū in cōputatiōe
ebdomadarū a daniele deſcriptarū: ꝙ nō
ſolū apud hebꝛeos: ſed etiā apud catholi-
cos doctoꝛes in expoſitione multa eſt di-
uerſitas. Similiter ⁊ alij paſſus ſonantes
tēpus aduētꝰ xp̄i ab hebꝛeis modernis ⁊
antiq̄s coꝛrupte exponunť. ergo non pōt

